
31
10 G
5

DIVI

GREGORII NYSSENI EPISGOPI, FRATRIS BASILII MAGNI, OMNIA QVÆ EXTANT OPERA,

Hactenus studio virorum doctissimorum in latinum sermonem conuersa.

Quid autem sit præstitum in hac editione omnium postrema, & quæ superioribus accesserint opuscula aut nunquam prius typis excusa, aut seorsum edita: ex præfatione sequenti, & ex librorum catalogo versis aliquot foliis, Lector intelliget.

Cum indice locorum sacræ scripturæ, & rerum memorabilium.



PARISIIS,
Apud Sebastianum Niuellium sub Ciconiis via Iacobæa
M. D. LXXIII.
Cum Priuilegio Regis.

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLVS IX. Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis Opera D. Gregorij Nysseni, recognita quibusdam libris aucta, & in ordinem conciniorem digesta, ante decennium, à die primæ editionis numerandum, præter Sebastianum Niuellium bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, né ve alibi impressa diuendat in Galliis. Secus qui faxit, mulcta fisco applicanda, aliisque pœnis indictis damnabitur: vt latius patet in literis Priuilegij, indultis Lutetiæ 5 Nouembris, 1570.

DE D. GREGORIO, EPISCOPO NYSSENO, ET EIVS OPERIBVS, *Præfatio.*

DIVVS GREGORIVS, Nyssensis episcopus, frater germanus D. Basilij, ac natu quidem maior, vt ex eius scriptis coniicere est (potissimũ ex Hexaëmero, vbi de Basilio loquens præceptorẽ semper appellat) fuit eloquentissimus, vt Suidas & plerique veteres tradunt: quod & illius scripta declarant, abundéque sacræ testantur historiæ Primùm artes dicẽdi exercuit, tantúmque in his profecit, vt tandẽ rhetor illustris euaserit, laudatísque oratoribus antiquis nõn inferior extitẽrit. Sed istis eloquentię studiis relictis monasticam disciplinam secutus, vt scribit Theodoretus lib. *4* cap. *28.* ad Theologiam se contulit, diligentémque studio sacrarum literarum operam nauauit. Postea tamen cùm iam ad episcopatum Nyssæ ciuitatis, à qua Nysseni nomen accepit, designatus est, sanctis Bibliorũ libris, quos in ecclesia lectitare & interpretari solebat, neglectis, ad rhetoricam iterum profitendam animum conuertit. Quam leuitatem mutabilitatémque consilij D. Gregorius Nazianzenus epistola *43.* ad illum pluribus scripta reprehendit. Quo verò anno ad eum episcopatum peruenerit, incertum est: sed eam præfecturam tempore Valentis imperatoris iam tum gerebat, cùm à D. Basilio episcopatus Sasimorum Nazianzeno decretus est Is enim postridie illius diei, quo episcopus fuit creatus, ad Nyssenum habita oratione, antistitem appellat tantísque laudibus tollit, vt ipsius commendatio, & si taceant cæteri, græcorum omnium instar esse possit. Cùm autem anno *384.* Synodum episcoporum contra Macedonianos Constantinopolim conuocasset Theodosius imperator, decretúmque esset vt nullus episcopus relicta sua diœcesi ad alienas demigraret, tunc dispertitis per prouincias ecclesiis, Cęsarea. post defunctum Basilium obuenit fratri Gregorio, Nyssæ prius episcopo, vt scribit Socrates lib. *5.* cap. *8.* Hic habuit vxorem, vt historiæ mandauit Nicephorus lib. *11.* cap. *19* Quod tamen vix probari possit, vt aliqui censent, ex Nazianzeni oratione de laudibus Basilij nam cùm parentes tam egregiæ sobolis procreatione nobiles fuisse ostendit, Id, inquit, demonstrat beatus Sacerdotum & Virginum numerus, & eorum qui in vita coniugata vixerunt &c Sacerdotes proculdubio fuerunt Basilius, Gregorius, & Petrus Sebastæ episcopus, quem Basilius ipse sacris initiauit, & ad presbyterij dignitatem prouexit: soror autem Macrina & Naucratius frater vitam solitoriam & inopem sunt complexi, vt de vita Macrinæ continet epistola, quæ Nysseno adscripta inter Sanctorum historias per Surium congestas ad diem *19.* Iulij legitur excusa, ex in-

terpretatione Petri Francisci Zini: sed inter illos qui virgines & exortes coniugij remanserint, aut ex cæteris (decem quippe liberi, si fides illi tribuatur epistolæ, iisdem parẽtibus nati sunt) qui matrimonium coluerint, nõ satis hinc liquidò constat. Ipse verò Gregorius in libro quem de Virginitate scriptum reliquit, videtur apertius innuere se cõiugem non cælibem fuisse, cùm ait cap. 3. Nunc mihi virginalium laudum cognitio quodammodo inanis est ac minimè fructuosa &c. Sed esto connubialem vitam sit amplexus, ipsi tamen ea viuendi ratio nihil impedimenti attulit, quo minus strenuè pro catholica fide decertans, ad parem virtutis gloriam aspirarit. Nam vt per ecclesias hæreticæ prauitatis tenebras suis concionibus discuteret, lumẽnque veritatis hominibus quasi præluceret, crebras peregrinationes suscepit, viásque difficiles confecit. Quas cùm ægrè ferret, & suam velut inconstantiam quereretur, Nazianzenus epistola 34 consolatus est, & ad bene de multis merendum, atque gratiam à Deo sperandam erexit. Quo denique anno decesserit è viuis & posterior Basilio (vt testatur Socrates lib. 3 cap. 5. idque manifestum reddit Nazianzeni ad Nyssenum 37. epistola consolatoria de morte fratris) non constat ex historiis: sed ipse multis in locis meminit se iam grandem natu & senem scribere, maximè in epistola de professione Christiana: In libro de virginitate cap. vltimo: & in oratione quam de infantibus, qui ex vtero prematurè abripiuntur edidit, aliasque sæpe senectutem suam excusat. Hoc solummodo de eius interitu sic notatur in Vsuardi martyrologio ad diem 9 Martij: Apud Nicenam ciuitatem depositio S. Gregorij episcopi, fratris beati Basilij Cæsariensis, tam vita quàm eloquentia clarissimi. Atque hæc quidem breui dicta sufficiant de Gregorio Nysseno, de cuius laudibus elogia veterum postea fusius subiiciemus.

Iam verò quoniam naturalem & legitimum ordinem quo quisque librorum scriptus est, non potuimus in hac editione sequi, artificialem instituimus: nempe vt priorem locum sortirentur ea quæ ad vetus testamentum referri posse videbantur. deinde quæ ad religionis Christianæ institutionem, formã, & professionem spectant, & in quibus aliquot Euangelicæ doctrinæ testimonia tractantur, secundum locum obtinerent. postea concionibus nonnullis ad Ecclesiæ consuetudinem pro ratione & serie festorum dispositis orationes funebres de laudibus quorundam Sanctorum adiecimus. Et hoc de vniuersis eius doctoris operibus præmissum sit. De singulis autem pluribus tractare non conuenit, sed quicquid de aliquibus monendum nobis occurret paucis hîc addemus.

Igitur rogante frate suo Petro Sebastæ episcopo confecit librum in Hexaëmeron, quem affirmat Socrates lib. 4 cap. 21. à Basilio morte præuento imperfectum esse relictum. Eum nos primo loco ex translatione Zini præcedere voluimus: quòd eo libro de opere sex dierum in ordinem ac concordiã quæ de mundi procreatione primo quidem aspectu dissita & inter se contraria videntur, accommodatè disponat, ipsúmque Moysem sibiipsi consentientem & constantem eleganter ostendat. Verùm quia in eo commentariolo mundi fabricam ita contemplatur, vt naturalem tantummodo & historiæ congruentem in rebus creatis ordinem explicet: huic continuò duas subiunximus orationes

in hominis procreationem admodum pias & elegãtes, Quæ, inquit Zinus qui latinas fecit, licet ab eiusdem auctoris, & multo etiam magis à Basilij magni, cui à quibusdam falsò attributas audio (intelligit fortasse Godefridum Tilmannum, qui eas inter eiusdẽ Basilij opera transtulit, & pro loco paraphrasi diffudit) scribẽdi cõsuetudine abesse videantur, antiquissimæ tamen sunt, aut ab ipso Gregorio adhuc iuuene fortè compositæ, antequã absolutissimum librum de hominis opificio præscripsisset: aut ab aliquo eiusdem ætatis viro tum pio tum minimè indocto. Nos tamen cõiicimus ex primæ orationis initio, vbi scriptum legitur: Iniquũ esset cùm ea quę ad feras tũ natantes tum gradientes tum volãtes, quæque ad cœlũ ad eaque quæ in cœlo sunt, quæque ad terram & ad ea quæ sunt in terra pertinent, didicerimus &c. easdem non esse Gregorij nostri: neq; enim de iisce tractauit, sed Basilius in Hexaemero. Ambẽ autem si non habitæ ad populũ, tamen scriptæ domi & coram recitatæ vidẽtur. Sed de his aliorum esto iudiciũ. Liber ille de hominis opificio, quem latinis auribus dedit Ioãnes Leuuenclaus, admirãdum opus à Suida vocatur. Hic si ordinis ratio, quo scriptus est, sequatur, debet præcedere. Nã, inquit Nyssenus in Hexaëmero: Librum de hominis opificio ante hunc misimus. Hic primũ damus ex translatione Gentiani Herueti Conciones octo in Ecclesiastem, in quarum priore statim in limine testatur se etiã in Prouerbia scripsisse, dum sic ait: Cùm sensa Prouerbiorum iã mentem prius exercuerint, quorũ obscurę sunt rationes, ad hãc scripturam, quę verè est excelsa, existit ascensus. Sed hęc cõmentatio nõdum venit in publicum. Homilias autẽ quindecim in Cantica cãticorum meris ænigmatibus plenas, partim ex eadem Herueti translatione, quę viris doctis purior & facilior visa est, appressimus: alias, nẽpe quatuor postremas quousque Herueti procedebat exẽplar, ex interpretatione Leuuenclai cõpleuimus. In fine præfationis quã iisdem Homiliis ipse Gregorius præfecit, reddit ratonem institutę commentationis, vbi ita loquitur: Non est hic liber à me scriptus ad ostentationem, sed quoniam multa ex iis quę in ecclesiis dicta sunt, quidam ex iis qui nobiscum versantur, adnotarunt, ea in formam Homiliarum enarraui in diebus ieiuniorum. in his enim hic liber ad aures populi à nobis fuit elaboratus. Singulis autẽ diebus singulas orationes recitauit. nam tertiam dicit esse diei tertij, & sic de reliquis. Sequitur elegãtissima oratio. Qua Christiani hominis formula traditur, idipsum quoque profertur in libro de vita Mosis, quem latinitate donauit Trapezuntius. Illam verò ex seorsum vulgatis à Francisco Zino hic apposuimus: sicut & Catecheticam orationem, maximam appellatam, ex translatione Herueti. nam cùm iam legeretur reddita latinè per Petrum Morellũ, placuit & hic versionem nõdum hactenus impressam proponere. Ibi autem, maximè cap. *37*. multa de transmutatione siue transubstãtiatione Dominici corporis & sanguinis adducuntur: & cap. *38*. se aliis in locis plura de Eucharistia exposuisse narrat. quod tamen non ita frequẽs est in exemplaribus quæ vulgo feruntur. Huic item Catechetico libro (sic enim Gregorius ipse appellat sæpissime) sicut & illi de anima & resurrectione disputationi cum sorore Macrina, quidam hęretici, vt in plerisque veterum lucubrationibus, dogmata nonnulla, pręcipuè verò Origenis iniecerunt, Nicephoro teste lib. 11. cap. *19*. Sed & immixtas huiusmodi falsas opiniones demonstrare posis ex eo quod in Catechetico cap. *35*. circa finem ex sententia Origenis reperitur, Longis pòst seculis Deo puram cõseruandã naturam: & quòd

huic errori contrarium habetur in oratione de die Natiuitatis domini, cùm scribitur, Quod per resurrectionem qui iusti erunt, ad cœlestem quietem accedent: qui autem peccatis obnoxij in gehennæ ignem detrudentur &c. Nec enim pugnātia tantus vir aut sensit aut docuit. Et vt cætera paucis complectamur, alia quędā opuscula recens in hac editione accesserunt, nimirum Orationes, De fugiēda fornicatione: In eos qui differūt baptisma, & qui ægrè ferūt reprehensiones, ab Heruetо primùm cōuersæ. De Ascensione verò, & in Pentecostem Sermones iam editi circunferebantur: prior quidē ex Sifani versione, sicut & pleraque Nysseni scripta: sed quia feria 4. post Ascensionem de eodem Sermone ex translatione Zini legitur in breuiario Romano nuper ex decreto Concilij Tridentini restituto: propterea & hūc & quoscunque nancisci potuimus ex eodē interprete, qui ab Ecclesia probatus esse videretur, selectos excusimus: vt De pauperibus amādis. In mulierem peccatricē, De dormientibus, & De Christi Natiuitate, eiusdēque resurrectione. Nonnulla præterea ex aliorum versione seorsum vulgata inseruimus, vt librum de Virginitate à Petro Galesino cōuersum, & Romæ typis excusum, in quo de virginali virtute, qua vna reliquæ omnes continentur, ita disputat Euangelicæ doctrinę maiestatem complectens, vt non solum cum Stoicis de honesto, verùm etiam cum reliquis honestis philosophorū disciplinis differat, patrociniúmque earum actionū, in quibus virtutis splendor elucet, suscipiat. Et, ne quid silētio prætermittere aut dissimulare videamur, quod hic habetur impressum nomine Gregorij Nysseni ad Petrum fratrem suum, De differentia substantię & hypostaseos, idem legitur apud D. Basilium epistola 43. ad Gregoriū fratrem, Nyssenum episcopum. Viderint doctiores cuinam illorum hanc disputationem assignent.

Cęterum inter Sanctorū vitas ab Aloysio latinè non ita pridem ex diuersis auctoribus editas, & modò per singulos dies cuiusque mensis à Surio digestas, Oratio quędam, pia sanè iuxta & elegās, De occursu Domini & de Dei parente atque de iusto Simeone Gregorij Nysseni titulū præsefert: sed quoniam Simon Metaphrastes, qui primùm dispersas Gręcè collegerat, videtur in hac nonnihil aut immutasse, aut etiam aliquid addidisse, dum pro suo more copiosius explicauit, ac amplioribus verbis enarrauit: ideo quasi fœtus esset illegitimus, hāc cum verè natiuis stare noluimus. Veruntamen si quis fortè secus iudicet, habet interim, vt ne hic repetatur, inibi typis impressam: sicut & epistolam illā ad Olympium Monachum, de vita Macrinę. Quod verò pertinet ad diuersas quorundam librorum inscriptiones, nos vt plurimum in margine notauimus, aut in operū catalogo, quem subiiciemus, indicabimus.

DESIDERANTVR autem præter hęc alia eius viri monimenta temporū vel hominum iniuria deperdita, aut hactenus in lucem nondum euulgata. Nec enim reperiuntur libri aduersus Eunomiū, quos D. Hieronymus in catalogo scriptorum sibi & Gregorio Nazianzeno lectos ab auctore affirmat. E quibus cùm adhuc in hominum manibus versarentur, Theodoretus in Polymorpho, dialogo primo, vbi de incarnatione Domini loquitur, hæc desumpsit testimonia, quæ libuit hic adnotare. *Dicimus ergo*, refert ille, *cū in iis quæ prius dicta sunt dixit sapientiā ædificasse sibi domum, carnis Domini verbo constructionem mystice intelligit. Non enim in alieno domicilio vera sapientia habitauit, sed ex corpore virginali habitaculum sibi ædificauit.* Et istud ex eodem Theodoreto: *Verbum erat ante secula, caro autem extremis tem-*

poribus facta est, nec cōuertens contrà quispiam dixerit, vel eam esse ante secula, vel in vltimis tēporibus factū esse verbū. Item & hoc aliud: *Non de diuino & ab omni corruptione & interitu alieno est hæc vox Creauit me: sed sicut dictū est, de eo quod per diuinam dispensatio-nē assumptū est ex creata nostra natura.* Pręterea dialogo tertio, vbi de passione Christi disputat Theodoretus, ex eodē opere verba Nysseni profert, cū sic ait: *Neq; humana natura Lazarū viuificat, nec deflet iacentē impatibilis potētia. Sed lachryma est hominis propria, vitæ autē ea quæ verè vitæ sunt. Nō nutrit multa hominū millia humana mēdicitas, non adcurrit ad ficū omnipotēs potestas. Quis ex itinere defatigatur, & quis vniuersum mundum citra vllum laborē verbo constituit? quid est splēdor gloriæ, & quid est quod clauis cōfigitur? quænam forma in passione colaphis cæditur, & quæ ex æterno glorificatur? hæc aperta sunt, licet nemo orationes interpretetur.* Eiusdem hoc est testimoniū ex eodē opere: *Reprehendit eos qui humanæ naturæ passionē adscribunt. Vult autē omnino ipsam diuinitatem passioni subiicere: cū enim sit duplex & ambigua existimatio, diuinitásne an humanitas passa sit, vnius accusatio est, omnino eius quod deest cōfirmatio. Si ergo eos reprehēdūt qui passionē in humanitate fuisse vident, eos omnino laudāt, qui dicunt fuisse passam filij diuinitatē. Quod autē per hæc confirmatur, est ab surdi eorū dogmatis patrociniū. Si enim patitur quidē vt ij volūt filij diuinitas, patris autē diuinitas seruatur impatibilis: impatibilis ergo natura ab ea quæ passionem suscipit, aliena est.* Atque hæc quidem sunt fragmenta ex libris contra Eunomiū, qui nō adhuc in lucē venerūt. Nec extat eiusdē Gregorij Sermo de Abrahā in Gen. 22. cap. ex quo idē Theodoretus, vbi de diuina humanitatis Christi susceptione disputat, dialogo primo in Polymorpho, adducit hoc testimoniū. *Descendit ergo*, narrat ille, *non nudū Verbum, sed caro factum: non Dei forma, sed forma serui. Is est ergo qui dixit se nō posse ex se aliquid facere. Nō posse enim est imbecillitatis. Sicut enim luci tenebræ, & mors vitæ: ita potētiæ vt contraria imbecillitas opponitur. Atqui Christus est Dei potentia. Non est ergo omnino imbecilla & impotens potentia. Si enim imbecilla est potentia, quid est potēs? Quando ergo Verbum pronūciat quod non potest facere, clarum est quod non vnigeniti diuinitati impotentiā tribuit, sed nostrę imbecillitatis impotentiā suo testimonio improbat. Est enim caro infirma, sicut scriptū est: Spiritus quidem prōptus est, caro autē infirma.* Item in secūda Synodo Nicena, quæ est septima generalis, celebrata circa annū *790.* cōtra eos qui imagines Christi & Sanctorū ex ecclesiis eiiciunt, ac eorū venerationem improbant, actione secūda, vbi Adriani papę Synodica recitatur epistola, ad Constātinum impetatorē, & Irenem eius matrē, ex eodē Gregorij Nysseni Sermone de patriarcha Abrahā, hoc testimoniū subiicitur: *Vidi non infrequēter passionis figurā, neque sine lachrymis einscemodi picturā transij cùm scilicet opus artificij in personam significatā demonstratum esse viderē.* Hoc de immolationis Isaac pictura, qua Nyssenus noster ad lachrymas cómouebatur. Et in eiusdē Synodi actione sexta, dicitur ipse Gregorius patrū pater, D. Basilij & carne & spiritu frater, Nyssensium præsul, in Sermone de Abrahā idem cum illo de imaginibus sensisse. Non habetur liber quem scripsisse memoratur contra Albanū de patris & filij & spiritus sancti diuinitate: nisi quis eum esse, Quod tres dicere deos non oporteat ad Ablabiū, ex affinitate nominis & argumenti suspicetur. Nec dum prodierunt in lucem cómentarij in epistolam D. Pauli ad Philippenses, quos, vt docuit Sixtus Senensis, auctor Bibliothecæ sanctæ, Cyrillus citat in libro ad Euoptium fratrem contra Theodoretum. In cuius libri fine sic legitur: *D. Gregorij episcopi in epistolam ad Philippenses*: Cuius, fragmentum: *Hoc*, inquit, *sapiatur, quod est in Christo Iesu, qui cùm in*

forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualem Deo sed semetipsũ exinaniuit, formã serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quàm forma serui? Quid humilius in rege cunctorũ, quàm ad communionem pauperis nostræ naturæ sponte venire? Rex regum & dominus dominantium induitur forma serui: iudex omniũ fit subditus potestatibus creaturę: Dominus in spelunca ponitur: Qui omnia continet, in diuersorio non inuenit locũ, sed in præsepe proiicitur iumentorum: mundus & immaculatus sordes suscepit humanæ naturæ, & per omnia paupertatem nostram transiens, vsque ad mortis venit experimentum. Considerate paupertatis spontaneæ mensuram: vita mortem gustat: iudex deducitur ad iudicium: vitæ omnium existentium Dominus subditur sententiæ iudicantis: Rex omnium virtutum, quæ vltra mundum sunt, spiculatorum non respuit manus. Hactenus Gregorius episcopus: qui quidem videtur esse Nyssenus noster, cùm Nazianzenus nec in hanc epistolam, nec in aliquem veteris aut noui Testamenti librum ex professo scripsisse memoretur. In principio Orationis primæ de pauperibus amandis, vbi scribitur: Quoniam duobus superioribus diebus cupiditatem illam quæ gulæ ventrisque voluptatem sectatur castigauimus, de ipsisque multa diximus &c. clarum est ipsum Gregorium de hac re Orationes habuisse ad populum, quę iam nõ reperiuntur. Coniicere quoque possis ex fine Orationis Catecheticæ reliquisse librum aduersus Seuerum, quod opus iam tunc desideratur, sicut & Oratio ad Theophilum Alexandriæ episcopum, cõtra Apollinarium. Nec inuenitur oratio ad Euagrium monachum de diuinitate: nisi quis fortè eam ipsam esse quæ eodem titulo inter opera Gregorij Nazianzeni notatur, existimet. Scripsit etiam Theorias siue meditationes in psalmos, quas Sixtus Senensis, in Bibliotheca Vaticana Græcè conscriptas asserit seruari. Iam tantum habetur latina commentatio quædam in sextum psalmum. Nonnulli tribuunt eidem Nysseno libros octo de philosophia. Nam & ipse Sixtus Senẽsis in Bibliotheca lib. 5. annotat. 208. sub hoc nomine testimonium ex eodem opere adfert, & sic plerique alij (vt videtur) ex translatione Ioannis Cononis Norimontani. Eosdem quoque prius latinos reddiderat, atque eodem insignitos titulo vulgauerat Richardus Burgundio Pisanus. Sed recentiores quidam Nemesio philosopho adscribunt, maximè verò Hellebodius & Valla Placentinus, qui sub hac inscriptione latinitatè donarunt, & in manus hominum iandudũ miserunt. Denique non est dubium quin plures ad diuersos epistolas quæ non extant mittitarit. Nam & D. Basilij fratris sui quædam extant ad Gregorium, quæ ab aliis pendere videntur: & Gregorij Nazianzeni nonnullæ, quas aliis Nysseni respondere certum est. Et alia fortasse plura scripsit, maximè aduersus Eunomianos, Arianos & reliquos illius tempestatis hæreticos, cum quibus animo infracto pro veritate Catholica propugnauit, vt indicat Theodoretus lib. 4. cap. 28. & à quibus propter fidem patria pulsus in exilium, vbique multa sustinuit, vt ipsemet in vita Macrinæ refert. Sed hæc quæ hic breui repetita sunt, licuit ex ipsius scriptis patrúmque historiis collecta in medium proponere: vt si quis peruestigandæ antiquitatis studiosus huiusmodi librorum thesauros reperiat, eos tandem extrahat, & ad publicam vtilitatem in apertam lucem emittat.

QVÆ AD VITAM LAVDEMQVE D. GREgorij Nysseni pertinent ex aliorum scriptis, Elogia.

D. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM.

GREGORIVS, *Nyssenus episcopus, frater Basilij Cæsariensis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno suos contra Eunomium legit libros, qui & multa alia & scripsisse & scribere dicitur.*

EX SVIDA.

GREGORIVS *Nyssenus episcopus, Basilij Cæsariensis frater, vir & ipse insignis, omníque doctrina exuberans, addictior tamen Rhetorices studiis, tam celeber præclarúsque in ea euasit, quàm quisquam veterum. Is conscripsit egregium librum aduersus Eunomium: tum opus admirandum de creatione hominis: complures præterea conciones: tum in Cantica canticorum, atque in Ecclesiastem: tum ad sororem Macrinam magnum & perpulchrum Sermonem de anima composuit. multáque alia commentus est, ex quibus celebre illud Stephani protomartyris encomium, & Gregorij miraculorum opificis vita habentur.*

THEODORETVS LIB. 4. CAP. 28.

EX EORVM *numero qui vitæ monasticæ & seueræ viuendi disciplinæ, studióque virtutis operam nauarunt, Gregorius vterque, Nazianzenus & Nyssenus tulere principatum: quorum hic frater Basilij magni fuit, ille socius studiorum eius, & adiutor fuit. Isti in Cappadocia pro pietate dimicantes facilè primas obtinuerunt. In eiusdem cum illis laudis societatem venit Petrus, qui Basilij & Gregorij frater germanus fuit: quíque tametsi humaniore literatura non perinde, vt illi, instructus erat, pio tamen viuendi genere admodum excelluit.*

CYRI THEODORI PRODROMI, Carmen.

TE MEMORANDE *canam magni frater Basilij,*
Quo Nyssa & quo se præsule Cæsarea
Iactat. sic virtus hominis præclara meretur,
Altera pernicies qui fuit Eunomij:
Altera nascentis qui mundi illustrius ortum,
Structurámque hominis grauiter explicuit.
Salue acre ingenium, natura alata, disertum
Os, Charitum fragrans hortule, diues opum.

forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualem Deo sed semetipsū exinaniuit, formā serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quàm forma serui? Quid humilius in rege cunctorū, quàm ad communionem pauperis nostræ naturæ sponte venire? Rex regum & dominus dominantium induitur forma serui: iudex omniū fit subditus potestatibus creaturę: Dominus in spelunca ponitur: Qui omnia continet, in diuersorio non inuenit locū, sed in præsepe proiicitur iumentorum: mundus & immaculatus sordes suscepit humanæ naturæ, & per omnia paupertatem nostram transiens, vsque ad mortis venit experimentum. Considerate paupertatis spontaneæ mensuram: vita mortem gustat: iudex deducitur ad iudicium: vitæ omnium existentium Dominus subditur sententiæ iudicantis: Rex omnium virtutum, quæ vltra mundum sunt, spiculatorum non respuit manus. Hactenus Gregorius episcopus: qui quidem videtur esse Nyssenus noster, cùm Nazianzenus nec in hanc epistolam, nec in aliquem veteris aut noui Testamenti librum ex professo scripsisse memoretur. In principio Orationis primæ de pauperibus amandis, vbi scribitur: Quoniam duobus superioribus diebus cupiditatem illam quæ gulæ ventrisque voluptatem sectatur castigauimus, de ipsisque multa diximus &c. clarum est ipsum Gregorium de hac re Orationes habuisse ad populum, quę iam nō reperiuntur. Coniicere quoque possis ex fine Orationis Catecheticæ reliquisse librum ad uersus Seuerum, quod opus iam tunc desideratur, sicut & Oratio ad Theophilum Alexandriæ episcopum, cōtra Apollinarium. Nec inuenitur oratio ad Euagrium monachum de diuinitate: nisi quis fortè eam ipsam esse quæ eodem titulo inter opera Gregorij Nazianzeni notatur, existimet. Scripsit etiam Theorias siue meditationes in psalmos, quas Sixtus Senensis, in Bibliotheca Vaticana Græcè conscriptas asserit seruari. Iam tantum habetur latina commentatio quædam in sextum psalmum. Nonnulli tribuunt eidem Nysseno libros octo de philosophia. Nam & ipse Sixtus Senēsis in Bibliotheca lib. *5.* annotat. *208.* sub hoc nomine testimonium ex eodem opere adfert, & sic plerique alij (vt videtur) ex translatione Ioannis Cononis Norimontani. Eosdem quoque prius latinos reddiderat, atque eodem insignitos titulo vulgauerat Richardus Burgundio Pisanus. Sed recentiores quidam Nemesio philosopho adscribunt, maximè verò Hellebodius & Valla Placentinus, qui sub hac inscriptione latinitatè donarunt, & in manus hominum iandudū miserunt. Denique non est dubium quin plures ad diuersos epistolas quæ non extant mittitarit. Nam & D. Basilij fratris sui quædam extant ad Gregorium, quæ ab aliis pendere videntur: & Gregorij Nazianzeni nonnullæ, quas aliis Nysseni respondere certum est. Et alia fortasse plura scripsit, maximè aduersus Eunomianos, Arianos & reliquos illius tempestatis hæreticos, cum quibus animo infracto pro veritate Catholica propugnauit, vt indicat Theodoretus lib. *4.* cap. *28.* & à quibus propter fidem patria pulsus in exilium, vbique multa sustinuit, vt ipsemet in vita Macrinæ refert. Sed hæc quæ hic breui repetita sunt, licuit ex ipsius scriptis patrúmque historiis collecta in medium proponere: vt si quis peruestigandæ antiquitatis studiosus huiusmodi librorum thesauros reperiat, eos tandem extrahat, & ad publicam vtilitatem in apertam lucem emittat.

QVÆ AD VITAM LAVDEMQVE D. GREgorij Nysseni pertinent ex aliorum scriptis, Elogia.

D. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM.

GREGORIVS, *Nyssenus episcopus, frater Basilij Cæsariensis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno suos contra Eunomium legit libros, qui & multa alia & scripsisse & scribere dicitur.*

EX SVIDA.

GREGORIVS *Nyssenus episcopus, Basilij Cæsariensis frater, vir & ipse insignis, omníque doctrina exuberans, addictior tamen Rhetorices studiis, tam celeber præclarúsque in ea euasit, quàm quisquam veterum. Is conscripsit egregium librum aduersus Eunomium: tum opus admirandum de creatione hominis: complures præterea conciones: tum in Cantica canticorum, atque in Ecclesiastem: tum ad sororem Macrinam magnum & perpulchrum Sermonem de anima composuit. multáque alia commentus est, ex quibus celebre illud Stephani protomartyris encomium, & Gregorij miraculorum opificis vita habentur.*

THEODORETVS LIB. 4. CAP. 28.

EX EORVM *numero qui vitæ monasticæ & seueræ viuendi disciplinæ, studióque virtutis operam nauarunt, Gregorius vterque, Nazianzenus & Nyssenus tulere principatum: quorum hic frater Basilij magni fuit, ille socius studiorum eius, & adiutor fuit. Isti in Cappadocia pro pietate dimicantes facilè primas obtinuerunt. In eiusdem cum illis laudis societatem venit Petrus, qui Basilij & Gregorij frater germanus fuit: quíque tametsi humaniore literatura non perinde, vt illi, instructus erat, pio tamen viuendi genere admodum excelluit.*

CYRI THEODORI PRODROMI, Carmen.

TE MEMORANDE *canam magni frater Basilij,*
Quo Nyssa & quo se præsule Cærea
Iactat. sic virtus hominis præclara meretur,
Altera pernicies qui fuit Eunomij:
Altera nascentis qui mundi illustrius ortum,
Structurámque hominis grauiter explicuit.
Salue acre ingenium, natura alata, disertum
Os, Charitum fragrans hortule, diues opum.

Stillans lingua suaui us ipso nectar Hymetto,
Mens constans, species sculpta pudicitiæ.
Impia quem metuit, quo natio nisa piorum est:
Qui cultor Triad s religiosus eras.
Quo monstrante viam cognouimus abdita cuncta
Carminis obscuri quod cecinit Solomo.
Hoc tu effecisti doctrinæ munere planum,
Cum salebris remouens impedimenta loco.
Tu Nyssensis eras Antistes: non tamen illos
Complexa est solos prouida cura tua.
Sed cunctas hominum gentes, quas voce perenni
Atque etiam scriptis erudis ipse tuis.
Ordinis ô sacri clarissima gloria, partum
Ingens est turpi cui sine labe decus.
Doctrinæ vitæque simul tu carmina pangis,
Pectora quæ læto nostra liquore rigant.

NICEPHORVS CALLISTI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIB. XI. CAP. 29.

HABVIT *Basilius fratres, quorum vnus Gregorius fuit, ecclesiæ Nyssenæ lux & ornamentum: vir secundum fratrem doctrina, moribus, & vitæ sanctitate spectatus. Et quan uis is coniugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minimè cessit. Qui Basilio mortuo, Hexaëmeron siue sex dierum opus illius adimpleuit: & aduersus Eunomium & Apollinarem confutationes scripsit. Constantinopoli quoque in diuum Meletium orationem funebrē composuit, aliáque insuper plurima opuscula doctrinis & institutionibus plena Ecclesiæ Dei reliquit. Ostendunt autem virum talem cùm alia, tum præcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita.*

R. VOLATERANVS ANTHROPOLOGIÆ. LIB. 16.

GREGORIVS, *Nyssenus item præsul, frater Basilij, Theologus ex doctrina vocatus, rhetoricæ & eloquentiæ studiis legitimè imbutus, orationes edidit, quæ nunc extant, aduersus Eunomium de diuinitate filij, Apologiam quasi fratris Basilij, quem ille defunctum manifestò oppugnabat, non ausus viuum attingere. Homilias præterea in Cantica canticorum, & ad sororem Macrinam de anima, De laudibus Stephani proto martyris.*

Atque hæc nunc occurrerunt, quæ ad tanti viri laudes facere posse videbantur. Sed si quis plura velit cognoscere, historiarum Ecclesiasticarum scriptores adeat: in quibus passim antistitis Gregorij Nysseni fit honorificentissima mentio, eiusque vera præconia celebrantur.

OPERVM D. GREGORII NYSSENI CATALOGVS.

Que vnico notantur asterisco recens hic accesserunt, qua verò duobus, ex seorsum impressis huic adiecta.e

deest vita s. Marinae sororis quam reperies tom 4. Surij 19 Julij

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS, MAGNI BASILII FRATRIS IN HEXAEMERON EXPLICATIO, AD PATRUM FRATREM, INTERPRETE

Petro Francisco Zino.



QVID agis, homo Dei? cur ea nos, quæ vires humanas superant, aggredi, & onus, quod nō modo sustineri, sed ne suscipi quidem, vt ego sentio, sine reprehensione potest, subire iubes? Vis enim, vt, quæ cœlesti numine afflatus de mundi procreatione Magnus Moses prodidit monumentis literarum, quæ primo quidem aspectu inter se contraria videantur, ordine quodam disponam, sanctamque scripturam sibi ipsi consentientem ac constantem esse demonstrem, idque post diuinam illam Patris nostri in idem argumentum commentationem, quā qui legerunt, non minus, quàm ea, quæ ab ipso Mose perscripta sunt, omnes admirantur, & merito mea quidem sententia. *Basilii nempe.* Nam quam rationem habet cum grano spica, quæ & ex illo prouenit, & illud est: vel potius quæ, cum illud ipsum visit, magnitudine tamen ab eo, & pulchritudine, & formæ differt varietate eamdem rationem habere dicas cum oratione Magni Mosis, ea, quæ à Magno Basilio accuratiore studio sunt elaborata? *Simile.* etenim quæ paucis ille verbis complexus est, & explicauit, ea doctor noster sublimi philosophia sic adauxit, & cumulauit, vt non spicam, sed arborē effecerit, ad similitudinem grani sinapis, quod regno cœlorum comparatum est. *Matt.13.d* in accipiētis enim animo excultum arbor fit, cogitationumque magnitudine vndique dilatatur, & ramorum loco præceptis & institutis expanditur, propositoque pietatis fine sic effertur in sublime, vt excelsæ etiā altæque mentes, quæ volucres cœli vocantur in Euangelio, sub talium ramorum magnitudine queant nidos cōstruere. Quæstionum enim explanatio est animi quidam veluti nidus, in quo mens instabili solicitudine, sciendique studio, tanquam multiplici volatus errore, fessa conquiescit. Quonam igitur pacto tali tantæque sermonum arbori liceat exiguam nostræ cogitationis plantulam cōparare? An vero neque tu imperas, neque nos vnquam conaremur, patris magistrique nostri studio laborem nostrum opponere? *Simile ab agricolis.* Itaque agricolas potius imitabimur, qui mirabili quadam ratione ex vna eademque planta varios fructus, percipiunt id autem assequuntur inserendi artificio, quod eiusmodi est. pusillum aliquod ex arbore quapiā germen, vnà cum cortice basi illius subiecto decerptum, in alterius arboris maioris aliqua parte sic incisa, vt ei cortex quadret, includunt, vt naturali maioris arboris humore germē illud enutritū coalescat, ramusque fiat. Meam itidem ego cogitationem, quasi germen, aut surculum exiguum

A magnæ arbori, nempe præceptoris nostri sapientiæ inseram, occasioneque mihi inde suppeditata, tanquam humore quodam irrigatus, pro viribus ramus eius efficiar. arbitror enim quosdam haud rectè percepisse, quid ille sibi in iis, quæ in sex dierū opificiū conscripsit, proposuerit: ideoque calumniari, quod dilucide non explicarit ea, quæ ad solem pertinent, quo modo post tres dies cum reliquis stellis conditus fuerit, quasi fieri nequeat, vt mane & vespera diurnum spatium constituatur nisi omnino sol & occidens vesperam, & oriens mane conficiat. Duorum quoque cœlorum procreationem non capientes, cum de tertio cœlo B mentionem faciat Apostolus, dubitationem in hac parte manere cōtendunt, etenim, cū in principio factum sit vnum cœlum, postea vero firmamentum: nec illi numero cœlum aliud ascriptum sit tertium cœlum præter hos duos negant posse demonstrari? cum neque post firmamentum aliud effectum sit cœlum, nec principii ratio patiatur, vt quidquam antiquius cogitemus. nam si in principio factum est celum, inde nimirum res procreatæ sumpserunt initium. alioquin rectè principium non fuisset appellatum, si principium ipsius alterum extitisset. quod enim ordine secundum est, principium nec est, nec dicitur. Attamen Paulus tertium cœlum commemorat, quod mundi fabri C ca non habet, quemadmodum & hic secundi mētio quæritur. Qui hæc & alia eiusmodi loquuntur hi mihi non videntur propositum Patris nostri doctrinæ finem intueri, qui in amplissima Ecclesia, populum frequentissimum alloquens, pro audientium intelligentia sermonem moderabatur. In tanta enim multitudine, licet essent non nulli, qui altiores etiam disputationes intelligerent, plurimi tamen doctrinæ subtilitatem non capiebant, vt pote homines imperiti, atque opifices, & negotiis vilibus occupati, & mulieres in eiusmodi disciplinis minime exercitatæ: & puerorum turba, ætateque prouecti senes, qui omnes oratione facili in- D stituēdi, recreandique erant, & per res procreatas, quæ cernuntur, earumque pulchritudinem ad rerum omnium auctorem, procreatoremque perducendi Quare si quis ex præceptoris consilio dicta ipsius expenderit, nihil dubitationis relinquetur. neque enim verborum contentiones aucupabatur, nec facile sese quæstionibus implicabat, sed simplici verborum expositione audientiū sim- E plicitati sic orationem suam accommodabat, vt variam tamen externæ philosophiæ doctrinam redolens peritioribus etiam satisfaceret, Quamobrē eam & imperiti intelligebant, & eruditi admirabantur. Tu verò, si, vt in monte Sinai, relicto in-

fra populo simul cum magno Mose quætis in re- A rum arcanarum contemplationis nebulam introie-re, vbi ille cùm esset, vidit ea, quæ verbis explicari non possunt, necessariúmque cupis rerum conditarum ordinem cognoscere, quo modo, cælo, terrâque confectis, lux quidem, vt esset, diuinum mandatum expectarit, tenebræ autem extiterint etiam sine mandato? Præterea, si ad subiectum aërem illustrandum, & tempus nocte diæque distinguendum nulla re lux indiguit, quid ei fuerit opus, vt sol conderetur? Ad hæc, si mino simul cum cælo terra sint procreata, quo pacto fuerit incompositanam si facere & componere nihil inter se videntur differre: quo modo, quod factum est, incom- B positum fuit? Tum, quæ ad aquam pertinent, quæstiones, quasi fieri non possint, vt super apside cœlesti, figuráque globosa, & rotunda consistant quæ fluxa sunt, quomodo enim natura humida in curuo consideat, quæ de sphæræ fastigio in pronas figuræ partes necessario defluit aut quomodo, cum id quod sustinetur instabile sit cumque à sua basi semper delabatur, in se ipsa habebit firmitatem? aut quo modo non dissipabitur, cum incitatissima poli conuersio nihil prorsus incidens inhærensque sibi non abiiciat, ac repellat? Quin etiam istis contra dicentibus non videtur esse verisimile, vt, quæ humida sunt consummantur, cum C & fontium, & fluminum, & maris, & lacuum aquas in eadem semper mensura consistere videant exceptis quibusdam fontibus, qui ex imbrium nimiumque vi copiam aquarum in superficie sitam colligentes, torrentium instar, pro facultate quæ sursum prouenit, vel augentur, vel deficiunt. Nam ex quibus perennia fluenta manant, nec vllum decremeutum fit, aut incrementum, in iis nihil humoris consumi, manifesto constat. Quod enim consumitur, eandem perpetuò mensuram obtinere non potest. Ac ne ignis quidem si modo eam vère naturam habet, vt aquam consumat, mensuram propri- D am tueretur, aut nullum augmentum, nutrimentum ve susciperet. Neque enim fieri potest vt eius natura ex materia consumpta non augeatur. Hæc, & similia si tu diligenter indagans & rebus sublimibus incumbens ea, quæ à Mose in caliginis obscuritate cōspecta sunt, & ipse perspicere cupis, & multitudini patefacere, prudennæ tuæ consuluerim, ne alium spectares, sed ad eam gratiam confugeres, quæ in te est, & ad Spiritum reuelationis, qui precibus exoratus rerum diuinarum, & altissimarum arcana reserabit. Verū quoniam ex Apostolica lege debemus mutuò nobis ipsi seruire landabilis quæ seruitutis proprium est fa- E ctis ea quæ mādata sunt exequi: precationibus tuis adiuuantibus operam dabo, vt, quantum fieri poterit quæstiones has breuiter explicem. Sed antequam exordiar illud testatum volo, mihi certum esse nulla in te contradicere iis quæ à Basilio in mundi procreationem conscripta sunt, etiam si me dicendi ordo ad aliam expositionem adduxerit. Rata igitur sint illius scripta, præstentque nec vllis, nisi Testamenti, diuino Spiritu dictante exarati, monumentis cedant. Nostra verò quicunque legerint, & aliquid preter communem opinionem inuenerint, sic accipiant, vt sine vllius iniuria in dicendi exercitatione pro-

Exo 19.

Facere & componere

Basilii scripta nullis nisi diuinis cedant.

babiliter disputata. Neque enim propositum defendere, aut dogma constituere profitemur, vt calumniantibus occasionem præbeamus, nec hisce scriptis interpretationis doctrinam tradere, sed animum, & cogitationem nostram in hoc argumē to dūraxat exercere. Nemo igitur expectet à nobis vt quæstionibus, quæ vel ex sācta scriptura, vel ex iis, quæ à præceptore nostro statim declarata sunt quæquæ in cōmunē opinionē cadere videntur, implicemur. Nobis enim est propositū, vt ea cōcilie mus, quæ protinus, apparent inter se contraria. Quāobrē liceat nobis ex instituto nostro verborū sensū explorare, & in eā curā incūbere, vt vocibus in significatione propria permanentibus certum rerum procreationis ordinem, ac seriem contemplemur. In principio (inquit) fecit Deus cœlum, & terram & reliqua, quæ deinceps mundi fabricam, & ea quæ sex dierum spatio facta sunt, complectuntur. Ceterum, priusquam eorum, quæ scripta sunt, expositionem aggrediamur, illud nobis positum, constitutumque sit in natura diuina cum voluntate ita concurrere potestatem, vt Dei potestatis mensura sit ipsa voluntas. Voluntas autem est sapientia. Sapientiæ verò proprium est nō ignorare, quomodo vnūquodque fiat. porrò cognitionem potestas sequitur. Quapropter simul & faciendi cognouit, & nulla inter-posita mora concurrit rerum effectrix vis, quæ cognita perficeret, & sine vllo interuallo cum voluntate coniunctum opus connnenter ostensum est, quandoquidem potentia, voluntas est, eodemque momento prospicit, quo modo res fiant, & occasiones præbet, vt cogitata sint facta. Quamobrem omnia, quæ in Deo sunt, ad rerum pro creationem pertinentia simul cogitantur, voluntas, sapientia, potestas, & rerum ipsarum natura. Quæ cū ita sint, nemo amplius, quomodo, aut, vnde, perscrutādo inquirēdoque torqueatur. solent enim quidam ad hunc modū percontari. si materia, inquiunt, Deus vacat, vnde materia? quo modo aut quantum ex eo, qui caret quātitate? aut aspectabile ex illo, qui cerni nō potest? aut ex eo, qui nulla mole circūscriptus est, id quod aliqua omnino magnitudine amplitudineque concluditur? Hæc & alia omnia eiusdem generis, quæ in ipsa materia videntur, quònam pacto, aut vnde produxit ille, qui in natura sua nihil habet eiusmodi? Ad singulas enim: quæ de materia proferuntur, quæstiones, vna illa nobis solutio est: Nec Dei sapientiam, impotentem nec potentiam, insipientem proponi: sed inter se mutuo coniuncta esse, & vtraque vnum ostendi, vt simul pariterque in vtroque alterū cernatur. siquidem & sapiens ipsius voluntas potestate factorum est declarata, & effectrix eius potestas in ipsius sapiente volūtate perfecta est. Proinde, si & in eodem, & simul sapientia est atque potētia: nec ignorat, quo modo ad rerū cōpositionē inueniatur materia, nec inualidus est ad illud efficiēdū, quod nouit. Itaque cū omnia possit, ad rerū procreationē sapiēti potētique volūtate simul omnia cōtulit, leuitatē, grauitatē dēsitatē, raritatē, mollitudinē, duritiā, humiditatē, siccitatē frigiditatē, caliditatē, colorē figuram circūscriptionem interuallum: quæ quidem singula sunt tennes quædam, nudeque notiones, nihil enim horum

Voluntas dei.

vnum per se materia est, sed cunctis inter se concurrentibus materia fit. A Si igitur sapientiæ potentiæque præstantia & omnia nouit, & potest omnia, aliquo modo fortasse ad excelsam Mosis vocem accedimus, qui, In summa, inquit (sic enim Aquilas pro, in principio, vertit) fecit Deus cœlum, & terram. Quoniam enim procreationis librum composuit propheta, vt ad Dei cognitionem dux esset, idque Mosi propositú fuit, vt eos, qui sensibus obnoxii, deuinctique sunt, per ea, quæ cernuntur, ad illa perduceret, quæ sensibus comprehendi non possunt? cœlo autem, & terra nostra per oculos cognitio terminatur: iccirco extrema eorum, qua sensu à nobis percipiuntur, tāquam res omnes complectentia nominauit, B vt ea quæ complectuntur, à Deo facta esse commemorans, comprehenderet, quidquid ab illis continetur, & pro, eo vt diceret, simul omnia Deū fecisse, in summa sue in principio, dixit, eum fecisse, cœlum, & terram. Vtriusque autem vocis vna significatio est, principium enim. & summa æquè declarant, simul. Quare per summam ostēdit omnia simul fuisse procreata, & per principium cuncta momento, & sine vllo temporis spacio facta fuisse significat. Principium enim non patitur, vt vllum interuallum cogitemus. Nam vt punctum est principium lineæ, & indiuiduū cor- C poris, sic momentū ipsius tēporis. Rerū igitur simul omnium cōstructio ab incredibili potentia Dei profecta principiū, à Mose, seu summa, in qua cōsistit vniuersitas, nominatur. Ille, dum rerum extrema prosequitur tacitè etiam indicat, quæ ipsi cōprehenduntur extremis. Extrema dico, habita ratione sensus humani, qui nec sub terrā penetrat, nec cœlū transcendit. In principio igitur mūdum esse conditum dicens, significat rerum omniū occasiones, & causas, & potestates à Deo fuisse cōfectas, & ad primū voluntatis illius motum res singulas extitisse, cœlum, æthera, stellas, ignem, aëra, mare, terram, animalia, plantas, quæ D quidem omnia Dei oculo cernebantur, potestatis ratione conspicua, vt inquit propheta: Qui

Daniel. 3. videt omnia prius, quàm fiant. Sed potestate, sapientiaque ad singularum mundi partium perfectionem collata, necessaria quædam series ordine quodā consecuta est, vt vnum aliquod ex tota rerum vniuersitate primum extiterit, & apparuerit. Deinde post illud necessariò alterum secutum Tum, vt artifex natura cogebat, tertium & quartum, & quintum, & reliqua deinceps non casu, & fortuna inordinato, & celeri quodam motu, sed, vt necessarius naturæ ordo in rebus disponendis E requirebat, ita singula facta fuisse narrat, & de naturalibus institutis philosophatur. Quasdam etiā voces imperantis Dei, singulis rebus, quæ generātur, assignat, idque rectè, & conuenienter facit. Quidquid enim ordine sapiēterque factū est, quādā veluti vocē Dei vicissim refert. Itaque cū Dei naturā ignoremus, ipsā potentiā ipsáque sapientiam animo concipientes, Deum mente nos credimus comprehendisse. Iccirco quādo conditus est orbis vniuersus, antequā singulæ partes ipsius apparerent, tenebris totus obtegebatur. quia splē-

Simile à silicibus. dor ignis, qui sub materiæ particulis latitabat, nōdum effulserat. Etenim, quemadmodū silices in tenebris obscuræ iacent, licet vim lucidum at-

A que illustrantem naturaliter in se contineant, quippe quæ pariant ignem, si inter se collidantur, scintilla verò ab ipsis prolata, splendore illius ipsæ quoque cernuntur: sic obscura cæcáque erant omnia prius, quàm perlucida, atque illustrans natura in apertum proferretur. Nam cum vno diuinæ voluntatis motu nuper indistincta rerum vniuersitas simul extitisset, omniáque elementa inter se concreta permixtaque essent, ignis, qui vbique disseminatus erat, obscurus iacebat, materiæque impotentia supprimebatur, verum, quoniam vis eius velox, atque agilis est, simul atque rerum naturæ ad mundi constitutionem à Deo motus principium B atque incitatio adhibita est, ante illa omnia, quæ *Lux quare primum facta.* grauiora sunt, exiliens, lumine cuncta statim illustrauit. Hoc autem sapientiæ ratione fecit potentia conditoris, qui, vt eius iubentis oratio à Mose describitur, fiat, inquit, lux, & facta est lux. oratio enim, & ratio in Deo, vt ego sentio, est opus, & fa- *Ratio gratie in deo quis.* ctum. Quidquid enim ab eo fit, ratione fit. Et in iis quæ à Deo proficiscuntur, nihil à ratione alienum, nihil inordinatum, aut fortuitum animaduertitur. Quare credendum est, in rebus singulis sapientem quandam, ac solertem inesse rationem, longé tamen præstantiorem, quàm vt aspectu nostro comprehendatur. Quod igitur dixit Deus, C quando rationis imperantis ea vox est, non indignam, opinor, Deo cognationem suscipiemus, si ad rationem rei procreatæ insitam dictum retulerimus. Sic enim has voces magnus etiam Dauid nobis exposuit, omnia, inquiens, in sapientia fecisti. Nam imperātia rerum conditarum verba, quæ *Psal.103.* à Mose ex diuina voce descripta sunt, Dauid ipse conspectum in rebus generatis sapientiam appellauit. Quo circa cœlos etiam, ait, narrare gloriam *Psal.18.* Dei. Artificiosum nimirum, quod in ipsis ex conuersionis concentu spectaculum visitur, apud peritos munere fungitur orationis. cœlos autem enarrare, & firmamentum annunciare dicens, eru- D dit eos, qui eiusmodi verba crassius intelligerent *Psal.18.* & fortasse vocis etiam sonum, distinctumque sermonem ex narratione cœlorum expectarent dū inquit, nō esse loquelas, neque sermones, quibus *Psal.18.* non audiātur voces eorum, vt sapientiam, quæ in rebus procreatis perspicitur, orationem esse declararet, licet haud articulatè distinctéque pronūcietur. Rursus, cum magnificis quibusdam vocibus Deū sibi locutum esse dixisset Moses dū admiranda illa signa ederet in Ægypto, id ipse Dauid sublimius multo, quam vt quilibet suspicetur, explicauit, posuit, inquiens, in eis verba signorum eius, & prodigiorum ipsius in terra Chan. Hac e- *Psal.104* E nim voce propheta vim earum rerum admirabilium effectricem, ratione quadam eas executam, planissimè demonstrauit, cùm non rationem in verbis consistentem, sed signorum efficiendorum potestatem ita nominaret. Sic igitur etiam tunc anteuertit, & celeritate mobilitateque suauis illuminandi á rerum vniuersitate secessit, seque ipsā ab aliis naturis seiunxit, atque ita splendida illius potentia illustratus est orbis. Qua autem ratione hæc effecerit ignis natura, solius Dei est explicare, qui naturæ vim inseruit illuminandi atque illustrandi. quod scriptura sua Magnus etiam Moses testatur, cùm ait? Dixit Deus, fiat lux, eiusmodi verbis, vt arbitror, significans, di-

uinam orationem esse lucis opus omnem humanam cogitationem superantem. Nos enim quod A factum est, tantummodo aspicimus, sensúque percipimus, & admiramur. Vbi autem ignis latitans repente generetur, siue ex lapidum collisione, siue ex aliarum rerum attritu prosiliat, & quaenam vis id, quod ab ipso comprehenditur, exedat: atque consumat, quaeque aciem flamma collustret, neque cernere possumus, neque vlla cogitatione complecti: sed in solo Deo tam mirificae rei rationem reconditam esse dicimus, qui arcana potestatis ratione in igne lucem ingenerat. Quemadmodum sermone suo Moses attestatur. Dixit, inquiens, Deus, fiat lux & facta est lux. Et vidit Deus, lucé a esse bonam. Vere enim Dei solius est, intueri quo modo sit ita bona, imbecillitas autem naturae nostrae, quod fit, perspicit illa quidem, qua tatit ne auté fiat: nec perspicere potest, nec laudare. laudantur enim, quae cognoscuntur, non autem quae ignorantur. Vidit igitur, inquit, Deus lucem esse bonam, & diuisit Deus inter lucem, & tenebras. Rursum Moses, quod naturali quodam ordine, atque concentu sit, necessario ad Deum auctorem refert, ex iis, quae dicta sunt, vt ego sentio, docens, omnia quae necessario ordine se consequentia, proditura erant, Deo primum fuisse cognita. Etenim cùm natura illa lucida, atque C illustrandi vim habens, quae in rerum vniuersitate disseminata, dispersaque erat, ad id, quod sibi cognatum, ac simile erat, accurreret, seque tota colligeret, necessario ea, quae à reliqua elementorum materia contecta remanebant, obscurabantur, & haec obscuratio tenebrae erant. Quod igitur consecutum est, ne quis in fortuitum aliquem casum reiiceret, Moses esse Dei opus esseruit, qui rebus conditis eam tribuisset facultatem. Ignis autem naturam, & celerem esse, & ad superiora tendentem, semperque mobilem, ex iis, quae videntur, cuilibet patet. Et haec quidem per hoc principiú intelligenda proponuntur. Illud autem D in genere narrationis historicè à Mose conscriptú est: Et factum est vespere, & factum est mane. Quis enim ignorat, cùm res procreatae ita diuisae sint, vt aliae mente, aliae sensibus comprehendantur, omne legislatoris studium nunc eò dirigi, non, vt eas, quae mente atque animo percipiuntur, exponat, sed vt ex iis, quae cernuntur rerum sensibus obnoxiarum ornatum & dispositionem ostendat? Cùm igitur ignis, qui natura sua celerrimè sursum tendit, tanquam sagitta ab arcu emissa ab aliis elementis progrediens ex vniuersitate rerum ante exiluisset, &, quàm cogitari posset celerrimè, caeteras sensui affines res pertran E sisset, nec motum rectum longius valeret producere, quòd res illae quae mente solum percipiuntur, nullo pacto cum istis, quae sensibus sunt expositae, qualis est etiam ignis, commisceri queant summá mundi regionem obtinens in orbé necessario motum egit. Ab insita enim vi naturali cum vniuerso mundo ferri compellitur, locum autem per quẽ recta motione feratur, non habet, quòd & res sensibus expositae suis quaeque finibus continẽtur, & quae animo tátú cõprehéduntur, ignis cursú, vt ante diximus, non suscipiunt, iccirco in suprema orbis regione prosperè degens circũuertitur. Itaque Moses ignis motú considerans, non ait lucem procreatam in eisdem partibus permansisse, sed vehementi motu crassiorem rerum molem obcuntem & obscuris attulisse splendorem & illustratis tenebras reliquisse. Hae autem lucis tenebrarumque successione aequis temporis interuallis in regione inferiori peracta Moses, vt nihil eorum, quae ordine consecuta sũt aut fortuitò, aut ab alia causa principium habuisse declararet, diei noctisque denominationem. Deo tribuens, appellauit, inquit, lucem diem, & tenebras noctem. Nã cùm illustrandi vis naturaliter non posset quiescere vbi lux per summam circuli partem trãsiens ad superiora peruenit, necesse fuit, vt inferiora obscurantur, crassiore natura vt par est, splendorem non admittente. Ignis igitur abscessum vesperam nominauit. Rursus autem cùm ignis supremum circulum percurreret, & superioribus lumen afferret, illud ipsum factum vocauit mane, crepusculum sic appellans. Sed paulo altius sermonem repetamus vt expositionis allatae à nobis ordo ex iis, quae sparsim in sancta scriptura posita sunt, comprobetur. Verba, quae mundi continent opificium, sic habent: In principio fecit Deus coelum & terram Haec nos ita sumus interpretati, vt rerum omniú procreationem simul fuisse constitutam ex iis significari diximus. Ex eo enim, quod continet illud etiam ostendi, quod continetur. Nam extremis media comprehenduntur. Extrema veró, quantum quidem ad sensum pertinet humanum, sũt caelum, & terra His enim aspectus hominum, vtrinque circunscribitur. Quemadmodum enim qui dixit, in manu eius esse fines terrae, media etiam, quae finibus concluduntur, intellexit, sic Moses per extremitates vniuersam orbis materiam complexus est, quae quidem opinio ex verbis, quae sunt interiecta, confirmatur. Scriptum est enim. Terra autem erat inuisibilis, & incomposita: vt planum fieret, omnia quidem fuisse potestate in primo Dei ad procreandum appulsu, tanquam vi quadam seminis ad mundi procreationem coniecta, actu verò, res singulas minimè fuisse. Terra enim, inquit, erat inuisibilis. Quod perinde est, ac si diceretur, erat, & non erat. siquidem ad eam nondum concurrerant qualitates. Cuius quidem sententiae indicium est, quòd inuisibilis fuisse dicitur. Quod enim videtur, color est: color autem est quidam veluti fluxus ex superficie figurae: figura verò nõ est sine corpore. Quamobrem si inuisibilis erat, & colore carebat omnino, quod autem coloris est expers, figuram non habet, & quod eiusmodi est, corpore vacat. Quare in subita illa mundi molitione simul cum reliquis rebus omnibus inerat terra restabat autem, vt, id, quod est generari, qualitates, adhiberẽtur. Etenim ex eo, quod inuisibilem eam fuisse dicit scriptura, nec aliam vllam in ipsa qualitatem fuisse demonstrat. Quòd autem incompositam vocat, indicat eam nondum corporeis proprietatibus fuisse cõcretam & condensatam. Hoc autem ex Symmachi, & Theodotionis, & Aquilae interpretatione clarius fit, cùm primus eorum dicat. Terra autem erat iners, & indistincta: alter autem, Erat inanis, & nulla: tertius verò, erat nihil, & nihilum. Ex his enim, vt ego quidem sentio, intelligitur terra ex eo, quòd iners esset, nondum actu fuisse, sed sola potestate. Quòd autem indistincta,

nondum singulas qualitates inter se propriè fuisse separatas, sed orbem vniuersum in confusa A quadam, & indistinctà qualitate, cùm nec color, nec figura, nec moles, nec amplitudo, nec vlla alia eiusmodi qualitas propria ratione distincta in subiecto cerneretur. Idem significat nobis, Inanis, & nulla. Nam voce illa, inanis, vis qualitates separans indicatur, vt intelligamus, mundi conditorem potestatem qualitatum susceptricem produxisse, quæ quidem inanis erat, & in se nihil continebat, antequam qualitatibus compleretur. Tertiam interpretationem, vt ex Epicuri deprompptam philosophia, sine consideratione relinquendam existimo. Simile enim quiddam illa quoque B declarat de primo rerum principio, voces inanes effingens, per easque nullam fuisse rerũ non subsistentem naturã ostendens, cui simile est nihil, & nihilum. Verum ad institutum nostrum reuertamur, videamusque, quo modo supremo naturæ sensilis termino ab igne semel occupato, firmamẽtum deinceps factum sit, quod superiorum & inferiorum aquarum confinium esse dicit. Ego enim existimo firmamentum, siue sit vnum ex quatuor, siue aliud illa complectens, vt externi philosophi tradiderunt, non esse corpus solidum, ac durum, sed comparatione sempiternæ, & incorporeæ, & C quæ tactu non percipitur, proprietatis, extremum illud naturæ sensilis: quod ignis vi sua perpetuò mobili ambit, firmamentum à scriptura dici. Quis enim nescit, quod solidum est, resistenti quadã duritiæ cõdensari? quod autem est densum, & durũ, ac resistens, qualitate graui non vacat. quod vero natura graue est, sursum ferri non potest. At rebus cunctis sensilibus superius est firmamentum. ex quo fit, vt nihil in eo crassum, aut corpulẽtum cogitari possit, sed, vt dictum est, rerum, quæ corpore vacant, & animo tantum comprehenduntur, cõparatione, quidquid sensibus est obnoxium, solidum, firmumque dicitur, licet naturam quam maxime cogitari possit, subtilem obtineat. Meritò D igitur, quod ignis ambitu comprehẽditur, cõprehenditur autẽ quidquid ex crassa materia constat, id propriis semel terminis circumscriptum, ob naturalem materiæ crassitudinem ad superiorũ differentiam vocatum est firmamentum. Quemadmodum autem & lucem, diem, & tenebras, noctẽ, sic illud, cœlum appellauit. Atque ab hac quidem expositione diuisio aquarum interpositu interiectuque firmamenti constituta nõ abhorret, & scripturæ cõuenit: sic enim post illa, quæ de terra scripta sunt sequitur: Tenebræ erãt super abyssum, & spiritus Dei ferebatur super aquam. Arbitramur E igitur tantum abesse, vt spiritus tenebrarum, spiritus Dei sit, quantum abest ab omni malo. quod innumerabilibus sanctæ scripturæ testimoniis possumus comprobare, quæ Deũ & lucem esse veram, & habitare lucem inaccessam affirmant. *Io. 1. 1. Tim. 6* Spiritus autẽ Dei ea, super quæ fertur, similia facit iis, quæ in luce sunt. Quamobrem aqua super quam Dei spiritus ferebatur, in luce erat omnino, & à tenebris separata, & ideo illi non erat opus, cum in tenebris non esset, vt illustraretur. Quæ si rectè considerata sunt, aqua profectò, super qua ferebatur spiritus Dei, diuersa est ab istarum aquarum natura, quæ deorsum fluunt, & firmamento ab aqua graui & ad inferiora tendente seiungitur.

Spiritus Dei super quas ferretur aquas.

Quòd autem in scriptura vocetur aqua e- A tiam illa, qua sublimiori contemplatione diuinarum mentium plenitudo significatur, ne quis id alienum, aut nouum putet. Nam & Deus ignis consumens est, attamen ab ignis materiã purus intelligitur. *Deut. 4* Quemadmodum igitur, cùm audis Deum esse ignem, aliud quiddam ab isto igne diuersum esse illum cogitas: sic etiam, cùm diuino spiritui aquam subiectam discis, ne putes illam esse istam, quæ inferiora petens in terram fluit. Nam spiritus Dei super terrenis istis, atque instabilibus non fertur. Verum, vt clarior nobis hic sensus pateat, breuiter repetamus ea, B quæ dicta sunt. Firmamentum, quod vocatum est cœlum, terminus est rerum, quæ sensibus comprehenduntur. quod vltra illum terminum est, id res illæ, quæ mente percipiuntur, excipiunt, in quibus nec species est nec magnitudo nec situs in loco, nec interualli mensura, nec color, nec figura, nec quantitas, nec quidquam aliud eorum, quæ sub cœlo cernuntur. Nec quisquam arbitretur, nos verborum interpretationi ex hac morali expositione confusionem efferre, vt opinionibus eorum, qui ante nos interpretati sunt, faueamus, dicamusque potestates illas, quæ defecerunt, abyssum dici? principem verò C tenebrarum intelligi tenebras illas, quæ super abyssum erant. Nunquam enim ita delirarem, vt res à Deo factas malas esse ducerem, cùm perspicue summam colligens diuina scriptura dicat: Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. *Gen. 1.* Quòd si, quæcunque Deus fecit, sunt bona, abyssus autem, quæque ad illam pertinent à numero eorum, quæ facta sunt à deo, non excluduntur: & hæc igitur in ordine suo bona etiam abyssus ipsa licet lux rebus insita nundum circa illam splenderet. Proinde cùm in scriptura abyssum audio, multitudinem aquarum significari dico, Sic enim in psalmis quoque describitur: *Psal. 76.* D conturbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum. Tenebras autem circa illam audiens, vim illustrandi in rerum vniuersitate sitam nondũ eluxisse intelligo. Aquarum verò separationem per firmamentum consecutam, dicens, à scriptura, nihil absurdum, aut à nominis significatione alienũ mihi facere videor, si discrimen inter earum naturas intelligam, atque vnum genus illarum sursum tendere, nihil grauitatis habere, & ignem leuitate superare mihi persuadeam, adeo vt supra naturam calidam manens, illius subiectæ nec motu conuellatur, nec ardore in diuersum ordinem commutetur, sed igni subtercurrenti nullum ad se accessum E præbẽs, integrũ maneat. Quo modo enim, quod materia caret, ei se locum accommodet, quod ex materia constat? Alterũ autem illud esse cuius naturã & oculis & gustu & tactu cognoscim⁹. Quæ enim hic, & deorsum fertur aqua, & perlucida cernitur, & gustu dignoscitur, eam, natura eius perspecta, & cognita, ad aliam notionem transferre non cogimur. At quæ illic aqua dicitur, cùm nec videatur, nec fluat, nec vllis prorsus eiusmodi terminis coerceatur, quibus natura humida continentur, sed extra locum sit & expers omnium qualitatum, quæ sub sensum cadunt, super ipsa feratur spiritus Dei, & supra cœlos esse credatur, & omnibus, quæ sensu cognoscuntur, superi-

or sit; qui non à communi aqua diuersam putet,
naturámque sensibus non obnoxiam, sed animo
ac mente solum comprehensam existimet, inter
eos, qui iudicare possunt, arbitror esse neminem.
Nam, vt ex superiore disputatione conclusimus,
quidquid mouetur, à natura, quæ mente sola per-
cipitur, exclusum est, circa se ipsum conuersionem
habet. Natura vero locorum spatiis terminata, re-
bus, quæ mouentur, fines constituit, vltra quos na
tura, sola intelligentia comprehensa nulli: que lo-
corum, aut interuallorum proprietatibus obno-
xia reperitur. supremum igitur naturæ sensibilis ter-
minum, extra quem nihil tale est, qualia sunt ea,
quæ cernimus, firmamenti nomine declarari di
cimus, sententiam nostram scriptura verbis illis ap
probante: Diuisit Deus inter aquam, quæ erat sub
firmamento, & aquam, quæ erat super firmamen-
tum. Ex his etiam patet, ne initio quidem hanc cũ
illa fuisse confusam: sed cùm esset nomine coniun
cta, nullam tamen habuisse naturæ permixtionem
Neque enim dicitur; Erat subter aut supra firma-
mentum: sed hæc erat sub firmamento, illa erat su-
pra firmamentum. Quòd si vna statim in tenebris
altera prorsus in luce, & à tenebris seiuncta, nimi-
rum illa super qua spiritus: quæ simul etiã fuit su-
pra firmamentum, quod interiectum est. Quæ de
rerum vniuersitatis constitutione excogitauimus,
& quomodo in naturæ potẽtia reliquis rebus lux
non sit posterior, licet scriptura tenebras prius, quã
lucem cõmemoret, quæque de firmamẽto proba-
biliter attulimus, & de aquarũ differentia, quæ il-
las nominis cõmunione coniunctas in grauem, le-
uemque diuidens, diuersas de vtraque ipsarũ opi-
niones affert, hæc & his similia sunt: quæ, vtrum re
cta & conuenientia sint, iudicet prudens auditor.
Posteaquam igitur, quæ cernuntur, aquæ, ab illis
quæ intelliguntur, secretæ sunt, mediumque inter
duplicem aquarum naturam confinium interie-
ctum est cœlum, quod simul cum terra atque om
nibus iis, sine ad mundi constitutionẽ collata sunt
in principio factum esse dicitur, nunc autem perse
ctum, & nominatũ in demonstratione firmamen-
ti, ignis ambitu definiti, ostenditur, alter lucis cir-
cuitus rursum & obscurauit id, quod erat subie-
ctum vicissim, & illustrauit, idque eadem, quæ an
te dicta est, ratione vocatum est dies. Necessario
autem atque ordine natura numeri rerum vni-
uersitatem ingressa est. Neque enim aliud est nu-
merus, nisi vnitatum compositio. Quidquid au-
tem præfinita aliqua circunscriptione conside-
ratur, vnum appellamus. Quare cùm circulus
vndique perfectus in se cognoscatur, recte scri-
ptura in nomine vnum circuli ambitum consti-
tuit, dicens: Factum est vespere, & factum est ma
ne dies vnus & rursum alterum ambitum itidem
vnum. Vtriusque verò compositio duo reddi-
dit. Atque ita scriptura numeri naturam mundi
partibus adiunxit, ordinis consequentiam nomi-
nibus numeri significans. Factum est enim inquit
vespere, & factum est mane dies vnus. Cùm igi-
tur hæc facta essent, rerum natura rursus ordi-
ne progrediens antecedentibus consequens ad-
didit necessariò. Atque huic item operi diuinum
mandatum anteit, animos vbique nostros Mo-
se confirmante, ne quid sine Dei nutu consiste-
re cogitemus, sed, quæ singulis in rebus admi-
randa perspicimus, ad Deum eorum opificem au-
A ctoremque referamus. omni ergo tum lucida, tum
ignea natura propriis qualitatibus à cæteris seiun-
cta, atque distincta, aëris constitutio silentio præ-
termittitur, cùm tamen ordinis ratio postularet,
vt, igne constituto, de ipso aëre disputaretur: qui,
cùm leuis sit, cùm ignis leuitate quandam habet
cognationem? deinde de natura graui verba fierẽt
Moses autẽ omisso aëre de hac ipsa disserit. Quod
quidem ille non ideo facit, quòd nihil ad mundi
constitutionem aër conducat, aut quòd seclusus
sit ab elementorũ potestate, sed quia fortasse na-
tura molli ad facile cedẽti præditus res omnes in
sese suscipit, easdẽmque præ se fert, cùm nec colo-
B rem proprium, nec figuram, nec speciem habeat,
sed alienis & coloribus, & figuris informetur. Nã
& lucis fulgore splendidus fit, & tenebrarum
interuentu niger, & obscurus. Per se enim nec
splendidus, nec obscurus est, sed omni figura, om-
nique colorum specie imbuitur, & ad omnium re
rum, quas suscipit, motum se accõmodat. Etenim
nullo labore illis vtrinque cedit & hinc, atque il-
linc, vtcunque moueãtur, ad earum magnitudinẽ
circuncisus pone succedit. Quin etiam si humi-
dum ex amphora, quodcunque in ea fuerit, effun
datur, aër & effusum amplectitur, & vltro in inte-
C riores vasis partes ingrediens vacuum occupat.
His, & aliis innumerabilibus argumentis aëris
natura mollis, & facilè cedens ostenditur. Quare
cum in eo versetur hominum vita, cumque om-
nis propè viuendi facultas, & sensũ actio in aëre
vim suam obtineat: siquidem per ipsum audimus
odoramur, & animam ducimus, quod vitæ mu-
nus maximè proprium ac necessarium est: qui e-
nim respirandi, idem simul fecit etiam viuendi fi-
nem: idcirco sapientissimus Moses illum, vt co-
gnatum, coniunctumque nobis elementum, in
quo ab ipso statim ortu enutrimur, tacitè præ-
terit, ad huius partis declarationem satis esse
D putans, innatam illam, atque insitam naturæ
nostræ cum aëre coniunctionem, atque habi-
tum. Quæ verò in ipso conspiciuntur, ea quo
modo se habeant, sigillatim persequitur, Etenim
cùm dies secundus transisset, sapiens & nume-
ris omnibus obsolutus rerum conditarum ordo,
quo aqua à terra separata est, Dei vox manda-
tumque dicitur. Vere enim, quidquid sapienter
fit, Dei verbum est, non instrumentis vllis vo-
calibus enunciatum, sed iis, quæ in ipsis rebus
conditis admirabilia videntur, expressum. Nam
cùm adhuc terrena qualitas cum natura humida
commixta esset, cuius nisi verè diuinæ potesta-
E tis, ac sapientiæ fuit, vel terram propriis qua-
litatibus ita densare, vt, omnibus eius similibus
particulis in solidum redactis, ac constipatis, humi
ditatem insitam ab ipsa secluderet, vel aquam ter
ræ cauernis cohibitam, & inclusam ab eius per-
mixtione secernere, atque in vnum congregare?
Iccirco Moses huic rei admirandæ sermonem
Dei præfuisse dicit, mandatum ipsius explicantem
quo quidem ego rationem rerum conditarum
naturæ insitam significari iudico. Dixit, inquit,
Deus, cogantur aquæ in congregationes suas,
& appareat arida. Necessarium naturæ ordinem
cernis: quo modo, expressa aqua ab ipsa ter-
ra, quod ab humiditate secretum est, exarescat. &

quo modo, cùm id, quod humidum est, non amplius in cœni morem cum terra permixtum sit, receptaculis quibusdam cingatur aqua, ne propter A naturam fluxam dispereat: si effusio ipsius nulla re coerceatur. Mihi non videtur alienum, de aquis, quæ super cœlos sunt, iterum mentionem facere.

aquæ quæ super cœlos sunt.

Nā si necesse est, vt hic apte ad aquas suscipiendas terra formetur, quæ quibusdam finibus earum fluenta cohibeat, naturæque instabili firmam stabilitatem suam opponat qui fieri potest, vt aqua illa superior, si vere est aqua, super re mobili consistat, nec super curua re iacens dispergatur. Etenim si vnam & eandem vtriusque naturam esse statuimus, necessarium est, vt, quæ in his aquis conspicimus eadem omnia de illis cogitemus. B Ergo cœli terga dissecta sunt, atque excauata in valles, earum similes, quæ propter interualla montium in terra sunt, vt illis aqua coerceatur. At quid dicent, quando poli conuersione id, quod superius nunc est, inferius fiet, pocula ne aliqua in orbibus excogitabunt, ne aqua suspensa ex cauis effluat? Vorax est inquiunt, ignis, materiaque indiget flammam perpetuò nutriente, ne succedentis extinguatur inopia, & à semetipso consumatur? Ego verò, licet magna præceptoris nostri vox huic sententiæ faue re videatur, rogabo tamen eos, in quorum manus hec inciderint, ne grauiter ferant, sed patiantur, C me institutum ordinem sequi. Neque enim opiniones nostras, vt leges, auditoribus proponimus, sed ex doctrina ipsius occasionem arripientes consentaneum ordinem intuemur. Quamobrē & hæc oratio nostra, si quidem à decoro non abhorruerit, ad eius sapientiam referetur. Quid igitur ad ea, quæ contra dicebantur, respondebimus? Non solum in igne, & aqua contrarias qualitates perspicimus, sed in singulis elementis videre licet quandā proprietatū cum oppositis pugnā. Quemadmodum enim in elementis, quæ commemorauimus, contraria est frigiditati caliditas, siccitas humiditati, sic in altera elementorum oppositio- D ne contrariæ sunt inter se qualitates, soliditas, & raritas? duritia, & mollitia, grauitas, & leuitas? & siquid aliud in horum vtroque proprium, alteri contrarium cognoscitur. Vt igitur in his dicere non possumus, contrarium vnum altero contrario nutriri, nec grauitatis consumptione aëris leuitatē augeri, neque terræ densitatem oppositi elementi raritatem efficere, aut reliquas eius proprietates alere aëreas qualitates: sic inquiet aliquis, frigidum quidem, & humidum, calido, & sicco esse contraria, non tamen sequi, vt mutuo inter se interitu nutriantur, neque ex eo, quòd alterum nō sit, alterum esse. Hoc enim pacto neutrum consi- E stet, si vtriusque vis in alterius interitu sita foret par enim in vtroque corrumpendi alterum potestas est, & semper ex superantis potentia victi pernicies nascitur idque experimento confirmatur. Si materiam aliquam ignis apprehenderit, deinde aqua coniiciatur, mutuum vtriusque videbimus exitium. Quod enim in vtroque dominatur, alterum perdit, cum vtrūque alterius potentiæ superanti pariter cedat. Quandiu enim equalis est vtriusque vis mutua vtrinque tentatur internecio: & neutrum altero alitur, aut nutritur, sed vtrunque simul vicissim deletur. Vt eas feras non dicemus mutuam sibi viuendi facultatem præbere, quæ sese vicissim deuorant, sic humidum, & siccum ita contraria sunt, vt neutrum ab altero conseruetur, si vnum alterius interitu nutriatur. Quamobrem mihi magis cōsētaneū videtur vt ita statuam° quoniam omnia, quæ Deus fecit, valde bona, pulchraque sunt in singulis inspici pulchritudinis perfectionem oportere. Additio enim illius particulæ, Valde, significationem intendit, eámque perfectionem, cui nihil desit, planè declarat. Nam vt in animalium genere, quamuis innumerabiles differentias cernamus, generali tamen rerum commendatione conuenire dicimus, vt vnumquodque pulchrum esse dicatur. Quæ tamen laus, & commendatio non refertur ad eam speciem: & formam, quæ conspicitur. Alioqui nec scolopendra, nec terrestris rana, nec, quæ ex putri materia generantur, animalia essent valde pulchra. Non enim rerum speciem diuinus oculus intuetur. Nec quadam coloris, formæque præstantia pulchritudo definitur, sed eo, quòd singula, quatenus sunt, naturam perfectam habent. Non enim in eo situm est, vt equus sit, quòd bos non sit, aut contra, sed quòd in vtroque eorum se ipsam natura conseruat propriásque ad stabilitatem suam obtinet facultates, nec corrumpendi, sed conseruandi vim habet. Sic etiam elementa, licet aliter inter se habeant, singula tamen in se valde sunt pulchra. Propria enim vnumquodque ratione completum est pulchritudine Pulchra est terra, quippe quæ non eget aëris interitu, vt terra sit, sed naturali sibi à Deo insita potestate sese conseruans in propriis qualitatibus manet.

Elementorum pulchritudo.

Pulcher est aër, non ex eo, quod terra non sit, sed quòd ipse est, séque naturæ suæ viribus sustentat. Sic etiam aqua est valde pulchra, & ignis pulcher est valde, & propriis vterque qualitatibus absolutus in ea mensura, qua primum generatus est, diuinæ voluntatis virtute perpetuo conseruatur. Terra, inquit, in æternum stat: non imminuitur, non augetur. Aër in propriis seruatur terminis. Quonam igitur pacto aqua sola ex eorum genere est, quæ consumuntur? Præterea in rebus ipsis inter se comparandis videmus eam, quæ naturam ac vim igneam obtinet, magnitudine longè præstare. Nam illi, qui de rebus sublimibus philosophantur, solem ipsum multis partibus terra maiorem esse facile demonstrant. Neque enim vmbram terræ longius in aërem protendi, quòd, superante solis magnitudine, radiorum accessu in turbinis morem contrahatur & coarctetur.

Aqua nō cōsumatur

Quòd si totum hoc, quod ex terra & aqua conficitur, cum ipso tantum sole comparatum, tam exiguum est, vt multis partibus excellat solis magnitudo, quandiu tantulum istud humidi tanto igni nutrimentum subministrasset? Attamen omnibus seculis videmus mare pariter exundans, & fluminum cursus eisdem finibus, & modis contineri. Quo quidem experimento nihil humidi consumi probatur, &, quemadmodum initio non ex humiditatis interitu ignis ortum habuit, sed ab eadem constitutus est potestate, sic, vt nihil humida natura, quo ipse maneat, perturbetur, in primo suo statu perpetuo cōseruatum iri. At enim, inquit, sæpenumero terram imbre madefactam videmus deinde, sole vehementius calefaciente, eandam exarescere, quæ paulo antè erat irrigua. Quonam igitur, inquit, abiit humiditas illa, si radiorum ar-

dore non est consumpta? An, quæ in dolio est aqua, si in alterum dolium transfundatur statimque exinaniatur, quod plenum erat, quia in vno aqua non est, ne in altero quidem erit? Hoc si quis ad elementa retulerit, nihil errabit. Idem enim est, ex vno vase in alterum aquam transfundi, & humiditatem è terra exugi, in aeremque transportari. Naturaliter enim, quando superiorum caliditas ad se attrahit, humidum subtilitate partium à terra sursum tollitur. Huiusce rei illud indicium sit, quòd crassioribus è profundo terræ plerunque sublatis vaporibus caliginosum quoddam corpus defluit, tantaque fit vaporum coagmentatio, vt oculis perspicue cernatur. Alias autem tenuior quædam vaporis fit exhalatio, quæ aëris tenuitaté proxime accedit nec prius oculis percipi potest, quã inter se coacta, atque concreta coagmẽtatione sua nubẽ efficiat. Tenues igitur, atque humidi vapores illi leuitate sua in aëre fluitãt. Quòd si maior humidi copia in vnũ cõfluens grauitaté acquirat, tunc ex aëre guttatim cadit. Itaque quod ex terra caliditas attrahit, & extollit, id ab ea non consumitur, sed nubes euadit: qua quidem compressa, imber efficitur. Hoc autem rursum terræ commixto, vapor cõsurgit: qui redactus in nubem, pluuiam, & imbrem parit. Vnde vapores iterum concipit terra, qui in nubes coagmentati defluunt. Quod autem defluxit, rursum per vapores cogitur, atque ita orbis quidam fit, qui in se ipsum redit, & iisdem vestigiis assiduè vertitur ac circumuoluitur. Quòd si plantas, ac germina obieceris? respondebo, omnia in orbem itidem commeare. Humor enim per plantas, aut semina in germina cõfluit. Tum quod terrenum est, cõsequitur: quibus admissis res enutrita crescit, & augetur. At vbi exaruerit, ita dissoluitur, vt singulæ partes ad elementum sui simile reuertantur. Etenim cum in particulis suis aër sit rarus, tenuibusque vaporum partibus longè tenuior, quicquid in ipso est, ad cognatum sibi elementum per ipsum transit. Sic enim & puluis, licet diu in aëre diffusa iactetur, tandem redditur terræ: & humor non perit, sed aliquid omnino sibi coniunctum, ac simile inuenit, cui admixtus, auctusque partium similium accessione, rursum in nubem concrescit, atque ita per pluuiæ guttas in naturam suam restituitur. Ex quo fit, vt mundi partes, quæ ordine constitutæ in vniuersitate rerum videntur eundem modum & mensuram, quam opificis sapientia cuique ad mundi pulchritudinem initio præscripsit, tueantur, atque conseruent. Illud obiici posse non ignoro, sæpenumero in maximis caloribus nubes per aërem disiectas ferri, in quas si diutius aliquis aciem oculorum intenderit, redarguet quodam modo rationem eorum, qui asserunt, naturæ humidæ nihil consumi. Nam turbulentæ nubis sectiones, quæ multum aëris spatium occupant, primum quidem nimia ardoris vi accensæ magnitudinem contrahunt, deinde incendio exiccatæ penitus abolentur, adeo, vt, humore ab æstu consumpto, nihil omnino relinquatur. Quo quidem argumento vaporum ratio refellitur. Nubes enim in superiore turbulenti ventosique huius aëris parte constitutæ nihil grauiorum vaporum in naturæ suæ tenuitatem admittunt, cũ omnes vapores, & exalationes crassiorem illam

Vapores calore solis sursum tolluntur

A aëris partem, quæ terram propius ambit, natura præfinitam habeãt, nec vlterius progredi possint. Nam tenuis atque ætheria illa regio nihil crassum admittit. Quidam, se montium altissimorum vertices vidisse memoriæ prodiderunt, in quos nec nubes ascendere, nec venti aspirare, nec volucres magis aduolare possint, quàm animalia, quæ humi demersa sunt, in aëre vitam agere. Vt perspicuum sit, esse quendam in aëre terminum constitutum, quem crassioribus terræ exhalationibus transilire, vt ad superiora conscendant, nõ liceat. Quamobrem in montium cacuminibus ad æstatem vsque permanent niues, nec liquefiunt, B quòd humorum in ea parte concretio assiduè refrigerat aërem. Quin etiam igneos tractus, quos prosilientes stellas quidam vocant, ex eadem caussa fieri docent sapientes, qui res eiusmodi profitentur. Ventorum enim vi crassiores quasdam, ac densiores aëris partes in regionem ætheriam compelli quo simul atque peruenerint, incendi flammamque ob insitum venti impetum fluentem ferri, quo quidem deficiente flammam quoque cũ vento simul extingui. Quamobrem cùm dici non possint vapores, extincta nube, rursum consistere, vt ex illis, quemadmodum in inferioribus fieri videmus, relicti humi reditus sperari queat, necesse est, eórum sententiam approbare, qui C humidũ exuri, & in nihilum redigi tradunt. Ego verò, vt vaporem humorem ab exuperante incendio consumi concedam (stulti enim ac pertinacis hominis iudico, rebus perspicuis aduersari) tamen, quoniam vndique veritatem indagantes fatigari non decet, assero, naturæ humidæ mensuram nihil imminutam conseruari, &, quod consumptum est repẽdi prorsus, atque restitui. Quod autem in hac me sententia confirmat, hoc est ignis, vt ex actione ipsius hic apud nos experimur, non omnes materiæ, quam corripit, qualitates depascitur. Exempli gratia in olei materia D humiditas, posteaquam à qualitate frigida seiuncta est, facile ab ignis caliditate attrahitur, & inflammatur. Sed non solum in flammam oleum conuertitur, verum etiam post ignem ex olei humiditate ortum aridus cinis efficitur, id quod aperte perspicitur ex lucernæ fuligine, qua ea, quæ supra flammam sita sunt, nigrescunt. Quod si diutius fiat, ipsi loco ex lucernæ fuligine infecto moles quædam accrescit, atque adhæret. Ex quo planum fit, oleum per ignem exiccatum in minutissimas & aspectum nostrum effugientes particulas commutari, atque ita aerem petere, indeque desiliens in terram, considere. Minutis- E simarum autem fuliginis particularum in aere fieri effusionem, ex eo potest intelligi, quód nares hunc ipsum aërem attrahẽtium nigræ fiunt. Quin etiam id, quod ex pectore respirantes emittunt, nigrum esse conspicitur, propterea quód fuliginis colore per aeris attractionem accedente sit infectum. Ex his constat humiditatem olei sic in siccitatem commutari, vt materiæ magnitudo per tenuissimas particulas, & quæ aciem oculorum effugiunt, in aëre disiecta non deleatur. Si quis igitur, vt hoc olei humidum duntaxat in siccum conuertitur, non autem tota materia penitus aboletur, sic de vniuerso humido cogitauerit, non errabit. Manifestum enim est, totum ex partibus constare

Stellæ prosilientes Vnde.

Quod autem de parte discimus, idem de toto edocemur. (A) Vnam autem genere humiditatem esse nemo, ne pertinacissimus quidem, negabit. Atqui humiditas ab igne combusta tenuis puluis efficitur: & omne humidum, dum est in igne particularum qualitatem ex humiditate in siccitatem cōuertit, nō autem penitus deletur, atque consumitur. Quoniam igitur nebula, seu nubes nihil aliud est, nisi vaporū coactio, atque concretio: vapor autem est tenuissima humidi exhalatio: necesse est, cū ardore nubes exaruerit, minutissimum illud, & indiuiduum vaporis corpusculum, quamuis humidā qualitatē non seruet, nō tamen omnino disperdi, & aboleri. Quatuor enim in vapore cōsiderantur, (B) humiditas, frigiditas, grauitas, & quantitas. Ex his quæ naturæ ignis aduersantur, ea vi ipsius exuperantis abolentur. Quāobrem nec humidū, nec frigidū in igne sita, manēt eiusmodi. Quātitas verò ab ignis natura nō discrepat quādoquidē & ignis in quanto cōsideratur, & cū quāto quantitas nō pugnat. Itaque vaporis quātitas ab humidi & frigidi qualitate seiuncta seruatur. Quæ autem ex grauitate qualitas vapori naturaliter inest, vnà cū magnitudine conseruatur. pariter enim & humida, & frigida grauem naturam habēt. Ex hac rerum serie mens nullo labore cognoscet, quo modo aqua fiat terra, cōmutataque vaporis qualita- (C) te naturam similem assequatur. *Aqua an fiat terra* siccum enim, & graue qualitatis, quæ terre inest, propria sunt, in eaque vapor exustus conuertitur. Ac mihi quidē non faciendum videtur, vt principium hoc assecuti, consequentem ordinem, ad quē consideratio ipsa nos per verisimilia ad veritatē ducēs progreditur, omittamus. Videtur enim ob hanc causā & mare semper in propriis terminis permanere. Quoniam accessio illa, quam ex confluentibus aquis assiduè paulatim acquirit, exhauritur, & consumitur à caliditate, quæ cucurbitulæ instar tenues humidæ naturæ vapores attrahit. Verum quia mediterranea loca, & quæ magis ad Aqui- (D) lonem vergunt, huic rationi videntur aduersari, propterea quòd, cùm in his partibus ob aëris ambientis frigiditatem mare non admodum calefiat, vaporum confectio torpeat, eam duppliciter *Mare vnū esse.* confirmabimus. Primun igitur dicimus, licet innumerabilia maria videantur, vnum tamen, & continuum esse mare in sese per orbem vniuersum commeans, nec vllo pacto à coniunctione sua diuulsum, atque seiunctum: quamobrem, si perpetua caliditatis præsentia, quod australe est, succendatur, in illis item partibus diminutionē sentiri, aquis sponte sua deorsum naturaliter confluentibus ad explendum id, quod exhaustum & (E) exinanitum est. Deinde, cùm totum mare, ex quauis aqua confectum, sit salsum, parem fieri vaporum digestionem comprobari. Salsorum enim naturalis est siccitas. Quare si qualitas hæc per totum mare pariter diffusa est, pariter etiam agit in omnibus illius partibus. Id enim cuiusque naturæ proprium est, vt ex vi sua agat. Nam vt ignis accendit, & nix refrigerat, & mel dulcia reddit, ita sal exiccat. Quocirca cùm passim per omnia maria salis excicatio natura sit distributa, sic ad facilem vaporum digestionem prospiciente diuina sapientia: omnes enim partes aquæ tenues sal quodammodo excludit, atque expellit è mari, quippe quod dominetur humido propter insitam naturæ siccitatem: (A) non absurdum est existimare, æquabiliter vndique humiditatem consumi, mare per vapores exhauriente aëre. Quòd autem omnis aëreus humor in nubibus fiat, atque inde pluuiæ in terram decidant, & nos superius ostendimus, & prophetia opus eiusmodi Deo tribus docet his verbiēs: Qui vocat aquam maris, & fūdit eam super faciem terræ. *Amos. 5.* Et cùm alia multa, tum nubes à superiore caliditate accendi, & penitus exiccari re ipsa didicimus. Quare non est prætereunda quæstio, quæ nobis ex iis, quæ dicta sunt, ordine occurrit. Sic enim aliquis obiiciat. ex commemorato olei exemplo intelleximus, ma- (B) teriam subiectam etiam post combustionem non aboleri, sed in aërem secedere, atque ignis vi in terram redigi, eo consumpto, quod eius qualitati contrarium erat. Quamobrem qui potest humida natura semper imminuta, atque integra permanere, cùm vaporum humorem, vt declaratum est, vbique caliditas arefaciat, & in siccam qualitatem conuertat? Cur, cùm humidum exhaletur, & calido tam sit obnoxium, vt in tenuia, atque indiuidua corpuscula per vapores dissectū in aridam qualitatem ab eo necesse sit commutari, non ea verior existimetur opinio, quæ asserit (C) esse quandam aquarum copiam, qua semper instauretur, & sufficiatur id quod ab igne consumptum, ac deperditum est? præsertim cùm scripturæ testimonio confirmari possit, quæ tradit apertas fuisse cataractas cœli, cū aquis altissimis omnes montium vertices superātibus submergi terram oporteret. *Gen. 7.* Hoc ego scripturæ testimonium dicam alio eiusdem scripturæ testimonio refelli posse. Solet enim diuina scriptura à propria verborum significatione recedere. Quid igitur, per Aperire, & Claudere, velit intelligi, cōsideremus. Ea nimirum aperiuntur, quæ clausa sunt, & quæ sunt aperta, clauduntur. Sole olim dominante, (D) cùm magna siccitas esset, ea res in scriptura hisce verbis est explicata. Clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex. Quare ea scripturæ oratione, qua dicuntur apertæ cataractæ cœli, significari arbitror ipsum cœlum fuisse clausum tempore siccitatis. *Luc. 4.* Quo quidem tempore cum nubes è mari sublata, pluuia demissa, cœlum aperuerit, constat, *3. Reg.* ne tunc quidem, firmamento cœli disrupto, ex aquis, que super illo dicuntur esse, imbrem defluxisse, sed cœlum appellari aërem, qui terram ambiens vaporibus terminū constituit, quo à subtiliore natura illa superiore seiungantur, vltra quē nihil eorum, quæ grauiora sunt, potest aspirare, (E) nō nubes, nō, ventus, non, vapor, nō exalatio, non ipsæ volucres. Quod autem aër hic capitibus nostris impendens cœlum in scriptura vocetur, facile intelligimus, dum in ea legimus, volatilia cœli. Aerem enim per ea quæ in ipso volant, celum dici cognoscimus. Cæterum licet hæc ita se habeant, nondum explicata est illa quæstio, quo modo vaporum in siccum commutatio humidum vi naturæ calidæ consumptum non imminuat. Aliud præterea ordine sequitur inquirendum, quod accuratiore studio indagantes fortè consequemur. Audisti prophetiam diuinæ potestatis magnitudinem ex iis, quæ in rebus procreatis admiranda cernuntur, enarrātem hoc mo-

do, Quis maou dimensus est aquam, & celũ palmo & pugillo terram vniuersam? Quis in statera montes, & valles in laoce collocauit? His verbis, vt arbitror, aperte docet propheta, propriam singulis elemeoo's præscriptam esse mẽsuram à Deo omoia complectenns potestate, quam ille manũ, & palmum, & pugillum vocat, suis vnumquodque terminis & mensuris coercentem. Necesse est igitur, si Dei potestas cœlum dimensa est, si manus eius aquam, si pugillus vniuersam terram, si valles io statera constituit, si mootibus pondus præfiniuit, omoia mensuram, ac modum tueri suum, oibil eorum augeri, nihil immiooui, quæ Neosus est Deus, quæque ipsius potestate continentur B si nulla autem rebus accidit accretio, oulla dimioutio, vt prophetia testatur, in sua prorsus voumquodque mensura perpetuò manet, cùm natura ipsa rerum commutabilis cuncta vicissim cooueitat, & vnum in aliud mutet, idemque rursum conuersione mutationeque pristinum io statum redu cat. Sed quia vaporem hunc humidum in flamma positum, siccitate per combustionem acquisita, in qualitatem terrestrem transire ex superiore olei exemplo satis ostendimus, deinceps considerandum est, vtrum, vaporis materia in contrariam conuersa, reliquiæ ipsius combustione subtiliores, ac tenuiores effectæ suprà manere possint. C Hoc autem exemplis item nobis manifestis poterimus inuestigare. Neque enim fuligo illa subtilissima perpetuò hic io aëre permanet sublimis, sed per aëris raritatem ad cogoatum sibi elementum transiens, terræ, & parietibus, rectoiumque laquearibus adhærescit. Quod de vaporibus illis quoque cogitaodum est, vt ad superiorem, igneamque regiooem à ventis compellantur, & in humidæ qualitatis commutatione materiam seruẽt, arefactisque ad id, quod eis cogoatum est, ac simile, detrahaotur, humique consideant. Naturalis enim rebus omnibus attrahendi vis iosita est: vt minimè absurdum videator, si vapores quidam, D sicci, ac terrestres effecti, terræ siccitati, & qualitati commisceaotur. Quòd si ex olei materia cuncta constarẽt, in crassitudinis qualitate vapores eiusmodi in colorem nigrum exustione conuerterentur, & ex specie illa conspecta, quid fieret, cuius esset perspicuum. Verum quia subtilissima, liquidissimaque natura io vaporibus est, hi verò eo, quem supra diximus, modo in igne positi qualitatem humidam io siccam conuertunt, necesse est, vt, quidquid illud fuerit, quod ex illis redactũ aoimo comprehenderimus, purum, & aëteum aliquid, quod subtilitate sua cognitiooem effugiat, cogitemus. Sin quispiam sensui magis, quàm E rationi credendum putat, quærit que oculis indiuidua, ac cæca illa corpuscula cooueri, is poterit aërem talibus particulis refertum aspicere quãdo radii solis per fenestram excepti, eam aëria partẽ clariorem reddiderint, qoæ splendore fuerit illustrata. Hic eoim infinita corpusculorum in aëre volitantium multitudo, quæ io reliquo aëris spatio oculis ceroi oon potest, radiorum beneficio perspicitur. Si quis igitur aciem oculorum intenderit, corpuscula illa subtilia assiduè defluentia deorsum ferri conspiciet Quod autem io vna parte aëris ostenditur, iodicio est, idem in vniuerso mundo fieri, siquidem ioter se cootiouus est, & A ex partibus cõpactus. Porrò si tenuia hæc indiuiduaque corpuscula, quæ io aere iactaotur, in terram defluunt, certumque est, ætheriam, speciem non discerpi in ea, nec dissipari, quando contractiooem, atque effusiooem eiusmodi noo patitur ignis natura: necesse est, vt credamus, materiam esse illorom vaporum, quorum digestionem ante considerauimus: qui cum humidi fiot, à calida attrahuntur natura, exustique, ac terrestres effecti oon amplius in aëre cootioentur, sed rursum in terram reuertuntur. Quemadmodum autem cibus in oobis per concoctiouem in tcouem quandam qualitatem immutatur, &, cuicuoque corporis parti per digestionem accesserit, eã auget, cumque in corporis constitutiooe varia sit membrorum in sicco, & humido, & calido, & frigido differentia, quocuoque cibus concoctos digestusque peruenerit, talis euadit, qualis est ea corporis pars, à qua suscipitur, quæ quidem opportunè tenuitatem digestioois comprehendit, eamque sibi accõ modat, & similem, ac propriam reddit: eodẽ pacto licet nõ sentiatur, assidua terræ fit accessio per indiuidua illa corpuscula. Quamobrem quidquid alicubi cohæserit, & coaluerit, illius partis, à qua susceptum est, naturam subit, fitque gleba, in gleba, arena in arena, lapis in lapide, & quodcuoque fuerit solidum illud, à quo suscipitur, io eiusdem naturã commutatur. Quod si quis in lapide propter duritiam putet esse difficile, licet id ipsum ratio persuadeat, ego tameo cum illo non decertabo. Nihilomious enim conficietur, quod propositum est, cum terrestris materia deorsum fluens, à partibus eam non suscipientibus ad suscipieotes à veotis traosferatur. At aliquis dicet fortasse, oratiooem nostram non eò tendere, quò proposuimus: oobis enim fuisse propositum, vt ostenderemus aquam semper in ea mensura, quam initio obtinuit, permanere, imprudenter autem illuc esse progressos, vt contrarium cooſitemaremus: siue enim digesti vapores in igne consideant, siue reuertantur io terram, vtraque re diminutionem aquæ pariter sequi, eoque ipso copiam aquarum ostendi, quòd omoino semper absumantur. Necessarium igitur erit, vt rerum oaturam iterum consideremus, quo disputatio oostra rectius per ipsam ad fioem propositum perducatur. Quænam igitur est rerum oatura? Nihil eorum, quæ cernuntur ordine terram ambire, coostaos, firmum, & immutabile constitotum est à rerum omoium opifice Deo: sed omnia inter se vicissim commutãtur. Inest enim quædam vis, cuius perpetuo quodamio orbem motu cuncta hæc inferiora circumaguotur, & permutantor, rursum que in semetipsa reducuntur. Quæ quidem commutatio cùm fieri ounquam cesset, necesse est, in alia vicissim, omoia transire, & per eadem iterum vestigia temeare. Nihil eoim horum à se ipso con seruaretur, oisi cum altero geoere commixtum naturam suam obtioeret. Quo modo, inquies, illa commotandi vis per quatuor elementa io orbem commeat? Neque enim quælibet ex quibuslibet vicissim fiunt, neque commutationis circulus per res singulas æqualiter vagatur. Sed aqua quidem per vapores in aërem refunditur, vapores autem pabulo flammæ sumministrato terrestrea fiuot, in cinerem quodammodo redacti postea-

quam cum igne versati sunt. His verò susceptis terra mutationis in se circulum sistit. Neque enim aquæ natura rursus ortum habet è terra. Quã qui dem ratione relinquitur cõsiderandum, verũ terra in aquæ naturam mutari possit. Quod dum in uestigamus, nemo orationem nostram vt longiorem accuset. Videmus ea, quæ natura sunt sicca, spõte sua naturali quadam proprietate madefieri. Vt in sale licet intueri, & in metallis, & in iis, quæ ex humore aliquo conglaciante consistunt. Horũ cùm siccitas propria sit, tamen, si quidam ex ipsis liquor descendat, humida fiunt, siccitatemque suam in humidam qualitatem conuertunt. Talis etiam cernitur mellis natura, quod calore exicca tum, rursum casu aliquo in humorem resoluitur. Sed hæc omittantur. Præstat enim, vt ex principio aliquo necessario disputationis ordinem persequamur. Animaduertimus, non, vna qualitate elementa singula constitui, & ab aliis elementis separari, sed variis qualitatibus comprehendi, quarum aliæ inter se pugnant, aliæ simul inspiciuntur, & pugnantibus inter se pariter coherent & quadrant. Vt in terra & aqua siccitas & humiditas coniungi nequeunt. Horum tamen vtrique ex æquo frigiditas inest, qua pugnantes quodam modo deuinciuntur. Aqua item & aër grauitate leuitateque separantur, sed in his quoque frigiditas vtrique cõuenies vt mediũ quoddã vinculũ spectatur. Discrepat aët ab igne ea, quæ est inter frigidum & calidum, differentia, sed leuitate inter se consiliantur, atque conueniunt. Ignis denique à terra leuitate seiungitur, sed siccitatis necessitudine copulantur, & fœdus ineunt. Quæ si volumus declarare, sic exordiamur. Frigiditas quidem in terra simul, & aqua, & aëre perspicitur, ma iori tamen ex parte congruit aquæ, & eius in se quodam modo naturam conseruat, iniutiamque à siccitate prouenientem propellit ea repugnantia, quam habet cum calido. Quemadmodum igitur adest calido siccitas naturalis nec ignis solus in alio potest ostendi: sic dicendum est, cum humido frigiditatem cõiungi, ac deuinciri. Quòd si humidum simul & frigidum aquæ naturam constituunt, frigida autem qualitas terræ naturaliter inest: sequitur, vt potestate & aqua insitin terra, & terra in aqua. Naturalis enim humidi cum frigido copulatio non permittit, vt vnum ab altero penitus seiungatur: sed, etiam si contingat aliquando, vt alterum in se ipso separatim consistat, id non plane solum est, sed potestate vtrunque in vno perspicitur. Nam vt, humido in aëtem diffuso, frigiditas vaporum particulas insequitur: sic è contrario, in intimis terræ partibus frigido commorante, humiditas cognatam qualitatem non derelinquit: sed frigida vis, quæ terræ naturaliter inest, tanquam aliquod humidæ naturæ semen efficitur, semperque ex se coniunctam sibi qualitatem gignit, cùm vis illa commutandi vehementi frigiditate terram in aquam conuertat. Harum rerum si quis à nobis rationem & causam exquirat, rogetque quæ vis ex æquo solidum in humidum conuertat: quod illi respondeamus, non habebimus, vt in reliquis etiam omnibus, nempe quo modo aqua in aërem diffundatur, & , quod deorsũ tendit, insideat leui, graueque in leue conuertatur. Hæc enim fieri sensu ipso percipimus:

Elementa quo modo inter se cõnectãt.



quo modo autem à natura fiant, ratione docere non possumus. Sin quispiam experimentis hanc opinionem combrobari cupiat, id adducto puteo rum exemplo facile præstabimus. Neque enim, si terram siccam effodias, protinus aquam offendes, sed primum tactu nescio quid vliginosũ sentties: quòd si fodiendo altius ite pergas ad loca frigidiora, glebam magis cœnosam inuenies, at si ad magis adhuc frigida loca descenderis, turbida quædam aqua apparebit. sin autem sub imo prorsus solo, quò minus verisimile sit calorem solis penetrare, lapidem aliquem incideris: licet ipsius lapidis densitas obsistere videatur, tamẽ venæ quædam aperiuntur, ex quibus vndique defossus puteus aquis affluentibus completur. Quòd igitur in loco manu, atque opera facto, excauatoque cõtingit, vt humor vndique in puteum confluat, id in omni loco pat est euenire, cum humor se naturaliter in vnum cogat, atque conseruet. Sic ergo aqua conficitur, frigidum madefacit, & humor ex frigiditate totam aquæ naturam perficien te constituitur. Ex aqua verò coacta, congregataque fluentum generatum, quacunque detur aditus, terram aperit, & fons appellatur. Quòd autẽ aquarum ortus auctor & causa sit ipsa frigiditas, illud indicium sit, quòd loca septentrionibus propinquiora frigidiotaque magis abundant aquarum copia. Aprica enim profecto, & opaca, depressaque, essent æqualiter aquis irrigua, si frigiditatis absentia nihil aquarum ortum impediret. Quemadmodum autem ex imbrium guttis collecta aqua torrentes nascuntur, licet guttas ipsas separatim aspiciens, singulas per se pusillum quiddã & pro nihilo habendum existimes: sic ex humoris sensim è terra manentis copia multis fluentis coactis oriuntur flumina: quorum si quis magnitudinem, perennesque cursus consideret, vndenã suppeditari tantam aquarum abundantiam existimabit? Num aliquos sibi in terræ finibus lacus cõ finget? Quinam, obsecto, tanti lacus esse queant, qui, nisi noua assidue accedant auxilia, non breui tempore exhauriantur? At alios, inquis, lacus exco gitabimus. Ego verò requiram, quidnam alios illos rursũ exhaustos explebit. Quòd si alios, atque alios lacus inueneris, ego vicissim interrogabo, vnde omnes tandem exinaniti complebũtur. cogeris igitur progredi in infinitũm, atque ita oratio tua lacus lacubus accumulens, ne fontibus desint lacus vnde postremò aqua ortus principium habeat, nunquam consistet. Quamobrem, cùm repetienda sit causa qua primæ aquæ natura cõstituitur, magis consentaneum est, eam in i fos fontes conferre, quàm sub terra lacus confingere, quorum ratio commentitia statim ab aquæ natura deorsum tendente labefactetur, & conuellatur. Quo modo enim sursũ fluet, quod, deorsum vt fluat naturam habet? Præterea, quàm ingentes lacuum moles erunt excogitandæ, quæ, cum perennes tot aquarum copiæ seculis omnibus effluant, & nihil vnquam reponatur, non exinaniantur tamen nec exhauriantur? Constat igitur ex iis, quæ dicta sunt ideo fluminibus aquam nõ deficere, quòd terra in illam transmutatur. Terræ verò magnitudo, licet tantum ex ea copiarum effũpat, non imminuitur, quoniam assiduè ab exiccatis vaporibus instauratur. His ita constitutis non

Similiãs putens.

Simile ab imbribus.

amplius mutua nobis elementorum inter se commutatio claudicabit. Apparet enim ordo, quo vnius in alterũ commutatio est ortus illius causa. *Aqua fit aër* Exempli gratia aqua per vapores sublata fit aër. Aër madefactus in superiore flamma exiccatur. Quod terrenum est per ignis naturam ab humido secernitur, terræque redditum per qualitatem frigidam in aquam commutatur. Ex quo fit, vt sine vllo impedimento semper elemẽta vicissim inter se commeent, & circunferãtur, nullumque ex illis aut consumatur aut redundet, atque exuberet, sed omnia in qua primũ constituta sunt mensura perpetuo maneant. Ex iis, quæ disputata sunt sequitur, vt aquæ supra firmamentum sitæ ab hac humida natura discrepent. Patet enim humidi pastu naturam ignis non ali: demonstratumque est, calidum frigido non enutriri, sed extingui, & humido siccum deleti, non adiuuari. Quamobrem tempus est, vt orationẽ nostram aliò conuertamus quærimusque, quo modo tertio die factæ sunt omnes, quæ in cœlo sunt, stellæ. Quòd igitur omnibus rebus admirandis, quæ procreatæ sunt, diuinum quoddam mandatum imperiumque sigillatim præcesserit, ex Mosis hystoria sic excelsa hæc decreta complectente in superioribus animaduertimus, didicimusque, diuinam vocem non esse mandatum verbis expressum, & explicatum, sed artificem ac sapientem in rebus singulis potestatẽ qua ea, quæ in ipsis cernuntur admirabilia, perfecta sunt, primaque Dei voluntate statim omnino rerum vniuersitatem extitisse, ordinemque sapientiæ in ipsis insitæ necessario permanentem diuinorum mandatorum vim, & seriem obtinere. Breuiter enim rerum, quæ sensu percipiuntur, procreationem complectens, mundum vniuersũ ostendit in principio, inquiens, fecit, Deus cœlum & terrã Quibus verbis rerum vniuersitate comprehensa, deinceps naturalem quendam singularum ordinẽ persequitur. Simul igitur cum reliquis rebus omnibus generata est lux, sed non extemplo rebus omnibus præluxit, quandiu partes rerum obscuræ vim eius illustrẽtẽ impediuerũt. at simul atque ratio concessa est à Deo, ignea vis illustrandi præfulsit omnibus, sibique naturæ leuitate, ac mobilitate, patefacta via, prosiliuit. Ac tunc quidem vniuersa in se coacta mũdum obibat: mox autem propriis partibus in ea, quæ sibi cognata coniunctaque erant, diuisa est. Quòd autem eius vna natura non sit ex iis, quæ videntur, perspicuum est. Si quis tamen lucem ex omnibus coactam vnam esse genere dicat, non errabit, quando diuinus etiam sermo singulari voce vniuersam significat, præcipiens, vt lux, non autem, vt plures fiant. Verum si quis ea, quæ videntur, aspexerit, multiplicem illustrantis potentiæ differentiam in rebus animaduertet. Quapropter etiam propheta dicit: *Psal. 135.* Qui facit luminaria magna solus. Et Apostolus. Alia, inquit, est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. stella enim differt à stella in clari- *1. Cor. 15.* tate. itaque multa lucis omnino sunt discrimina. Et quanquam omnia, quæ Paulus enumerauit, illustrandi vim habent, & sua vnũ quodque potestate, claritateque comprehenditur, vt cuncta cõmuni nomine lux vna rectè possint apellari, certæ tamen in his distinctæque differentiæ spectantur.

Quæ cùm ita se habeant, nos à vero minimè recessuros existimo, dixerimos, ita Mosem intellexisse

A initio quidem totam vim illustrandi in vnum cõgregatam fuisse: verum, cùm multæ essent in subtilitate mobilitaque, quãtum ad maiorem minoremoue præstantiam pertinet, in vniuersitatis natura differentiæ, trium dierum spatium fuisse satis ad eam vera certaque ratione distinguendam, vt, quod in natura ignea maximè erat subtile, ac leue, & purum, à materia remotum, summun rerum, quæ sub sensum cadunt, fastigium obtineret, quod autem inertius, ac segnius, intra subtilioris leuiorisque cõplexũ consisteret, & hoc rursũ ex insite proprietatis differentia in septem lucis partes

B diuideretur, omnes inter se similes, atque cognatas, seiunctas autem à rebus, quæ diuersi generis forent. omnibus ergo particulis, quæ in solis illustrãtem naturam coniectæ sunt, concurrentibus, vnũ quiddam magnum effectum est. Quod itidem euenit in luna, cæterisque tum errantibus, tum non errantibus stellis, vt similium cuiusque particularum concursus vnam aliquam earum efficeret, atque ita omnes confectæ sunt. Contentus autem Moses, ex iis luminare tantum maius & luminare minus nominasse, cæteras omnes cõmuni nomine stellas appellauit. Quod autem fatigetur mens nostra, & pondere suo pressa non

C posit diuinæ sapientiæ subrilitatem assequi, nemo admiretur, sed naturæ nostræ tenuitatem excuset: cum qua præclare agitur, non si nulla in re aberrauerit, sed si vel vnam consequi potuerit. Hæc autem dico, illuc respicieos, quæ sit ratio huius trium dierum spatii, quod satis fuerit ad ea distingueoda, quæ lucæ prædita sunt. Est enim aliqua nimirum ratio, licet præstantior sit, quàm vt eam nos intelligere valeamus, qua temporis huius mensura rebus lucidis disponendis præscripta est, adhibito temporis modo & quantitati actionis ignis in motu, factaque lucis diuisione pro earum natura, adeo, vt, cum sint in eis in-

D numerabiles diferentiæ, in suo tamen singulæ situ à naturali proprietate çollocatæ sint, quò nimirum naturæ vis insita singulas duxit. Nec vulla consecuta confusio est, aut perturbatio, propter ordinem à diuina sapientia pro naturali cuiusque proprietate singulis adhibitum immutabilem, vt superiorem regionem circulus obliquus, seu signifer occuparet, in hoc autem certam vnum quodque signum sedem obtineret, in signis verò singulis stellæ non fortuito, sed ordine suis quæque locis collocarentur, æquabilique ac naturali vi sua ductæ immobiles, ac firmæ permanerent, tibi procreatoris sapientia præscribebat.

E Hæc, & his similia sunt ea, quæ mens aspiciẽs hæsitat & imbecillitatem, ac segnitiem suam accusat, quòd rationem excogitare non posit, quia præfinitum trium dierum spatium ad tot stellarum distinctionem satis fuerit: aut quo modo, cum infinita esset inerrentis sphæræ ab iis, quæ sunt circa terram, distantia, in medio mundi spatio magna Dei sapientia solem constituerit ne cùm stellarum splendor propter immensum interuallum antè deficiat, quam ad nos peruenire posit; in perpetuis tenebris viueremus. Splẽdentem igitur solis vim ita supra nos collocauit, nec propinquitate nimia molestiam afferrent aut quomodo materiæ magis immersũ magisque

crassum

crassum lunæ corpus inferius constitutum sit, oberretque terræ proximam regionem: aut qualis sit splendor eius, quæ cum obscura sit, illustrandi tamen habet facultatem. Naturæ enim ipsius crassitudo proprium nitorem obtundit, sed opposito solis radiorum lumine ab illustrandi vi non est prorsus aliena. Cæteram sapientiæ singulis in rebus cōspicuæ rationem naturæ nostræ infirmitas intueri non potest, quendam tamen mundi totius ordinem in iis, quæ facta sunt, ex descriptione legislatoris ab iis, qui mediocriter norint dispicere quæ ex quibus consequantur, per quasdam coniecturas vtcunque cognosci posse arbitror. Quā obrem repetamus ordinem eorum, quæ facta sūt sic autem habet. Lucem vniuersam mobilitate sua ante alia prodeuntem firmamēti absolutio ab ignis circulo definita consequitur. Leui autem natura à grauiorib⁹ separata, graues inter se qualitates distinguuntur, in terra & aqua constitutæ. inferiore verò natura exornata, subtilis, & leuis, excelsaque, quoniam non omnis erat inter se similis, interiecti temporis spatio ex illa communitate in cognatas diuiditur proprietates. in qua innumerabilis stellarum multitudo expolita pro insita cuique propria vi, mūdi fastigium occupat atque ita in sua quæque sede hæret, vt cum semper circunferatur, nunquam tamen locum relinquat suum. Horum enim vt ordo immutabilis est, sic natura semper mobilis. Post velocissimum motum sequitur secundo loco, quæ velocitate proxima est, subeuntemque circulum obtinet, tertio deinceps alia, & quarto, ad septimum vsque pro ratione velocitatis. Tanto enim vna quæque lōgius abest à superiore, quandò illa ad mouendum natura tardior est. Hæc igitur quarto die facta sunt, non quod tunc fuerit lux procreata, sed quod, illustrādi vi pro natura sua simul coacta, apparuerint cum reliquæ stellæ, tum illæ, que magnitudine cæteris præstant, sol & luna, quorum ortus quidem occasio extitit in lucis procreatione, vtriusque autem constitutio (quando mouetur in tempore, quidquid mouetur & mutuus particularum cōcursus eget aliquo temporis interualo) tribus diebus perfecta est. Quare non absurde conditus orbis à magno Mose ita describitur, vt, quantum ad materiam pertinet, simul omnia dicantur virtute opificis constituta singlaris autem eorum, quæ in mundo videntur, distinctio ordine quodam, ac serie naturali, eo spatio, quod dictum est, absoluta. Tunc simul vniuersa lux extitit, tunc omnis rerum illustrantium natura propriis distincta differentiis apparuit, quarum è numero sol est, & luna. Ac quemadmodum ea, quæ fluentem vim habent, non sunt vnius generis omnia, sed differētia quadem inter se vicissim discrepant. vt videre licet in oleo, & aqua, & argento viuo, quæ si quis omnia simul in vno vase confundat, parua interiecta mora primum aspiciet argentum viuum ob grauiorem deorsumque tendentem naturam in fundo totum considere licet omnia commixta sint: deinde aquam simul coactam omnem succedere: postremo olei congregatas particulas supernatare & super vtroque cōsistere eodem pacto de re nobis ad disputādū proposita possum⁹ coniicere, illud vnū in exemplo tantū cōmutantes, vt, quod illic propter grauitatem, hic contra propter leuitatem eueniat. In prima enim rerum constitutione, quæ leuitate sursum tendebant, quandiu ob naturalem vim insitam celeritate valebāt, pariter omnia concurrerunt, tum ex velocitatis præstantia ipsa quoque inter se distincta sunt. Vt igitur in exemplo proposito rerum fluentium secretio, & separatio materiam singularum non constituit, sed iam factā distinxit, distinctamque demonstrauit, sic in trium dierum spatio illustrans solis natura, potestasque facta non est, sed cum in vniuersitate rerum diffusa esset, simul coacta est, & coniuncta. Si quis autē à nobis & tertii cœli rationem petat, quod Moses non scripsit, 2.Cor.12. sed Paulus vidit, & in ipso tanquam in adytis sapientiæ consistens arcana audiuit, ab iis quæ exposita sunt, tertiū illud cœlum non abesse respondebimus. Videtur enim mihi, Magnus etiā Apostolus vincens omnes superiores, totius naturæ, quæ sensu percipitur terminos transcendisse, ad eaque ingressum esse, quæ animo mēteque cōprehenditur, cùm spectaculū illud minime corporeū fuerit, vt ipsemet significat, siue in corpore, inquiens, nescio. siue extra corpus, nescio. Deus scit. raptum eiusmodi hominem vsque ad tertium cœlum. Summum igitur illud culmen huiusce mundi, quem dicimus, arbitror à Paulo tertium cœlū appellari. Tripliciter enim diuidit omne, quod cernitur, & ex scripturæ consuetudine singulas partes cœlum vocat. Abutens enim quodam modo significatione verborum, spatium illud crassioris aëris, quò & nubes, & venti, & excelsi volucrum volatus perueniunt, cœlum vnum nominat cùm & cœli nubes dicit, & volucres cœli. Nec simpliciter cœlum hoc vocat, sed adiungit etiam illas voces sub firmamento. Dicit enim, Producant aquæ reptilia animatum viuentiū, & volatilia volantia super terram sub firmamento cœli. Deinde alterum cœlum, & firmamentum appellat spatium illud, quod inerranti sphæra inclusum consideratur, in quo stellæ, quas errantes nominant, peruagātur. Sic ait: Fecit Deus luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli, vt lucerent super terram. Cuius distinctum orbis ornatum vtcunque consideranti perspicuum est, hæc infra supremum illud fastigium contigisse, quod omnia sensibus obnoxia complectens, eaque seiungens à rebus illis procreatis, quæ mente solum, & intelligentia comprehenduntur, firmamentum, & cœlum appellat. Ea igitur, quæ verbis explicari non possunt, 2.Cor.4. cupiens Apostolus, &, quemadmodum nos item hortatur, nihil eorum spectans quæ cerni queunt, cùm ea, que videntur, temporaria sint, quæ autem non videntur, æterna, diuina virtute sublatus peruenit eò, quò desiderio ferebatur, cumque sacras literas à pueritia didicisset, verbis scripturæ vsitatis rem ipsam expressit, tertium cœlum appellans, harum trium sectionū quæ in mundo videntur, extremā. Relicto enim aëre, superatoque medio illo spatio, in quo errantium stellarum orbes versantur, summum æthereorum finium ambitum transcendit, & ad firmā illam, quæ sola mente percipitur, naturam perueniens, paradisi vidit pulchritudinem, & audiuit ea, quæ humana natura non loquitur. Hæc tibi, vir Dei, ad propositas nobis à prudentia tua quæstiones respondimus, nullus orationis pigmen-

tis morales alegorias conquirentes, nec inexploratum prætereuntes quidam eorum, quæ nobis opponebantur, sed propria verborum significatione seruata, naturæ ordinem disputando persecuti sumus, & nihil eorum, quæ primo aspectu contraria videbantur, ab aliis discrepare pro viribus demonstrauimus. In reliquis autem, ad hominis procreationem pertinentibus, quæ sex dierum spatio facta sunt, immorari superuacaneum duximus, cum sublimis illa præceptoris vox nihil omiserit, quod ad eam disputationem pertineret, excepto hominis opificio, quod proprio libro, quem tibi, vir optime, ante hunc misimus, nos explicauimus. Te autem, & omnes, ad quorum manus hi libri peruenerint, rogatos volumus, ut in neutro illorum me studio præceptoris putetis aduersari: sed in priore quidem relictum argumentum suscipientem, addidisse disputationem de homine iis quæ in Hexaemeron ab eo fuerant elaborata; in hoc autem propter eos, qui in scripturæ monumentis ordinem requirunt, ad hæc scribenda sic animum appulisse, ut verborum vis in iis, quæ scripta sunt, seruaretur, & naturalis commentatio à verbis non dissentiret. Si quid autem omissum fuerit, ne graue sit, vel tibi pro sapientia tua, vel quicunque hæc legerit, ea perficere, que deesse iudicabit. Neque enim illa viduæ duorum obolorum oblatio diuitibus obstitit, quo minus ampla ipsi sua munera offerrent: nec qui pelles, & ligna, & pillos Mosi ad tabernaculum extruendum obtulerunt, aurum, & argentum, & lapides pretiosos offerentibus fuerunt impedimento. Nobiscum igitur existimabimus actum esse si nostra hæc munuscula in pilorum numero habeantur, modo per vestram auro contextam purpuram orationi imponatur super indumentum, cui nomen est, Rationale, & Declaratio, & Veritas, sicut appellat Moses, qui tales amictus sacerdoti confecit, mandato dei, cui cum vnigenito filio & spiritu sancto gloria, & imperium in secula seculorum Amen.

Libr de opificio hominis.

Math. 12.

A B C D

IN EA SCRIPTVRAE VERBA, FACIAMVS HOMINEM AD IMAGINEM & similitudinem nostram,

ORATIO. I.

Eodem Zino interprete

DEBITAM auribus vestris expositionem cuius nomine tãquã ære alieno vobis iampridem obstrictus sum necessario, cuiusque solutionem adhuc non ingrati animi vitio, sed infirmæ corporis valetudine impeditus distuli persoluturus aduenio. Iniquum enim esset, cum ea, quæ ad feras, tum natantes, tum gradientes, tum volantes, quæque ad cælũ ad eaque in cœlo sunt quæque ad terrã, & ad illa, quæ sunt in terra, pertinent, didicerimus, ea nobis, quæ ad ortum procreationemque nostram spectant, à diuina scriptura nõ patefieri. Quemamodũ enim oculi nostri, cũ ea que sunt extra si videant seipsos

Simile ab oculis qui se ipsos nõ vident.

cernunt, nisi leue quippiam, ac solidum inspexerint, vnde refractus obtutus, ac refluens efficiat, vt se ipsi intueantur, sic animus noster alia cernens, se ipsum non videt, nisi scripturis inhæserit, atque incubuerit. Quod enim in illis est lumen, reflectitur, facitque, vt nos ipsi perspiciamus & cognoscamus. Verum, quoniam eas negligimus, nec scire curamus, quo modo facti, constructique simus, inde fit, vt quid, qualesue simus, ignoremus, & eorum, quæ in nobis sunt, licet minima, maximeque rerum omnium facilia: atque in promptu sint, nullam notitiam habeamus. Ac tametsi multæ facultates in corpore humano dignoscendo omne suum studium collocarunt (si enim medicam artem consideres, facile animaduertes, quàm multa de vsu partium eius tradiderit, quàm multa de interiori nostra structura in sectionibus excogitarit, quàm abditas, occultásque vias patefecerit, vt vnum totius corporis concentum, atque concordiam, vehicula spiritus, sanguinis ductus, attractionem animæ, ac domicilium, caloris sedẽ in corde, perpetuum spiritus in præcordiis motum, atque alia innumerabilia inuestigauerit) tamen eorum nos omnium ignari sumus quippe qui in eiusmodi studium nihil incumbimus, nec est ferè quisquã, qui scire curet, quid ipse sit. Facilius cœlum, quàm nosmet ipsos cognoscere possumus. Quamobrem, quod in te admirandum est, homo, ne contempseris. Paruus tu quidem es, vt opinaris, sed præsens oratione magnũ esse deprehendet. Idcirco sapiens Dauid, qui se ipsum diligenter explorare nouerat. Mirabilis, Psalm. 38
inquit, facta est scientia tua ex me. Vndenam cognitionẽ tui ratione mirifica licet inueniri? ex me Mirabilis facta est scientia tua ex me. Artificiũ sapientiæ tuæ, quo corpus meum constructum est, cognoscens, ex parua fabrica magnum opificem animaduerto. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Paucis, sed satis aperté tamen demonstratum est antè, quæ sint, & ad quem referentur hæc verba. Et habet Ecclesia de his demonstrationes, immo verò fidẽ habet omni demonstratione firmiorem. Faciamus hominem. Hinc incipiet te ipsum cognoscere. Nõdum in vlla molitione hæc vox scripta est. Facta fuit lux, sed simplici Dei mandato dicentis. Fiat lux. Cœlum, sed sine consultatione, stellæ, sed nulla præcessit deliberatio, pelagus, atque innumerabilia maria ad iubentis vocẽ extiterunt. Eodẽ modo omnia piscium genera bestiæ, & cete, quæ natãt, quæque volant animalia, Dei iubentis verbo facta sunt. Hic nõdum est homo, & de homine habetur consilium. Non, vt aliis in rebus, dixit: fiat homo. Disce pretiũ ac dignitatẽ tuam. Non proiecit mandato, & iussu procreationem, sed consilium, ac deliberatio fuit in Deo, quo modo, tale animal produceretur in vitam. Faciamus, sapiens cõsulit, artifex meditatur. Ecquid deest arti eius? Quanam difficultate adductus consulit, vt absolutum, & perfectum, elaboratúmque faciat charũ opus suũ? an vt ostendat, te perfectum esse apud Deum? Duas aduerte personas, vnã, quæ loquitur, alteram, ad quam dirigitur oratio. Cur autem non dixit. Facito, sed faciamus hominem? vt imperium, ac dominatũ intelligeres: ne patre cognito, filium ignorares. vt scires patrem fecisse

per filium, & filium paterna creasse voluntate, laudaresque patrem in filio, & filium in spiritu sancto. Commune eorum opus extitisti, vt ipsos pariter adores, & colas, ne venerationem, cultumque diuidas, cum vnicam esse diuinitatem, intelligas. Vide historiam ex figura, & theologiam ex ui. Et fecit Deus hominem. Faciamus, inquit, & fecit, ne multiplicē Deorum numerum crederes. Si enim plures fecisse dicerentur, adduci possent hommines, vt plures sibi Deos confingerent. Nunc autem scriptum est: Faciamus: vt cognoscas patrem, & filium, & spiritum sanctum: Et, Fecit Deus hominem: vt diuinitatem coniungas, atque vnam esse scias, vnam dico, non vnitate personarum, sed potestate: vt, cum ad adorandum accedis, Deum, vnum laudes, & colas, nec in Deorum multitudinem distraharis. Non dixit: Fecerunt hominen Dei. Sed: Fecit Deus hominem Propria est hypostasis, sue persona patris, propria filii, propria spiritus sancti. Cur igitur nón tres Dei quia vna diuinitas. Quam enim in patre cernis diuinitatem, eandam cernis in filio. Et quàm in filio, eandem in spiritu sancto Quoniam vna in vtroque forma, & principium à patre in filio idem est, iccirco vnus apud nos utriusque cultus. & eadem caulandatio. Nostræ procreationis exordium veram continet theologiam. Faciamus hominem ad imaginem nostram. Ad imaginem dei facti sumus. Quonam modo Si ad imaginē eius? Animos à vulgaribus, & imperitis, ac stultis illis de Deo opinionibus expiemus, ad imaginem Dei, inquit ille, facti sumus, formā Deus nostræ similem habet, oculis, auribus, capite, manibus, præditus est, coxarumque vertebris quibus fulcitur & insidet, quando quidem sedere Deum scriptura tradit, pedibus item, quibus incedit. Talis ne igitur Deus? Recedant ab animo tuo absurdæ opiniones. Abiice cogitationem, quæ Dei magnitudinem imminuit. Figura vacat Deus, simplex est. Noli, cum de illo cogitas, formam vllam confingere, & comminisci. Ne more Iudaico Magnū extenues. Noli corporeis illum cogitationibus amplecti, aut meute tua circunscribere, Ea est magnitudine, vt comprehendi circunscribique nequeat. Magnum cogita, & huic magno plus etiam atque etiam adde, quàm cogitasti, atque ita exple cogitationem tuam. Neque enim, quæ infinita sunt, vnquam capiet. Figuram ne finge. Potentia, simplicitate naturæ, rerum procreatarum tum magnitudine, tum pulchritudine cognoscitur Deus. Vbique est, & omnia comprehendit, & tangi, viderique nō potest. Amplitudo est quantitate carens, quā non capit animus tuus. Nec magnitudine concluditur, nec figura coercetur, nec potentia continetur, nec temporibus compreheditur, nec finibus cohibetur. Nihil eorum, quæ sunt circa uos, cum Deo similitudinem. habet. Quo modo igitur dicit scriptura, nos esse factos ad similitudinem Dei? Quæ ad Deum pertinent, recenseamus: quæ ad nos spectant, consideremus Nihil profecto in forma corporis est, quod eius imagini congruat. Est enim forma corporis caduci, ac fragilis. in caduco autem, & fragili non imprimitur, quod corrumpi nō potest, nec corruptū incorrupti est imago. Corpus augetur, imminuitur, consenescit, immutatur, aliud in senecta est,

Anthopomorphitarū de Deo refellit opinionē.

Psal. 46.

A B C D E

aliud in iuuenta, aliud cùm prospera vtitur valetudine, aliud cū morbis iactatur aliud cū metuit, aliud cùm gaudet, aliud quando satiatum, atque expletum est, aliud quando siti, fame ve torquetur aliud in pace, aliud in bello, alius vigilantis, alius dormientis est color. Vigilans rubore magis perfunditur, quoniam calor extra progreditur. Dormiens autem calore intus cōpresso pallescit. Quonam igitur pacto, quod tot immutatur modis, simile sit ei, quod est immutabile? ei, quod eodem semper est statu, id quod nunquam consistit? Vndarum instar res nostræ nos fugiunt, & antequā videantur, defluxerunt. Aliud ex alio videtur humanum corpus. Ad imaginem nostram, naturæ imutabilis erit caduca similitudo? forma carentis, quæ formam habet? Vbi ergo quæremus, quod imaginem referat? Nimirum in iis, quæ ipse Dominus dixit. Si quid meum in medium attulero, id ne suscipiatis. Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinem nostram. & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, & quæ sequuntur. corporeue, an ratione? in animo situm est hoc imperium, an in carne? caro uostra multorum animalium carue longe est imbecillior. Qui enim hominis caro cum carne cameli, aut bouis, aliorumque ferarum comparari potest, cui collata facilè superatur, ac vincitur? In quo igitur consistit hic principatus? in rationis præstantia. Quanto enim corporis imbecillitate homo reliquis animantibus infirmior est, tanto est rationis excellentia superior. Ingentes enim moles, ac pondera, quæ pro arbitrio suo transferunt homines, quo cunque volunt, solertia, non coporis viribus aguntur, & permouentur. Faciamus hominem ad imaginem nostrā, de interiori homine loquitur. At enim, dices, tu de ratione dissetis. Ostende nobis hominem ad imaginem Dei. Estne ratio homo? Audi Apostolum: Licet, inquit, is qui foris est noster homo, corrumpatur, tamen is, qui intus, est, renouatur de die in diem. Quonam pacto? Duplicem agnosco hominem, vnum qui videtur, alterum abscondimm, quem ille ipse, qui videtur, non cernit. Interiorem igitur habemus hominem & duplices quodam modo sumus. Ego enim sū ille, qui intus est homo. Que verò sūt extrinsecus non ego illa sum, sed illa sunt mea. Neque enim ego sum manus, sed ratio, quæ in animo est. Manus autem exterioris est hominis pars. Quamobrem corpus est hominis instrumentū, est animi instrumentum. Si quidem homo proprie animo censetur. Faciamus hominem ad imaginem nostram. Hoc est, illi rationis præstantiam tribuamus. Et præsit. Nō inquit, faciamus hominem ad imaginē nostram, & irascatur, & concupiscat, & mereat. Perturbationes enim nō cadūt in imaginem Dei, sed ratio perturbationuū moderatrix ac domina. Et præsit piscibus. tibi, simulatque procreatus es, imperiū est attributū. Qui magnum in multos annos à Rege principatum accipit, homo ab homine, à mortali mortalis. non tantam, quantam tu, obtinet potestatem. Ille enim a Rege princeps constituitur, vt vni tamtum regioni præsit. Tu autem à Deo terræ totius imperium accepisti. Diuinaque vox non in tabulis ligneis, aut voluminibus, quæ à tineris cortumpuutur, sed in ipsa natura inscripta est. Præsit. quibus autem præsit?

2.Cor.4.

Hominis instrumētum corpus.

His nimirum omnibus: Præſit piſcibus, beſtiis terræ, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, A quæ mouētur ſuper terram. Non dixit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā & veſcatur ex omni ligno fructifero, quod fructum habet in ſemetipſo. Secundo loco ea, quæ ad carnem pertinent, conſtituuntur. Primo autem, ac potiſsimum illa, quæ ad animum ſpectant. Prima nobis imperandi poteſtas decernitur. Ad imperandum natus es homo. Quid ergo perturbationibus ſeruis? cur dignitatem abiicis tuam? cur te peccato tradis in ſeruitutem? cur te conſtituis mancipium diaboli? Rerum conſtitutus es princeps: cur naturæ tuæ grauitatem proiecisti? At ſeruus diceris: cur mœres corporis ſeruitute, ac nō potius principatu tibi à Deo tradito gaudes, & glorîaris? Cùm vides dominum tuum voluptati mancipatum, corpus autem tuum illi, nonne intelligis, re nomine duntaxat eſſe ſeruum, illum cōtra nomine tantum potiri dominatu, te autem in grauiſsima ſeruitute detineri? illum ſcorto deuinctum, & obſtrictum cernis, tu autem ſcorta deſpicis atque aſpernaris. itaque tu perturbationis dominus es, ille voluptatum, quæ abs te deuictæ ſūt, ſeruus. Faciamus ergo hominem, & præſit. Vbi eſt imperandi vis, illic & imago Dei. Præſit piſcibus. Primum nobis datum eſt imperium in ea, quæ habitatione à nobis ſeiuncta ſunt. Non dixit præſit animantibus, quæ ſimul cum ipſo ſunt educata, ſed piſcibus, qui vitam in aquis degant. Primo igitur nobis in piſces traditum eſt imperium. Quo modo autem piſcibus imperamus? Si propter lacum aliquem conſpiceris, facile potes animadnertere, quo modo ad vmbram tuam omnes trepident ac contremiſcant. Quis herus familiam tumultuantem domi repente conſiſtens ita ſedat præſentiaque ſua cuncta in ordinem redigit, vt vniuerſum natantiū genus ad vnius hominis aſpectum figuram mutat, vt non amplius liberè degere, nec per maris lacusue ſummas vndas natare audeat? Delphinus ipſe, qui inter animalia, quæ in aquis degunt, plurimum poteſt, hominem veretur, & obſeruat. Sic homini in ea datus eſt principatus. Quid, cum ratione ad illa accedis, & omnia ſuperas, nonne illis dominaris? Animaduerti ego ſolertiam hominum, qui, hamis ad cetos capiendos confectis, atque eſca pro ratione magnitudinis eorum deglutientium adiecta, ſummis illis funibus, quibus hami ſuſpenſi ſunt, vtres ex altera parte vento plenos alligant, eos que demittūt ſuper mare. At immania cete hamos ſimul cum eſca deglutientia, vtres quidem in profundum trahunt, verum, cum ea ſit vtrium natura, vt ſurſū tendant, rurſū ad maris ſuperficiem retrahuntur, & cum ſuo confixa nutrimento ſurſū deorſū tumultuantur, iactataque obſtupeſcunt, & modo hoc, modo illud dimetiuntur mare, donec, multo fruſtra labore conſumpto, defeſſa, fameque domita, atque hamis comprehenſa tandem occidunt, & cum vtribus trahuntur, & venatoris præda fiunt ceduntque paruo grandia imbecillo valētia. Quid ita? Quoniam is, qui rationis præſtantia dominatum eſt aſſecutus, tanquam mancipia nequam, ac fugitiua per vim ad officium reuocat, quæ alio pacto adduci non potuiſſent, vt cum vltro, parere noluerunt, neceſſario ſeruiant. Adeo vis imperandi à Deo homini inſita & ingenita vbique patet. Ex quo fit, vt ei & Xiphiæ, ſeu Gladii, & Zygænæ, & Balænæ, & Serræ, & vituli marini, & reliqua terribilia cetorum genera ſubiecta ſint Præſit piſcibus maris, & beſtiis terræ. Grauem, ac frēdentem leonem non aſpicis, cuius vel nomē ipſū ferri nō poteſt, fremitusque terrā tremefacit? Et quo d tantū eſt robur vt impetū eius queat ſuſtinere? Nullū animal tā viribus confidit ſuis, vt leonis vim perferre poſſit Attamē illū in paruo viuario incluſū vides. Quis ipſū cohibuit, ac domuit? Quis exiguum ingenti animali carcerē excogitauit? Quis raros caueæ ligneæ cācellos extruxit B ſe, quo reſpiraret, ne ſuo ipſa anhelitu ſuffocaretur ſed liberè animam duceret, ſecuraque degeret? quis? nōnne homo? Is ſæuiſsimas quaſque fetas ſibi ludum facit. Nonne Pantheras illudit obiecta charta, depictam hominis ſpeciem præferente? Illæ correptam chartam diſcerpunt. Homo vero infra poſitus ferarum ſtultitiam deridet. Nonne igitur omnibus antecellit? Quid de volucribus dicam? in aëra non aſcendit homo: at auium volatum vi rationis aſſequitur. Nihil enim rationem coercere poteſt. Hæc, quæ in profundiſsimis pelagi partibus ſunt, ſcrutatur. Venatur ea, quæ ter- C ram incolunt, Capit, quæ verſantur in aëre. Vidiſti aliquando in ſummo arboris ramo inſidentem volucrem ſecuram, atque homines aſpernantem. hanc tamen puer ludēs comprehendit. Calamos enim calamis ſubiicit, eōſque ſummos illinit viſco. Tum per ramos, ac folia clam ita diſponit, & locat, vt viſcum non appareat oculis volucris in ſublimi verſantis: atque ita exiguo contactu ſuperat, obſtrictāmque tenet eam, quæ aërem incolit, quæ in æthere vagatur. Infra manet homo, infra eſt illius manus, ſed eius aſcēdit cogitatio. Atque ita nihil eſt, ad quod ille arte nō perueniat. Alites retibus, ſagittiſque petit, & earum auidiores eſca allicit. Nōnne aliquando vidiſti aquilam, inhian- D te prædæ, plagis irretiri? Sic quæ volatu ſublimia petebat, humanis illecebris deorſum trahitur. Omnia hominis manui ſubiecit Deus. Orbem vniuerſum compleuit, & hominē principatus expertem eſſe noluit. Ne dixeris, te ab iis, quæ in aëre verſantur, ſuperari. Ratione enim & illa tibi ſubiectæ ſunt, ſicut eorum, quæ per terram gradiuntur, & ſerpunt ratione dominus es. Vides in quo conſiſtat, te factum eſſe ad imaginem Dei? Et fecit Deus hominem. Quid igitur eſt homo? Ex iis quæ de ipſo cognouimus, & audiuimus, eum definiamus. Neque enim iam opus eſt, vt alienas definitiones mutuemus, neque eas ab externa vani- E tate ſumptas in oratione veritatis inſeramus. Homo eſt opus Dei, ratione præditum, ad eius, à quo creatum eſt, imaginem factum. Si quid amplius in hac definitione deſideratur, confiderent ii, qui multum in caducæ ſapientiæ ſtudiis elaborarunt. Ad imaginem Dei factus eſt homo. Et benedixit Deus homini, & ait. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Eodem modo benedixit etiam piſcibus. Et dixit Deus, producant aquæ reptilia animarum viuentium, & factum eſt ita. Et ait Deus, creſcite, & multiplicamini, & replete aquas. Quid igitur, inquies, amplius eſt mihi? Neceſſario hæc, quæ communicauit etiam tibi, & alia propria te manent mune-

Ius, apud Strabonē ſimile quiddam de Galeolis.

ia. crescis enim, quemadmodum & reliqua animalia, & paulatim per incrementa ex parua ad iustam perfectámque magnitudinem peruenis. A Sic & equi, & canes, sic & aquilæ, & cygni, & cætera animantia eduntur paruula, paulatimque per assiduas accessiones ad absolutum perueniunt augmentum, rursúmque paulatim ad minorem molem reuertuntur. Quæ igitur naturæ communia sunt, ea largitus est etiam nobis. Crescite, id est, enutrimini, &, cum parui geniti sitis, magni euadite. Et incrementi sit terminus. Neque enim quoniam in primo septennio ita vertimur, vt altero septennio in aliam ætatem imutemur, sic in omni vita debemus per septennia de ætate in ætatem commutari. B Primum septennium puerilem ætatem continet cuius ætatis terminum inducat dentium immutatio, cúm in locum eorum, qui exciderunt alii succrescunt. Alterum rursus augmenti principium fit ad finem vsque anni quartidecimi. Atque hæc est secunda in pueris immutatio. Nam qui primũ est infans, aut puerulus, tum fit puer, post autem puber, ac deinde vir, & hic incrementi termini præfiguntur. Crescite igitur, non ita tamen, vt si quis centum annorum vitam assequatur, á primo anno ad centesimum vsque semper augmentum suscipiat. Ea vox, crescite, sapienter dicta prudenter adhibet modum, Crescite. C Crescite ad certum terminum non continua, perpetuaque auctionis mensura. Pro ratione enim primæ illius in vtero constitutionis crescendi termini præscripti sunt. Ea namque constitutio conuenientem crescendi opportunitatem coniunctam habet. Dentes exciderunt: cognoscimus, incrementi quantum accesserit. Filiolum, cum tertium ætatis annum inpleuit, metitur mater. Duplo enim maior, quàm tunc sit, futurus est ille, cum erit perfectus vir. Hunc habet humana natura terminũ, atque mensuram. In primo secundoque septennio abundat humiditas, mox deficit, caliditas manet, membra corroborantur. D in principio imbecilliores sunt homines, cúm nondum perfecti sint. Recens enim illorum caro cum pacta est eaque minus est ad perferendos labores idonea. Leuitatem duntaxat, agilitatemque tunc animal acquisiuit. Itaque, quoniam in tertio septennio altitudinis augmentum perfectum est, lata deinceps corporis amplitudo comparatur. Etenim posteaquam natura à laboribus in altum augendi respirauit, in latum incipit progredi, & ædificii sui fastigium, tanquam fundamentis substratis adauctisque, fulcit atque confirmat. Agit hæc quidem ipsa natura ordine suo. E Cuius tamẽ ordinis vis pendet ab illo primo Dei mandato, quod semel editum per omnia, quæ procreantur, ad finem vsque progreditur. Crescite, inquit, ne in vno semper statu res permanerent. Et multiplicamini, ne in vno tantum consisterent, sed numero propagarẽtur. Et replete terram. Replete, inquam, non habitatione: nimis enim anguste degeremus, si tota à nobis in terra cõpleretur: sed imperio, & potestate, quã nobis in ipsa terra donauit Deus. Replete terrã. Non vtique qua parte nimio solis ardore cõbusta est, nec vbi glacie imménsoque frigore obriguit. Has enim regiones, nõ coëgit deus homines, vt incolerẽt: sed nos dominos cõstituit, vt terrã omnẽ imperio repleremus. A Nõne replemus eam, quando ratione dimetiendo cognoscimus, quanta sit eius pars calore exusta atque inhabitabilis, quantá quæ ad boreã exposita, quæ propter frigorum vim inutilis, est & coli non potest. Nonne terrã repleuimus? Nõne quod in ea vtile erat, elegimus, quod autem ad transigendam vitam inutile, abiecimus? Dicendo, replete terram, nos terræ dominos constituit Deus. Nec, quia vniuersæ vsum non habemus, ideo non sumus illius domini. Neque tu totius frumenti, quod emisti, idcirco non es dominus, quoniam pars eius est ad comedendum vtilis, pars inutilis. B Sordes, lapides, paleas, & si quid aliud, quo vesci commode nequeas, immixtũ est, excernis & abiicis, quod autem purum est seligis, & ad vsum & victum reseruas tuum. Sic terra nobis donata est, partim ad habitandũ cõmoda partim ad arãdũ colendũque necessaria, partim ad pascẽdas quadrupedes apta. Dic mihi, nõne possum arbitratu meo terrã disponere, quando munere illius, qui me procreauit, dominus eius sũ cõstitutus? Et præsit piscibus maris, & bestiis terræ. Ita nobis benedixit Deus hanc legem tulit, hanc largitus est dignitatẽ. Et fecit Deus hominem, ad imaginem suam fecit eum. Nonne demonstrationem hanc esse mancam vobis declarauit? C Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Vnum habet procreatio, ad imaginem. nunquid alterum deest, ad similitudinem? An aliter decreuit, aliter fecit? Nunquid eum in procreando pœnituit? An est infirmitas in procreatore, vt aliud consuluerit, aliud effecerit? An est in sermone nugatorium aliquid, & superuacaneum? vt idem fortasse sit, faciamus, hominem ad imaginem, & faciamus ad similitudinẽ: & qui ad imaginem dixit, ad similitudinem dixisse videatur. At si hoc modo intellexerimus, scriptorem accusabimus. Et enim si sic habet, vox vacat, & bis idem ponitur. Dicere autem verbum aliquod in scriptura redundare, D est graue nefas. Quod si nihil redundat, nihil est inane, nihil superuacuum, ergo necesse est hominem esse factum ad imaginem, & similitudinem Dei. Cur igitur non dixit: Et fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam? Quid non potuit fortasse? impium est id dicere. Decreuit ne pœnituit? nefarium istud vel cogitare. Nunquid dixit, & cõsilium mutauit? Minimé vero. Ergo neque scriptura hoc dicit, neque creator non potest, neque consilium irritum fuit. Cur igitur silentio id prætermissum est? Faciamus hominem ad imaginem nostram, & similitudinem. Vnum in creatione, alterum in electione positũ est. Nã, E vt fierimus ad imaginem Dei, dum principio procrearemur, obtinuimus. Vt autem efficiamur ad eius similitudinem, proposito voluntate quæ consequimur, Atque huius quidem, quod ad arbitrium pertinet ac voluntatem, potestas nobis inest, re autem & factis ipsi præstamus. Nisi Deus antetenuisset dicens cúm nos efficeret faciamus & ad similitudinem, nisi nobis eam largitus esset potestatem, vt ad eius similitudine effingeremur, nunquam essemus illum viribus nostris assecuti. Nunc autem potestate nos fecit similes Dei. Potestatem autem tribuens, vt eius similes redderemur, permisit nobis, vt essemus illius similitudinis effectores, quo merces operis no-

Singulis septennis hominem mutari.

Nullũ verbũ redũdat ĩ sacra scriptura.

stra foret, ne nostræ similitudinis laudem auferret Quando enim effigiem aliquam cernis diligenter elaboratam, & exemplar optimè referentem, non ipsam laudas, sed pictorem admiraris. Quapropter, vt mea, non alterios esset admiratio, reliquit mihi, vt ad eius similitudinem fierem. Ex imagine habeo, vt ratione sim præditos: ex similitudioe autem, vt bonus efficiar. Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Vides, quo modo nobis Dominus illud ad similitudinem reddat? Quoniam solem suum oriri facit super malos, & bonos, & pluuit super iustos & iniustos. Si oderis scelera, si iniuriarum memoriam deleueris, si hesternas simultates, & inimicitias obliuione voluntaria deposueris, si fratrem amore, beneuolentia, benignitate, misericordia complexus fueris, Deo similis euades. Habes igitur imagioem ex eo, quod rationis es compos: similitudinem autem, quia virtutem, probitatem, & bonitatem amplecteris. Suscipe igitur viscera misericordiæ, beneficentiam exerce, vt induas Christum. Per quos enim misericors, & benignus es, per eos Christum ioduis, Christique necessitudine & coniunctiooe cum Deo coniungeris, ac deuinciris. Atqoe hoc modo historia est humanæ vitæ institutio atque infor natio. Faciamus hominem ad imaginem. Habeat homo in creatione sua, vt sit ad imaginem fiat ad similitudioem. Vbi tibi gratia? Quamobtem coronaris? si creator omnia dedit, quo modo tibi patet ascensus io cœlum? Vnum igitur dedit, alterum inchoatum reliquit, vt te ipse perficiens dignus fias, qui à deo premium & mercedem consequaris. Quo modo igitur ad similitudinem efficimur? Per Euangelium. Quid enim aliud est, esse Christianum, nisi habere cum Deo similitudinẽ, quatenus capit humana natura? Proinde, quoniam accepisti, vt esses Christianus, operam da, vt sis Deo similis, indoe Christũ quo autem pacto illum indues, nisi eius signeris nota, nisi Baptismum suscipias? nisi capias incortuptionis indumentum? Repudias similitudinẽ Der si Dixissem tibi Agedũ, esto similis Regi, nõne amicum me ac beneficum existimares? Nunc autem volo te Dei similem esse, & orationem te Deum efficientem fugis & aspernaris? & aures obstruis, ne verba salutis exaudias? Et fecit Deus hominem ad imaginem suam. Hominem (inquit mulier) ita scriptum est, vt vir tantum intelligatur. Quid igitur ad me? At ne hominis appellatione virum duntaxat iotelligeres, subiecit, masculum & fœminam fecit eos. Et mulier perinde, atque vir ad imaginẽ Dei facta est. Eundem honorem habent ambæ naturæ, pares virtutes, eadem certamina, idẽ iudiciũ. Ne dixeris, sum imbecilla. Imbecillitas in carne est, in animo autẽ vis ac robur. Quoniam igitur æqualis, est virtus, par etiam sit bonorum operum demonstratio. Non temere mulieri ea data est mollitudo, sed vt ad humanitatem facilior sit, ad misiricordiámque propensior. In rebus autem, quæ fortitudinem postulant, robusta est, in vigiliis & laboribus constans. Quando potest hominis natura cum fœminæ for titer vitam agentis natura cõtẽdere? Quando potest homo firmam mulierum in ieiuniis continẽtiam imitari? Quando potest æquare sedulum earum in precationibus studium, piam ad lachrymandum propensiorem, & pronam ad benemerendum facilitatem? Vidi ego fœminam clam hn oestissimo vrentem furandi genere. Hæc inscio marito de re familiari pauperibus largiebatur. Pro viri felicitate, pro familiæ prosperitate, pro incolumitate filiorum impertibat cœlans virum, sed pro ipso viro. Pro ipso donabat, qui factũ nesciebat. Id enim præstabat, in gratiam illius, qui videt io abscondito, nec benefacta sua diuulgabat. Et mulier igitur habet, vt ad imaginem fit. Ne consideres hominem, qui extrinsecus est. Ille enim est tãquam velum. Animus autem seder intus in velo etiam corporis imbecilli. Animi honore sũt æquales, in velis est differ entia. Quamobtem, vt Deo similis fias, liberalitatem amplectere, beneficentiam exerce, innocentiam sectare, fraterno omnes amore, beneuoleotiaque prosequere, scelera fuge, peccati perturbationibus dominate. Vt piscibus præsis ratione carentibus, perturbariooes & animi motus rationi cootrarios supera. Et præsit bestiis. Impera bestiis omnibus, quæ sunt in te. Quid? inquies, ego ne io me ipso bestias habeo? Tu verò bestias habes, & eas quidem innumerabiles. plurima in te est bestiarum multitudo. Ac ne me contumeliosum existimes, dic, amabo parua ne bestia est iracundia, quando latrat in corde tuo? nõ ne ea est quouis cane crudelior? Quid? in callido animo tuo dolus latitans, oonne quouis vrso fraudulento sæuior est? Quid? nonoe fera est hypocrisis, vel immanissima? Qui autem impetu rapitur ad contumeliam, non ne scorpius est? Qui præceps ad vindictam vltionemque fertur, non ne est vipera grauissima? Quid auarus ipse? non ne lupus est rapacissimus? Nulla in nobis fera noo iouenitur. Qui fœminarum amoribus insaniuot, nonne furiosi sunt equi? Equi amatores, ioquit, & emissarii facti sunt. vousquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Sic in alicuius feræ naturam quisque conuertitur, vt aliquo animi vitio perturbationeque vincitur. Ex quo fit, vt innometabiles in nobis sint feræ. Credis igitur, te ferarum esse dominum, ac principem, si illis, quæ foris sunt, imperes, eas autem, quæ intus versantur, ooo domes, ac regas? Quorsum tibi ratio, qua leones vincis, eorumque fremitum non reformidas, cum ipse deoobus frendas vt leo, & præ iracundia vocem confusam, & perturbatum clamorẽ emittas? Quid enim grauius, aut acerbius est, quàm cùm iracundiæ furor totus erumpere nititur, nec intus vllo modo contineri potest? Cùm ab aliqua perturbatiooe victus est homo, non iam ipse imperat, sed io eius animo perturbatio dominatur. Quamobtem, cùm ita creatus sis, vt bestiis imperes, & serpentibus, & volatilibus, perturbationibus impera. Ne permittas cogitationem tuam sublimem vagari. Ne sinas animum tuum leuitate iostabilem ferri. Datũ est tibi, vt auibus præsis: absurdum erit, si visco volitantes illas ita capias, vt ipse leuis sis, efferarisque superbia Ne sublimes spiritus tollas, ǫe intumescas, ne tibi nimium placeas, aut plus dete sentias, quàm patiatur humaoa conditio. Ne laudibus inflatus extollaris, ne te ipse iactites, aut magnum aliquid esse putes. Alioquin eris volucrum similis, quæ natura leues, & instabi-

Mulier cõbustior in vigiliis ieiuniis orationibus

In homine que insũt bestie.

Hier. 5.

les huc illud assidue feruntur, & volitant. Tuum igitur animum moderare, eique impera, si vis rebus omnibus imperare. Hac ratione oobis in animantia tributum imperium nos monet, ac dispo nit, vt ipsi nobis imperemus. Turpe enim est, vt, qui domi suæ seruus est, gẽtibus dominetur, & is Reip. tractet gubernacula, qui scorti nutus obseruat, qui meretricis arbitrio regitur. Familiam propriam oportet rectè gubernare, &, quæ intus sunt ratione atque ordine disponere ac moderari, nec in alios velle imperium exercere, cùm ratio iis, quibus imperare debet, sese subiecerit. Si res tuæ domesticæ cõfusæ perturbatæque suot, vt bonus medicus te ipsum cura. Nosmetipsos primum curemus. Nemo, quòd leonem non vicerit, condemnatur. At, qui oon superauit iracundiam, passim irridetur. Qui perturbationibus non est superior, meritò vituperatur: qui verò feras immanes superare oon potest, nulla reprehensione videtur dignus. Et hæc quidem hactenus Dominus, cuius prouidentia factum est, vt hæc scriberentur, quique debilem atque hæsuãtem linguam nostrã adiuuit, vt ea vobis vtcunque explicaremus ex nostræ cogitationis imbecillitate exiguaque veritatis abumbratiooe magnos nobis thesauros præbeat, ex paruis magna, & minutis seminibus perfectos cognitioois fructus subministret, & nobis omnibus tandem largiatur, vt absolutum diuinorum sermonũ fructum percipiamus in cœlis, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

IN HOMINIS PROCREATIONEM.

ORATIO II.

Eodem xuno interprete.

SAPIENS ille Salomon, noo sapientiæ verbis ad suadendum aptis sed doctrina sancti spiritus eruditus, in his, quæ paulò antè à nobis lecta sunt, hominem extollens exclamabat, Magna, inquiens, res est homo, & preclara, vir misericors. Ego autem stultè mecum ipse reputans, tum, quæ mihi animus suggerebat, tum quæ ex scriptura didiceram, considerabam, quonam modo magna res esset homo, cùm mortale sit animal, innumerabilibus obnoxium perturbationibus, quippe qui, ex quo in lucem est edi-
[Psalme .8] tus, ad senectutem vsque perpetuò innumerabilium molestiarum, & incõmodorum examine conflictetur. De quo scriptum est, Domine, quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? Dauid vt animal vile despicit hominem, quem Salomon vt magnum & præclarum quid effert & cõmẽdat. Hanc mihi dubitationem adimit historia, quæ de hominis ortu legitur. Nonc enim audiuimus, Deum accepisse de limo terræ, atque hominem formasse. Quibus ex verbis & oihil & magnum quiddam esse hominẽ intellexi. Si naturam tantum eius aspicias, nihil est homo, & nullo pretio digous: sin honorem, quo affectus est consideres, magna rès est, ac præclara. Quo modo locutus est Deus? Fiat, inquid, lux, & facta est lux. Perpende hominis, & lucis procreationem. Dixit, fiat firmamentum, & magnum supra nos cœlum extẽsum est verbo Dei confectũ. Et stellæ, & sol, & luna, & quascunque vel oculis cernimus, vel animo comprehendimus magnitudines, verbo, vt essent, assecutæ sunt Mare, & terra, & ornatus eorum, tam varia tum animalium, tum plantarum genera verbo facta sunt omnia. Homo quonam factus est modo? Non dixit: Fiat homo, vt dixit, fiat firmamentũ. Amplius aliquid cernis io homine quã in luce, quã in cœlo, quã in luminarib⁹. Omoibus antecellit hominis procreatio. Accepit Deus. Manu propria dignatur corpus nostrũ formare. Non iussit Angelo. Non, vt cicadas, sponte sua protulit hominem terra Non ministris Potestatibus hoc, aut illud faciendum mandauit, sed manu sua beoeuolus artifex terram accepit. Si illud, quod sumptum est, aspicis, quid homine vilius? Sin artificem consideras, quid homine maius? Quemadmodum propter materiam eo nihil abiectius, sic propter effectoris dignitatem præclarius nihil. Et accepit Deus. Cur autem, cũ antè dictum sit, & fecit Deus hominem, hic in ei⁹ procreatione, tanquam id non intellexerimus, in historia dicitur: Et accepit Deus puluerem è terra & formauit hominem? Tradiderunt iam quidam verbum illud, Formauit, ad corpus referri: Fecit autem, ad animum. Quæ quidem ratio fortè non abhorret à vero. Vt cùm exponendum esset, hominem esse factum ad imaginem Dei, scriptũ sit, Fecit: cùm autem esset explicanda, quæ ad cor- [Psalme.11.] poris constitutionem pertinerent, ea vox, Formauit, adhibita fuerit, præsertim cùm Dauid ipse discrimen horum verborum docuisse videatur, dum diceret: Manus tuæ fecerunt me, & formauerunt me. Fecit hominem interiorem, exteriorem formauit Formare enim congruit luto, facere autem imagini Dei. Quamobrem formata est caro, animus verò factus. Expositis igitur antè, quæ ad cõstituendum animum spectant, nunc ea narrat, quæ ad corpus conflandum pertinent. Hæc sit vna ratio. Altera est, quòd illic rem summatim perstrinxit hîc modum, quo facta est, explicat, & enarrat. Antè fecisse Deum audiuisti: nunc quo modo fecerit, intelligis. Etenim si simpliciter scriptum esset: Fecit. cogitares, hominem fuisse factum, vt feras, vt cete, vt plantas, vt herbas. Quocirca, vt tecum agrestioribus intelligeres nihil habere cõmune, Moses proprium & singulare Dei in te creando artificium explicauit. Sumpsit Deus puluerem è terra. Tunc, quid Deus fecerit, dixit: nunc, qua ratione fecerit, expooit. Puluerem sumpsit è terra, hominemque propriis manibus formauit. Cogita quemadmodum formatus sis, homo. Naturæ tuæ artificium considera. Dei manus est illa, quæ te formauit. Caue, ne Dei opus flagitio coinquinetur, ne peccato peruertatur, & excidas è manu Dei. Tu es vas à Deo fictum, atque conflatum, lauda effectorem tuum: neque enim aliam ob causam factus es, nisi vt ad Dei gloriam celebrandam esses instrumentum accommodatum. Ac diuinæ quidem gloriæ celebrandæ materiam tibi, tanqoam liber scriptus, suggerit orbis hic vniuersus. Tibi enim mẽte prædito ad veritatis cognitionem nuntiat ex se magnificentiã Dei. Quapropter eorum, quæ dicta sunt, recordare. Et benedixit eis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Duplex est incrementum, v-

num corporis, alterum animi. Augetur animus, cũ disciplinis extollitur, atque perficitur. Corpus autẽ crescit, dum ex paruo ad iustum, & congruentẽ magnitudinis modum accedit. Crescite, igitur dictum est ratione carentibus animalibus, vt ad naturalem corporis perfectionem peruenirent. Nobis autem, vt interioris hominis progressu ascenderemus ad Deum, quemadmodũ faciebat. Pau-

Philip. 3. lus, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens seipsum. Augmentum sit contemplatione, pietatis cultu, dum ad meliora progredimur, dum eorum, quæ vera sunt bona, cupiditate quotidie magis inflammamur, dum quod præcessit, post nos relinquim⁹,

B & ad id pietatis, quod reliquum est, pro viribus contendimus. Talis erat Isaac, de quo testimonium illud scriptura prodit, quòd proficiens crescebat, donec magnus effectus est. *Gen. 12.* Neque enim consistebat, neque paululum auctus decrescebat, sed magnis semper spatiis progrediebatur. Crescebat virtutum studiis, & officiis. Crescebat magna modestiæ, & temperantiæ progressione. Crescebat iustitia, & æquitate. His gradibus ad virilẽ ætatem peruenit. Sic progrediens & crescens vir iustus ad summum boni fastigium extollitur. Crescite igitur perfectione illa, quæ Deo placet, quæ

C fit in homine interiori. Multiplicamini Ecclesiæ fœcunditate. Ne in vno cõcludatur cognitio Dei sed in omnem terram promulgetur salutis Euangelium. Multiplicamini. Qui? Vos, qui in Euangelio geniti estis. Replete terram, carnem vobis ad ministrandum datam bonis actionibus replete. Repleatur oculus earum rerum aspectu, quæ rectæ sunt. Repleatur manus operibus bonis. Repleantur itidem pedes ad visendos pauperes, & ad ea, quæ oportet, exequenda proficiscentes. Omnia denique mẽbra nostra repleantur obseruatione mandatorum Dei. Hoc significat ea vox Replete. Atque ita illa oratio, quæ communis est

D nobis cum reliquis animantibus, propriè refertur ad nos, cùm intelligitur ex ea ratione, qua honorati sumus & facti ad imaginem Dei. Crescunt enim cætera animalia corporeis incrementis, nos autem incorporeis, & ad spiritum pertinentibus. Atque illa quidem terrã replent multitudine, nos autem terram corporis nostri nobis coniunctam bonis operibus replemus. Ecce dedi vobis omne lignum habens fructum in semetipso, vt sit vobis in escam. Ne preterecurat Ecclesia. Omnia legitima sunt. Non dixit, Dedi vobis pisces, ad vescendum. Dedi vobis cete, & reptilia, & quadrupeda. Non ènim ob id ea creauit. Sed prima lex cõces-

E sit, vt fructibus vesceremur. Adhuc enim paradiso digni putabamur. Ecquod hic latet mysterium? Vobis, inquit, & bestiis, & volucribus dati sunt fructus, & herba, ad vescendum Et volucribus cœli, & omnibus animantibus terræ. Atqui multa cernimus animalia fructibus non vesci. Quo enim fructu vescitur pardus aut leo? Hi tamen legi naturæ subiecti fructibus alebantur. Sed cùm homo recessisset à mandato, & extra paradisum vitam ageret, post diluuium videns Dominus homines contumaces, concessit eis, vt omnibus vescerentur. omne, quod mouetur, inquid, & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Quo quidem cõcesso, reliqua item

Carnium esus à diluuio conceditur. Gen. 9.

A animalia comedendi licentiam nacta sunt. Ex eo tempore & leo crudiuorus & vultures cadauerũ auidi. Neque enim simul ac geniti sunt, terram circumlustrabãt. Nondum quidquam interierat eorum, quæ vel à Deo facta, vel genita erant, quo vultures nutrirentur. Neque natura separabat & dissoluebat: vigebat enim. Neque venatores occidebant: nondum enim vocabant homines eiusmodi studio. Neque feræ dilaniabant: neque enim erant crudiuoræ. Nec ipsi vultures vesci cadaueribus assueuerant: quoniam nondum erant cadauera, nondum fœtor, nondum talis vulturum cibus: sed omnia more Cycnorum victitabant, omnia in pratis pascebantur. Et quemadmodum vide-

B mus canes herbas curationis causa sæpe comedere: non quòd ille cibus eis sit naturalis, sed naturæ quodam instinctu commoniti ferũtur ad id, quod salutiferum illis futurum est, sic crudiuora tunc animalia erant, non vt sibi vicissim insidias struerent, sed vt mox ad pristinam redirent consuetudinem. Cæterùm homo reuertitur ad pristinum statum, improbam, ærumnosã, seruilemque in victu sollicitudinem omittens. Sic enim ad vitam redit eius similem, quam degebat in paradiso à carnis perturbationibus remotam, securam, & liberam, & cùm Deo atque Angelis coniunctam

C Hæc à nobis dicta sunt, non quòd homines ab vsu ciborum à Deo concesso velimus excludere, sed vt præteriti temporis felicitatem ostendam⁹. Qualis ea vita fuerit, quàm tranquilla, quam diues, quàm paucis in victu rebus homines indiguerint, quo modo cum variis generibus epularum peccandi causæ simul ingressæ fuerint. Postquam enim à veris illis paradisi deliciis excidimus, nec amplius vitæ lignum intuemur, nec honestis illis, præclarisque voluptatibus frui, gloriarive possumus, adulterinas nobis delicias excogitauimus: coquos, & pistores inuenimus, varia bellariorum suffimentorumque genera, vt lapsus illius solatia

D compararemus. Vt ægrotis, qui graui aliquo morbo conflictantur, cùm solitis voluptatibus frui nõ possint, quasdam odorum suauitates, & alia eiusmodi congruentia oblectamenta medici subministrant, & infirmis eorum sensibus blandiuntur. Verùm si nunc etiam volumus vitam illam, quæ in paradiso agebatur, imitari, ad eam varia ista ciborum genera fugientes, pro viribus accedamus, fructibus, & seminibus, & leguminibus vitam sustentemus, reliqua autem, vt superuacua, minimeque necessaria, abiiciamus, & aspernemur.

Simile ab ægrotis.

Quamuis enim detestanda non sint, vtpote nobis ab ipso procreatore concessa, sumenda tamen nõ

E sunt propter carnis oblectationem. Et requieuit Dominus ab omnibus operibus suis septimo die. Dicam Aritmetici, & qui talibus incumbunt studiis, quique sapientiam eiusmodi faciunt plurimi senarium numerum cum mundo simul esse genitum, esse numerum fœcundum, multaque ex se numerorum genera parientem, & suis perfectum partibus, & quæcunque de ipso in disputationibus suis dicere consueuerunt. Cumque de senario abundè per otium dixerint, etiam de septenario disserant. Sterilem esse demonstrant, quippe qui nec alium ex se numerum generet. nec ab alio ipse generetur. Ego, ne sermonem causa vestra iam institutum omittam, ad ea, quæ sunt cognitu faci-

Carnibus non vtendum propter carnis oblectationem.

liora me conuertam. Si quis autem petitus est A
istiusmodi facultatis, is cognoscat, talium etiam
rerum thesaurum apud nos esse reconditum. Qua
re si magni facienda est Arithmetica, hic eius sunt
semina. Nobis autem non est curæ, vt parua, hæc
ex mundi sapientia surripiétes quasi magnum ali-
quid nostris orationibus inseramus. Vt igitur con
stet, nos contemnere, quæ ipsi admirãtur, silentio
ipsa transeamus, præsertim cùm eorum cognitio
non ita facille à quouis è populo percipi posit, &
qui me audiunt, non tam res, quæ moueant ad-
mirationem, quàm quæ mores & vitam instituant
postulent, & expectent. Præclarus est dies septi-
Septimus numerus. mus. Nã & sabbatũ apud Iudæos septimo cẽserur B
die. Et septimus annus ab eisdẽ obseruatur, ac re-
missionis annus dicitur. Licebat enim illis terram
sex annis colere, septimo anno inaratã ac liberã re
linquebãt, cũ in promissionis terra versarẽtur. Sex
annis seruiebat Hebræus, anno septimo liberaba-
tur à seruitute Septimo apud ipsos anno captiui-
Pro. 14. tas soluebatur. Sed nostra quoque videam⁹. Septi
es, inquit, in die cadit iustus, & resurget. Sic nos
Hebdomadã cõstituimus. Septim⁹ à mundi pro-
creatione Enoch mortẽ nõ vidit. Ecclesiæ myste-
Heb. 11. riũ. Septimus ad Abraham Moses legẽ accepit, in
qua vitæ mutatio, solutio iniquitatis, ingressus iu-
stitiæ, Dei peregrinatio, constitutio mundi, rerum C
agendarum præscriptio continebatur. Septima &
septuagesima ætate post Adam Christus apparuit.
Septenarii mysterium nouit Petrus. quoties, in-
Math. 13. quit, peccabit in me frater meus, & dimittam ei?
vsque septies? parum dixit, nondum mysterium
didicit. Adhuc enim discipulus est. Vsque septies?
à septenario nõ recessit discipulus, dixit discipulus
quod sciebat Diuitiis Dominus abundauit. Quo
ties peccabit, & dimittam? cur non dixit, sexies,
sed septies? Cur non respondit Dominus, Centies
cẽties, sed septenarii numerum multiplicauit? nec
Petrus aliud interrogauit, nec Dominus discessit
à septenarii regula. Obseruauerat Petrus ex anti- D
qua traditionis norma, septenario numero conti-
neri quandam vim remissionis peccatorum, quie
tis perfectæ, cuius iudicium sabbatum est. Et dies
septimus à mundi procreatione. Petrus septies.
Dominus septuagies septies. Cæterùm etiam pec-
cata septies puniuntur. Non ne sic ait: Qui occide
Gen. 4 rit Cain, septuplum punietur, neque illic. Octu-
plum dixit, sed septuplum. Quid ita? parumper ex
pecta, & mysterium inuenies Primum peccatum
Cain septuplo vindicatur, secũda cædes Lamech
septuagecuplo septuplo. Nam septuplum, inquit,
vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagi-
es septies. Itaque si septima Petri dimissio ad E
Cain vltionem refertur, septuagesimaseptima. Do
mini condemnatio ad Lamech vltionem refere-
tur, vt, quantum delictum est, tanta sit etiam gra-
tia, &, vbi paruum delictum, parua uenia, cui enim
parum dimisit, parum etiam amat. Vbi abundauit
delictum, superabundauit & gratia. Ecquod ergo
Luc. 7. mysterium est? septima dies dicitur tempus iudi-
Rom. 5. cii, in quo & peccator septies punitur, & eximiè
iustus sæptuagies septies remuneratur. Dei beni-
gnitas per ænigmata nunc quidem futura nobis
ostendit. Tunc autem ipso præsente perspicua &
manifesta erit veritas. Tunc enim patebit, quibus
quisque præmiis sit dignus, septuplam igitur vltio

nem nobis peccatoribus debitam Dominus con
donabit, si per confessionem, & pœnitentiam hic
eum placauerimus. Quamobrem, cùm formidan-
dum illum diem non ignoremus, vltionemque
peccatoribus reseruatam sceleribus eorum con-
gruentem, anteuertamus, peccataque nostra re-
sipiscendo diluamus, vt pœnas illas grauissimas
euitemus. Septimus hic igitur dies septimi illius
diei, quo æuum omne perfectum erit, est iudiciũ
& nota. Et requieuit Deus ab operibus. Nulla
amplius mundi opera erunt in illo die, nullæ am-
plius nuptiæ, non contractus, non mercaturæ, non
agri cultus, sed omnis terra in formidine & metu,
omnes res procreatæ in iudicio, & certamine ver-
sabuntur. Sudor, & labor incredibilis. Ipsi etiam *Timor in*
iusti cum timore sententiam expectabunt. Nec ip *extremo iu-*
se Abraham à certamine aberit, non vt in gehen- *dicio etiã*
nam abiiciatur, sed in quo iustorum ordine col- *iustis.*
locetur, primone, an secundo, an tertio. Dominus
è cœlis, disrumpuntur cœli. Potestates apparent.
Vniuersæ res procreatæ perterrefactæ contremis-
cunt. Quis non timeat, quis non formidet, cùm
ne Angeli quidem à metu sint vacui, sed ipsi quo-
que stent rationem Deo reddituri? Gloriosa tamẽ
iudicis præsentia metum omnibus bonis abstergit
Nonne audis Esaiam dicentem, si disruperis cœ-
los, à facie tua præ timore montes defluent. Mare
conglaciat, res omnes obstupescunt, natura est
mortua, ad illum è cœlis aduentum omnis dicen-
di ratio torpet, & conticescit. Tunc iusti quidem
vt stellæ in cœlum tollentur à terra. Peccatores
autem proprio peccatorum pondere depressi cir-
cumuolutique deorsum ferentur turpissimi ac des
pectissimi. Septimus igitur ille dies ab hoc septi-
mo declaratur: Et requieuit Deus die septimo ab
omnibus operibus suis. Quæ ad vitam hanc perti
nent, eo die non erunt. Quiescent iuuenum studia
Nulla erit de nuptiis consultatio. Nulla suscipien
dorum liberorum sollicitudo. Nulla parandi auri
cura. Sacculi, & arcæ auarus obliuiscetur. Nõ præ-
diorum locuples, non honoris, & famæ ambitio-
sus, & gloriæ cupidus recordabitur. Hæc omnia
procul aberunt à nostris cogitationibus. Animus
in timore constitutus ad rerum imminentium
expectationem excubabit. Timor enim omnem
aliam cogitationem ab animis nostris expellet.
Nam vbi Dei timor adest, nullæ perturbationum
maculæ mentem nostram contaminãt Hic septi-
mus dies illius est die septimi signũ & nota. Sum-
psit Deus puluerem è terra, & formauit hominẽ.
Non est absoluta mundi procreatio, nec rerum se
ries interrupta, vt narratio de nobis introduce-
retur. Sed dictum est: Fecit Deus hominem, & re-
quieuit ab omnibus operibus. atque his explica-
tis commodè nos docet, quo modo hominem fe-
cerit. Sumpsit Deus puluerem, inquit, è terra. Cũ
puluerem audis, disce timorem humanum depo-
nere. Ne suspicias hominum personas. Cur spiri-
tus tollis? Cur de te magnificè sentis? Quando ti-
bi cogitationes inciderint, quibus intumescas, qui
bus inflammeris, illud tibi in memoriam reuoca,
quo modo creatus sis. Sumpsit Deus puluerem è
terra, & hominem formauit. Si à terra discederes,
fortè conditionis tuæ posses obliuisci. Nunc autẽ
ab ea nunquam discedis, sed cum illa naturaliter
coniunctus es. Incedis in terra, in terra conquies-

cis, in terra lingas, & negotiaris. Quamobrē quid quid agis in terra, siue magnum id sit, siue paruū abiectæ cōditionis tuæ monumentū habes. Contumeliosus es, & iracundus: vnde tibi ex tā humili statu indignatio, & iracūdia? Ferte oō potes, quòd ignobilis, & obscuro loco natus esse dicaris, côtendisque vt iis, quid tibi male dixit, ex te peius audiat: Oculos demitte, ac terrā intuere, & confestim ira tua sedabitur. Terrā aspice, & tecū ipse sic cogita: Ignobilē hic me, & è seruo natum appellauit. Minus dixit, quàm id, quod res est. Neque enim me è terra genitum vocauit, sed ex homine. Quãto autem terra, quæ conculcatur, nobilior est animo præditus, ac viuens, homo? Ego veterem matrem aspicio agnosquoque terram. Quare non est ignominiosum atque turpe, è seruo ortum esse, sed præclarum & honorificum, hominē esse procreatum. Hic autem dum putat mihi contumeliā dicere, imprudēs me potius honorauit. Ego enim naturæ meæ non ignarus, planè scio, qui sim, & vnde sim. Hæc igitur ortus è terra recordatio nunquam excitari sæuireque sinat iracundiā. Rationi terra semper suppetias ferat, eamque semper commonefaciat. Quando cupiditate flagras, & ea concitatus curris, per terram curris. Cogita quonam sis peruenturus, si te in terram dissolutū iri consideraueris: reprimetur cupiditatis furor. Terra es, & in terram reuerteris. Cogita membra ista tua, quæ nunc ita vigeot, paulò pòst oulla fore. Membris autem corruptis, in pulueremque redactis, cupiditas ista, qua nunc inflammaris, non erit amplius. Naturæ tuæ reminiscere, & omnis ad peccandum impetus perfrigetur. Hæc cogitatio ab omni peccato nos arcebit, atque deterreat. Formauit Deus hominem de limo terræ. Honesta submissio, commonitio naturalis. Si dixisset, Formauit Deus hominem, ex homine materiā sumens, æquando hominem illum vidissemus, vt naturæ conditionisque nostræ possemus admoneri? Abiectæ sortis nostræ monumentum in promptu est ex iis: quæ calcamus. Terram aspice teque ex humili contemptaque illius materia genus duxisse recordare. Quid igitur nobis vilius? quid abiectius? Quid magis côuenit nobis, quàm vt nos summissè geramus, & pro nihilo putemus? Vidisti superbum aliquem, & arrogantem, variis indutum vestimentis, & splendidum annulum cū pretiosa pala gestantem in digito, atque ostentantem, ferumque filis amictum, ac seruis stipatum, coma demissa, flaua, studioseque compta, torquibus aureis exornatum, & sellis argenteis insidentem, superbeue incedentem, magnificè de se sentientem, magnifice se iactantem ob seruorum, adulatorumque, quos sumptuosis mensis allicit, obsalutationes, quas illi omnes in forum afferunt dum ei cum lictoribus aduenienti aut è subselliis assurgunt, aut obuiam procedunt, aut eum deducunt, reducunt ve? Quando principes istos aspexeris cum magna præconis voce prodeuntes, quando videris eos huic terrorem inicientes, illi indignatos, alium proscribentes, alium capite mulctātes, tu ea ne formidaueris, neue illos qui res eiusmodi iubeant fueris admiratus. Ne te opinio fallat. Memento, Deum conflasse hominem è limo terræ. Si quid aliud est, extimesce, sin terræ puluis aspernare. Et formauit Deus hominem. Ea vox: Formauit: non protinus in homine faciendo declarat artificium Dei. Nunquid formauit hominē quemadmodum è luto figuli aliquid effinguot, aut quem admodum ex ære conflant aliquid statuarii? Minimè verò. Nam statua quidem extrinsecus tantum speciem ac similitudinem præfert. Vidisti, quo modu statua mores aliquos exprimat, exempli gratia vel iram, indignationemque, si referat imperatorem, vel muliebrem leuitatem, si fœminam aliquam: vel aliud quippiam congruens ei, quod effingitur, quatenus arti concessū est. At opus formatum à Deo non est eiusmodi. Sic enim hominem conflauit, vt omnes illius partes intus etiam informaret, atque distingueret. Si tantum suppeteret otium, vt possem tibi humani corporis fabricam explicare, operam darem, vt ex te ipso Dei sapientiam in homine formando cognosceres, teque verè paruum hominem mundum intelligeres. Nec male fecerunt, qui hoc nomine hominem commendauerunt. Multæ in hoc negotio totæ ferè versantur artes, vt naturales medicorum facultates, vt gymnastarū obseruationes, quæ de proportione, congruaque membrorum inter se dimensione, aut æquali humorum copia, & corporis obesitate disputant: Hæ nanque omnes corporis nostri considerant artificium. Vnde autem mihi tanta dicendi vis & vbertas orationis, vt plane possim explicare, quam multa vnico illo verbo: Formauit: comprehendantur? Nam quæ faciliora sunt, & in promptu etiā me tacente cognoscitis. Formauit Deus hominem, rectum. Singularem hanc tibi, homo, formam concessit, quam alii dedit animalium nulli. Quamobrem? quia singularem etiam actionem erat traditurus. Reliqua animalia sunt bruta, & illa spectant, ad quæ nata sunt, Ad pastū genita sunt, pecora. Itaque pronam deorsumque vergentem formam habent, vt ventrem, &, quæ ventri subiecta sunt, videant. Si quidem eorum felicitas est expletio ventris, ac voluptas. Homo verò non ventrem despicit, sed superiora contuetur. Caput illi sublime est, vt genus cœleste suspiciat. Oculi non tendunt in terrā. Quocirca ne vim inferas naturæ tuæ. Terrena ne spectes, sed cœlestia, vbi Christus est. Si consurrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est. Col. 3. Sic igitur formatus es, & forma tua te monet, ad quem natus sis finem. Genitus es, vt Deum videas, & contempleris, non vt humi deiecta serpat uita tua, non vt pecudum voluptates consecteris, sed vt vitam cœlestem agas, Iccirco sapientis oculi (vt sapiens inquit Ecclesiastes) in capite sunt ipsius. Cur autem non ad caput sed in capite? nempe vt, quæ excelsa ac sublimia sunt, intueantur & spectent. Eccl. 2. Qui autem ea non aspicit, sed terrena, is oculos humi defixos, & sepultos habet. Oculi ergo rotundi. Caput supera humeros positum, non compressum, ne sit humile, atque abiectum, sed decoro ceruicis culmine fultum tollitur in sublime. Geminæ oculorum pupulæ. Oculi. Nonne satis vnus erat oculus? cur igitur duo dati sunt? vt sibi vicissim essent auxilio, vt deficientem vnum alter consolaretur. Præterea, quia videndi vis si ab vno tantum proflueret, esset imbecillior: à duobus autem fontibus emanens, firmior est. simul enim vtrioque progrediens, & côcurrens, atque in vnum confluens coniungitur.

Etenim ab vtroque oculo tanquam à duplici euripo longe prodiens coit & copulatur. Nonne conspicis senes, qui res in propinquo sitas intueri non possunt? Vbi autem obtutus, tanquam concurrentibus vndis in vnum confluxerit, res ipsæ firmius comprehenduntur. Iam oculorum custodiæ quam multæ sunt? Tunica intus vna: sed hec non erat satis. neque enim molem vna conficeret. Aut, si conficeret, crassitudine sua cernendi vim obtegeret, atque impediret. Quamobrem necesse fuit, vt esset etiam perspicua, & leuis. Vna igitur perspicua, altera tenuis: illa quidem crystallina, hæc autem cornea: & quæ protegit, firmior, quæ intus est, tenuior, ne aditum intercluderet: tertia crystallina, vt in se splendorem conspicuum contineret. Accedunt palpebræ, quæ sunt oculorum integumenta, & propugnacula & domicilia, atque custodes. Neque enim manus eos tueri potuissent. Nam dum oculis ipsæ ferrent auxilium, illi interim læderentur. Quocirca præsto sunt palpebræ, quæ supra excubant, &, simulatque detrimentum præsenserunt, statim oculos obtegunt & defendunt. Quare & pupillæ sub tali velo collocatæ non facile lædi possunt. Soli, ex omnibus membris oculi palpebrarum tegumentis operti contingi nolunt. Densa adest pilorum seges. cur? vt superioris atque inferioris palpebræ complexus acrior sit. Pilli enim illi inter se connexi atque impliciti sunt quædam veluti vincula. Ad hæc minutas procul arcent bestiolas, lanuginosasque sordes pupillis appropinquare non sinunt, seque illis imbecillis atque

A omni iniuriæ obnoxiis propugnatores præbent. atque ita eorum custodia nobis cum decora, tum etiam vtilis est. Quid? supercilium nonne tibi adiumento est quo rectius dirigas aciem oculorum? id quod hoc argumento confirmari potest. Quando conaris aliquid procul positũ intueri, cur manum extensam superciliis imponis, nisi vt videndi vis supra disiecta ne temerè dissipetur? sed manus obiectu coniunctior vlterius feratur & acutius, ac rectius munere fungatur suo? sic obtẽta manu luminis transitus dirigitur. Ergo supercilia tum oculos tegunt, tum sudoris multitudinem, ne ab ea conteganturr, propellunt, seque illi vt murum
B obiiciunt. Quis agricola tam rectè vineam disponere, circumiectaque macerie communire possit vt nullo torrentium impetu lædi queat, vt Deus oculos nostros superciliis communiuit, sit à naribus vtrinque circunductis, vt hac illac, sudor affluẽs nullam agricolæ molestiam præbeat, quamobrem à vite manu dimoueat, dum cogitur illum abstergere. Per suos enim ductus ab opifice factos sine iniuria defluit, & oculi opus suum liberè cõficiunt. Nos dies ipse deficiat, si vnum ex iis, quæ summo artificio in nobis à Deo perfecta sunt, persequi velimus, vt ex hoc, quod attigimus, facilè potestis intelligere. Verum in præsentia negotii
C cuiusdã causa nos iter facturos dimittite, vt celeriter vobis incolumes redditi, quod reliquum est æris alieni persoluamus, illius auxilio confisi, qui nos procreauit, quique singulas in nobis partes tam egregiè perfecit, & absoluit: cui gloria in secula seculorum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI DE HOMINIS OPIFICIO LIBER, QVEM VETERES OPVS ADMIRANDVM VOCANT: IO. LEVVENKLAIO. interprete.

IN EVNDEM LIBRVM AVCTORIS INCERTI CARmen, è Græco versum.

Flumen tuæ dulcissimum eloquentiæ,
Moriente te Basilie haud planè exaruit.
Nam mente frater vigili arescentes aquas
Adauxit, ortus amnis à gurgite tui
Riuus: suæ qui orationis alueum
De fontibus tuæ hausit eloquentiæ.

DE EODEM EPIGRAMMA NICETAE.

Gregorius frater magni illius Basilij
Hunc librum eximiæ condidit artis opus.
Nam cùm doctrinæ currum, post funera fratris
Qui moderaretur, nullus in orbe foret:
Gregorius magno succedens pectoris ausu
Perfecit propria fratris ab arte librum,
Suauiter enumerans & per sermone diserto
Admirandum hominis fabrica quidquid habet.
Nempe oles largus tanquam de fonte perennis
Riuus facundi stillat ab ore viri.

GREGORIVS ANTISTES NYSSAE.
S. D. PETRO FRATRI, DEI SERVO.

SI esset, Petre frater, in more positum atque hominum instituto, vt excellente virtute præditos viros opum quasi quibusdam præmijs ornandos putaremus: haud dubiè ne mundus quidem diuitiarum virtutem tuam æquauerit. Liceat enim mihi Solomonis hoc loco verbis vti, quando debita tibi sanctissimo viro gratia maior est: quàm quæ vllo opum precio æstimanda veniat. Sed cùm sacrosanctum pascha postulet, vt ex more tibi muneris aliquid, de quo amorem erga te meum perspicias, tribuam, ad fero quiddam ad te hominem præclarum, Deoque acceptum, non illud quidem te dignum, mea tamen facultate prope maius. Est autem munus hoc nostrum Oratio, quasi, vile quoddam vestimentum in paupere ingenij nostri officina, non tamen nullo labore contextum. Et quanquam futuros arbitror, qui audaciam in elaborando tali opere sint reprehensuri: nos tamen nihil in hoc committi aduersus decori rationem persuasi sumus. Basilius enim, quo vterque vt patre magistroque vsi sumus, factus haud dubiè Deo simillimus, & animo ad expressam creatoris imaginem conformatus, solus profectò creata Dei pro ipsorũ præstantia considerauit, & arduum hoc vniuersitatis rerum elegantissimumque opificiũ consideratione sua sic illustrauit, vt illud iam comprehendi ratione cuiusuis posset, atque adeò mundi huius, vera Dei sapientia conditi, cognitionem hominum animis indidit, quos doctrina sua rerum ad contemplationem adduxit. Hunc nos quum admirari satis nullo modo possemus, visum est quædam ad ea quæ magnus ille vir indagando peruestiga-a set, adiicere: non quòd ipsius laborem partu suppositicio contaminare sit animus, quando nefas fuerit præclarissimũ illud opus affici iniuria, celebratum oratione nostra, sed vt magistri gloria in discipulis nequaquam defecisse ostendatur. Nam cũ in enarratione operum quæ Deus sex diebus absoluit, hominis consideratio desit: si discipulorum nemo hac in parte perficienda operam impendisset suam, habuisset caussæ nonnihil aduersus eximiam viri gloriam repræhensorum libido, quasi qui ad res animo indagandas auditores suos cõsuefacere noluisset. Nunc cùm ea nos quæ desunt, explananda suscipere ausi simus, quantũ b quidem in nobis erit: si hac nostra in commentatione reperietur, quod ipsius doctrina non sit indignum, id omne scilicet magistro acceptum ferendum erit. Sin autem oratio nostra præstantissimam ipsius in considerando vim nõ assequetur: accusari ille nequaquam debebit, quasi eruditionem discipulis inuiderit, à qua culpa alienissimus censendus erit, atque adeò nos merito nostro ab curiosis istis reprehensoribus rei peragemur, qui angusto pectore magistri sapientiam capere non potuerimus. Res quidem, in consideratione quæ venit, non exigua est, nec vlli earum cedens quas c hic mundus admirandas continet: atque haud scio an non omnium, quarum cognitionem experimus, maxima. Non enim quidquam eorum omnium, quæ rerum in natura existunt, Dei ad imaginem factum est, præter vnum hoc creatum, quẽ hominem dicimus. Iccirco benignos auditores perlubenter nobis veniam daturos confidimus, etiam si longè infra dignitatem hæc à nobis exponantur. Nam in hac, opinior, inquisitione nostra

nihil omnium eorum quæ homini accidisse initio credimus, & euentura deinceps expectamus, A atque etiam nunc perspicimus, omittendum erit. Profectò enim meritò studium nostrum reprehensionem incurreret, tãquam policitatione sua longè inferius, si hominis proposita consideratione relinqueretur aliquid, quod ad institutũ hoc nostrum facerer. Enimuerò & illa quæ in hominis natura nunc à primo eiusdem statu conditioneque diuersa esse, rebus ita sese ferentibus, videmus: cum ex sacrarũ litterarũ auctoritate tũ ratiocinationum acumine adiicienda erunt: vt congrua vniuersa tractatio ad seriem atque ordinem rerum quæ videntur esse illæ quidem inter se diuersæ, eamdem tamen ad metam tendunt: diuina nimirum potestate spem rebus extra omnem spẽ positis, & exitũ perplexis inueniẽte. Ceterùm lucis ac perspicuitatis gratia visum est paucis capitibus rem omnem tibi subiicere, quo singulorum argumentorum totius commentarionis vim breuibus verbis compræhensam, perspicere liquido possis.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI B DE HOMINIS OPIFICIO.

SANCTI

c

D. GREGORII NYSSENI ANTISTITIS, CAP. PRIMUM, DE MUNDO PARTICULA

tim differitur, iucundeque ea quæ hominis ortum præcessere, commemorantur.



IC est, inquiunt litteræ sacræ liber de ortu cæli ac terræ. Eo nimirum tē- A pore quidquid cernitur, perfectū fuit: atque creata singula secreta inter se, suum quælibet in locum cōmigrarunt, cælesteque corpus orbe suo vniuersa complectebatur: grauibus ac deorsum vergentibus corporibus, terra & aqua, medium in rerum vniuersitate locum occupantibus, amplexuque mutuo se continētibus. Indita tum est naturæ re- B rum diuina quædam ars ac facultas, quæ res conditas quasi nexu quodā stabilitas perpetuaret, duplicique vi cuncta moderaretur. Nam quiete ac motu effectum est, vt res necdum existētes oriētur, & ortæ conseruarentur, cum circa res grauitate firmas, ac motus omnis expertes, veluti circa solidum quemdam axem, celerrimus poli motus instar rotæ ferretur, & mutua quasi ope semet hæc perpetuò cōtinerēt: natura quæ in orbē agitur, veloci motu suo terræ densitatē vndique cō- C plexa, ac vicissim rebus firmis nullaque ex parte cedentibus, immobili soliditate sua conuersionē volubiliū augentibus. Atque his rebus diuersa vi & efficacitate præditis, naturæ videlicet immobili, & alteri quietis experti, par quidā inest vtrāque in partē excessus. Nam neque terra vmquā à stabilitate sua dimoueri potest: neque cælū de vehemente motus impetu quidquā remittit. Hæc prima omnium exstitere in ortu rerum, volente creatoris sapientia esse ea quoddam initium opificij sui. Itaque magnū illū Mosem, quū ait initio cælū ac terram Deū condidisse: hoc indicare voluisse existimo, res vniuersas, quæ inter creata cer D nuntur, deque voluntate ac sententia Dei exortæ sunt, à motu & quiete profectas esse. Atque hoc pacto cælo & terra ex diametro inter se cōtraria effectiōe dissidentibus: creata cætera, quæ his interiecta sunt, cū nōnihil cū rebus sibi cōtiguis cōmune habeant, inter extrema illa semet quasi interponūt: vt facilè appareat, quo pacto per ea, quæ media inter hæc cōsistūt, res cætero qui dissidentes mutuò connectantur. Nā aër modo quodam mobilitatem perpetuam, subtilitatemque igneæ naturæ imitatur. Est enim & leuitate natu- E rali præditus, & ad motum aptissimè cōparatus. Neque tamen iccirco planè est ab omni solidorū cognatiōe alienus. Nam vt semper motus expers nō est, ita semper etiā nō fluit aut spargitur: sed fit quadam ad vtrumque cognatiōe, vt inter res effectionibus diuersis aduersantes sibi quidā quasi limes sit: atque adeò natura inter se dissidentia cū cōsociet, tum secernat. Eodē modo & humor duplici qualitate ad vtrumque horum aduersantiū perpetuò sibi semet accōmodat. Nam nō exigua cū terra cognatiōe tenetur, quā grauis est, & quā deorsum fertur. Cæterū in qua etiā fluidū quid-

dam ei inest, visque permeabilis: nō prorsus à re- bus ijs, quæ res perpetuò mouentur, seiungi po- A test. Itaque & in humore hæc contraria inter se consociant, & quasi coeunt, cū quod graue est motū recipiat & cōtra motus à pōdere non impediatur. Hoc adeò pacto natura partib. extremis dissidētia, per ea quæ mediū inter ipsa locū obtinēt, cōiunguntur. Et verò si accuratè rē existimemus ipsa aduersantium sibi natura, etiā propria quod singulorum attributa attinet, quiddā inter se cōmune habet: eā nimirum ob caussam, vt arbitror, quo res hoc in mundo vniuersæ ad mutuā quam- B dā cōcordiā natura ducantur: & quæ attributis proprijs repugnare sibi creata sentimus, eadem vicissim inter se conspirent. Nam cum non vna hæc motus sit species, cùm quid de loco ad locū transfertur: verumetiam cum quid vel mutatur, vel conuertitur: natura porrò incommutabilis eam motus speciem, qua quid mutatur, non admittat: iccirco diuina sapientia permutatis vtrimque proprietatibus, naturam rerum semper mobilium nulli mutationi subiectam, alteram verò C motus expertium mutabilem esse voluit. Atque hoc haud dubiè prudentia singulari instituit, ne homines in rebus creatis quas cernimus, esse aliquid perpetuò immutabile animaduertentes, natura hoc ei tribuente: idem pro Deo colerent. Non enim vero consentaneum videri potest ei rei diuinitatem inesse, quæ res vel motui vel immutationi obnoxia sit. Iccirco terram quidem firmam esse videmus, at mutatiōibus obnoxiam. Cælum contrà, cum sit omnis expers mutationis, numquam quiescit. Voluit nimirum Deus, cùm immobili naturæ mutabilitatem, contraque mutabilitatis experti motum adiungeret, D vtramque inter se per hanc proprietatum permutationem, quadam quasi cognatione deuincire, atque etiam impedire, quo minus inesse numen hisce rebus existimaretur. Nā vti modò expositum à nobis est, neque res quietis omnis expers, neque item ea quæ mutationi obnoxia est habere diuinitatis aliquid censeri potest. Atque hoc quidem modo res vniuersæ perfectionem suam adeptæ sunt. Sic enim Moses loquitur: Perfectaque sunt cælum, terra, res eorum in medio compræhensæ omnes, ac pulcritudine singulis E conueniente cuncta sunt exornata: cælum quidē lucidorum siderum fulgore, mare verò & aër animalibus natando volandoque vtrumque permeantibus, terra denique omnis generis plantarum ac pastus varietate, omnia isthæc abundè eodem quasi momento pariens, benigna Dei voluntate vires eius confirmante. Itaque rerum ei pulcherrimarū copia non deerat, cū & flores & fructus vnà produceret. Erat & in pratis earā rerum copia, quæ res in eis proueniunt. Præterea rupes editas, montiúmque vertices, & loca in his vel latera versus decliuia, vel supina, ipsas deniq; valles erat cernere venustissimè redimitas herbis

Vniuersa quæ cernuntur in hoc mundo mutua sibi societate consentiunt.

Creatæ res quare mutabiles aut immutabiles

Diuinitatē non esse in creaturis

Rerum creatarū pulchritudo

tum primom natis,arbnrúque varia elegātia:quæ
tametsi recens è terra esseot exortæ, continuò ta-
men ad pulchritudinem eximiam excteuerant.
Atque haud dubiè vniuersa tom armeota,quihus
nutu suo vitam Deus largitus erat,singulari volu-
ptate affecta exultabanr, gregatimque cum aliis
sui generis per siluas obuagahātut. Accedebat a-
uium musicarū concentus, quo l·ca passim tecta
& opaca personabāt.Fuisse & maris adspectū cō-
sentaneum est huiusmodi quendā,vt ad quietem
tranquillitatémque cōpositū esset iis præcipuè in
locis,quibus concaui quidā sinus frequētes erāt:
portúsque & stationes marinæ spōte sua ex Dei
nutu litoribus impressæ,mare quasi mansoefactū
continenti terræ iungehant.Ipsi fluctuum motus
per quā sedati, pratorū venustati respondebāt,te
neris & innoxiis auris eos extrema in superficie
leuiter erigentibus. Denique vniuersus creato-
rum thesaurus iam terra marique paratus erat,
cùm is solùm desidetaretut qui eo frui postet.

II. Quamobrem creatis rebus ceteris, vltimus omnium homo conditus sit.

NOndum eximiū illud & maximi pretii crea-
tū,quod hominé dicimus,in hoc vniuersita-
tis ornatissimo domicilio versahatur.Quippe cō-
sentaneū nō erat,impetatoré existere prius,quàm
eos, quibus esset cū potestate præfuturus. Præpa-
rato nimirū ante omnia imperio,tum deinde pro-
ximū etat regé designari.Iccirco vniuersitatis hu-
ius cteator,ei qui imperaturus erat, quandam se-
dem regiā præstruxit.Ea verò terra erat,& insulæ
& mate, & ipsum cœlū,qoo hæc omnia tamquā
recto cōcamerātut. Atque his in palatijs omnis
generis opes cōditæ sunt. Opum verò nomine
creata vniuersa intelligo,cùm plātas & germina,
tū cetera sensu, vira & animo prædita. Quòd si
etiā tes aliæ inter has opes recēseri metētur, quas
ob elegaotiā quamdā magni pretij esse homioū
oculi iudicant:verbi gratia,aurū,argentum,gem-
mæ, quas homines vsqueadeò expetūt:horū etiā
in terræ sinus intimos copiā,velut in thesauros re
gios abdidit. Ita deinde homioé designauit ho-
rū mundi miraculorū partim spectatoré, partim
dominū, qui de horū fruitiōe sapientiā eius, qui
hæc subministrasset,agnosceret: de pulcritudine
verò magnitudineque eorundé, creatoris pote-
staté iouestigaret illā, quæ neque cōpræhēdi ra-
tiōe,neque exponi eoarrando potest. Hæ igitur,
caossæ sunt, quáobré post creata cetera cooditus
sit homo. Nō enim putādū est, icciteo ad extre-
ma teiectū fuisse,quòd vilis esset:sed quòd eū sta-
rim ab ortu soo reliquorū omniū tāquā subdito-
rū,regé esse oportebat. Atque vt egregius cōuiua
tor antè, quā cibi parati sint,cōuiuā domū suā oō
deducit: sed omnibus primū elegāter instructis
ædibus cœnacolo,mensa splēdidè exornatis, re-
bus denique ad victū necessatijs omnibus cōpa-
ratis, tū deinde cōuiuā excipit:ita opulētus ille
sumptuosusque cōuiuator noster,domo prius va
rijs tebus elegāter otnata, epuloque magno in-
structo, quod omnis generis delicias haberet,tu
demū hominé iotroducit:cuius esset opus,nō ea
quæ abessent parare: sed oblatis frui. Propterea
doabus vt tebus hominis opificiū constaret fecit,
cōmistis nimirū diuinis ac terrenis,vt esse tā Dei,
quā terrestriū rerū fruitioné naturæ suæ cōsenta

Imperator prius non existit quā ea quibus imperat.

Homo conditus tanquam rerum spectator.

Simile à conuiuatore.

Homo duabus rebus constat.

A neā ac propriā statueter: Deoque per naturā di-
uiniorem,bonis aūt tetrenis per sensum,qui eius-
dem esset generis, frueretur.

III. Hominis naturam omni creato quod cernimus, præstantiorem esse.

ILlod etiā cōsideratiōe nostra dignū est, quòd
cū mūdus hic talis ac tātus,oēsque eius partes
ad machinā vniuersitatis rerū cōstituēdā ordine
cōgestæ essent: oullo, vt ita dicā, negotio natura
rerū à Deo creata sit,& cōtinuò ad eiusdé nutum
exstiterit. At hominis fabricationem deliberatio
præcedit, & futuri operis ab artifice forma ora-
tiōis pictiua delineatur. Qualé videlicet hominé
B esse oporteat,qualisque exéplaris imaginé refer-
re,quāobté creādus, & creati quæ futuræ sint a-
ctiones,qnibus cū imperio sit præfuturus. de his
igitur omnibus dispicitur, vt præstātiā homo di-
gnitatéque suā obtineret, & prius etiā rerū vni-
uersarū principatū cōsequeretur, quā ortus esset.
Icciteo Moses ait,Deū hoc quodā modo loquu-
tū esse: Faciamus hominé ad imaginé nostri, ac si
militudiné:estoque hominihus imperiū cū io ma
ris pisces,rū terræ belluas, aërisque volucres, in
iumenta,io terrā denique vniuersam.O ré admi-
rādā. Sol creatur nulla deliberatiōe præcedente,
eodéque pacto cælum: quibus duobus nihil esse
C par creatis in rebus potest. Vno verho huiusmo-
di in rerū natura miraculū exstitit: neque vnde,
vel quomodo ea facta sint, expositū est. Idé cete-
ris io rebus singulis vsuuenit. Aether, sidera,in-
teriectus inter hæc & nos aér,mare,terra, anima-
lia,plaotæ, omnia vno Dei verbo in ortū produ-
cta sunt. Solius ad hominis fabricationé creator
ille vniuersitatis rerū quadā cū cōsideratiōe acce
dit: præpataraque prim[illegible]opificij materie, illius-
qoe forma ad eximiæ pulcritudinis exéplar ex-
primédū designata, fine etiā proposito,ad quem
creandus esset: tū deinde oaturā sibi cōsimilé, &
actionibus affinem fabricat,que operi, cui desti-
D naretor,esset aptissima.

IIII. Hominis opificium in omnibus imperatorium quandam auctoritatem ostentare.

NAMqueādmodū in rebus humanis artifices
ijs instrumētis, quæ fabricātur, formā talem
tribuūt,qualis esse ad vsum cui destinātur, aptissi
ma videri potest sic præstātissimus ille rerū arti-
fex naturā nostrā cōdidit velut instrumētū quod
dam regoo administrādo idoneū. vtque esset ad
hoc homo quā aptissimus, cū præstantissimis a-
nimi dotibus,tū ea quā cernimus, corporis eum
forma exornaoit. Et animus quidé regiam excel-
samque dignitaté suā lōgè ab humilitate priuata
E seiūctā,in eo declarat: quòd dominū neminé ag-
noscit,& soo ex arbitrio agit omnia: meroque &
summo imperio,vt ipsi libet,semet gubernat. Nā
cui tādé hoc conueoit,si oō regi: Præterea homi-
né naturæ diuinæ, cuius omnia patent imperio,
imaginé esse,nihil esse putādū est aliud,qoā regiū
ei decus ipsa in creatiōe tributū esse. Quēadmo-
dum enim more humano,qui principū imagines
faciūt,natiua formæ indicia effingūt,atque etiam
purpuræ amictu regiā dignitaté exprimūt: eaque
deinde suis imago numeris absoluta,ex consuetu
dine rex appellatur: Ita & homiois natura, sic con
dita vt reliquorum creatorum domina esset,prō-
pter eam,qua regem vniuersitatis huius refert, si-

Consilium adhibitum in creando homine.

Genes. 1.

Simile à fabris.

Animæ dignitas regia

Simile à pictoribus.

militudinem, imago quasi viua erecta est, cum qua & dignitas & nomen exemplaris principis A communicaretur. Atque hæc imago nó purpura est exornata, neque sceptro & regia fascia præstátissimam dignitaté suam vt ostentaret necesse habebat: quando ne ipsú quidé exemplum, ad quod est conformata rebus huiusmodi gaudet sed pro purpura virtute amicta est, quo cultu nihil magis esse regium potest: pro sceptro, immortali beatitate suffulta: pro regia fascia, iusticiæ corona exornata. Denique de omnibus quæ maiestati regiæ cóueniunt, apparet, vnam hanc imaginem, pulchritudiné principis exemplaris accuraté referre.

Virtus animæ ornamentum.

V. Hominem diuini imperii imaginem exhibere. B

CEterùm pulcritudo illa diuina, non vlla in forma vel eximia venustate externa resplédet, sed in beatitate secundum virtutem ineffabili cósistit. Idcirco quemadmodum pictores coloribus quibusdam figuras humanas in tabulis exprimút, omnique studio colores proprios & conueniétes addere picturæ suæ conantur, vt pulcritudinem eius quod exprimunt, exemplaris accuraté in imaginem ipsam transferant: sic nostrum etiam códitorem existimabis, indenié virtutes animis nostris, iisdem veluti coloribus imaginem suam ad similitudinem propriæ pulchritudinis ornasse, vt principatus sui imago in nobis perspiceretur. Sút auté C multiplices ac varii huius imaginis colores, quib⁹ natiua Dei forma ad viuum exprimitur: non illi quidem vel rubor, vel splendor, vel facta secundú qualitatum proportionem horum inter se cómissio, vel atramenti ad fucum vsurpatio, qua supercilia oculiue sublinantur, ac quodam téperamento partes depressæ sublustres reddátur, vel si quid est huiusmodi, quod artificum industria reperit sed puritas, Imunitas a perturbationibus, beatitudo, conditio mali omnis expers, & his alia consimilia, quæ hominem Deo parem efficiunt. Eiusmodi floribus hominum naturam artifex ille propriæ imaginis ornauit. quòd si & alia libet perquirere, quibus diuina pulchritudo exprimitur: ítelliges etiá illa quod attinet, similitudiné in imagine D nostra accuraté seruatá esse. In natura diuina est més & sermó. Est enim sacris in literis proditú, initio rerum Verbum iam fuisse. Paulus etiá vates Christi métem habuisse tradit, per eos loquétem Cósentaneú his quiddá est in homine. Ná in teipso animaduertis & verbú esse, & vim intelligentié quæ sunt veræ illius méris & sermonis imago. Deus item charitas est, & fós ipse amoris mutui. Sic enim magnus ille Ioánes loquitur, cú ait: Ex Deo est charitas, & deus ipse nihil est aliud quàm charitas. Etiam hanc faciei nostræ notam rerum creator impressit. itaque inquit: Ex eo intelligent om- E nes, vos meos esse discipulos, si mutuo vos amore cóplectemini. Idcirco si mutuus hic amor in nobis desideretur, totius imaginis notæ mutatæ scilicet erunt. Omnia intuetur diuinum numé, omnia exaudit, omnia perscrutatur. Enam tu visu auditu que res ꝑcipis, & mentis intelligentia vniuersa inquiris & perscrutaris.

Simile a pictoribus.

Que hominem deo similem efficiat.

Ioan.1.

Ioan.4.

Ioan.13.

VI. Cognationis quæ menti cum natura est indagatio: vbi obiter & hæreticorum qui Anomæi dicuntur, doctrina refutatur.

NEmo auté existimet ita me loqui, quasi Deú statuá sic agere, vt hominé videmus diuersis facultatibus in agendo vti. Nó enim fas est ita de A Deo, cui⁹ est natura simplex, cogitare: quasi varia multiplicique facultate præditus agédi sit. Ná ne in nobis quidé multæ sunt facultates per quas agimus, etiam si diuersis modis per sensus ómnia suscipimus. Est ení in nobis vna quædá vis ac facultas, nimirú més, quæ singulas sensuú sedes permeádo vniuersa efficit. Hæc oculis quidquid offertur, videt. hæc quidquid dicitur, auriú ope percipit. hæc quæ grata súnt amplectitur, ingrata veró auersatur. hæc manu ministra quæcúque ad ré visú fuerit, vtitur: eiusdé vt instrumenti ope res vel cótinet, vel reiicit, prout ex vsu fore statuit. Quod si igitur in B homine vnú quiddá est & idé, quod per oía vi facultateque sua agit ac mouetur, & vicissim nunc hoc núc illo sésu vtitur, quodque ob agédi varietaté naturá suá nó mutat, vtcúque sensuú instrumenta diuersa sint à natura códitα: quo pacto quis adeò demés esse possit vt Dei naturam per facultates varias quasi multiméhté (vt ita dixerim) imaginetur? Ná qui oculum finxit, vti vates ille loquitur, & auré plantauit facultates hasce táquá notas quasdá, de quibus facti ad ipsius exéplum agnoscemur hominú naturæ impressit. idcirco Deus inquit: Faciam⁹ hominé ad imaginé nostrá. Sed vbi nobis Anomœi? quid ad hæc iádé dicturi súnt? quo C pacto aduersus ea, quæ tradita súnt à nobis, doctriná suá absurdá tuebútur hoccine scilicet respódebút, fieri posset vt vna eadéque imago formis diuersis respondeat? At veró si natura patri dissimilis est filius, quomodo naturarum diuersarú eadé effecta imago est? Ná cum dicatur, Faciamus hominé ad nostri imaginé numeroque multitudinis sacrosáncta Trinitas indiceretur: nó erat numero singulari faciéda imaginis métio, si quidé dissimiles erát, ad quorú exéplar ea cóformabatur. Fieri eñ haudquaquá poterat, vt dissimiles, ac diuersi inter se vna eadéque imagine repræsérarentur. adeoque si erát naturæ diuersæ, etiá imagines eos sui diuersas códere necesse fuit, quarú quælibet exemplari D suo respóderet. Sed cú vna tátú imago sit, nó vnú tamen vnius imaginis archetypú: quis adeò métis inops fuerit, vt ignoret, quæ vni eidéque rei similia súi eadé inter se quoque similia esse? Idcirco sic loquitur, fortassis vt in ipsa hominis creatione prauá horum sectam præcideret. Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram.

Mens.

Psal.93

Contra Anomeos.

VII. Quamobrem nullus à natura sit armis homo, nullisque tegumentis instructus.

QVid veró sibi vult erecta in homine figura? aut cur non corpori quasi cógenitæ súi quædá ad tuendá vitá necessariæ vires? imparatus adeò E ab oíbus naturæ præsidiis inermis, pauper, omniú ad vsum vitæ necessariorum egés creatur, dignior cómiseratione, vti quidé apparebat, quá qui beatus prædicaretur. Nó cornuú munitione armatus nó vnguiú acumine, nó détibus, nó vngulis, nó aculeo venenato, cuiusmodi rebus instructa pleraque animalia vim lædentium se propulsare videmus. ne pilis quidem corpus tegitur. At veró eú, cui in res cæteras imperium destinabatur, armis à natura propriis munitú esse oportebat, ne ad tuendum sese ope aliena egeret. Iá leo, aper, tigris, pardalis, cætera necessarii à natura viribus ad tuédú saluté suá egregiè instructa sút. Tauro cornua lepori celeritas, capræ vis saliendi, oculorumque

Hominis nuditas.

præstantia: alii animali magnitudo, alii proboscis volucribus alæ api aculeus, atque adeò omnibus aliquid, quo se cõseruent, natura largita est. Solus homo pernicibus tardior corpulentis minor, eis quæ armis à natura datis tuta sunt, imbecillior est. Quî igitur, dixerit aliquis, consentaneũ est tali rerũ sũmã obtigisse? Ego verò haud difficulter ostẽdero, id quod à natura nobis deesse videtur,

Homo quare nudus omnibus imperet.

vnam esse caussam, ob quam cætera nostra sint in potestate. Nam si ex homiois vires forẽt, vt equos celeritate præcurreret, ac pedes haberet ea duricie, vt lædi, noo posśent, vngulis nimirum solidis vel chelis munitos, præterea ipsi nec cornua, nec aculei, nec vogues deeśsent: primùm quidem immanitate fetus ac crudelis esset, rebus ad exercendam sæuitiam comparatis à natura instructus. Deinde imperium in res cæteras non occupasset, quando eis etiam imperio suo subiectis nullam ad rem eguisset. Nunc hac ipsa de causa singula quasi mancipia nostra diuersos ad vsus vitæ destinamus, vt omnino nobis necesse sit ipsis cum imperio præesse. Itaque cùm ob corporis exiguitatem loco non satis agiliter moueamur equum domitum ad vsum nostrum acciuimus. Corporis nuditas, vt in oues imperium necessariò vsurparemus, effecit, quo ex annuis earum lanis, quod naturæ nostræ deerat, sumeremus. Quod aliis ex regionibus quædam ad vitam sustinendam petenda essent, fecit vt animalia quæ ferendis oneribus essent, in hunc vsum sub iugum mitteremus. Quia porro fieri nõ poterat vt instar reliquorũ pecorũ herbis gramineque vesceremur: iccirco bouem nobis subiecimus, quo pro nobis laborante conficeret, vt nos iucunde facillimèque agitaremus. Dentibus ac morsu nobis opus erat ad expugnanda cætera animalia, præbuit ad huoc vsum nobis

Canis vnus hominis gladius

maxillam canis, atque etiam velocitatem suam. vt non absurdè vious hominis gladius dici poßit. Cornuum & vnguium loco ferro vtendum esse potius homines animaduerterunt, quod illa cùm duricie, tum acumine longe vincit. Quamquam ferrum homines non semper vsurpant, sicut illa feris nunquam ooo asuut, sed vtimur eo interdum, cùm ita res postulat, ac deinde vicißim deponitur. Pro crocodili squamea cute, licet ab eodem animali petere, quod nos muniat: si videlicet aut tergora, aut ferrum ad eundem vsum conformatum induamus. Hoc belli tempore postquam miles vsurpauit, pace constituta eiusdem onere se leuat. Etiam auium pennæ hominum cõmodis seruiunt, efficiente hominũ industria, quò ne volucris quidem illa pernicitas a nobis desideretur. Auium enim quædam factæ cicures, venatoribus vsui sunt earum namque opera cæteras capimus. Quin & alatas sagittas ars machinata, volucrem illam pernicitatem ad vsus nostros in arco imitata est. Quòd autem plãtæ nostræ ad itinera perficienda comparatæ non sunt, quippe quæ facillimè lædantur idipsum facit, vt hac etiã in parte remedium quæramus pedibúsque nostris calceos aptemus.

VIII. *Quamobrem recta sit hominis figura. tum etiam manus sermonis caussa factas esse: denique & de animorum discrimine disseritur.*

Hominis figura erecta.

Conueniunt & illa Imperatori, regiæque dignitatis indicia sunt, quòd recta homini figura tributa sit, qua ad cœlum tendit, ac sursum spectat. Nam quòd solus homo inter alias res creatas huiusmodi sit, reliquis omnibus corpore deorsum vergentibus: clarißimè demonstrat, quanto potestas naturæ supra cætera eminentis præstãtior illis sit, quæ se huius imperio summittunt.

Pedes.

Horum anteriora corporis membra pedes sunt, quod ea quæ deorsum spectant, omnino quodã quasi fulcro indigebant.

Manus.

In hominis autem opificio manus horum loco sunt factæ. Nam in figura erecta vnũ quasi fundamentum sufficiebat, quod vtroque pede stantem firmiter fulciret. Erat & cætero qui manuum opera ad eloquendi vim adiuuandam necessaria. Itaque si quis dicat naturæ loquenti manus sermonis caussa esse datas, non is quidem planè à vero aberrauerit. In quo non ad hoc tantum animo respiciendum est, quod venire cuius in mentem potest, nimirum quod literis exprimi sermo à nobis manuum sollertia solet: quamquã hoc ipsum non à nulla rationis præstantia profectum est, homines per litteras loqui, ac prope modo quodam manibus inter se disserere litterarum uons voces ipsas comprehendentibus. Ego verò cùm manus in exprimendo sermone aliquid adferre adiumenti aio: aliud habeo quo respiciam. In quod ante, quã inquiramus, libet quidam considerare, quod omissum à nobis est. Parum enim abfuit, quin eius obliti essemus, quod in ordine rerum, vt ex conditæ sunt, præcedit: quamobrẽ prius res è terra nascentes pullulasse dicantur, deinde orta esse animalia rationis expertia: locoque demum tertio, creatis his, hominem primum exstitisse. Fortasse de hoc non id solum intelligi potest, quod cuiuis colligere licet, visum esse creatori vtile, vt ad animalium pastum herbas ac gramina condeter, animalia vero ad hominis vsum, iccirco ante animalium greges, eorumdem alimentum: & quæ hominis vitæ seruitura erant, ante hominem exstitisse. Ego sic statuo, Mosem in his quiddam tradidisse arduum, & verbis arcanis philosophiã quæ est de animo, pertractasse informatam illam quidẽ etiam ab iis qui in electo Dei in terris cœtu compræhensi non fuerunt, magistris: sed per profectò obscure. De his enim verbis intelligere est viuendi vim animique facultatem triplicem statuendam esse. harum primam esse, illam, qua res tantùm alantur & augescant, attrahentem nutrimentum naturæ earum rerum que aluntur, idoneum: ex quo illæ semper aliquid incrementi sumant. Appellatur hæc naturalis, atque in plantis perspicitur. Nã animaduertere est etiam in stirpibus facultatem quamdam viuendi inesse, sensus tamen omnis expertem. Præter hanc altera vitæ species est, quæ primam hanc cõplexa, vi etiam sentiendi est prædita. Est autẽ hæc animalium rationis expertium quæ non modo aluntur, & augescunt: sed etiã facultatẽ quãdã sẽtiẽdi habẽt. Perfecta denique in corpore vita in natura ratione vt ante, quã humanam dicimus quærenda est. Ea nimirum & nutritur, & sentit, & ratione ornata est, & à mẽte regitur. Atque hoc loco placet in explicãdis oratione rebus hisce huiusmodi quadã partitione vti. Vniuersæ res oĩno aut sũt tales vt mẽte atque intelligẽtia cõpræhendantur: aut sũt corporæ. Eas quæ mente percipiuntur, suas in species quasi partiri

hoc quidem in loco non est animus, quando
hæ ad institutam orationem nihil attinent. Rerum
porrò corporearum aliæ vita prorsus destituũtur,
aliæ viuendi facultate præditæ sunt. Rursũ corpus
vita præditum, aut sensum habet, aut eo caret.
Corpus autem sentiens vel rationis vi ornatũ, vel
eius expers esse necesse est. Iccirco Moses inani-
mas res primùm, quæ animatorũ tanquam imus
quidam gradus essent: deinde naturali vita præ-
ditas, ortas esse tradit, quæ nimirum plantarũ ger
mina erant: post hæc, eorum quæ sensu agitantur,
originem commemorat. Cũ autẽ consentaneum
sit rerũ corporearũ vita præditarũ, eas quidẽ quæ
sentiendi vim habent, etiam citra naturam intel-
Homo post plantas & pecora quasi creatus. ligentem existere posse: vim verò ratiocinantem
in corpore non esse, nisi facultati sentienti quo-
dam modo commisceatur: iccirco post plantas &
pecora homo demum conditus est, natura ordine
ad creatum planè perfectum progrediente. Nam
animal hoc rationis particeps, quem hominem
dicimus, ex omni est animæ forma quasi tempe-
ratum. Perinde enim atque stirpium anima, quam
naturalem diximus, nutritur: deinde facultati ac-
cretionis etiam sentiens adhæret, cuius est natura
quasi media quædam inter animam illam primam
rudiorem, & tertiam intelligentem: tantò nimirũ
intelligente crassior, quantò illa purior. Denique
eum subtili & lucida natura sentiente, etiam intel
ligens aptissimo temperamento coniungitur, vt
iam tribus hisce rebus hominis opificium cõstet.
Licet hoc de Apostoli verbis, quæ in epistola ad
Thessalonicenses exstant, intelligere. Optat enim,
1. Thess. 3. vt integra corporis & animæ & spiritus gratia in
aduentum Domini conseruentur, quibus in ver-
bis corporis appellatio partem in homine nutrien
tem, anima sentientem, spiritus intelligentem no
tat. Eodem modo Scribam illum Dominus in E-
Marc. 12. uangelio docet, amorem in deum ex toto corde,
& anima, & mente profectum, cæteris Dei scitis
longè anteferendum esse. Nam & hæc oratio mi-
hi discrimen idem exponere videtur, vt cordis ap
pellatione crassius illud corporis in homine tem-
peramentum veniat animæ verò, medium: mentis
denique vox excellentiorẽ illã facultatem signifi-
cet, qua omnia & intelligimus & efficimus. Iccir-
Studium in eligẽdo triplex. co & Apostolus, triplex esse hominem in eligen-
do studium tradit. Ac primum quidem carnis stu-
dium vocat, quod ventri scilicet deditum, in quæ-
rendis ijs, quæ huic adferre voluptatẽ possint, oc-
cupatur. Alteri ab anima nomen indidit, quod mo
do quodam quasi medium inter virtutem & vi-
tium existit, vitio quidem superius, virtuti verò
nõ sincerè ac prorsus addictum. Tertium spiritus
1. Cor. 3. est, quod ad perfectam viuendi rationem secun-
dum Dei præscriptum sese dirigit. Itaque ad Co-
rinthios scribens, illisque voluptariam vitam, cui
essent impotenter dediti, exprobrans: carneos ait
esse, neque doctrinæ perfectioris præceptionis ca
pere. Alio item loco mediæ, quam diximus, faculta
tis ad perfectam comparationẽ institue as, inquit,
1. Cor. 2. Homo autẽ animi sui deditus adfectionibus, ea
quæ spiritus sunt non capit. sunt enim ei mera stul
ticia. Ceterùm spiritualis omnia diiudicat, cũ ipse
à nemine diiudicetur. Quemadmodum igitur ani
malis carneo, ita & animali spiritualis præstantior
est. Cùm ergo literæ sacræ post omnes res anima

præditas hominem demum esse factum tradunt:
sciamus in hoc Mosẽ de animo differere, necessa-
ria quadam ordinis ratione, quod erat omnibus,
vt dicitur, numeris perfectum, loco posttremo cõ-
siderãtem. Nam natura, cui rationis vsus est con-
cessus, etiam cætera complectitur, sicut in senti-
ente naturalis etiam anima inest, quam dein-
de solam in rebus, quas suprà indicauimus, cras-
sioribus constituimus. Iccirco natura conuenien-
ter quosdam quasi per gradus, qui sunt diuersæ il-
læ à nobis expositæ viuendi proprietates, à rebus
minoribus ad id quod perfectum esset, progres-
sa est. Homo igitur cùm animal sit sermonis facul
tate præditum, necesse erat corporis instrumen-
rum parari, quod ad sermonis vsum esset aptissi-
mum. Perinde atque Musicos videmus diuersis
in instrumentis diuersas artis effectiones ostende-
re, neque ex barbito tibiarũ sonum edere, neque
tibijs citharæ cantum exprimere. Eodẽ pacto &
sermoni accõmodata fabricanda erant instrumen
ta, vt ille scilicet à partibus corporis orationi for-
mandæ destinatis expressus, elegantem sonũ ede-
ret. Hac igitur de causa manus corpori additæ sũt.
Quamquã enim infinitas alias commoditates &
vsus, quos in vita nobis manus (instrumenta per *Manus.*
profectò expedita, multasque ad res efficiundas
idonea) in omni artis & operis genere præstant,
recensere facillimè possit, qui rebus pace bellò-
que gerendis exercitatus est: præcipuè tamen ser-
monis eas caussa corpori natura annexuit. Nam
si his caretendum homini esset, haud dubiè anima-
lium instar quadrupedũ, sic humanæ faciei partes
formatas esse necesse foret, vt eæ ad hominẽ nu-
triendum essent accommodatæ. Adeoque formã
huius oblongam esse, attenuatam ac pressam, qua
nares sitæ sunt: labra verò eminentia, obducta cal
lo, dura crassàque esse oportebat, vt nimirum ad
carpendas herbas aptè comparata essent. Præte-
rea linguam inter dentes non illam quidem talem
quali nunc vtimur: sed vel carne amplam, solidã,
asperam, quæ quidquid dentibus iniectum esset,
vnà cum illis comminueret: vel contrà, mollẽ ver-
sus latera fluidàmque, cuiusmodi canũ reliquo-
rùmque animaliũ crudiuororũ lingua est, quæ in-
ter dentium quasi serratorum rimas diffunditur.
Quamobrẽ si manus humano corpori additæ nõ
fuissent, quo pacto tandem exprimi articulata
quasi vox potuisset, partibus oris ad sonum adiu
uandũ nõ satis aptè conformatis? Profectò enim
aut balandũ, aut caprissandũ, aut, latrandũ, aut hin
niendũ, aut boandum, aut rudendum homini fu-
isset, aut mugitus quidam belluarum more eden-
dus. Nunc cùm manus homini datæ sint, tantùm
sermoni os exprimendo deseruit atque occupa-
tur. Iccirco rectè statuitur, manus esse proprium
quoddam naturæ loquendi facultate præditæ in-
strumentum, hunc potissimùm ad finem factas, vt
earum opera expeditior in nobis sermonis vsus
esset.

IX. Hominem sic conditum esse, vt instrumenta ad sermonem necessaria habeat.

DOnauit igitur homini condito rerum auctor
diuinam quandam gratiam, inditis imagini
bonis iis, quæ proprijs ipsius bonis sunt consimi-
lia. Ac bona quidem cætera naturæ hominis ex

mera magnificentia tribuit: mentem verò prudétiámque non propriè datam dicemus, sed cũ homine communicatam: volente nimirum Deo debitum naturæ suæ soli ornatum imagini circundare. Mens porrò cùm animi tantùm intelligentia comprehendatur, corporeæ scilicet expers materiei, habitura profectò præstantiæ suæ dona sic erat, vt ea nulla cum re communicarentur, nisi inuenta ratio quædam esset, qua motus ipsius quasi patefieret. Iccirco erat opus artificiosa instrumentorum structura, quo mens partes voci formandæ destinatas tanquam plectrum feriens, sonis certo modo expressis motum suum interiorẽ exponeret. Ac quemadmodum si quis Musicæ peritus, sua quidem voce vitio quodam destituatur, artẽ verò nihilominus ostentare velit: vt ergo hic adsciticiis vocibus eleganter vtitur, vel lyra, vel tibia, quantum arte valeat, demonstrans: sic mens humana variarum rationum indagatrix, cùm cogitationum suarum consilia non possit animo aperire, qui per externos sensus res percipit, velut industrius artifex animata organa pulsat, perque editum ab his sonũ abditas cogitationes suas patefacit. Est autem in hoc hominis instrumento commista quædam tibiæ lyræque Musica, non aliter atque si hæc duo mutuo concentu cõsonarent. Nam spiritus per arteriam ex vasis, quibus ipse continetur, sursum impulsus, homine loquuturo membrum ipsum, vt vocẽ edat, cupidè quasi intendente: tum igitur spiritus ad interiores arteriæ cõmissuras illisus, quæ meatum illum tibiæ similẽ omni ex parte continent, tibiæ sonum modo quodam imitatur, vndique per quasdam veluti strias membraneas agitatus. Deinde palatum cavedine sua vacua sonum ab imo tendentem excipiens, geminis eundem fistulis ad nares pertinentibus, atque etiam illa cartilagine, quæ id quod colum vocant complectitur, tanquam per squamas nonnihil exstantes ita disrumpit, vt vox longè clarior reddatur. Genæ porrò, & lingua, & faucium structura, circa quam mentum in formam concauam explicatum tandem in acumen desinit: hæc ergo vniuersa plectri in fidib[us] motum variè multipliciterque repræsentant, & magna celeritate, prout res postulat, vocum tonos mutant. Labiorũ denique deductione, eorumdémque vicissim cõpressione sic vtimur, vt musici digitorũ opera spiritũ in fistulis, & cãtus adeò harmoniã moderãtur.

Deus bona naturæ hominis, dedit, mentẽ vero communicauit.

Simile ab arte musica.

Vox vnde formetur.

X. *Mentem per sensus agere.*

HOC igitur pacto mente per opificium organicum sermonem in nobis quasi modulante loquendi facultatem adepti sumus: quo insigni dono carituri eramus, si graue molestumque comparandi humano corpori pastus negotium labris datum fuisset. Nunc cum id officij manibus obtigerit, nulla ex alia re os occupari necesse est, nisi vt sermonem quàm aptissimè effingat. Atque est huius organi duplex quidem vsus, alter in efficiẽdo sono, alter in recipiendis iis rebus, quas res extra nos positas consideramus. Harum antè facultatum neutra cum altera miscetur: sed quælibet id agit, ad quod à natura est destinata. Iccirco neque auditus loquitur, neque vox audit, neque altera harum perturbat alteram. Nam vox quidẽ semper aliquid emittit: contràque auditus quamquam perpetuò recipiat, nunquam tamẽ repletur,

Organi duplex effectus.

A quemadmodum Salomon alicubi loquitur. Quæ res mihi maxime in nobis admiratione digna videtur, quæ nimirum illa sit interioris nostræ capacitatis amplitudo, in quam omnia per auditum infusa confluunt: qui sint quasi à commentarijs, quorum opera consignentur ea quæ in aures penetrant. quæ receptacula sint rerum auditu perceptarum. quo pacto fieri possit, vt cùm adeò multa & varia immittantur, non in collocatione rerum aliarum super alias cõfusio ac perturbatio quædam contingat. Idem & in facultate videnti in admirationem venit. Nã & per hanc modo quodam consimili mens extraria præhendit, B receptisque rerum apparentium simulachris, formas eorum quæ cerni possunt apud sese depingit. Atque vt in ampla quadam vrbe, quæ per diuersos aditus homines aduenientes recipit, non vnũ quemadmodũ ad locũ omnes cõcurrunt: sed alios videre est ad forũ, alios in ædes, alios ad comitia, plateas, angiporta, theatra, quemque sui ex animi sententia, tendentes: ita & mẽtis oppidum, quod est intra nos exstructum, diuersi quidam sensuum aditus quasi cõplent: mens tamen de singulis quæ ingrediuntur, iudicium faciens, & in quælibet inquirens, sic deinde proprias ea velut in sedes noticiæ collocat. Ac quemadmodum vsu venire potest C (libet enim vti eadem, qua cepimus, ab oppido sumpta comparatione) vt tribules vel etiam cognati, eadem vrbem porta non ingrediantur, alio forte fortuna per alium aditum ad vrbẽ itante, qui nihilominus postquàm intra mœniorũ ambitum venerunt, cõueniunt, & necessitudine mutua sibi deuincti sunt: contràque fieri potest, vt homines peregrè venientes, interque sese ignoti, eodem ad vrbem aditu contendant, quos tamen cõmunis in vrbem ingressus nullo modo coniungit, quando vrbem ingressi pro libitu quisque se ab aliis separat, singulis suos quærentibus: nõ dissimilem intelligere videor etiam mentis amplitudinẽ D esse. Nam sæpenumero ex diuersis sensuum organis vnius rei cognitionem paramus, ipsa re diuersis modis sensibus se insinuante. contrà videre est, vno eodéque sẽsu multa variaque percipi, quæ cætero qui natura inter se nõ cõueniunt. Verbi gratia, (nam rectius hæc exemplis illustrãtur) propositum nobis esto quiddam de saporum proprietate perquirere, quid dulcis, quid gustatui contra ingratus humor sit. itaque docemur experientia, bilem quidem esse amaram, gratã verò melli qualitatem quandam inesse. Hæc cùm diuersa inter se existant, vna tamen rei noticia comparatur, modis varijs menti insinuata, nimirum gustatu, odoratu, auditu, etiam contactu nonnumquã, & ad- E spectu. Namcùmquis mel intuetur, nomen audit, gustum percipit, halitum olfacit, contactu denique ipsum explorat: eamdem rem singulis sensib[us] percipit. contrà verò varia & specie diuersa vno vicissim sensu est cognoscere. Quemadmodum auditu omnis generis voces percipiuntur: & oculorum ea facultas est, vt promiscuè res etiam genere diuersas videat. consimili enim modo videndi vis in album, nigrum, res item colore inter se diuersas cæteras incidit. sic sensus reliqui gustatus, odoratus, contactus, variarũ singuli rerum sua perceptione noticiam nobis pariunt.

Auditus.

Simile ab vrbe amplitudine.

XI. Naturam hominis totam consideratione nostra perspici non posse.

Mens à sensibus diuersa.

QVid igitur, inquies, natura sua mens hominis est, quæ per sensuum diuersas se facultates diuidit, & per has sibi rerum noticiam comparat? Diuersum sanè quiddam esse mentem ab ipsis sensibus, qui ambigat, fore neminem, qui quidem sapiat, arbitror. Nam si idem esset quod sensus, omnino vni ex sensibus esset affinis: quando mens ipsa naturæ simplicis est, in qua nihil statui varium potest. At verò compositis omnibus, cùm aliud sit contactus, aliud odoratus, cæteris quoque itidem sic inter se diuersis, vt nihil quidem inter ipsos cōmune sit, mens tamen singulis pariter ratione quadam conueniente adsit: omnino censendum est, mentem aliud quiddam esse, quam sit natura sensilis, ne simplici rei, & quæ intelligentia

Rom. 11

comprehenditur, inesse diuersa quædam statuamus. Præclarè Apostolus exclamat: Quis mētem Domini cognouit? Mihi vero libet hoc etiam adiicere: Quis mentem propriam perspectam habet? Respondeant nobis, qui Dei naturam animi cogitationibus comprehendi posse existimant, seipsos ne planè contemplati sunt? mētisue propriæ naturam exploratam & cognitam habent? Dices hanc fortè multis ex rebus diuersis constare. At quo pacto fieri potest, vt quo animo intelligitur, compositum sit? aut quæ tādem in hoc esse possit mistionis rerum genere diuersarum ratio? Sin contrà statues simplicé quādā mentis esse naturam miniméque cōpositā: qua fieri dices ratione, vt in varios eadem sensus spargatur? quomodo in vno varia? quomodo in variis esse vnum potest? Enimuerò quo in re obscura nos pacto explicemus, animaduerto. Faciamus hominē inquit

Gen. 1.

Deus, ad imaginem, similitudinemque nostram. Imago si nulla in parte desideret ea, quæ sunt in archetypo, rectè scilicet imago appellabitur: sin aliqua ex parte similitudinem exemplaris, ad quod est conformata, non refert, secundum eamdem partem imago non est. Quando igitur vnum hoc est de iis quæ esse in Deo cōstat, Dei nimirū naturam cōprehēdi nulla rationis vi posse: necessariū erit omnino, hac etiam in parte imaginem Dei in homine archetypo suo respondere. Nam si natura imaginis qualis sit, intelligi posset, exemplar verò princeps supra intelligentiæ nostræ vires positum esset: hæc ipsa diuersitas indicio foret, quantum ab archetypo imago ipsa recessisset. Nunc cùm naturā mentis nostræ, ad creatoris imaginē factæ, intelligentiæ vis assequi non possit, accuratam ea naturæ supra nos existentis similitudinem refert, inque eo quòd & ipsa indagari non potest expressas naturæ incomprehensilis notas ostendit.

XII. Qua parte contineri princeps animi facultas (quod Igemonicon Græci dicunt) putanda sit. Qua lachrymarum ac risus caussa explicatum. Theorema denique phisicum, de materiei natura ac mentis inter se mutuo nexu.

Mens in corde an in cerebro.

IDcirco tamdem curiosa vanitas hominum coniectuis nilorum facessat, quos mentis facultatem quæ intelligentia comprehēdunt, membris nonnullis corporis includere non est veritum. Nam horum aliis in corde principem animi vim collocare visum est, aliis in cerebro: cùm opiniones hasce suas leuibus quidem illis, sed tamen à veri specie non abhorrentibus planè rationibus confirment. Qui enim cordi principatum deferunt, ipsius loci sitū pro ratione vsurpant. Etenim cor locum in humano corpore toto medium propè obtinere videtur, vt motus à consilio profectus facilè in corpus vniuersum ex hoc medio se diffunderet, atque ita ad agendum progrederetur. Huic sententiæ illud etiam patrocinari putāt quod homine vel mæsto vel irato, perturbatiōes huiusmodi cor maximè permouere videntur, vt iisdem afficiatur. Cerebro qui ratiocinandi vim consecrant, caput à natura tamquā arcem quamdam totius corporis exstructum esse adfirmant.

Cor in medio cōsistit

Cerebrū in capite.

Hac in arce mentis veluti regis domicilium esse, quæ vndique sensuum organis, tanquam apparitorum stipatorùmque satellitio muniatur. Vtuntur etiam ad stabiliendam sententiam suam hoc argumēto, quòd ratiocinandi facultas in eis, quorum meninges, hoc est membranæ cerebri læsæ sunt, de suo quasi statu proturbetur: & quòd homines obruti ebrietate, omnem decori rationem ignorent. Vtrique præterea magis etiam doctrinæ de rerum natura consentaneas rationes adducunt, ad sententiam de principis animi facultatis sede suam confirmandam. Nam alter quidem ait, motum mentis igneæ naturæ affinem esse, quando & ignis & mens numquam non moueantur.

Mentis & ignis affinitas.

Cumque in corde caloris fontem esse sit in confesso: iccirco mentis motum cum caloris mobilitate quasi temperatum esse, corque à deo naturæ intelligentis receptaculum statuit, quòd calor eo contineatur. Alter verò meningem (sic enim appellant membranam cerebrum amplectentem) omnium organorum sentientium veluti basem ac radicem quamdam esse affirmat. huic ergo propriam rationē quasi credere non dubitat, neque vllo alio in loco facultatē intelligentē sitā existimat, extra quàm ea in hominis parte, ad quam aures aptissimè adiunctæ voces sibi incidantes quasi nonnihil pulsando deferunt: cui aspectus in ima oculorum sede à natura adhærescens, per incidentia in pupulas simulacra, rerum formas interius exprimit. halituum etiam qualitates per odoratus attractionem hac in parte dicernuntur. Eodē modo quæ à sensu gustatus percipiuntur, eiusdem meningis vicinæ iudicio subiici necesse est, quando ea surculos quosdam nerueos quibus ex ipsa vis inest sentiendi per ceruicis vertebras ad meatū quē ab isthmi, hoc est, angustæ iter duo maria terræ similitudine appellant, Isthmoidi, deriuatos: musculis ibidem sitis inserit.

Mēbrana cerebri sensuum principium

Ego verò nō diffiteor facultatem animi intelligētem, sæpe à morborum violentia victam perturbari, & ex caussa externa partem ratiocinatricem in efficacitate sua naturali quasi hebetem reddi. Etiam quod est igneum in corpore, proficisci ex corde tamquam ex fonte, idemque cor ad vehementes animi commotiones vnà moueri non nego: denique ne hoc quidem infitior, membranam cerebrum amplexam sensuum organis instar basis cuiusdam esse, vt quosdam de rebus hisce disserere scimus, quæ cerebrum sibi inuolutum contineat, & halitibus ab organis sensuum profectis quasi rigetur: quando me huiusmodi quædam ab iis, qui hæc per corporum sectiones comperta habebant, audisse cōmemini. Verum nequaquam existimo demonstra

porom sectiones comperta habebant, audisse commemini. Verum oequaquam existimo demoostrari per hæc posse, oaturam expertem corporis loco spatioue descripto cootioeri. Nam mētis deliria ooo ex ebrietate sola oriri coostat: sed & in illis, quibus membranæ costis subieosæ morbo aliquo affectæ suot, eodem modo intelligētem facultatē debilitari, periti artis medicinæ tradunt.

Phrenitis vnde. Appellant autem id morbi genus phrenitidem, à phrenibus, quo membranæ istæ nomine notaotur. Doloris verò sensus, qui ex mæsticia redundare ad cor dicitur, homioum errore oō caret. Cùm enim noo cor, sed osculum stomachi acri dolore tentetur: nos tameo ad cor morbum buoc ex imperitia quadam referimus.

Gemitus. Tradunt autem huiusmodi quiddam ij, quibus accuratè morborum rationes perfectæ sunt, quòd cùm à natura sic comparatum sit, vt in mæsticia meatuum toto corpore contractio quædam & compresśio fiat: quidquid exire impedita respiratione nequeat, ad imam corporis capacitatem deriudarur. Iode vsuuenire, vt cùm ad respiratiooem f. cta viscera ab ijs, à quibus vndique contioeatur, in angustum arctaotur: plerumque violeotior spiritus attractior naturæ vi fiat, quæ quod est arctatū dilatare nititur, vt ea quæ compressa sunt, vicisśim diducaotor. Atque huiusmodi in respirādo difficultatē mæsticiæ indicium quoddā esse statuimus, quod & suspirium & gemitū appellamos. Sic quod partes cordi cōtiguas premere putatur, nō cordis, sed oris in vētriculo molesta est affectio ijsdē ex causśis orta, de quibus meatuū cōpresśionem fieri diximus. Nam vas bili excipiendæ destinatum, acrem illum ac mordacem humorem propter coarctationem sui in osculum stomachi deriuat. Eius rei certisśimum est argumentum, quòd quibus hæc ægritudo accidit, eosdem suppallidos & aurugine laborantibus consimiles extremis in partibus fieri videmus, bile humorem suum ob compresśiooem nimiam in venas spargēte.

Risus. Quo & cōtraria huic affectio, nimirum lætitiæ & risus, magis etiam rationes oostras confirmat. Nam cū auditu noonihil iucundum percipimos, explicantur ac resoluūtur quodam modo propter voluptatem meatus corporis. Io dolore, propter tristiciā subtiles meatuum transpirationes, quæ propter exiguitatem depræheodi vix possunt, compressæ viscera interiora constringunt, & ad caput ac cerebri membranas vdum illum halitum agunt, vt

Lacrimæ. 19. multus iotra cerebri cauitates collectus, per meatus qui ad imam suoi eiusdem partem, in oculos deijciatur, superciliorum contractione guttatim humorem exprimente, qoæ deinde guttæ Lacrymæ appellantur. Eodem modo tecum putato, affectiooe contraria meatibus more consueto magis aliquanto dilatatis, spiritum quemdam ab ipsis attractum in imo subsidere, atque inde vicisśim à natura per meatum oris expelli: visceribos voiuersis, maximeque iecinore (vt aiuot) quadam succusśione & ferueote motu spiritum huiusmodi extrudentibus. Iccirco oatura, vt huic spiritui exitum facilem struat, meatum oris dilatat: geois, per quas anhelitum exire necesse est, vtrimque diductis. Ioditum huic est rei nomeo risus. At verò nō propterea vis animi princeps iecinori tribuenda, oeque propter sāguinis circa cor ebullitionē, quæ affecto vehemētius animo existit, io corde mentis sedem esse putandum est: sed sunt horum causæ in structura corporis constitueodæ. Mentem quidē existimare debemus cuilibet membro æquabiliter, ea mistitionis ratione quæ explicari dicendo nequeat, adesse. Quod si erunt qui litteras etiam Sacras hac in parte oobis opponant, quæ in corde vim illam principem esse testentur: ne horum quidem oratiooi sic assentiemur, vt non prius in eam inquiramus. Nam cùm in quodam ex sacris libro cordis mentio fiat, ibidem & reoes adiecti suot. sunt enim huiusmodi quædam verba: Deus corda & reoes exploiat. *Psal. 7.* Iccirco vel in horum vtrumque, vel neutrum adeò vt intelligētem animi vim ioccludant necesse est. Ceterùm etiam si edoceat facultates intelligeotiæ quibusdam in affectionibus corporis quasi hebetari, vel etiā prorsus iacere: noo tamen satis idoneum argumētum hoc esse statuo, quo probetur, loco certo vim mētis ita circumscribi, vt tum oribus mēbra illa occupantibus, de suo ipsa quasi spatio excedat. *Mens non continetur loco.* Est enim huiusmodi quædam cogitatio corporeis rebus accommodata, vase rebus iniectis repleto nō posse io eodem alijs locum esse. Quippe natura solo animo compræhensilis, vt io partes corporis vacuas oon immigrat, sic & à carne quasi redundāte non expellitur. Est omnino totū corpus humanum instar musici instrumenti fabricatum Solet autem nōoomqoam vsuuenire, vt canendi quidē aliquis peritus sit: verum artis suæ instrumētis vitiatis documeotum idoneum edere nequeat. Ea enim fortè vel à tempore vitiata, vel confracta per ruinam, vel à rubigioe ac situ inepta reddita, sono carent, nullumque ad vsum idonea suor, etiam si vel ab eximio tibicine inflentur. Sic se mens per vniuersū organū suū didens, & applicās se ratione cooseotanea membris singulis per facultates oaturæ suæ conuenientes: in ijs quæ rectè habent secundum naturam, vim soā exercet: io cæteris quæ artificiosum ipsius motum per imbecillitatem capere nequeūt, iacet atque otiosa est. Est eoim hoc meoti peculiare, vt in membris natura bene affectis efficacitatem suam obtineat: ea verò quæ deprauata sunt, auersetur. Ac mihi quidem videtur posse hac io parte quiddam considerari à nobis ex media rerum naturalium tractatione desumptum de quo percipi doctrina elegans possit. Nam cum omoium polcherrimum ac præstātisśimum bonū sit Deus ipse, ad quem omnia respiciunt, quæcūque boni desiderio tanguntur: iccirco & mentem dicimus, factam ad boni pulcherrimi imaginem, quamdiu similitudiois archetypi respondentis particeps est, quoad eius fieri potest, haud dubiè booi præstantiam tueri ac conseruare. Eamdem contrà, si aliquo pacto à principe booo exorbitet, tota illa pulchritudine, qua erat ornata, spoliari. Porrò quemadmodum indicatum est, similitudine principis pulchritudinis ornatam esse meotē, perinde ac speculum figura faciei ex ipso relucentis iosignitur: *Similē à speculo.* eadem ratione & naturam, quæ à mente administratur, erga eamdem affectam esse statuimus, vt scilicet & ipsam ornari propinqua pulchritudine dicamus, & quasi speculi speculum esse. Naturæ porrò crasśiorem quasi materiē nostri cohærere, cui ipsa natura inest. Igitur quādiu hæc inter se aptè connexa sunt, etiam verisśimo

pulchritudo conueniente quadam ratione cum omnibus communicatur: semper eo, quod loco est superiore, proximum sibi exornante. Vbi verò præclaræ huius cõiunctionis est facta diuulsio: vel contrà, quod est præstantius ordine inuerso sequitur inferius: tum scilicet rudioris in homine materiei à natura desertæ turpitudo insignis apparet. Nam ipsa per se materies quiddam est deforme & imperfectum. Deformitatem verò materiei, pulchritudinis etiam eius, quæ in natura, à mẽte profectæ, interitus consequitur. Sic adeò materiei turpitudo per naturam ad mentem ipsam redundat, vt non iam amplius in creati figura imago Dei appareat. Mens enim bonorum ideam tãquam speculum post tergum collocans, eximios boni resplendentis radios reijcit, ac materiei deformitatem in sese transfert. Hoc videlicet modo prauitas bono prius quasi interuerso ac sublato, oritur & existit. Pulchrũ verò cẽseri debet, quodcumque ad princeps bonum congruit. Quodque consentaneum eidem non est, omnis est pulchritudinis expers. Quamobrem si de sententia rationũ expositarum vnum quiddam est verè bonũ: mens autem ideo, quòd ad imaginem pulchri est conformata, & ipsa pulchritudine quadã ornata est: denique natura, quam mens continet, si est imaginis huius alia quædam imago: erit ostensum haud dubiè, rudiorem illam nostri materiem tũ demum rectè quasi stabilitam esse, quando à natura gubernatur. Ceterùm eandem solutam collabi, quando ab eo, quo firmiter continetur, disiungitur, & à pulchri societate auellitur. Fieri hoc consueuit, cùm naturæ ordo inuertitur, animi libidine non ad pulchritudinis decus inclinante: sed ad id, quod ipsũ magnoperè vt exornetur indiget. Nõ enim fieri aliter potest, quin quod materiei propria forma destitutæ consimile efficitur: etiam deformitatis fœditatisque eiusdem imaginem induat. Sed hæc quidem ab alijs ad alia delapsi, obiter scilicet explicando indicauimus, immiscentibus sese his ei considerationi, qua id quo de agitur, cõplecti erat animus. Hoc enim quærebam, ecqua in parte nostri facultas intelligentiæ sedem quamdam certam obtineret: an verò per omnia æquabili se ratione diduat. Itaque aduersus eos qui certis partium locis mentem includunt, & ad confirmandam hanc coniecturam suam afferunt, esse in ijs intelligentiæ vim languidam, quorum malè cerebri affectæ sint membranæ, ostensũ est, in omni corporis membro, quod quidem agendi facultate præditum est, non mirum esse, si nihil animus efficiat, cùm membrum ipsum ita, vt esse comparatum à natura debebat, non existit. Atque hoc loco nõ inconuenienter opinor intexuimus illud theorema, de quo intelligere est, in tota hominis compage mentem quidem diuinitùs gubernari, à mente verò vitam rudioris in nobis materiei, si ea extra naturam non exorbitet. Nam si à natura recedat, agendi facultatem, quam habeat à mente, prorsus amittere. Enimuerò reuertatur eò tandem oratio, vnde deflexit: mentem videlicet in ijs partibus, quarum condicio naturalis morbo aliquo viciata non sit, efficacitatem suã obtinere: in valentibus membris valẽtem, in ijs autem quæ actionum ipsius capacia non sunt, languidam. Atque huic quidem sententiæ non est difficile ratio-

nibus etiam alijs fidem facere. Quòd si molestum

A non erit ijs, qui oratione superiore, tantùm non defatigati sunt, placet & illa, quoad eius fieri poterit, quàm breuissimè perstringere.

XIII. *Somni, oscitationis insomniorum causa indicata.*

CRassior illa fluxaque corporum nostrorũ vita, quæ semper mouetur, ex eo ipso vim existendi habet, quòd motu prædita sit quietis experte. *Simile à fluuio.* Ac veluti fluuius impetu suo volutatus, alueum quidem suum semper implet, per quem labitur, non tamen eadem aqua eodem in loco perpetuò hæret: sed alia decurrẽte, affluit alia: sic crassior illa vita in terris nostra motu quodam ac flu-

B xione continua diuersis rebus succedentibus sibi, in perpetua vicissitudine numquam interquiescit, sed vna cum quiescendi facultate perennem etiam motum similia vicissim alternantem habet. Quòd si hic eius motus aliquando quiescat: ipsa quoque extingui necesse est. *Vicissitudo rerum.* Euacuatio, verbi gratia, repletionem excipit: contraque repletio, vacuitati succedit. Somnus continuas vigilias remittit: vigiliæ, quod laxatum est vicissim tendunt. Neutrum horum continuò durat, sed alterum alteri mutuis vicibus succedit, natura seipsam huiusmodi vicissitudinibus instaurãte: vt modò hoc

C modò illo vsa, perpetuò ab vno ad alterum transeat. Nam si semper vires animalis contentæ sint, frangi ac dirumpi tamdem membra supra modũ tenta necesse est. *A labore quies.* contraque corporis continua relaxatio, rei quasi corruenti ac dissolutæ interitum adfert. Vsus autem vtriusque tempestiuus naturã conseruat, quæ in perpetua rerum sibimet aduersantium permutatione nunc hac, nunc illa se recreat. Igitur cùm per vigilias contentio viriũ corpus nonnihil debilitauit, somno laxatum reficitur. Et vt equi post certamina quadrigis eximuntur: sic facultates sentientes agẽdo lassatæ aliquandiu à natura vicissim recreantur. *Simile ab equis.* Per enim est neces-

D saria res ad conseruationem corporis, tempestiua remissio: vt toto in corpore per suos meatus sine omni impedimento cibi didantur, nulla partium intensione hoc quasi iter obstruente. *Somnus vnde.* Quemadmodum enim ex terra irrigua vapores caliginosi ab imo attrahuntur, maximeque cùm sol radios calidiores spargit: itidem nostri in opificij solo vsu uenit, cibis intra nos per calorem naturalem ebullientibus. Cumque vapores à natura sursum tendant & aërij sint, fit vt in locis capitis cõsidant, & perinde atque fumus per ipsas etiam quasi parietis commissuras penetrent. Inde ad meatus organorum sensus paulatim euaporando delati, pas-

E sim sese permiscent: vt sensum omnem otiosum reddi necesse sit, cedentem halitibus illis organa sua occupantibus. Oculi à palpebris teguntur huiusmodi vaporum pondere tãquam plumbea machina quadam palpebras oculis obducente. Auditus ab ijsdem obstructus halitibus, quasdã quasi fores partibus auditui destinatis obdit, & ab actione sua naturali cessat. Atque huiusmodi quidẽ affectio corporis Somnus dicitur, sẽsu in corpore quiescente, & ab omni motu abstinente, vt facili ratione cibus didatur, & vnà cum vaporibus illis per meatus singulos penetret. Eam ob rem cũ loca passim circa sensuum organa per exhalationes interiores obstruuntur, somnum autem rebus *Oscitatio.*

ita poscētibus impediri est necesse:tū ergo partes A
neruezà vaporibus occupatæ,natura sua seipsas
contendunt,vt hac extensione id quod per exha-
lationes crassius erat redditum,rursus attenuetur
Non aliter atque fieri videmus,vt vehementer cō
torquendo, vestibus vdis humor exprimatur.Ei-
dem halitus si quando illis ex partibus expellen-
di sunt, quæ partes ad fauces sitæ, & orbis figu-
ram,& magnam neruorum copiam habeūt:cùm
fieri non posit, vt membrum quod rotundum
est,in rectum extendatur, omninoque illud dila-
tari necesse sit in circularis figuræ formam:iccir-
co spiritu in oscitatione recepto, mētoque vuulá
infra sic depresso, vt cauuatem efficiat, omnibus a
etiam interioribus in circuli figuram conformatis
fumea istæc crassicies,quæ in membris resederat
vnà cum spiritu propellitur.Vsuuenire autē hu-
iusmodi quiddam nobis frequenter & à somno
plerumque solet, cùm eorum halituum aliquid
locis quibusdam superat,nondum satis concoctū
neque dissipatum. Ex his perspicuè patet, meutē
humanam perpetuò,si & integra natura sit,& vi
gilet, efficacem esse,ac moueri. Sin ea somno sit
laxata,motu & ipsá suo carere.Nisi quis fortè sit
ea in sententia, vt imaginationē in somnijs men-
tis esse motum, qui homine etiam dormiente nō
quiescat,opinetur.Equidem sic statuo,tantū pru- C
dentem & integram cogitandi facultatem menti
In somnia esse tribuendam.Quæ autem per somuum se offe
runt imaginariæ nugæ, ceu simulacra quædam
actionum mentis:has ab animi ea specie quæ ra-
tione non vtitur, temere fingi existimamus. Nā
in animo, qui somno præpeditus per sensus non
agit,etiam mentis actiones cessare necesse est.Per
sensus enim mens humano corpori temperatura
quadam iungitur. iccirco quiescentibus in agen-
do sensibus,etiam mentem otiosam esse,vero cō-
sentaneum maximè fuerit.Licet hoc illo quoque
argumento deprehendere, quòd absurdis in re-
bus, atque etiam aliquando in iis quæ fieri neque D
unt,dormientes imaginando sibi versari vidētur.
Nullo enim fieri hoc pacto posset,si animus eo
tempore à ratione & mente gubernaretur.Itaque
mihi videtur, animo secundum facultates præ-
stantissimas quiescente, secundum mentem &
sensum,sola pars ea, quæ nutriendi vim habet,
nobis dormientibus officium facere.In hac nimi
rum imagines quædam eorum quæ nobis vigilā-
tibus occurrunt,& quasi ex lōgo interuallo obscu
riusculè delati rerum per sensus & cogitationes
actarum soni,per vim animi reminiscentem im-
pressi,temerè formantur:hae velut extrema reso- E
nantia ex memoria profecta,nutrienti animi par-
ti quodam modo inhærescente.Huiusmodi ergo
in imaginationib⁹ homo dormiēs versatur,neque
recta progressionis serie ad res quæ apparent,de-
ducitur :sed confusis & non consentaneis errori-
bus obuagatur. Quemadmodum autem in cor-
poris effectionibus fit,vt quamquam membra sin
gula quiddam peculiariter pro indita ipsis à natu
ra facultate agant, tamen aliqua existat partis
quiescentis,ad eam quæ mouetur, affectio: eadē
ratione in animo etiam vsuuenit, vt licet pars ei⁹
hæc quiescat, altera moueatur, totius tamen ad
partem affectio quædam maneat. Nequaquam
enim fieri potest,vt naturalis vnitio prorsus dis-

soluatur,etiamsi quædá in nobis facultas aliquan-
A do ceteris agendi vi & efficacitate præstet. Enim- *Sensus mi*
uerò vt nobis vigilantibus & agendo occupa- *nister men*
tis præcipua mentis est potestas, minister autem *tis.*
mentis est sensus:neque facultas quæ corpus nu-
trit,excluditur: (mens enim rationem apiscendi
necessarij alimenti ostendit,sensus quod est com-
paratum recipit,facultas denique nutriens suum
in vsum vertit.) sic per somnum principatus fa-
cultatum in nobis quodam modo permutatur.
Nam cùm penes partem ratione non vtentem po
testas sit,facultatum scilicet animi reliquarum a-
ctiones cessāt quidem,at non prorsus extinguun
tur. Et quamuis eo tempore facultas nutriens con
coctioni ciborum intenta sit,adiumēto somni per
ficiendæ, adeoque in hac vniuersa natura occu-
petur : tamen vt planè ab hac sentiens facultas tū
non auellitur, (quando quæ natura coaluerunt
disjungi non possunt) ita neque tota ipsius vis e-
lucet, ab organis sensuum per somnum quasi fe-
riantibus impedita. Eadem ratione & illud conse-
quetur,quod cùm mentis & partis animi sentien-
tis mutua quædam sit coniunctio,mota hac,simul
mentem mouere, & contrà quiescente, quiescere.
Ignem videmus paleis ex omni parte coopertū, *Simile ab*
si nullo flatu flamma excitetur, neque proxima *igne.*
C quæque absumendo depascere, & prorsus etiam
non extingui,pro flamma vapore quodam per ip-
sas paleas in aëra penetrante.quod si autem flatus
aliquis accedat,pro fumo flamma accenditur.Sic
mens sensibus in somno quiescentibus quasi con-
tecta,neque per eos elucere potest, & omnino e-
tiam non extinguitur: sed vt ignis fumum,sic ipsa
motum aliquem retinet.partim agens, partim in
agēdo deficiens. Atque vti musicus plectro chor- *Simile à*
das lyræ remissas tangens,non eleganter & nume *musico.*
rosè quidquam canit, quando quod tensum non
est, edere sonum nequit.manum ille quidem ar-
tificiosè mouet, plectro quibus conuenit locis
D applicato : sonus tamen vel nullus,vel ignotus &
incompositus de tali fidium pulsu exprimitur.Ita
& organica sensuum structura, quoties per som-
num laxata est,vel prorsus quiescit artifex, velu-
ti cùm ex nimia repletione ac pōdere integra in-
strumenti est facta totius relaxatio : vel languidè
& obscurè agit, instrumento sensus artem men-
tis accuratam non capiente.Iccirco memoria cō-
fusa, & vis præsagiendi ambiguis in quibusdá ve-
lamentis quasi dormitando nutans, simulacra re-
rum, quibus vigilans occupatur,imaginando si-
bi videtur informare : neque non aliquando ea
quæ deinde comprobaret euētus,indicauit. Nam
E præter eam quæ in corporis est temperamento
crassiciem,habet quiddam per naturæ subtilita-
tem, quo res perspicere possit. Neque tamen illa
est vis,vt directo futura declaret,deque ijs dilu ci-
dè atque apertè nos doceat:sed est tantùm quædā
obliqua & ambigua futuri euentus significatio,
quam ænigma vocant, qui in his interpretandis
versantur Sic qui à populis erat Pharaoni, per sō- *Genes.40*
num in regis calicem botrum exprimit : sic pistor
eiusdem, canistrum sibi gestare videtur.Quia e-
nim vterque vigilans his rebus occupari magno-
perè cuperet,etiam per somnum ea fieri putabat.
Simulacra namque studiorum ac vitæ, cui ad-
sueuerant, parti animi de futuris dispicienti im-

pressa, faciebant vt per hanc mentis præsagitionē quiddam, cui responderet euentus, sibi vaticinarētur. Illud quidem, quòd Danielus & Iosephus & his alij consimiles, facultate quadam diuina, sensibus minimè perturbatis, rerum futurarū cognitione instructi fuerunt, nihil ad id, quo de agitur, attinet. Non enim quisquam hæc rectè ad somniorum effecta retulerit, nisi forte ratione eadem diuinas apparitiones, quæ nonnullis vigilantibus se offerunt, non peculiaria visa, sed consentaneum opus naturæ, suapte, vi quadam id efficientis, esse statuat. Quemadmodum ergo, cùm homines vniuersi à mente propria regantur, pauci tamen quidam existunt, quibus cum Deus manifestò penè familiarem in modum versatur: sic cùm vis imaginandi per somnum omnibus æquè ac sine discrimine à natura sit indita, pauci ex vniuersorum cœtu sunt, quibus diuiniora se somniorum visa offerunt. Cæteri si quid de somniorum coniecturis rei futuræ cognoscunt, id totum fieri eo, quo indicatum est, modo putandum erit. Quod autem & Aegyptius, & Assyrius tyrannus Dei nutu ad futurorum scientiam deducti sunt: hoc quoque aliò respiciente Deo vsuuenit. Nam eo pacto sanctorum quorumdam hominum sapientiam omnibus innotescere oportuit, vt ea vitæ hominum vtilis esset. Quî enim fieri potuisset vt in Danielo facultas esse vaticinandi depræhenderetur, nisi excantatores & magi somnium Regis & inuenire, & inuentum interpretari nequiuissent? quomodo Aegyptiorum cōseruari natio potuisset, Iosepho in carceres abdito & concluso, si nō somnii explanatio præbuisset occasionē qua in cœtum totius gentis arcesseretur? Iccirco statuendum est, diuersam horum rationem esse, quæ ad communes visiones non congruat. Vsitata verò somniorum visa, omnibus obuia, per quàm variis modis informantur. Aut enim, quemadmodum est expositum, extremi quasi soni diuturnarū affectionum in parte animi reminiscente reliqui tinniunt: aut pro eo atque corpus affectū est, somnia quoque finguntur. Petet hoc ex eo, quòd qui sitiunt, esse ad fontes sese existimant: qui esuriunt, in conuiuiis: adolescens per ætatem lasciuiens, consentanea libidini suæ imaginatur. Equidem & aliam quamdam præter has somniorum caussam didici, cum necessarium quemdam laborantem ex phrenitide curarem. Cibo enim largiore, quàm ipsius viribus conueniret, grauatus clamabat, & adstātes obiurgabat, quamobrē intestina cœno repleta sibi imposuissent. Cumque iam corpus quodam cum impetu sudorem expressurū erat, accusabat eos qui adessent, quasi aquam ad manus haberent, qua ipsum iacentē respergerent. Huiusmodi clamores non intermittebat, donec euentus ipse quæ harum increpationum caussæ essent, declararet. Cōtinuò enim sudor copiosus è corpore manabat, & venter solutus quod istuc esset in intestinis pondus significabat. Quod igitur hebetata per vim morbi intelligentia naturæ accidit, quæ morbo corporis afficiebatur, vt quid graue molestumque sibi esset non omnino ignotaret, indicare tamen per ortam ex morbo delirationem vnde læderetur, perspicuè non valeret: id consentaneum est, si fortè non ex inualitudine, sed naturali somno intelligens animi facultas sopita fuisset, in homine sic affecto somnium quoddā futurum fuisse, in quo per aquam sudoris fluxio, per intestinorum pondus cibi esset grauitas significata. Idem plerique medici statnūt, qui secundum morborum discrimina somniorum etiā species diuersas ægris accidere affirmant: alias nimirum ijs qui stomachi vitio laborent, alias ijs quibus cerebri membranæ sint læsæ, alias febri correptis, alias ijs quibus nimius bilis humor, alias quibus pituita sit molesta: denique alia somniorum visa succi plenis corpotis, alia marcescentibus obiici. De quibus omnibus videre est, nutrientem accrescentemque facultatem animi nonnihil etiam de vi intelligente inspersum sibi ex temperatura mutua continere, quod corporis affectioni quodam modo consimile reddatur, & diuersas imaginationes nocturnas pro morbi diuersitate efficiat. Est & aliud somniorum quoddam genus, quod pro morum cuiusque varietate formatur. Sunt enim aliæ hominis fortis, aliæ timidi imaginatiōes nocturnæ: alia temperantis, aliaque intemperantis somnia: alia homini auaricia inexplebili, alia liberali per somnum obiiciuntur. Atque visa hæc nequaquā mens, sed expers illa rationis in animo affectio informat. Nā quibus quis adsueuit diurno studio, eorum in somniis etiam simulacra fingit.

Prophetica reuelatio-ne, non pertinent ad somnia.

Somnia vnde forman tur.

Quales diuturnæ actiones, talia sunt nocturna somnia.

XIIII. Mentem certa quadam in corporis parte non existere, declaratum. præterea corporis & animi motuum discrimen expositum.

Verum enimuerò longè ab eo, quo de agi ceptū erat, digressi sumus. Instituerámus enim demonstrare, mentem parti corporis alicui alligatam non esse: sed cum toto pari ratione cōiungi, efficientem motum in membris partis cuiuslibet naturæ consentaneum. Fit autem interdum etiā, vt mens tamquam minister, naturæ libidinibus obtemperet. Sæpe enim corporis natura ducis officium vsurpat, ita vt & nocētis rei sensum, & incundæ ac gratæ desiderium excitet. Adeoque fit vt expetendis rebus occasionē corpus præbeat, ac vel cibi vel voluptatis alicuius libidinem nobis indat: mens autem huiusmodi cupiditates excipiens, omnes rationes & consilia corpori accōmodet, vt industria sua quod expetitur inueniat. Nō hoc apud omnes homines locum habet: sed illorum est, qui à natura mancipiis quàm simillimi existunt. Illi enim, cùm naturæ libidinibus rationem tamquam rem mancipi addictam subiiciant: mentis scilicet opera in adulando sensuum voluptatibus seruilem in modum abutuntur. Ab iis autem qui perfectiores sunt, hoc nequaquam admittitur. Mens enim in his ducis officio fungitur: quodque ex vsu est, de rationis iudicio, non libidine vllius affectionis eligit. Atque huius ducis vestigiis natura insistens, præcedentem sequitur. Ceterum etsi superiore oratione declaratum est, triplex esse in viuendi facultate discrimen, vt alia sit vita quæ quidem nutriatur, expers tamen sit sensus: alia & nutriatur, & sentiat, careat autē facultate rationis: alia denique & ratione vtatur, & perfecta sit, perque facultates ceteras omnes diffusa, vt in iis existat, & tamquam eximiū quiddam intelligentiæ vim habeat: nemo tamē iccirco existimet tres in humano opificio animas existere, seorsum certis quasi limitibus circumscriptas,

Mens quan do ancillatur corpori.

Viuendi facultas triplex, non tamen animæ tres.

ptas vt naturam hominis ex pluribus animis conflatam putare debeamus. Nam vera & perfecta anima reapse vnica quædam est, intelligens, nulla ex materie crassa constans, sed per sensus naturæ illi crassæ mista. Quidquid autem existit ex materie crassa, mutationibus & alternis conuersionibus obnoxiũ, si quidem facultatis particeps erit eius quæ animam complectitur, accretionis motũ habebit: sin autem viuendi facultatẽ amittet, tum deinde scilicet motus eius ad extremum interitum verget. Iccirco neque sensus extra materiei naturam existit, neque facultas intelligens sine sensu actiones suas exercet.

XV. Animam propriè & esse eam, & dici, quæ ratione vtitur: ceteris tantùm appellationem cum hac esse communem. Præterea per vniuersum corpus mentis se facultatem didere, conuenienti quadam ratione membris singulis coniunctam.

SI quis autem iccirco plures esse animas opinatur, quòd creata nonnulla facultate nutriente sunt prædita, nonnulla sentiente, cum illa sensu, hæc intelligentia careant: is animarum discrimen non satis explicatè declarat. Quidquid enim in rerũ natura existit, si quidem perfectè est id quod esse debet: rectè etiam ac propriè nomen suum obtinet, quo scilicet appellatur. sin aliquid non prorsus & integrè est id, quod esse dicitur, huic impropriè nomen ipsum tribuitur. Si quis, verbi gratia, panem verum ostendat: eum propriè rem indicatã suo nomine appellasse dicimus. Sin autem vnà cum hoc alium quendam demonstret, arte factum de materie lapidea, eiusdem formæ, æqualem magnitudine, colore cõsimilem, vt multis ex rebus idem esse cum eo, ad cuius exemplar factus est, appareat: vnum modò desit, quòd idoneus esse alendo homini non possit: tum verò de hoc ipso non rectè lapidi panis appellationem indita, sed per vocis abusum, affirmabimus. Eodẽ modo quidquid non omni ex parte id est, quod dicitur, in eo appellando vocabulis abutimur. *Anima.* Quamobrem cùm ea demum perfecta sit anima, quæ & intelligẽntiæ & rationis est vi prædita: quidquid scilicet tale non est, ei cum anima quidem nomen esse commune potest, reapse verò non anima, sed viuendi facultas quædam erit, quæ more hominum animæ appellatione censeatur. Iccirco Deus homini animaliũ carnibus vesci, perinde atque oleribus permittit: quòd eorum natura propè à vita illa rerum naturalium absit. Est enim ita perscriptum: Omnis generis carnibus tãquam oleribus gramineis vescemini. *Carnibus vesci cur sit concessum.* Parum scilicet quiddam esse videtur in animalibus ceteris facultas sentiẽs, qua vna rebus aliis, quæ absque hac & aluntur & augescunt, præstant. De quo voluptarios homines hoc capere doctrinæ & admonitionis oportet, vt animi cogitationẽ ad res quæ sensui arrident, non conuertant: sed omnem operam studiumque in excolendis animi verè principibus bonis collocent, circa quæ verè nimirum anima versatur, cùm sentiẽdi facultate animalia rationis experiia non superemus. Sed ab aliis ad alia progressa est oratio. Non enim instituimus ostẽdere, mentem in homine natura cras-

A sæ materiei præstãtiorem esse: sed nulla certa parte corporis nostri mentem contineri. Existere scilicet eam ratione pari in omnibus, & per omnia, atque vt exterius nihil complectatur: sic interius eam non concludi, quemadmodum cados aliaque corpora propriè se complecti dicimus, cùm in aliis alia collocantur. *Mentis & corporis cõmunio.* Mentis autem corporisque nexus & societas, rationem quamdam coniunctionis habet, quæ explanari dicendo, & intelligi cugitando non potest. Neque enim mens intra corpus est, quando rem corporis expertẽ corpore contineri fas non est. Etiam exterius nos nõ complectitur, quando ab iis quæ corpore carent,

B nihil concludi potest. Enimuerò mens modo quodam oratione inexplicabili, & qui ab intelligentia nostra compræhendi non potest, naturæ adest, eidemque copulatur, inque ea & circa eam existit. Vt ei non insidet, ita eam non circumplectitur, sed adest ratiõe, quæ neque exponi, neque considerando exhauriri potest. Vnum hoc intelligimus, natura salua & incolumi, mẽtem etiam efficacitatem suam obtinere. Sin aliquod ea detrimentum capiat, mentis quoque motum illa in parte claudicare.

C *XVI. Accurata dicti illius diuini consideratio, Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostri. tum ecquæ sit imaginis ratio, inuestigatum. possitne, quod morbis ac morti obnoxium est, ad naturæ beatæ morborumque expertis similitudinem factum dici. quo denique modo in imagine sexus masculi feminei que discrimẽ sit, quod in exemplo principe non existit.*

ENimuerò redeamus tamdem ad diuinam illam vocem: Creemus hominem ad imaginẽ similitudinemque nostri. *Genes. 1.* Fuẽre nonnulli philosophi exteri, qui se hominem sua quidem opinione prædicaturos eximiè putabant, si eum ad mundi

D huius machinam conferrent: cùm nimis exilia, præstantissimaque hominis excellentia indigna imaginarentur. Aiebant enim hominem paruum quemdam mundum esse, qui ex elementis iisdẽ, quibus rerum vniuersitas, compositus esset. *Homo paruus mũdus.* Splẽdido istoc nomine cùm magnam naturæ hominis laudem tribuere vellent, ignorabant se illum non aliis, quàm quæ ei & cum culice & cum mure communia essent ornamentis cõdecorare. Nã & hæc ex quatuor elementorum temperamento constant, cùm multæ an exiguæ sint in re qualibet elementorum partes, ex considcratione animatorum intelligatur. Constare enim nõ potest, extra quàm ex elementis, quod sensu sit præditũ. Quid ergo est amplum in eo, si maximè hominem existimemus expressam mundi & imaginẽ & similitudinem esse? cùm futurum sit, vt pariter cælum hoc volubile, terra mutationibus obnoxia, cuncta denique his compræhensa, cum eo ipso quod ambit vniuersa, intereant. Quam autem, inquies, doctrina Ecclesiæ præstantiam homini tribuit? Eam scilicet, quæ in similitudine mundi huius creati non consistit: sed quod tradit hominem ad imaginem naturæ creatoris esse factum. At dices fortè, ecquæ istæc est imaginis ratio? quo pacto referre naturæ corpore carentis imaginẽ potest, quod corporeũ est? quomodo fi-

d

mile est æterno temporarium? immutabili, quod commutatur? nullis obnoxio morbis & interitus A experti, quod morbis subiectum est & interit. puro vitij, quod in viriotum quasi contubernio est, & in eis educarur? Nam intereft permultum inter id quod formæ principi respondere intelligimus, & quod ad imaginem factum est. Imago enim, si principis exempli similitudinem refert, verè imago dicitur. sin ab eo quod exprimendū erat, imitatio recedit: non iam eius esse imago putandum hoc erit, sed diuersum quiddam. Quo pacto igitur homo, qui & mortalis est, & morbis obnoxius, & vitæ breuis: bic ergo quo pacto naturæ incorruptæ, puræ, æternæ imago est? Enimuerò quid hac in parte maximè veritati sit consentaneum, sola haud dubiè veritas accuratè nouit. Nos coniectutis quibusdam & cogitationibus animi veritatē inuestigantes, quantum ingenij vis capere potest, huiusmodi quiddam de hoc credimus. Nam & diuinum oraculum, quo proditum est, hominem ad Dei factum imaginem, falsum non esse statuimus, & deplorandam hanc naturæ humanæ ærumnam beatæ vitæ doloris experti nequaquā respondere. Est enim necesse, si cum Deo naturam nostram conferre velimus, alterum de his fateri: aut hominem nullis affectionibus morbisue obnoxium esse, aut eadem in C Deū quoque cadere. Ceterum qui nulla futura est imaginis similitudo, si non hæc pariter vtrique naturæ conuenient. Quòd si neque diuina natura vllis est affectionibus obnoxia, neque humana ab usdem immunis ac libera: reliquam esse aliam quamdam rationem oportet, secundum quā vox illa diuina vera sit, quæ creatum esse hominē ad imaginem Dei affirmat. Iccirco rursus ipsas litteras sacras adeamus, an in illarum verba nos aliqua fortè ratione ad explicationem eius quod quærimus deducere possint. Illæ igitur cùm exposuissent hæc Dei verba, Faciamus hominē ad imaginem nostram: addita etiam ea indicatione, D quem scilicet ad finem homo creandus esset: tū deinde huiusmodi orationem subiiciunt. Itaque Deus hominem condidit, & ad imaginem eum Dei condidit: marem & feminam fecit eos. Illud quidem suprà est indicatum, verba hæc diuinitùs esse prolata, ad euertendam impietatem hæreticorum, quos Anomœos appellauimus: vt edocti, Deum illum vnigenam creasse hominem ad Dei imaginem, nullo modo patris filiique diuinitatem separemus, quando litteræ sacræ vtrumque æqualiter Deum appellant, & illum qui hominem creauit, & cuius ad imaginem factus est. Verùm prolixior de his oratio instituēda nō est, potiusque ad id quo ad agere cœptum est, ueniamus: quamobrem scilicet diuinæ naturæ similē esse humanam sacris sit litteris proditū: cùm hæc perprofectò sit misera, illa verò beata. itaque nobis accuratè singula in verba est inquirendum. Inueniemus enim aliud esse quod Dei imaginē referat, ab eo quod hac in ærumna conspicimus. Fecit Deus, inquiunt litteræ sacræ, hominem: & quidem eum ad imaginem Dei fecit. Ergo iam perfectum intelligitur illud creatum, quod ad diuinam imaginem conformari oportuit. Quod autem post hæc redit ad expositionem opificii diuini, cùm ait, Fecit eos marem ac feminam: id opinor omnes homines perspicere, ab exemplo principe remouendum esse. In Christo enim Iesu, vt Apostolus inquit, neq; mas neq; femina est. At verò litteræ sacræ disertè affirmant, hominē in marē feminamque diuisum esse. Itaque dupliciter esse factam naturæ nostræ structuram necesse est, quarum altera ad diuinæ imaginem exprimendā directa fuerit, altera ad efficiendum illud sexus discrimen. Huiusmodi enim quiddam indicari videtur, si verborum compositio & series consideretur. primùm enim dicitur: Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. deinde his illa subiiciūtur, Marem et feminam eos B fecit: quæ profectò ad imaginem Dei non sunt referenda. Equidem amplam statuo & arduam doctrinam in his tradi, nimirum huiusmodi quādam. Inter duo extremè dissidentia, naturam videlicet diuinam expertemque corporis, & alterā carentem ratione ac belluinam, medium hominem esse Nam de vtroque in huius opificio existere quiddam, prorsus est animaduertere. De natura diuina, vim rationis & intelligentiæ, quæ sexus masculi ac feminei discrimen nullum recipit: de natura rationis experte, structuram hanc corporis & formam sexu distinctam. Vtrumque horum in quolibet homine est. Sed priorem fuisse in eo facultatem intelligendi, deinde societatem cognationemque cum natura ratione carente accessisse: ex auctore historiæ de ortu hominis, ordine singula narrātē, discimus. primùm enim tradit, Deum creasse hominem ad imaginem suam: in quo idem vult docere, quod & Apostolus scripsit, quatenus imago Dei sit homo, sexus in eo discrimen nullum esse. Deinde naturæ hominis attributa propria subiicit: Marem feminamque fecit eos. Quid ergo de hoc discendum nobis est? Equidem mihi neminem irasci volo, altius rem, quæ in considerationem venit, repetenti. Deus natura sua tale ac tantum quoddam bonum est, quantum vlla cogitatione comprehendi potest: vel potius etiam omne bonum quod intelligendo cogitandóue comprehēditur, exsuperat. Itaque naturam humanam non alia de caussa condidit, quàm quòd bonus esset. Cumque talis esset, & vnam hanc ob caussam ad fabricationem humanæ naturæ accessisset: non ex semisse vim bonitatis suæ declarare voluit, ita vt non nihil homini suorum bonorum largiretur, non nihil cum eo ne communicaret, inuidia præpediretur. Perfectè nimirum se bonum ostendit, cùm hominem de nihilo conderet, omnique bonorum copia instrueret. Quæ cū adeò multa sint numero, vt recēseri singula cōmemorādo difficulter possint: iccirco breuiter vniuersa his verbis cōprehēduntur, quibus homo ad imaginē Dei factus esse dicitur. Valēt enim illa tātūdē, ac si diceretur, naturā humanā à Deo in omniū bonorū societatē vocatam esse. Nam si Dei natura perfecta quædam copia est bonorum omniū, homo autem eius est imago: haud dubiè simulacrū hoc Dei princeps exēplū ita referet, vt & ipsum bonis omnibus abūdet Itaq; in nobis est expressa omnis honesti species, omnis virtus, omnis sapiētia: quidquid denique præstantissimū cōprehendi vi intelligēria potest. Atq; inter cetera est in nobis libertas, quæ nulla necessitatis lege teneatur, nullius in po-

Imago quæ verè.

Galat. 3.

Humana natura media inter diuinā & belluinā

Galat. 3.

Genes. 1.

Liberum arbitrium. tura dominatus ergo subiecta: sed quæ iudicio certo & liberrimo quod vult eligit. Est enim virtus suæ spôtis, nullius imperio mâcipata. Quod autem à necessitate quadam violêtiâue cogitur, virtuti consentaneum esse nequit. Quod si porrò imago expressam pulchritudinis in exemplo principe figuratam ita repræsentet, vt nihil ab ea prorsus differat: non iam illam imaginem fore patet, sed ipsam eam denique rem, quæ nulla sui parte discerni à seipsa possit. Quid igitur est, inquies, in quo naturæ diuinæ, & eius quæ ad diuinâ est *Diuinitas increata.* conformata, discrimen perspici possit? illud verò in eo perspicies, quòd Dei natura exstitit increata: hominum verò, per creationem est orta. Hoc deinde discrimen aliaquædam consequûtur. Est enim planè apud omnes in confesso, naturam increatam immutabilem, eademque semper esse: creatam, sine perpetua vicissitudine consistere nullo modo posse. Nam ipse trâsitus ex nihilo ad ortum, motus quidâ est, & mutatio, quâ id quod rerum in natura non erat, de sententia volunta- *Marc. 12.* tis diuinæ existere incipit. Atque vt in Euangelio notâ in ære expressa Cæsaris imago dicitur, de quo intelligitur secundum externam speciê fuisse illam similitudinem rei conformatæ ad effigiê Cæsaris, cùm non dubium in materie subiecta discrimen esset: sic etiam hac in disputatione, si pro notis ea quæ in natura diuina & humana sunt, in quibus similitudo consistit, considerabimus: esse magnam in rebus subiectis diuersitatê depræhêdemus, quam perspicuè est in eo animaduertere, quòd creatum & increatum plurimum inter se differunt. Quamobrem cùm quod increatum est, semper idem exsistat: creatum verò per vicissitudinem quamdam esse cœperit, & mutationi protsus affine sit: iccirco is, qui secundum Vatem res omnes ante ipsarum ortum cognitas habet cùm rerum insisteret ordini, vel potius diuina sua prospiciendi futuros euentus facultate præcepisset, in quam partem motus electionis humanæ pro arbitrij voluntatisque suæ libertate inclinaret: imaginem creatam in masculum & feminam diuisit. Hæc diuisio non ad Dei principes illud exemplum facta esse putari debet: sed quemadmodum est antehac indicatum, cognationem habet cum natura rationis experte. Caussam quidem huius discretionis sexus soli haud dubiè intelligût illi, qui veritatis oculati testes sunt, & harum rerum nobis memoriam litteris proditam tradiderunt. Nos verò pro virili nostra per coniecturas & simulacra quædam veritatem informantes, quod nobis ad animum accidit exponimus, non illud quidem vt verum asserentes: sed subiicientes in gratiam auditorum, benignè hæc quasi exercicii caussa in medium allata interpretantium. Quid igitur de his in mentê nobis venit? hoc omnium. Cùm dicitur, Deum creasse hominem, per indefinitam vocabuli hominis notationem, naturam humanam vniuersam intelligi. Nam creatum hoc, quod ad Dei fa- *Hominis nomine omnes comprehêdi* ctum imaginem traditur, non nunc Adami nomen adiectum habet, sicut in historiæ narrationibus sequentibus: sed nomen hominis creati vniuersè positum est, non vt de indiuiduo. Iccirco per hanc hominis appellationem, qua totum genus vniuersè comprehenditur, eius admone-

mur: quòd prouidentia potestasque Dei totam hominum naturam in prima illa creatione complexa sit. In rebus enim à Deo factis nihil esse putandum est, quod ipsi sit infinitum: cùm omnia quæ existunt, finem quemdam & numerum habeant, conditoris sapientia constitutum. Quemadmodum igitur homo (intelligo autem indiuiduum quoddam) corporis magnitudinem finitam habet, substantiamque ipsius quantitate metimur, quæ corporis superficie continetur: sic arbitror inituo verum vno corpore totam naturam humanam Deum potestate sua, qua cuncta præuidet, complexum esse, idque adeò verbis hisce tradi: Fecit Deus hominem, & ad Dei imaginem eum fecit. Non enim imago & gratia deiformi Dei vel parti naturæ, vel vni alicui concessa est homini peculiariter: sed facultas illa vniuersum ad genus æqualiter pertinuit. Quod ita esse, hoc etiam argumêto est, quòd mens pariter in omnibus habitat: omnes cogitandi, deque futuris côsuliandi facultate, ceterisque rebus omnibus, per quas res diuina natura in imagine sua exprimitur, prædîti sunt. Nihil inter hominem creatum in prima rerum fabricatione, & eum qui in extremo nascetur, cum iam omnia consummata erunt, interest. Aequali enim ratione imaginem Dei vterque gestat. propterea vnius hominis nomine ipsa generis vniuersitas compræhensa fuit, quando potestati diuinæ nihil est vel præteritum vel futurum. Quin & ea, quæ exspectantur, non aliter atque si iam præsentia forent, sua in potestate, qua vniuersa complectitur, habet. Est igitur tota natura hominum à primis ad extremos vsque, vna eademque veri Dei imago. Sexus autem masculi femineique discrimen in homine iam creato de caussa, vt ego quidem existimo, huiusmodi quadam adiectum fuit.

XVII. *Quid respondendum dubitantibus quomodo animi orituri fuissent, si homines illi principes nulla se peccati labe polluissent: quando primum post hanc inquinationem operam procreationi sobolis hominem dedisse videmus.*

PRius verò, quàm id perscrutemur, fortè rectius fecerimus, si quiddam, quod ab aduersariis obiicitur, explicemus. Aiunt enim, ante peccatum nullam neque procreationis, neque partu riginis, ac ne appetitus quidê in homine ad procreandum mentionem fieri. Post quàm autem homines primi peccassent, deque paradiso eiecti essent, ac feminæ pœna doloris inû partu esset imposita: tum scilicet ad id progressum esse Adamû, vt consuetudine coniugis ad procreationem vti inciperet. Si igitur, inquiunt, neque ad nuptias, neque procreationem, neque partum in paradiso peruentum est: necessarium est hoc quoque sequatur, animorum multitudinem nullam fuisse futuram, nisi donum illud immortalitatis in mortalitatem con mutatum esset, ac per coniugium excitata posteritas pro migrantibus de hac vita substitueret alios, & hac ratione naturam conseruaret. Adeoque peccatum quodam modo hominum vitæ etiam bono esse videri posse. Nam genus humanum supra duûm numerum qui primi exstitêre, auctum non fuisset: nisi mortis metus naturâ, vt de successione perpetua cogitaret, permouisset. Equidem hac etiam in parte statuo

veritatem, quæcunqne tamdem sit,ijs solis notã & perspectam esse, qui non aliter atque Paulus A paradisi mysteriis imitati sunt,quæ enarrando fas non est exprimere. Nostra sanè hæc est responsio. Cum sadducæi doctrinæ de mortuorum resuscitatione aduersarentur, & nuptæ illius cum multis, adeoque septem fratribus mulieris mentionem ad conciliandum fidem disciplinæ suæ facerent,& ecquis horum eam à resurrectiõe habiturus esset quærerent:ita respondet Dominus, vt & illos castiget,ac vitæ quam in resurrectione apiscemur,mysterium hominibus deinceps vniuersis explanet. *Math 22. Mar. 12. Luc. 20* In resurrectione, ait,neque nuptias contrahent,neque nuptum tradētur: quippe B cum amplius mori nequeant. Sunt enim pares angelis,& Dei filii,vbi iam resurrexerint. At verò resurrectionis donum nihil aliud nobis pollicetur, quàm lapsorum in integrum restitutionem. Nam ea gratia,quã exspectamus, reditus erit ad vitam primam, qua homo de paradiso eiectus in eumdem reducetur. Quamobrem si vita restitutorum ei similis erit.qua fruuntur angeli: nimirũ & hominis ante lapsum vita angelorum fuit vitæ consentanea,eamque haud dubie ob caussam vitæ nostræ in integrum restitutio cõparatione ad angelos facta declaratur. Enimuerò quamquam inter angelos nulla sit propagatio,quemadmodũ C est indicatum:tamen eorum copiæ numero quædam infinitæ sunt. Sic enim suis illis in visis Danielus cõmemorat. Iccirco si propter peccatum de statu & cõditione, qua pares angelis eramus, non excidissemus:ne nobis quidem coniugio ad generis nostri amplificationem opus fuisset. Nã quæcumque tamdem incrementi angelica in natura fuit ratio: quam dicendo exponere, vel cogitando intelligere per quasdam coniecturas humanas nõ fas est,nisi quòd omnino aliquam fuisse necessariò statuendum est: eadem ratio in humano etiam genere, quod propè ab angelis abest,propagando valuisset,donec ad numerum cõ D silio creatoris definitum peruentum esset. Quòd si cuius heic in angustum redigitur intelligentia, vt ex nobis scite velit,ecquo tamdem modo homines orituri fuissent,si coniugi adiumento non eguissent:eum vicissim rogabimus,quomodo angeli sint orti,quoue pacto cùm ad infinita propè millia sint diffusi, & vna natura,& multi esse numero possint. Hoc enim aptissimè respondebimus roganti,quî esse homo sine coniugio potuisset:si dicamus in nobis hoc fieri perinde potuisse,atque in angelis, qui & ipsi coniugio non vtantur. Angelis autem consentaneam hominis naturam E ante lapsum fuisse, de hoc patet, quòd & integrum restituta, consimilis eisdem erit. His ad hunc modum inuestigatis,ad id vnde digressi sumus,reuertamur: quamobrem videlicet Deus, cùm imaginem sui condidisset,sexus masculi fœmineique discrimen addiderit. Equidem ad explicationẽ huius quæstionis vtile fore existimo, quod paullo ante considerando quasi conclusimus: Deum,qui creat omnia,deque animi sui sententia hominem totum ad imaginem diuinam conformauit, noluisse animorum numerum ita compleri,vt nunc his, nunc illis in lucem posteris editis adaugeretur: sed cùm eodem momento,quo naturam humanã condidit, eam vniuersam & integram facultate sua futura prospiciente intueretur, excelsoque in dignitatis gradu, & qui angelorum condi.ioni par esset,collocaret:animaduertisse vi diuina,libertam hominis intelligendo voluntatem non(vti debebat) virtutis viã ingredi. *Homo par angelis.* Itaque vbi de beato vitæ angelicæ statu exorbitasset,ne humanorum animorum natio sine incremento esset, amisso propagationis modo,quo angelorum erant auctæ copiæ:rationem quamdam inuenit, qua genus humanum amplificaretur, consentaneam naturæ nostræ,qui in vitium prolapsi eramus. Nam pro præstante illo angelicæ naturæ modo alium quemdam nobis con cessit,vt brutorum ac rationis expertium animalium more nosmet propagando perpetuaremus. Hanc ob caussam magnus ille Dauid,hominis miseriam his mihi verbis deplorasse videtur: *Psalm. 48.* Homo cùm esset in dignitate,animum non aduertit. Nimirum per dignitatis statum intellexit, angelis hominem conditiõe parem esse. subiicit autem:Iccirco brutis est animantibus comparatus, & iisdem effectus similis. Profectò enim obbrutuit,postquam more brutorum propagari cœpit, de generante ipsius præstantia, seque demittente ad naturæ crassioris conditionem.

XVIII. *Perturbationes in nobis animi, alienas à ratione, ex hac cum brutorum natura cognatione oriri.*

NAM equidem existimo, de hac ipsa origine perturbationes animi omnes & singulas, tamquam fonte scaturientes, in hominis naturam redundare. Atque hoc rectè ita statui, argumento est:quòd perturbationes ipsæ, quæ pariter & in nobis & in brutis existunt,cognatæ quodammodo sunt. Non enim certè fas est dicere,originem,perturbationum, quibus afficimur, ad humanam naturam esse referẽdam, cùm ea sit ad Dei simulacrum conformata:sed quia prius hoc in mundo bruta exstiterunt, cum quibus nonnibil est homini (quemadmodum expositum est) commune,modus videlicet ortus: iccirco & alia quædam brutorum naturæ ac hominum communia esse ceperunt. Neque enim homo Dei refert imaginem, quã iracundia præditus est: neque voluptas præstantissimæ naturæ nota putari debet,sicut & timiditas, & audacia, & maiorum cupiditas,& odium status deterioris, ceteraque his consimilia longè à diuino illo charactere absunt. *Perturbationes habemus à brutis.* Quapropter hæc accepta de brutis, hominis vsurpare natura cœpit. Quibus enim rebus vita brutorum ad se conseruandum munita est, eæ res ad hominis vitam translatæ,sunt hæ ipsæ de quibus loquimur,animi siue perturbationes,siue affectiones. Iracundia belluas crudiuoras tuetur ab interitu: fœcundas voluptatis appetitus, imbelles trepidatio: quæ à robustioribus se tueri nequeunt, metus: grandes sustentat ingluuies. Cõtraque, si quo potiri quod volupe sit, nequeant, id dolorem in eis excitat. Hæc omnia, & his alia consimilia quædam vnà cum procreatione bruta hominis opificium occuparunt. Liceat autem mihi hoc loco de sculptorum præstantium more, hominis imaginem vi orationis exprimere. Quemadmodum enim

videre est quasdam effigies, in quibus duplex est
Hominis duplex similitudo. expressa forma, fingentibus has artificibus ma-
gno studio, atque vni capiti geminas vultuū for-
mas insculpentibus, vt eas spectatores quodam
rum stupore intueantur: sic mihi & in homine
duplex esse similitudo videtur, quarum altera lō-
gè ab altera dissideat. Diuinum enim mentis do-
num quod attinet, pulcritudinem hæc eam, quæ
in Deo est, refert. ceterū qua cupiditates et quæ-
dam insunt, ortæ ex animi morbis, etiam naturæ
brutæ cognatione tenetur. Itaque nonnumquā
& ipsa ratio sic obbrutescit, vt ab affectione erga
brutam partem victa, quod est in homine præstā
tissimum, vi deterioris obruat. Nā si quis eò mē-
tis facultatem pertrahit, vt rationem seruire mor
bis animi cogat, næ tū vniuersa natura in aliam
quasi figuram redacta, eximiæ formæ in imaginē
brutam fit commutatio, ratiōe morbos illos ip-
sos extolente, ac breui de paucis magnam eorū
copiam efficiente. Omnem enim operam suam
Perturbationes in homine ange ratio. eis locans, facit vt ampla quædam rerum absur-
darum ac densa materies exoriatur. Sic cùm vo-
luptatis studium ex similitudine, qua bruta refe-
rimus, profectum in nobis sit: adeò tamen homi-
num delictis creuit, vt in animalibus ratione ca-
rentibus tot voluptatum formæ nullo modo de-
præhendantur, quot voluptariorum hominum
scelesta libido excogitauit. Sic & animi ad iram
commotio, habet illa quidem non nihil affine cu
piditati brutorum, verùm multo maximè à ratio-
nis ope augetur. Ab hac enim proficiscitur diu-
turna irati animi acerbitas, inuidia, mendacium,
insidiæ, simulatio. Hæc omnia prauæ mentis qua
si agricolationi accepta ferendā sunt. Nam si hæc
animi perturbatio, quam iram dicimus, à rationis
ope societateque destitueretur: haud dubiè mo-
mentaneum quiddam & languidum foret, quod
instar bullæ simul & oriretur, & interiret. Sic ad
imitationem ingluuiei porcorum, homines aua-
riciæ studio teneri cæperunt. sic in equis elata fe-
rocia superbiæ occasionē præbuit. Denique per-
turbationes animi vniuersæ & singulæ à brutis
ortæ, praua mentis vsurpatione vitiorum origo
extiterunt. E contrario, si imperium in hos ani-
Ratio cohibet motus animorum mi motus in se trāsferat ratio: singuli virtutis for-
mam induunt. Nam fortitudo ex iracundia ori-
tur: timiditas facit, vt certo præsidio nosmet mu-
niamus: metus, vt libenter pareamus: odium in a-
uersationem vitiorum commutatur: charitas ve-
ræ virtutis in nobis amorem excitat: elata feroci-
tas, facit vt supra perturbationes omnes nos effe-
ramus, & animi magnitudinem cōseruat, quo mi
nus is à vitiis superatus seruitutem seruiat. Huius
Colos. 3. modi certè animi elationem magnus etiam Apo
stolus ille prædicat, qui frequenter nos cohorta-
tur, vt eis quæ sursum sunt, addicti simus. De quo
iam & illud intelligi potest, omnem animi motū
vnà cum excelsa mentis facultate se attollentem,
ad diuinæ imaginis pulchritudinem conformari.
Cùm autem grauitate quadam sua deorsum vi-
tia vergant, iccirco frequentius id, quod contra-
rium huic est, accidit. Multo citius enim prin-
ceps animi facultas brutæ naturæ pondere impul
sa deprimitur, quàm quod graue ac terrenum est,
vnà cum mente in altum subleuetur. Iccirco sæ-
pe diuini muneris præstantia præpediente mise-
ria nostra non satis in nobis perspicitur: fitque vt
A pulchritudo diuinæ imagini respondens, mor-
bis carnis tamquam turpissima quadam larua
obducatur. ideoque veniam quodam modo
merentur, si qui ad huiusmodi quædam re-
spicientes, esse in his imaginem Dei posse non
facilè concedunt. Illustris illa profectò in eis
conspicitur, qui vitam suam ad virtutis normam
accuratè exegerunt. Quod si quem animi mor-
bis obnoxium, carnique deditum, diuina pulchri
tudine exornatum esse non credis: at in alium in-
tuere, cuius in excelso virtus sit, & qui purus sit à
scelerum labe, is facilè te cōfirmabit, vt benignius
de hominū natura sentias. Extinxit naturæ pul-
B chritudinem (rectius enim hæc exemplorum in-
dicatione declarātur) per scelerum inquinatio-
nem quidam nobilitatus flagitiis, verbi gratia Ie-
chonias, aliùsue malis ex facinoribus celebris. At
Moses contrà, Mosique consimiles alii, formam
diuinæ imaginis puram conseruarunt. Ergo in
quibus pulchritudo non est obscurata, de ijs per
spicuè verum esse intelligitur, hominem vt Dei si
mulacrum foret, factum esse. Fortè nō nemo est,
qui pudendum quiddam existimet esse, quòd ho
minis vitam ciborum vsu, perinde vt & bruto-
rum, conseruari necesse sit: atque iccirco indignū
C esse statuat eum, qui ad imaginem Dei factus cre
datur. Verumenimuerò is certa sibi spe futurum
polliceatur, vt naturæ humanæ in vita, quam alte-
ram expectamus, ab hoc alendi corporis officio
immunitas concedatur. Nam Dei regnum, quem
admodum Apostolus ait, in cibo potúue non cō- *Rom. 14.*
sistit. Et Dominus prodidit, non pane solo victu- *Matt. 4.*
rum esse hominem: sed omni verbo, quod de ore
Dei exeat. Præterea tùm resurrectio nobis vitam
promittat angelicæ parem, atque angeli cibo nul
lo vtantur: planè statuendum est, hominem haud
dubiè aliquando hac etiam molestia liberatum
iri, si quidem angelorum more victurus sit.

D *XIX. Aduersus illos qui affirmant, eorum bonorum, quæ bona altera in vita exspectamus, fruitionem non nisi in cibo ac potu fore: idque propterea, quòd sacris sit litteris proditum, initio mundi hominem rebus iisdē in paradiso vitam suam conseruasse.*

OBiecerit tamē hoc fortasse loco nobis aliquis
hominem ad vitæ pristinæ statum non esse
rediturum, quādo vitam illam priorem ciborum
vsu ali oportuerit: posthac autem futurum sit, vt
eo labore semel defungamur. Ego verò cùm quod
sacris traditum litteris est, audio, non de corporis
cibo tantùm intelligo, neque de lætitia carnis:
sed etiam aliud quoddam nutrimētum agnosco,
E quod modo quodam corporis illud quidem nu-
trimento respondet, verùm eius fruitio solùm ad
animum pertinet. Vescimini or panibus meis, in- *Ioan. 7.*
quit ad eos Sapientia, qui esuriunt: & Domi-
nus felices prædicat, si qui huiusmodi cibum ex-
petant. etiam illud adiicit: Si quis sitit ad me ve-
niat, & bibat. itidem ille magnus Esaias præcipit
omnibus qui possint præstantem ipsius doctri-
nam capere, vt læticiam bibendo hauriant. Ex-
stat & vatis comminatio in eos, qui merito suo
pœnis sint subiiciendi, qua futurum prædicit, vt
fame intereant. Ea verò fames nequaquam pa- *Amos. 8.*
nis & aquæ, sed diuini sermonis inopiā significat.
iccirco subiicitur: nō esse illā famē sitim ve profe-

ctam ex panis & aquæ inopia:sed famem ottam A
ex cupiditate audiendi diuinos sermones. Igitur
horto diuinitùs in Edem(quæ vox delicias signi-
ficat)plantato dignus est fructus tribuendus quo
hominem altum esse non dubium est : neque ci-
bum vitæ huius momentaneum ac fluxum,eum-
dem esse cum illo putemus,quo in paradiso frui-
Genes.2. turi eramus. De omni ligno(inquit Deus)quod
est in paradiso,vescetis.Quis homini rectè esuné
ti fructum ligni illius de paradiso tribuat,quo bo
num omne compræhenditur, & quod oratio di-
uina omne nuncupat , cuius etiam fruendi pote-
statem homini largitur ? Nam latissima certè , &
eximia illa voce cognata inter se bonorum spe- B
cies omnis continetur , inque vno boni adeò to-
tius vniuersitatem existere significatur.Qui con-
trá hominem arceat ab altero ligno, cuius fruitio
mistum quiddam habet,& est vtramque io parté
efficax? Non enim obscurum esse potest homini
intelligenri,quid sit illud omne, cuius est fructus
vita:& quid alterum illud mistú,cuius finis mors
est.Nam qui illius omnis homini fruitionem per
petuam concessit,idem quoque ratione quadam
& consilio certo promiscuorum vsu nobis inter-
dixit.Ac mihi quidem libet magno illo Dauide,
sapienteque Solomone, tãquam magistris in ha-
rum rerum explicatione vti. Nam vterque deli- C
cias cõcessas interpteratur verum illud bonum,
quod idem est cum bono omni. Dauid quidem
Psalm. 36 inquit: In Domino remet oblecta. Solomo auté,
Prouer.b. 3 sapientiam , quæ est ipse Dominus , lignum vitæ
appellat. Igitur lignú illud omne idem est quod
lignum vitæ, cuius fruitio homini ad Dei imagi-
né facto cõceditur. Ceterum ab hoc aliud quod-
dam lignum discernitur,cuius fructus est boni ac
mali cognitio.Non quòd alterum horum aduer-
santium sibi vicissim produceret : sed quod pro-
miscuum ac confusum quemdam fructum pro-
ferret, cui qualitates illæ sibi aduersãtes inessent.
De hoc vesci hominem Dux vitæ vetat , serpens D
suadet, vt morti viam ad perimendum hominem
strueret. Vincit verò malus hic tamdem consilia-
rius,pulcritudine ac voluptate quadam fructum
exornans,vt & aspectu iucundus esset,& appeti-
tionem gustandi sui proritaret.

XX. *Quæ fuerit in paradiso vita quódue sit lignum vetitum.*

QVOD nam igitur illud est lignnm,exorna
tum delicits,quæ sensu percipiútur,cui bo-
ni maliq; ac mista quædá cognitio inest ? Equidé
non longe à veritate aberrauero , si mentis intel-
ligentia,quatenus intelligi hæc possunt , hac ipsa
in consideratione vtar. Sic enim existumo,nõ hoc
Cognitio loco per cognitionem intelligi scientiam. sacris
& discretio enim in litteris iouenio discrimen quoddam in-
Hebr. 5. ter cognitionem ac diiudicationem. Nã bonum
ac malum accurata quadam scientia diiudicare,
facultatis esse perfectioris cuiusdam, & sensuum
exercitatorum, Apostolus tradit. Iccirco præcipit
quodam loco,esse omnia exploranda,& diiudica
tionem tantum in hominem spiritualem cadere
adfirmat. Cognitio verò non scientiam ac noti-
tiam vbique significat , uti vox ipsa notare vide-
tur:sed quamdam animi ad id quod gratum no-
bis est,affectiõe. Vt cùm sciptom est: Nouit Do-
minus suos. Et ad Mosem inquit : Noui te supra

omnes. Etiam de damnatis ait,qui cetetò quin o- Exo.
A mnia nouit: Numquam noui vos. Lignum ergo Matth. 7.
de quo cognitionis promiscuæ fructus capitur,
est in rerum vetitarum numero. Dicitur autem
fructus ille,quem serpens prædicat, ex rebus ad-
uersantibus sibi constare: fortassis eam ob caus-
sam,quòd malum planè nudum, vt est natura sua,
numquam nobis appareat. Profectò enim in ho-
mine permouendo nulla vitiorum efficacitas fo-
ret,si non quidam eis boni color additus,homini
cupiditate sui io fraudem illecto fucum faceret.
Nunc verò malum esse mistum videmus , cuius
in fuodo pernicies est, veluti quædam insidiis latés
B cùm exterior dolus imagioem boni ostentet. A-
uaris præclarum quiddam esse videtur argenti
splendor cùm eius cupiditas malorum omnium
radix existat. Quis hominum in fœdam intem- Mala pro
perantiæ prolaberetur illuuiem,nisi eum in mor- bonis appe
bum hoc nomine velut inescatus pertraheretur, tuntur.
quòd voluptatem esse rem bonam & optabilem
existimat ? Eodem modo vitia cetera , cùm certú
exitium occultent,prima tamen vice videntur ex
petenda, seque in animos imprudeotum pro bo-
no insinuant. Cùm igitur pleraque hominú pars
id bonum esse iudicet , quod sensus delectat: cú-
que adeò communis appellatio boni sit cùm ei
C quod verè bonum est , tum alteri quod bonum
esse videtur: iccirco sacræ litteræ appetitiooem
mali latentis sub boni specie , cogoitionem boni
& mali nominant,per quam affectio quædam &
temperamẽtum intelligitur. Non enim fructum
ligni vetiti absolutè malum aliquod esse tradunt,
cum boni quasi floribus quibusdam exornatus
sit: neque contrà purè bonum , cum sub eo ma-
lum lateat: sed ex vtroque mistum,quo qui vtan-
tur , certissimum ad interitum ruant. Itaque tan-
tùm non apertè clamant, verum bonum simplex
& vniusmodi quiddam natura sua existere , alie-
num ab omni duplicitate , aduersantiumque sibi
D rerum coniunctione. Malum contrà varium esse,
ac quodam modo quasi vestitú : quodque aliud
quiddam initio videatur , quàm esse deinde per
experientiam depræhenditur. Nam si ad eius co-
gnitionem perueniamus , hoc est , si semel facto
periculo malum amplectamur , tum nimirú esse Genes. 2.
illud in nobis caussam initiumque mortis & in-
teritus. Iccirco serpens vitiosum peccati fructum
homini demonstrat , non illum quidem apertè,
qualis à natura erat :(non enim per manifestum
malum falli homo potuisset) sed externa venu-
statis eum specie ornat,adeoque gustui eius volu
ptatis aliquid,quod sensu perciperetur,per quas-
dam quasi præstigias indit , vt ita mulieri quod
vellet persuaderet. sic eoim litteræ sacræ loquú-
tur: Vidit autem mulier lignum illud bonum esse
ad vesceodum, & oculis gratum mirificeque iu-
cundum adspectu. itaque fructum eius acceptú
comedit. Cibus autem ille mortem homini per-
perit. Atque hic fuit is , de quo disserimus, pro
miscuus fructus, declarantibus perspicuè litteris
sacris , quo sensu lignum hoc scientiæ boni &
mali appellâtior. Perinde videlicet , atque ve-
nena melle condita , quà sensui ob dulcitu-
dinem grata sunt, bonum quiddam esse : qua ve-
rò vteotem interimunt malorum omnium ex-
trema censentur. Hoc igitur venenum quam-

primùm hominis vitam rentando læsit, præclarum illud hominis opificium ac nomen, adeoque diuinæ naturæ simulacrum vanitatis, quemadmodum vates loquitur, similitudinem induit. *Psalm. 143* Itaque iam imago ad partes in nobis præstantiores referenda est. Quæcumque autem molesta in vita, & tristia accidunt, longè scilicet à similitudine naturæ diuinæ separari debent.

XXI. Resurrectionem ex mortuis non tam propter prædictionem litterarum sacrarum, quàm necessarium rerum ordinem omnino exspectandum esse.

VErum enimuerò non tantū mali robur est, vt vim boni possit exsuperare: neque naturæ nostræ imprudentia Dei est sapientia vel potior, vel constantior. Fieri enim non potest, vt quod vicibus alternis commutatur, illo firmius ac durabilius existat, quod semper eodem modo affectū, inque bono fixum ac stabile est. Nam Dei consilium in omnibus rebus perpetuò immutabilitatē suam retinet: nostra verò natura mutationibus obnoxia, ne in malo quidem constanter persistit. *Humana natura mutationibus abnoxia.* Quod enim semper mouetur, si quidem ad bonū progreditur, propter ipsius rei quam veluti peragrare conatur, infinitatem, nunquam vlterius contendere desinit. Neque enim boni metam vllam inueniet: quam vbi contigerit, à motu fiat institio. Sin diuersam in partem deflectēdo perget, vbi cursum mali absoluerit, & ad eius extremum peruenerit: tū scilicet impetus ipse perpetui motus, cùm natura sua nullam requietem inueniat, percurso mali stadio necesse est ad bonum vicissim sese conuertat. Malum enim cùm nequaquā sit infinitum, sed certis quibusdam finibus descriptum: consequi necesse est, vt mali extremū boni successione cōtinuetur. Itaque, vt est indicatū, perpetua naturæ nostræ motio tandem aliquando ad iter bonum reuertetur, castigante nos memoria priorum ærumnarum: vt omni studio caueamus, ne in miserias cōsimiles recidam*. Versabimur igitur rursus aliquando boni in curriculo, quādo certū est mali naturā necessarijs quibusdā terminis finitā esse. Quēadmodū enim homines rerū supra nos apparentiū periti tradunt, mundū vniuersū lucis plenū esse: tenebras verò fieri affirmant ex vmbra terreni corporis, obuertantis se soli, cùm quidem ab illius radijs à tergo secundum formam rotundi corporis vmbra instar coni claudatur: (sol enim, cùm multis partibus terra maior sit, vndique radijs eam suis amplexus, in extremo cono lucem coeuntem rursus quasi connectit. Itaque si fieri posset, posse autem, docendi caussa scilicet, statuamus, vt quis vmbram vniuersam penetraret, is tandem in lucē perueniret, neque vlla cum ex parte tenebræ contingerent:) sic & de nobis cogitandum est: fore vt postquā mali terminum prætergressi simus, adeoque ad extremam peccati vmbram peruenimus: tum ergo fore, vt rursus in luce viuamus, quando bonorū natura comparata mali ad magnitudinem, infinitis eam partibus superat. *Resurrectio necessariò exspectāda* Quapropter iterum in paradisi possessionem mittemur: iterum ligno illo fruemur, quod est lignum vitæ. Restituetur nobis imaginis præstantia, & imperij dignitas. Non de imperio in res illas loquor, quæ ad vsum huius vitæ hominibus à Deo subiectæ sunt: sed aliud quoddam regnum exspectādum nobis esse statuo, cuius tota ratio illorū in numero est, quæ enarrari dicendo nequeunt.

XXII. Refutatio illorum, qui obijciunt: Cur non iā olim excitatum ex morte sit hominum genus: quidue post quædam temporum interualla resuscitatio exspectetur, si quidem res bona esse putanda sit.

ENimuerò continuæ seriei rerum, quæ explicantur, inhæreamus. Nam fortasse nō nemo ad dulcissimæ spei meditationem erectis alis animi graue molestumque existimabit esse, bona illa nō continuò nos apisci, quæ longè sensum & intelligentiam humanam exsuperant, & efficiunt vt vehementer ingrata nobis sit intermedia temporis dilatio, qua ab vsu rei exoptatissimæ arcemur. Verùm nemo hac de caussa sese affligat, puerilē ve in mundum exiguum ad interuallum fruitionem rerum iucundarum differri molestè ferat. Nam cùm omnia certa ratione ac sapientia gubernantur, omnino fateri necesse est, nihil eorum quæ accidunt, sine ratione, & quæ in ipsa ratione est, sapiētia fieri. At quæ istæc, inquies, ratio est, propter quā tristis huius vitæ commutatio nō fit in vitam optabilem: sed ad definita quædam spacia temporis dilata, molesta hæc in corpore vita finem perfectionis omnium exspectat: vt deinde tanquam à freno quodam liberata, quasique sui iuris effecta, ad beatum, omniumque morborū expers æuum cursu contendat? In hac expositione sit ne veritati consētanea futura oratio nostra, nimirum ipsa veritas planè intelligit. Mihi quidem ad animum quod accidit, huiusmodi quiddam est. Primùm igitur hoc repeto, quod indicatum est suprà: Faciamus inquid Deus, hominem ad imaginem similitudinemque nostram. itaque fecit hominem Deus, & ad Dei imaginem eum fecit. Hactenus imago Dei vniuersa humana in natura esse absoluta, numerisque suis perfecta intelligi debet. Adamus verò necdum factus erat. nam Adamus secundum notationem nominis, terrenum figmentum significat, quemadmodum Hebreæ linguæ periti tradunt. Iccirco & apostolus excellenter vernacula in lingua eruditus, hominem è terra factū choicó quasi dicas puluereum, appellat: *1. Cor. 15.* voce Adam in Græcam commutata. Homo igitur ad imaginem Dei factus est, natura scilicet hominum vniuerse intellecta, diuinū illud opus. Sic autem omnipotente Dei sapientia factus est, non vt pars totius tantùm: sed eodē momento natura integra existeret. Prospiciebat enim his, qui fines rerum omnium quasi pugno compræhendit, sic enim sacros libros loqui videmus: In manu eius omnes terræ fines sunt, *Psalm. 94* prospiciebat ergo, qui omnia etiam ante ortum ipsōrum nouit, quem ad numerum genus humanum in singulis amplificandum foret. Cùmque illud etiam in nobis futurū animaduerteret, vt ad statū deteriorem nosmet demitteremus, atque deperdito sponte nostra dignitatis gradu, quo pares angelis eramus ad humilioris sortis creata nos adiungeremus: etiam brutum aliquid imagini suæ miscuit. Non enim masculi feminei que sexus discrimen in illa diuina beataque natura esse putari debet: sed translato Deus in hominem eo, quod opificio bruto proprium erat, modum generi nostro propagationis adeò excellenti creato nequa-

quam consentaneum tribuit. Nam facultatem [A] augendi & amplificandi generis homini non tribuit id temporis, quo eum ad imaginem sui condidit: sed cùm in eo sexus masculi femineique discrimen fecisset, inquit: *Genes. 1.* Augescite, ac vosmet amplificate, & terram complete. Id enim non iam diuinæ naturæ attributum est, sed brutæ: quemadmodum ipsa rerum gestarum series ostedit, De uni eadem etiam de brutis prolocuutum esse. Vt omnino statuendum sit nullo nobis pacto procreationis specie, qua bruta propagantur, opus futurum fuisse: si quidem ea, quam diximus voce homini facultatem augendi se concessisset prius, quàm in natura nostra sexus discrimen existe- [B] ret. Cùm igitur vniuersè genus nostrũ Deus (qui ordine certo cuncta administrat) prospiceret more brutorũ animantium oriturum, neque fieri aliter posse intelligeret, quàm vt hoc modo propagaretur, natura se nostra humiliorem ad statum demittente, sicut ipse multò antè fore præuiderat qui futuros euentus tanquam res præsentes intuetur: etiam æuum quoddam conueniens opificio humano præstituit, vt animorum numero temporis duratio responderet: atque tum demũ fluxus ille temporis motus quiesceret, cùm genus humanũ propagari desijsset. Huius denique procreatione absoluta, temporis etiam continuatio [C] exspiraret: sequente porrò rerum instauratione & mutatione vniuersitatis huius, cum qua hominis coniuncta esset conuersio, de natura interitui obnoxia terrenaque, in quamdam morbotũ expertam & immortalem. Eò mihi respexisse diuinus ille Apostolus videtur, cùm in epistola, quã ad Corinthios scripsit, subitum temporis desinentis finem, terramque prius mobilium diuersam in partem conuersionem prædiceret. sunt enim hæc *1. Cor. 15.* ipsius verba: Ecce rem arcanam vobis patefacio. nos quidem omnes non dormiemus, omnes tamen commutabimur, idque in temporis pun- [D] cto, & oculi momento, ad extremæ tubæ clangorem. Hoc mihi dicere videtur, hominum natione, illo modo qui præfinitus à Deo est, amplificata, cùm animorum numero nihil accedere porrò poterit: tum ergo res vniuersas vno temporis momento commutatum iri. *Punctum temporis.* Pũctum enim & oculi momentum appellat extremum temporis terminum, omnis expertem dimensionis, quique nullas in partes diuidi queat. Itaque fieri nõ posse docet, vt quis ad eam certo quasi ambitu definitam mutationem, quæ per mortem fit, perueniat, & extremum ac summum temporis momentum attingat, post quod nulla pars eius reli- [a] qua est: nisi prius tuba, quæ resurrectionem ex mortuis præcedet, clãgorem suum edat, quo pars humani generis mortua quasi de somno excitetur: ea verò quæ adhuc in viuis erit, perinde vt ceteri per resurrectionem, ita & ipsa subitò ad immortalitatem commutetur: vt eam deinceps carnis pondus deorsum onere suo non deprimat, humoue terrena moles affigat, sed elata in sublime ipsum aëra penetret. Hæc enim Apostolus subiecit: Rapiemur per nubes in aëra, vt Domino occurramus, atque ex eo tempore perpetuò cum Domino erimus. Quamobrem vnusquisque temporis hominum incremento destinati moram patienter ferat. Nam & Abrahamus, aliique patres

[A] illi principes, quamquam desiderio videndi bona isthæc tenerentur, neque vnquam cælestem patriam quærere desinerent, vt Apostolus loquitur: tamen adhuc etiam necesse habent diuinum illud munus expectare, Deo cõmodis nostris in hoe benignè prospiciente, vt Paulus quidem ait, ne sine nobis perfectionem aspicerentur. Si igitur illi moram hanc libenter ferunt, qui multis etiam sæculis nos præcesserunt, atque illa bona sola fide ac spe intuentur, itaque eis acquiescunt, Apostolo teste: certò sibi pollicentes fore, vt speratis bonis fruantur, cùm fidum illum esse statuant, qui ea promisit: quid nos tandem æquum [B] est facere, quorum nonnulli sic vixerunt, vt meliora sibi spe polliceri vix habeant? Etiam Dauidis vatis animus ex ingenti cupiditate defecit. Ita *Psal. 83.* que hãc amoris & desiderij affectionem ipse suis in hymnis fatetur, cùm inquit, magno se teneri desiderio, atque etiam animum præ studio deficere quo esse in palatijs Domini cupiat: etiamsi futurum sit, vt in extremis abijciatur. Longè enim maius atque optabilius esse, istic in extremis cõseri, quã in vitiosis huius vitæ tentorijs vel principẽ locũ obtinere. Nihilominus morã ferebat, cũ vitam quidẽ illã vt beatã prædicaret, eiusque vel breuissimum fructum tempori millies ampliori antefer- [C] ret (sic enim loquitur: Potior est dies vnus in palatijs tuis, quàm aliorũ multa millia) *Ibidem* minimè tamen ei molestum esset, res vniuersas certo Dei consilio administrari. Adeoque satis hoc esse ad beatitatem hominibus existimat, si bonis istis vel animi spe saltem incubent. quapropter in extremo ait: Domine qui Deus exercituum, quàm beatus est, qui spem in te suam collocat? Ergo ne nos quidem nosmet affligamus ob exiguam moram qua speratis illis bonis carendum est: potiusque omni studio demus operam, ne nostra culpa eorum spe excidamus. Quemadmodum enim, si quis homini prædicat imperito, æstatis tempore [D] fructus colligendos esse, ac deinde cùm horrea plena, tum cibis mensam vbere illo tempore refertam fore: fatuum esse necesse sit, qui statim id tempus exoptet, cùm necesse sit prius sementem facere, magnaque industria fructus ipsos parare. Tempus quidem te vel volente, vel inuito, cùm rerum ordo postulabit, aderit. Pari autem ratione aduentum eius non excipiet, cùm is qui vberrimam sibi fructuum copiam studio suo parauit: tum qui à rerum necessariarũ apparatu instructus non est. Sic equidem statuo, cùm omnibus notũ sit ex diuinis oraculis, fore tempus quoddã, quo res omnes commutabuntur: non curiosè in mo- [a] menta temporum esse inquirendum (quando cognitionem horum Dominus ipse nobis ademit) neque ratiocinationibus operam esse dandã, per quas animus in spe resurrectionis debilitetur: sed debere vnumquemque firmiter innitentem fidei qua res illas expectatas amplectitur, recta viuendi ratione diuinũ illud donum quasi antecapere.

XXIII. Qui mundi originem aliquam esse fateatur, eum & finem eius fore aliquando, non posse non concedere.

SI quis autem intuens in mundi motum ordine quodam progredientem, quo temporum interualla notantur: fieri nequaquam posse dicat vt aliquando res secundum oracula diuina mo-

ueri desinant: is ne cælum quidem ac terram initio condidisse Deum credit. Nam qui initium quoddam in motu statuit, finem eius aliquem fore nõ dubitat: perinde atque initium nullum admittit, qui finem non statuit. Nos autem, quemadmodum sæcula Dei verbo condita esse intelligimus, atque de rebus nusquam apparentibus, vt Apostolus ait, ea quæ cernuntur facta esse credamus: eadem persuasione hoc etiam Dei verbũ amplectemur, quo res vniuersas à motu cessaturas necessariò prædixit. Curiositatem quidem nostram, inquirentem quî hoc fieri possit, tolli oportet. Nam & istic omissa rerum, quas indagando comprehendere non possumus, inquisitione, indubitata persuasione res nusquam apparenteis conditas statuimus, vt deinde cernerentur. Atqui non pauca sunt quæ nobis occasionem dubitandi præbere possint, deque ijs etiam quæ vera credimus ambigendi. Nam & in doctrina de ortu rerum contentiosis ingenijs nonnihil esset, quo eis subuertere de collectione verisimilium persuasionem nostram liceret, vt non planè verum esse crederemus id quod est de creatione rerum ex materie constantium diuini auctoritate verbi traditum, originem omnium ad Deum referentis. Huic enim doctrinæ qui aduersantur, coæternam esse cum Deo rerũ materiam probare conantur, sententiamque suã vt confirment, argumentis huiusmodi vtuntur: Si Deus est, inquiunt, natura simplex, expers omnis materiei, qualitatum, magnitudinis, nulla ex re compositus, nullius formæ terminis circumscriptus: omnem verò materiem spatijs certis cõprehendi necesse est, & à sensuum organis percipi, siue ex colore, siue forma, siue mole, siue magnitudine ac soliditate, attributis denique ceteris cognitam, cùm nihil horum, diuina in natura existat: quî fieri potuit, vt à materiei omnis experte materies conderetur? & ab eo, in quo nullæ sunt dimensiones, natura quæ has omnes habet? Nam si à Deo profecta esse omnia credendum est, nimirum modo quodam inexplicabili orta sunt, cùm in ipso Deo essent. Si porrò quiddam in ipso crassum erat: quo pacto expers fuit materiei, quam ipse complectebatur? Similiter dici de ceteris vniuersis potest, quæ res (vt ita dixerim) materiatas constituunt. Si est in Deo magnitudo, quomodo idem magnitudinis est expers? si quid est in ipso compositum, quomodo simplex est, & nullis ex partibus cõstat? Denique cogit nos hæc ratio, vel vt ex materie Deum cõstare fateamur, si quidem ex ipso rerum materies orta est: vel si hoc quis aduersetur, extra se Deum materiem condidisse, de qua vniuersitatem hanc fabricaret, statuamus necesse est. Ergo si materies extra Deum erat, haud dubiè quiddam extitit aliud à Deo, quod cum illo ortus experte coæternum fuit. Adeoque duo constituuntur simul & principij & ortus expertia, quorum alterum instar artificis operetur, alterum illius effectiones recipiat. Ex hac porrò necessitate si quis statuat creatori vniuersitatis huius æternam adiunctã fuisse materiẽ: quantã decretorũ suorũ approbationẽ inuenturi sunt Manichei, qui principiũ materiatũ perinde æternũ cõstituũt, atque est De⁹, quem vocant naturã bonam? Enimuero nos quod Sacras litteras affirmantes audimus, esse nimirum vniuersa ex Deo credimus, quomodo autem in deo fuerint, cùm rationis nostræ intelligentiam excedat, inquirendum esse non putamus, persuasi Deum omnia posse, & condere aliquid de nihilo, & conditio qualitates indere tales, quales sit ipsi visum. De quo etiam hoc sequi necesse est, perinde atque statuamus ad rei non existentis creationem solius diuinæ voluntatis potestatem sufficere: ita si rerum iam conditarum instaurationem eiusdem potestati relinquamus nihil nos quod à vero abhorreat, credituros esse. Quamquam etiam fortasse præstari à nobis potest, vt indagatione quarumdam rationum eis qui de materie hoc pacto contendunt, satisfaciamus, ne prorsus de illa nihil dicere voluisse videri possimus.

XXIIII. Refutatio illorum qui aiunt, materiem & Deum coæterna esse.

NOn enim ex earum rerum numero, quæ res ratione sunt inuestigatæ, tollenda est hæc de materie sententia, quæ illam à natura secreta ab omni materie, & quæ sola mentis intelligentia comprehenditur, ortam esse tradit. Omnis namque materies qualitatib⁹ quibusdam prædita est. eis si reipsa priuetur, non iam amplius ratione comprehendi poterit. Ratio quidam species qualitatis quaslibet separare à materie subiecta potest: ratio autem mentis est propria quædam cõtemplatio, non corporis. Esto, exempli gratia, propositũ cõsiderationi nostræ vel animal quoddam, vel lignum, vel quid aliud quod ex materie constet. Multa in hoc cogitatione secreta consideramus, quorum singulorum ratio nequaquam inter se confunditur. Alia enim coloris, alia ponderis, alia quantitatis, alia qualitatis in contactu est ratio. Nam mollitudo, duùm cubitorum magnitudo, cetera quæ diximus, neque inter se mutuò, neque cum corpore per rationem conferuntur. Singula enim, ita vt existunt, propria quadam finitione considerata intelliguntur, cui nihil est cum qualitatibus in re subiecta ceteris commune. Ergo si comprehenditur à mente color, soliditas, quantitas, attributa huiusmodi cetera, quæ singula si rei subiectæ adimantur, tota corporis ratio dissoluitur: vero nimirum consentaneum erit, earum rerum concursum naturam ex materie constantem efficere, quæ res si absint, corpus interire videamus. Nam vt corpus non est, quod colore, forma, soliditate, spatio, grauitate, attributis ceteris præditum non est, sicut & hæc singula corpus non sunt, cùm à corpore seorsum considerata distingui possint: sic è contrario, vbi ea quæ recensuimus coeunt, corpus constitui necesse est. Horum autem corporis attributorũ consideratio si mentis facultate fit, ac Dei etiam natura mente tantùm comprehenditur: non abhorrens à vero censendum est, si dicamus à natura corporis experte oriri principia menti consentanea posse, de quibus deinde corpora constituantur, natura quæ mente percipitur, facultates sibi consimiles excitante: quarum deinde concursu mutuo res, quæ ex materie constat, oritur. Verùm hæc animi causa extrà institutum à nobis inuestigata putari debent. Iccirco iam reuocanda illam ad persuasionem est oratio, qua de nihilo

Hebr. 11.

factam esse rerum vniuersitatem, & eã vicissim in alium statum commutandam esse, vt ex doctrina sacrarum litterarum accepimus, ita omnem extra dubitationem ponimus. A

XXV. *Quo pacto quis etiam alienus à doctrina ecclesiæ possit adduci, vt litteris sacris, resurrectionem ex mortuis fore affirmantibus, fidem habeat.*

VErùm fuerit aliquis fortasse, qui corpora per interitum dissipata considerans, & suæ potestatis modulo diuinam metiens, fieri non posse putet, vt ex mortuis resurgamus, ac res quæ mouentur quiescant, quæque nunc motu carent excitentur. Huic id primùm argumento sit, omnino futuram resurrectionem: quòd certissimis est B oraculis ea prædicta, quæ vera esse de hoc statui potest, quòd & cetera Dei vaticinia euentus ipse comprobauit. Nam cùm multa sint ac varia sacris litteris prodita, si ea vel falsa vel vera esse deprahenderimus: licebat & de resurrectionis doctrina perinde atque de ijs existimare. Nam si cetera falsa sunt, atque à veritate abhorrentia: etiã hæc mendacio non carebit. Sin omnia vera esse ipsa experientia testimonium perhibente, constat: consentaneum veritati etiam hoc de resurrectione vaticinium putandum erit. Renocemus ergo nobis in memoriam vnum atque alterum ex ijs, quæ antè sunt diuinitùs denuntiata & euẽ- C ta cum prædictionibus conferamus: vt ex illis cognoscamus, verus ne hac etiam in parte diuinus sermo sit existimandus. Quis est qui nesciat, quã olim Israelicorum natio rerum omnium copijs floruerit, cùm etiã aduersus orbis imperia cetera consurgeret? quàm præclara Hierosolymis erant palatia? mœnia? turres? opus templi magnificẽtia? ipsos Domini discipulos hæc admiratione digna censuisse constat. Nam quodam affecti stupore de horum intuitu, Dominum etiam his verbis ad contemplationem inuitarunt, quẽadmodum est sacro in Euangelio proditum: Quanta hæc opera sunt, quantæ structuræ? Dominus autem & D fore illo in loco vastam solitudinem demonstrat, & elegantiam structuræ vniuersam sic interiturã esse, vt non multo pòst de ijs quæ tum conspicerentur, nihil reliquum fore prædiceret. Idem supplicij sui tempore, cùm mulieres nonnullæ sequentes ipsum, esse latam iniustam aduersus innocẽtem sẽtentiã lamentando quererentur: quippe quòd necdũ diuini consilij, quo istæc fiebant, caussas perspicerent: suam quidem sortem vt minime deplorarent mouet, quam deplorari fas nõ esset: querelas autem lamentaque differrent in illud tempus, quod esset vere lacrymis destinatũ, E quo vrbem obsidione cincturi hostes, & oppugnaturi essent: eiusmodi miserijs nationem Israelicorum serie continua excipientibus, vt felices prædicaturi sint eos, qui sobolem nullã procreassent. Ac verbis quidem illis, quibus fore vaticinatur, vt eo tempore sterilem aluum felicem sint existimaturi: equidem indicari statuo ingens illud mulieris piaculum, quæ filij sui se carnibus exsaturasse traditur. Vbi ergo nunc illa præclara palatia? vbi templum? vbi mœnia? vbi turrium propugnacula? vbi Israelicorum respublica? annon esse illos per orbem propè dixerim vniuersum spatios videmus? an non vnà cum ipsis euersa palatia sunt? Ac mihi quidem hæc

Scripturæ veritas vnde probetur.

Marc.13.

Luc.23.

Dominus non ipsarum rerum caussa prædixisse videtur, quando nihil habituri auditores emolumenti erant ex prædictione rerum, quas euenturas certò vel ipsa experientia cognituri aliquando essent, etiam non prædictas: sed vt ex his porrò persuasionem quamdam animis eorũ de rebus multo amplioribus indéret. Nam quòd horum exitus prædictioni respondit, etiam reliqua certò fore demonstrat. Quemadmodũ enim si agricolæ seminum facultatem explicanti, fortè rusticæ rei quis imperitus fidem non habeat, satis ille sibi putarit ad veritatis indicationem, vno in grano vniuersorum que modius continet, vim facultatemque ostendere: ac quod de vno affirmet, idem etiam in ceteris verum esse policeri. Nam qui de vno aliquo tritici, vel hordei, vel alterius frumenti pleno modio comprehensi grano, in glebam contrecto, spicam nasci viderit, hùc etiam de ceteris nequaquam dubitare necesse est. Ita mihi veritas reliquis diuinis oraculis respondens, etiam huic de resurrectione arcanæ doctrinæ fidem consiliare videtur. Quamquam magis hoc fieri equidem credo per ipsam rerum experientiam. Non enim tam verbis quam reipsa resurrectionem fore didicimus. Ea verò cùm res sit ardua, & propè dixerim extra fidem posita: iccirco Dominus à miraculis inferiorib⁹ exorsus, paulatim nos condocefacit, vt in rebus etiam maioribus fidem ipsi habeamus. Atque vti mater ratione quadam consentanea sic nutrit infantem, vt initiò quidem tenero ipsius ori ac molli lac per mammillã instillet: deinde vbi iam dentibus præditus, ac maiusculus esse cepit, panem ei porrigit, non illum quidem asperum, & qui digeri ab infante nequeat, vt molles & inexercitatæ gingiuæ ab eius duricie non lædantur: sed suis dentibus mansum, effectumque talem, vt viribus pueri conueniat: ad extremum autem confirmato iã eius robore, teneriotibus assuefactũ ante hac, ad solidiores quosdam cibos deducit. Sic Dominus animo nos imbecillo præditos, quasi quemdam infantem per miracula nutrit. atque initio quidem in curatione morbi, quem posse curari vix existimasses, quasi quoddam de resurrectione procemium edit, cum rem quidẽ eximiam efficeret, quæ tamen humanam fidem mereretur. Nam cùm vehementer febre Simonis socrus vteretur, tantam mali mutationem vno sermonis imperio effecit: vt continuò ad ministrandum Christo & discipulis esset ei satis virĩ, quæ paulo antè moritura putabatur. Deinde potestati priori nonnihil addit, cùm regij cuiusdã filium in præsentissimo vitæ discrimine decumbentem exsuscitat. Narrant enim litteræ Sacræ illum iam fuisse moriturum, cum pater occlamaret, vt prius quam filius ipsi extingueretur, Dominus descenderet, nam momentis singulis vitam cũ morte commutaturus esse credebatur. Quod tam miraculum esse factum potestate quadam maiore putandum est propterea, quòd ad locum in quo decumbebat, non accessit: sed quasi à longinquo vitam ei solius imperij vi misit. Post hæc ad miracula quædam ardua magis accedit. Nam cùm ad filiam viri publico in consilio principis pergeret, nonnihil itineri moræ volens iniecit, dum curatum ab se profluuium sanguinis palàm faceret, ac

Simile ab agricolis.

Simile à nutrice.

Luc.4.

Ioan.4

Marc.5.

morti tempus concederet, quo puellam ægram occuparet. Itaque cùm ad eam venisset, à cuius A corpore non multo antè diremptus erat animus, ac lugubri clamore homines tumultuarentur, lamentisque dolorem suum testarentur: solo sermonis imperio puellam quasi excitatam de somno vitæ restituit, ratione quadam & via imbecillitatem hominum ad maiora deducens. Rursus hoc etiam alio quodam miraculo superat, & potestate excelsiore viam hominibus struit, vt fore ex mortuis resurrectionem crederent. Proditum est enim sacris litteris, Nain oppidum Iudææ quoddam fuisse. in eo viduæ mulieri filius erat vnicus, non iam amplius ætate puer, sed qui ex ephebis excessisset, & virorum in numero cēseretur. historia quidem sacra iuuenem appellat, atque paucis ea profectò verbis multa complectitur. ipsa narratio tantùm non lamentatio est. Erat inquit, mater hominis vita functi, mulier vidua. Vides quàm grauis illa ærumna fuerit? quàm tragicè rem tristissimam verba numero non multa declarent? nam quid dici aliud existimas, quàm nullam ei spem liberûm procreandorum reliquā fuisse, qua solari tristem hunc casum potuisset? erat nimirum vidua: non erat ad quem respiceret præter illum, qui iam diem in terris supremum obierat, is verò etiam erat vnigena. quantum in C eo mali sit, quilibet intelligit, qui non in natura tamquam ignotus hospes peregrinatur. solum hunc in lucem cùm ederet, partus dolores erat experta: soli mammas præbuerat: solus mattem in mensa exhilarauerat: solus omnis fuerat in ædibus lætitiæ quasi materies. siue luderer, siue tractaret seria, siue corpus exerceret, siue hilaritati deditus esset, siue prodiret in publicum, siue cum aliquo lucta congrederetur, siue in iouenum cœtu esset: nihil; esse præter ipsum solum matris oculis iucundum vel eximium poterat. Iam vxori ducendæ ætas erat idonea, cùm esset cetero qui totius familiæ stirps, ramus qui posteritatem pro- D pagaret, senectæ fulcrum. Etiam ætatis indicatio luctum auget. Nam ipse flos formæ emarcuisse significatur, cùm iuuenem exstinctum dicimus, cui ad iustam crassiciem barba necdū aucta fuerit: sed prima tantùm lanugo quasi efflorescere ceperit, genarum pulchritudine etiamnum nitorem suum ostentante. Quid tum animi fuisse illi miseræ putas, quæ filium talem amitteret? nimirum velut ab igne quodam viscera ipsius depasta fuisse necesse est, itaque acerbè lamentando se afflixit, cùm mortui cadauer amplexaretur, & quā diutissimè in luctu perduraret, minimè illa quidem properans exstincto iusta facere, sed satiari E dolore cupiens. Deinde subijcitur: Iesum, cùm illam esset intuitus, intimo viscerum motu erga ipsam vt commiseratione tangeretur, adductum fuisse, quare cùm accessisset, scandapilam attigit: & continuò qui eam portabant, substiterunt. Ibi tum mortuo, iuuenis (ait) tibi dico, expergiscere. Atque hoc pacto vitæ restitutum matri donat. Ergo huic nō exiguo iam ab interuallo mortuo vitam restituit, cùm tantū non sepultus esset. Quod iam miraculum priore maius est, quamquam eodem sermonis imperio sit effectum. Enimuerò Dominus ad prodigium excelsius etiam progreditur, vt proprius per manifestas effectiones ad

Luc. 7.

Ibidem.

resuscitationis miraculum accederemus, quod cetero qui difficile creditu est. Afflicta quidam valetudine Domino familiaris & amicus erat, cui nomen Lazarus. Hunc quamquam sibi charum, inuisere tamen Dominus nolebat, cùm procul ab ipso abesset: vt satis & loci & facultatis morti esset in absentia vitæ, ad efficiēdum id morbi ope, quod ipsi est proprium. Lazaro quidem quid accidisset cùm essent in Galilæa, discipulis indicat: atque etiam profectionem ad illum suam, vt iacentem excitaret. Sed illi rerum suarum trepidi, propter immanitatē Iudæorum, graue ac periculosum sibi fore statuebant, si tali tempore in Iudæam redirent. ac semet homicidis mactandos præberent. Itaque moram ex mora nectentes, serò tamdem è Galilæa reuertuntur. Nam domini potestas, ipsorum erat voluntate superior. itaque ducebantur ab ipso discipuli, vt apud Bethaniam initia mysterij de resurrectione, qua hominum aliquando genus excitabitur vniuersè, perciperent. toti iam dies erant elapsi quatuor: iusta mortuo iampridem facta: corpus sepulchro conditum, id vero simile est iam tum intumuisse, comparatumque ad interitum fuisse, cadauere ipso in illuuie terræ necessariò diffluente. Res ipsa fœda tantumque non abominanda, cogi omnium naturā id. quod iā ita dissoluisset, vt planè fœteret, vitæ restituere. Itaque tum haud dubiè prodigio quodam illustriori genus humanum vniuersè aliquando ex morte excitandum esse, demonstratū est. Non enim graui quis morbo leuatur, neque is qui extremum ducebat spiritum, vitæ restituitor: neque puella recēs mortua vitam recuperat, neque iuuenis iamiam sepeliendus de sandapila eximitur: sed homo ætate prouectior, iampridē mortuus, marcidus, putrescens ac diffluens, cuius ad tumulum, propter fœdum cadaueris halitum, vt Dominus accederet, vix ipsi necessarij ferendum existimabant: hic igitur vna voce vitam recuperans, fidem doctrinæ de resurrectione cōciliat: vt iam sit expectandum vniuersè, quod certis in partibus experientia verum esse docuit. Nā vt Apostolus memoriæ prodidit, eo tēpore, quo instaurabitur vniuersitas rerum, Dominum ipsū quadam quasi cum militari conclamatione, per vocem diuinorum nuntiorum principis, ac tubæ clangorem mortuos ad conditionem interitus expertem suscitaturum: sic nunc etiam Lazarus tumulo conditus, ad vocem imperiumque Domini mortem instar somni excutiens, & putrefactione, quæ mortuum continuò occupauerat, abiecta: integer & incolumis de sepulcro prosilit, ne vinculis quidem ipsum, quibus cùm manus tum pedes erant constricti, impedientibus. An hæc ad confirmandam de resurrectione persuasionem leuia tibi videntur? etiam ne quid de hac certius desideras? Non temerè mihi Dominus hoc apud Capharnaum ciues, tamquam ex ipsorum persona dixisse videtur: Omnino mibi tritum illud hominū vsurpatione verbum objicitis. Medice teipsum curato. Nam parerat, vt qui homines per edita in alienis corporibus miracula condocefaciebat, vt resurrectionem fore crederent: idem etiam illo in corpore, quod à nobis sumpserat, comprobaret. In alijs doctrinam hanc efficaciter declaratam confirmatamque vi-

Ioan. 11.

Resurrectionis certitudo.

1. Thess. 4.

Luc. 4.

disti. Morti proximos, puellam recens mortuam, iuuenem delatum etiam ad tumulum, cadauer denique putrescens: omnes hos ad vnius vocis imperiū morte relicta, rursus in vitam commigrantes vidisti. Iam ne & illos videre lubet excitatos, qui in vulneribus & sanguine mortem obierunt, ne quis in his fortè potestatem diuinā, mortuos in vitam reuocātem, esse imbecillam putet? In illum intuere, cuius perforatæ clauis man⁹ fuerunt: in illum inquam cui latus alterum hasta per fossum fuit. age digitos tuos per clauorum vestigiā circumfer: insere manum in vulnus inflictum ab hasta. existimabis facillimè, quousquo cuspidis acies penetrauerit, si de vulneris amplitudine, quàm vehemens hastæ fuerit impressio, coniecturam facias. Quàm enim altè ferrum penetrasse necesse est, cùm vulnus ipsum hominis manum insertam capere potuerit? Hic ergo cùm excitatus à morte sit, nemine opinor contradicente, verbis illis Apostoli nobis vti licebit: Quo pacto dicere nonnulli audent, resurrectionem mortuorum non fore? Quando igitur Domini vaticinia de hoc vera esse patet, quòd & ceteris eius oraculis euentus responderit: fore autem resurrectionem non verbis modò, sed ipsa etiam re declarauerit, nonnullis in vitam per resurrectionem reductis: quid deinceps prætexēt aduersarij causæ, quo minus nobis assentiantur? Cur non valere iussis omnibus, qui per philosophiā inaneisque fraudes capti, simplicem & inornatam veritatis persuasionem aduersantur, nudæ potius professioni huius adhærebimus? præsertim cùm de verbis vatis, numero paucis, quo pacto reuocaturus in vitam sit Deus homines, intelligere liceat. Aufe-res, inquit, ab eis spiritum ipsorum, & amissa cōtinuò vita in puluerē pristinum redigentur: Emittes spiritum tuum, & de integro creabuntur, innouata ipsius etiam terræ facie. Illo quidem tempore vates addit, fore vt suis ex operibus Dominus voluptatem capiat, sublatis de terra sceleratis hominibus. Quo enim pacto quis eo nomine tum appellari poterit, ipsa re planè sublata & abolita?

1.Cor.15.

Psal.103.

XXVI. Resurrectionem fore, abhorrens à vero non videri.

VErùm nonnulli sunt, qui ob humanarum cogitationum imbecillitatem eò feruntur, vt Dei potestatem ad virium nostrarum modulum exigant: & quod ingenij nostri facultas non capit, ne quidem à Deo præstari posse affirment. Nam respicere nos ad eos iubent, qui olim mortui, adque nihilum sunt redacti: tum quorum corpora rogis imposita & concremata sunt. Obijcit eorum nobis oratio carniuoras belluas, atque etiam pisces, qui hominum naufragijs eiectorum carnes deglutiuerint. Addunt vsu euenire, vt ijs vicissim homines vescantur, & concoctos suam in carnem conuertant. Huiusmodi multa recensent per profectò leuia, & eximia Dei potestate indigna, vt nostram de resurrectione doctrinam euertant. Quasi verò nequeat Deus quod homini est cuique proprium restituere, pristinum ad statū per easdē veluti vias redeunti. Sed nos prolixas ipsorū, ineptè ac temere declamantiū, ambages præcidamus, fateamurque resolui corpus hominis illas in partes, quibus ex partibus cōstet: neque terram modò, quemadmodum sermo diuinus loquitur, ad terram reduci: sed & aëra & humorem ad ea, quæ generis eiusdem sunt, se cōferre: omnibus in nobis partib⁹ ad res sibi cognatas tendentibus, siue adeò corpus humanum à carniuoris sit absumptum, siue immanibus belluis, siue piscibus deuoretur, siue denique rogo impositum in fumos ac cineres redigatur. Quocumque autem loco esse hominis corpus statuam⁹, id quidem constabit opinor, hoc in mundo illud haud dubiè contineri. Mundum porrò Dei positum esse in manu, litteræ diuinitùs traditæ docent. Quòd si tu ea non ignoras, quæ manu tua continentur: cur Deum minus esse perspicacem, quā tu sis, existimas, quasi non accuratè omnia quæ palma sua complectitur, nota perspectaque habeat?

Psal.94.

XXVII. Fieri posse, vt sparso in elementa vniuersitatis humano corpore, quod proprium tamen vnicuique est ex illa communi ate restituatur.

AT enim, dum elementa vniuersitatis intueris fore per existimas difficile, vt ex communitate id quod corporum singulorum proprium est, aliquando rursus confluat, postquam semel & spiritus in nobis cognatum in elementorum disper sus est, & calor, & humor, & partes terræ, rebus sui scilicet generis singula permista sunt. Cur obsecro de humanis etiam exemplis non colligis ratiocinando, diuinæ potestatis hoc terminos non excedere? Non potes non aliquando ijs in locis, quibus homines habitarent, communem animaliū gregem vidisse, qui plurium esset. Hic si suos ad dominos deinde remitteretur, animaduertere potuisti singulos animalia sua recuperare, tū quòd ea dominorum ædibus assueuissent, tum quòd notis essent quibusdam signata. Idem si de temetipso cogitabis, handquaquam à vero aberraueris. Nam cùm animus affectione & amore à natura singulari corpus, in cuius quasi contubernio fuit, prosequatur: iccirco ei de coniunctione pristina quædam inest erga proprium corpus occulta siue affectio siue agnitio, natura quasi notas singulis imprimente, ne illa quam diximus, in communitate omnia confunderentur, sed quoddam singulorum discrimen remaneret. Quapropter cùm animus ipse quidquid sibi cognatum & proprium est, colligat: quis obsecro labor potestati diuinæ fuerit, efficere, vt cognata rursus concurrant, quæ ductu naturæ quodam ineffabili ad se mutuò feruntur? In animo quidem, etiam post diremptum huius à corpore, signa quædam superesse, de quibus corpus nostrum agnoscat: declarat is, qui habitus est à diuite apud inferos ad Abrahamum sermo. Nam quamuis essent tumulis mandata corpora, tamen nota quædā corporea inhærebat animo, de qua vti Lazarus agnoscebatur, ita per eamdem ignotus esse diues ille non poterat. Nequaquam igitur abhorret à vero hæc persuasio, quæ ex morte suscitata corpora, communitate relicta, pristinam ad proprietatem reuersura statuimus. Apparebit hoc in primis, si quis accuratiore studio cognoscendæ naturæ nostræ se tradat. Nam existimari non debet, esse nos vniuersè cùm fluxos, tum mutationi obnoxios. Non enim vlla ratione comprehendi natura nostra posset, si nulla ei tributa quies à motu foret.

Luc.16.

foret. Itaque re diligentius indagata, reperiemus partim ſtabile quiddã in nobis eſſe, partim mutatione varium, quod nunquã non fluxione ſua progrediatur. Nam corpus alterna viciſsitudine per accretionem ac deminutionem mutatur, & ætates vitæ ſuccedentes ſibi quaſi veſtes quaſdã induit. Idea verò eadem ſemper manet, extra omnem mutabilitatem poſita, neque notas inditas à natura ſibi amittit: ſed quæcunque corpori mutationes accidant, hæc nihilominus ſigna ſua, de quibus agnoſcatur, retinet. Excipienda tamen venit ea mutatio, quæ morbo aliquo ideæ cõtingit. Nã tum orta ex morbo deformitas ideã occupat, tamquã larua quædã: quã ſi ei cogitando adimamus, ſicut ab ea Syrus ille Namana, & decẽ infecti lepra, de quibus ſacro in euangelio memoriæ proditũ eſt, liberati fuerunt: ideã antehac morbi vi occultatem, recuperata ſanitate proprijs notis conſpicuam rurſus elucere neceſſe eſt. Quamobrem diuinæ in nobis animi præſtantiſsimæque parti non illud fluxum ac mutabile: ſed quod in compage noſtra eſt perpetuum & ſemper idem, velut inſitũ adhæret. Cũque diuerſa tẽperamẽta diuerſas etiam ideas efficiant, ac tẽperamenta nihil ſint aliud quàm elementorũ inter ſe cõmiſtio de quibus cũ alia in rerum vniuerſitate, tũ hominis etiam corpus conſtat: neceſſe eſt, permanente in animo idea quaſi per expreſsionem ſigilli non ignota ei eſſe quæ formam ipſã ſigillo impreſſerunt, omninoque illa tempore inſtaurationis omnium rurſus veluti colliget ad ſeſe, quæcumque ad ideæ formam expreſſã congruent. congruent autẽ haud dubiè, quæcumque ab initio ideæ fuerint impreſſa. Igitur abſurdũ non eſt, id quod eſt cuiuſque propriũ, relicta cõmunitate ad ſingulos redditurũ. Viuũ, quod vocant, argentũ aiunt effuſum capſa loco ſupino puluereque oppleto, minutos in globulos cõformatũ paſſim ita per terrã diſpergi, vt nulla cũ re, in quã incidit, commiſceatur Quòd ſi quis deinde multipliciter diſperſum viciſsim colligat, cõfluere ſua ſponte ſingula, quæ generis eiuſdem ſũt, nullamque interijci rẽ poſſe quæ commiſtionẽ hanc impedire queat. Huiuſmodi quiddam & in humani corporis compage ſtatuendum exiſtimo. Quamprimũ diuinitus ſigno quaſi dato conceſſa facultas ſit partes ſibi cõuenientes & cognatas miſceri ſponte ſua, neque quidquam ex hoc laboris moleſtiæúe inſtauratori naturæ creari. Nã ne in ijs quidẽ quæ terra proueniunt, magnopere naturã occupari videmus, vt vel trincum, vel miliũ, vel aliud quoduis ſemẽ, de quo frumentũ aut legumina naſcuntur, in culmũ ariſtas, ſpicas conuertatur. Sua enim ſponte nutrimentum cuique ſemini cõueniens, nullo naturæ negotio de communi ad ſingulorũ vſũ transfertur. Ergo ſi vniuerſis terra naſcentibus communi quodam ſucco propoſito, quidquid eo nutriri neceſſe eſt, id attrahit alendi ſui cauſſa quod ipſi cõuenit: quid abſurdũ, ſi hac etiam in doctrina de reſurrectione dicamus perinde vt ſemina conuenientem ſuccũ, ſic quoslibet ex mortuis reſurgentes propria rurſus attrahere? De his omnib[us] adeò licet intelligere, nihil in reſurrectionis prædictione cõnneri, quod ſeparandũ ijs à rebus ſit, quas res per experientiam cognitas habemus. Quamquam profectò quod in nobis illuſtriſsimum eſt,

Species hominis non mutatur.

4. Reg. 5.

Luc. 17.

Hominis eadem forma reſurget.

Simile à viuo argẽto.

A B C D

ſilẽtio præterijmus: ipſum ſcilicet in nobis exiſtẽdi principium. Nam quis effectionẽ naturæ admirandam ignorat, quid nimirum aluus materna capiat, & quid de eo efficiat? An, non vides quàm ſit quodam modo ſimplex, & quàm minimè miſtum, quippe quod diſsimilibus natura partibus non conſtet, quod maternis in viſceribus deponitur, vt ex eo corpus hominis conſtituatur? At quæ tamdem oratio explicãdo varietatem compagis ipſius, quæ paratur, enarret? Quis obſecro fieri poſſe putaret, ſi hæc communi naturæ ductu perſpecta non haberet, vt exiguũ illud ac propè nullius momẽti, tam eximij operis principium foret? eximij dico, non ad corporis ſolùm conformationem reſpiciens: ſed ad ipſum etiam animum, & quæ animo continẽtur, quando hic multo magis admirationem meretur.

Hominis principium mirabile.

XXVIII. Aduerſus eos, qui animos ante corpora tradunt exiſtere: vel contra, corpora prius quàm animos, eſſe condita. Fabulis etiam conſentanea de animorum migrationibus doctrina euertitur.

FOrtaſsis enim ab inſtituto ſermone alienum non fuerit, ſi in id, quod de animo & corpore paſsim in eccleſijs cõtrouertitur, inquiramus. Quidã enim ſuperioris memoriæ doctores, qui cõmentarios de principijs ſcripſerũt, animos hominũ quaſi quamdã nationẽ ſeorſũ quadã in republica exiſtere longè ante corpora tradunt. Ibidẽ eis cũ vitiorũ tũ virtutis eſſe propoſita exempla. Et animos quidẽ cõſtanter virtutis & honeſti ſtudio deditos, planè cum corporibus non copulari. Sin autem boni fructu & coniunctione excidant: tum ſcilicet eos in hanc vitam prolabi, & in corpora hoc pacto immitti. Alij contrà ſeriei creationis, qua formatus eſt homo, à Moſe deſcriptæ inhærendo, animum corpore ortu poſteriorem eſſe aiunt. Deum namque commemorat Moſes, primùm de terra ſumpto puluere hominẽ finxiſſe, deinde per inſpirationẽ animum ei indidiſſe. Hac illi ratione præſtantiorem eſſe animo carnẽ probare conantur, qui carni iam antè creatæ ſit indit[us]. Aiunt enim animum corporis cauſſa factum eſſe, ne op[us] hoc Dei à reſpiratione ac motu deſtitueretur. Quidquid autẽ alterius cauſſa fiat, illo eſſe haud dubiè vilius, cuius cauſſa inſtituatur. nimirum & in Euangelio ratiocinationẽ huiuſmodi quamdam eſſe, cùm animus cibo potior eſſe dicitur, corpus veſtimento: quando illa horum cauſſa facta ſint. Non enim animus alimenti, neque corpus veſtis eſt cauſa conditum: ſed cum hæc iam exiſterent, ad vſum eorum illa ſunt comparata. Vtraque opinio cùm repræhenſionem mereatur, tam eorũ qui animos proprio quodam in ſtatu ante corpora viuere nugantur, quam qui eos poſt corpora primum condi exiſtimant: operæ pretium fuerit, in omnia ſtudioſè inquirere, quæ in explicandis vtriuſque partis decretis in medium afferuntur. At enim accuratè aduerſus rationes vtrimque productas quaſi pugnando progredi, & omnia quæ in his opinionibus abſurda ſunt retegendo patefacere: id verò & orationem prolixam, & temporis nõ parum requireret. iccirco breuiter, quã rũ ei[us] fieri poterit, cõſideratis vtriuſque partis argumentis

Caro an anima prior creata ſit.

Geneſ. 1.

Math. 6.

A B C D

gumentis, ita deinde quod propriè instituimus, A
prosequemur. Qui partem priorem defendunt,
& rempublicam animorum quamdam priorem
vita in corpore nostrâ constituunt, mihi quidem
Animarū migratio arguitur. à Græcanicis illis disciplinis hominum doctrinæ
veritatis ignarorum immunes esse non videntur,
qui fabulas quasdam de animorum ex alijs in a-
lia corpora migrationibus commenti sunt. Nam
si quis accuratè ré existimet, omnino delabi ip-
sorum orationem ad illud inueniet, quod prodi-
tum est memoriæ, quemdam de Græcis sapienti
bus dixisse. Fuisse nimirum sese aliquando & vi-
rum, & fœminam, & inter aues volitasse, & factū
esse deinde arbustum, atque etiam vitam in aquis B
egisse. Meo quidem iudicio propè aberat à verita
te hæc ipsius oratio, qui huiusmodi quiddam de
se profiteretur. Profectò enim ranarum graculo-
rumque more garriebat, consentaneamque bru-
tæ piscium naturæ & quercuum sensus experiū
doctrinam proferebat, qui vnum eundemque a-
nimū in res adeò multas immigrasse diceret. Est
autem absurdæ huius opinionis hæc causa, quòd
ante corpora existere animos credebant. Nā vbi
semel hoc existimari cœptum fuit, semper vlterius
ad proxima quæque progrediendo, & prodigio-
sa quædam proferendo, tamdem huc delapsi sūt.
Si enim animus aliquo se vitio polluens, postquā C
semel vitæ corporeæ gustum percepit, vt ipsi lo-
quuntur, de conditione ac statu excelsiore quo-
dam deiectus, in hominem immigrat: cuius om-
nino vita comparata cum illa æterna & incorpo-
rea, pluribus est perturbationibus obnoxia: neces
se est illum existentem in vita, quæ plures ad pec-
candum occasiones habeat, pluribus etiam vitijs
se inquinare: multoque magis, quàm antè, mor-
bis & affectionibus esse deditum, qui morbi hu-
mani in animis eiusmodi sunt, vt secundum hos
animantibus à ratione destitutis consimiles sim⁹.
Eis porrò si cognatus esse animus incipit, nimirū
ad brutam sese naturam demittit. Cumque adeò D
semel vitiorum quasi semita ingredi cœpit, ne tū
quidem ad malū progredi desinet, cum ad natu-
ram rationis expertem peruenerit. Nam is tamdē
mali finis est, à quo virtutis eluius incipit. ea ve-
rò cadere in animalia rationis expertia nequit.
Iccirco semper animus in peius ruet vicissitudi-
ne perpetua, naturamque deteriorem ea, qua cō-
tinetur, inquiret. Vt autem naturæ rationis orna-
tæ præstantia proxima illa est, quæ sentit: sic à sen
tiente prolapsio fit ad eam, quæ sensus etiam ex-
pers est. Huc vsque progressa ipsorum oratio, quā
quam extra veritatis limites feratur: tamē cōtinua
quadam consequutionis serie de absurdis absur- E
da colligit. Deinceps verò doctrina de fabulis
meris constituta, rebus nullo planè pacto ne sibi
quidé cohærentibus pertexitur. Cōsequitur enim
porrò, animū prorsus interire. Nā qui semel de sta
tu excellēte velut excidit, numquā vitiorū in cur-
su metā ad aliquā vbi deinde quiescat, peruenire
scilicet poterit: sed propter ipsius animi erga mor
bos & perturbationes affectionē, de natura cōpo
te rationis, ad aliā hui⁹ expertē trāsibit. de hac rur
sus ad plātas, sensu etiā carentes, quibus ea natura
est proxima, in qua prorsus anima nulla est: post-
quam nihil est aliud reliquum, nisi de inanimo in
nihilū cōmigratio. De quo colligi potest, animū

per ipsorū rationes vniuersè tamdē exstinctū iri: A
ideoque fieri nō posse vllo pacto, vt ad statū præ-
stantiorem redeat. At enim hi animū ex arbusto
ad hominem reducunt. quamobrem ostendunt
se statuere, vitā in arbusto præstantiorem illa esse
quam extra corpus animus agit. Est enim demon
stratum, non posse ad statum deteriorem animū
progredi, extra quā si ad inferiora prolabatur. Est
autem proximè infra naturam sensus expertem
prorsus inanima, in quam continua serie doctri-
næ ipsorum principium tamdem animum dedu-
cit. Quòd si hoc velle se negant, fateantur necesse
est, vel ad extremum prorsus animum naturæ sen B
sus experti manere inclusum: vel si de hac ad vitā
humanam reuertatur, id esse verū quod antè di-
ximus ex hoc sequi, præstantiorem scilicet ab eis
eam vitam statui, quæ in lignis existit, vita & con
ditione principe: quando à principe conditione
fit ad vitium prolapsio, à natura verò sēsus exper-
te, ad vitam reditus. Ergo tota ipsorū ratio & ca-
pite caret, & fine, qua probare conantur animos
antè, quàm in carne viuant, inter se degere: vitijs-
que primum contaminatos corporibus alligari.
Eorum verò qui aiunt ortu posteriorem esse ani-
mum corpore, præcepta iam quædam est mente
refutatio, quæ deinceps in ijs quæ sequuntur, à
nobis exponetur. Itaque sic concludamus, vt esse C
partis vtriusque doctrinam æquè abiiciendā pro
nuntiemus. Nostra verò hac tota in re sententia,
media inter opinionem vtramque via incedēdo,
ipsam ad veritatem sese diriget. est enim huiusmo
di. Animos neque secundum gentilis sapientiæ er
torem, vnà cum vniuersitate in orbem agitatos,
redditosque per vitiorum cōtaminationem grā-
uiores, cùm pares esse cursu celerrimo poli moueri
nequeunt, in terram delabi: neque corporis caus
sa rum primùm oriri, cùm iam illud instar luteæ
cuiusdam statuæ sit conformatum. Nam ea ratio-
ne natura intelligentia prædita, luteo figmento D
deterior foret.

XXIX. Idem esse cū animo, tum corpori, existendi principium, probatur.

SEd cùm vnus & idem homo sit, qui corpore
& animo constat, vnum esse communeque
tribuendum ei dicimus existendi principium,
ne parte hac seipso prior, altera iunior sit & poste
rior. Dei scilicet vim cuncta prospicientem, ini-
tio speciem totam in creatione complexum esse,
vt ea iam tum existeret, quemadmodum est antè
declaratum, ipso etiam vatis testimonio, qui Deū
nosse omnia prius, quam oriantur, ait. Quocirca *Cur anima simul cum corpore creata.*
alterum alteri præponi non debere, quasi singu- E
larum in partium creatione vel animus ante cor-
pus conditus, vel è contrario corpus ante animū
idque hanc potissimum ob caussam, ne secum ip-
se dissidere videatur homo, tamquam diuersas
in partes ob tēporis in harum ortu discrimen di-
uisus. Nam cùm de Apostoli sententia, natura no-
stra bifariam intelligatur, vt alia sit eius hominis
natura qui cerni à nobis potest, alia hominis in-
teritus velut abditi & occultati: si statueremus al-
terum de his aliquanto prius ortum exstitisse,
quam alterum esse inciperet, planè hoc indicio
foret, conditoris potestatem non omnino per-
fectā quādā esse, propterea quòd operi vniuerso
simul

simul absoluẽdo non suffecerit, ideoque operas quasi interruperit, ac vicissim in perficiendis singulis partibus ex semisse prius absolutis occupata fuerit. Nimirũ vt in tritici grano vel quouis alio semine totã spicæ vel frugũ maturarũ speciem potestate, sicuti loquimur, cõptæsẽsã dicimus, & herbã & culmũ & internodia & fructũ, & aristas cùm nihil horũ altero in natura prius reipsa existat, vel oriatur citius, sed naturali ordine tamdẽ insita semini facultas ipsa appareat, nulla in semẽ aliena se naturæ extrinsecus velut insinuante: sic etiã existimamus humano semine, cum homo primùm incipit oriri, facultatem naturalẽ contineri simul cum ipso excretã. Hanc porrò naturali quadam progressionis serie ad perfectionem sui contendentẽ, paulatim se explicare ac patefacere. nõ quòd extrinsec' aliquid recipiat, cui' ope sui perfectionem adipiscatur, sed propria vi ad eam paulatim proficiendo peruenit. Animus adeò quemadmodũ ante corpus non existit, sic hominis initio sine animo corp' esse dici verè nequit. Vnũ est vtriusque principium, quod secundũ rationem quidem sublimiorem prima in voluntate Dei, tamquam fundamento innititur: ratione autem altera, in ortus nostri exordio ponendũ est. Nam vt in eo quod materna in aluo ad cõceptionem corporis deponitur, ante quã formetur, perspici articulata membrorum cohærentium distinctio nequit: sic neque vis animi propria deprehendi in eodẽ potest antè, quàm ad effectiones suas illa progrediatur. Et quemadmodũ nemini dubium est, idem illud in diuersos artus diuersaque viscera conformari, nulla externa facultate, vt hoc perficiat, ingrediente, sed facultate ipsi à natura insita, opera & effectione sua in hoc incumbente: eadẽ ratione de animo nobis cogitandum est, etiamsi per quasdam effectiones in parte hominis externa & apparente, indicia de se nulla præbeat, nihilominus præsentem esse. Nam & futuri hominis forma potestate existit in semine atque iccirco latet, quòd velut in lucem producta conspici prius nequeat, quã necessarius rerũ ordo permittat. sic & animus est in eo, quamquã non appareat. Nam tum demũ patebit eũ adesse, cùm aucto per accretionem corpore, sua se propria & à natura insita effectione ostendet. Cum enim à mortuo corpore nulla ad conceptionẽ facultas excernatur, sed ab animato & viuo: iccirco vero consentaneũ est, ne illud quidem mortuum & inanimum putandũ esse, quod de corpore viuo ad procreandum rẽ viuam emittitur. Carnem certè quod attinet, omnino ea est & inanimũ & mortuũ per se quidẽ. Mortalitas autẽ non nisi animi est priuatio. At nemo dixerit, opinor, habitu priuationẽ priorẽ esse: quod sequi necesse est, si quis carnẽ, quæ quidem est inanimũ, hoc est mortuum, aiat animo priorẽ esse. Quod si quis argumẽtum desiderat illustrius, de quo colligatur, esse partẽ eã quæ principiũ est animalis quod gignitur, vita præditam: vti poterit signis etiam ceteris, de quibus inter res animatas & mortuas constitui discrimen solet. Nã in homine hoc esse argumentũ vitæ dicimus, si & caleat, & occupetur agendo, & moueatur: sicut è contrario frigus in corporibus, & motus amissio, nihil aliud significant, quã mortuum esse hominẽ. Cum igitur hoc

Simile

A quoque, de quo nunc disserimus, & calore præditum, & minimè otiosũ sit: concludimus etiã, inanimum non esse. Ac quemadmodum eam ipsius partem, de qua corpus constituitur, non carnẽ esse dicimus, nõ ossa, non comas, non aliud quidquam eorum quæ in homine existunt: sed statuimus illam potestate quodlibet horũ esse, tametsi necdum quidquam conspici tale possit: sic animæ partẽ quod attinet, quãquam in ea necdũ facultas ratiocinatrix, quæ est *tò logicòn* neque appetens, quã *tò epithymeticòn* vocant neque *tò thymicòn* quòd animi affectiones contineat, appareat: tamẽ ea inesse huic dicimus, & consimili ratione quatenus corpus formatur ac perficitur, etiam effectiones animi

B vnà cũ corpore crescere. Nã vt in homine qui ætatem ad integram peruenit, & inter grandiores censetur, effectiones animi iam manifestò apparent: sic nostri ortus initio prout tum res postulat, ita sese conuenientes actiones animi declarant, in eo quòd ipsus sibi de materie in aluo matris deposita domicilium aptissimũ naturæ suæ fabricat. Nam fieri non posse, de rationibus certis colligimus, vt aliena in ædificia commodè animus commigret: sicut fieri non potest, vt signum impressum ceræ diuersam ad sculpturam aptetur. Nimirum vti corpus exorsum à ma-

C gnitudine perexigua, suam ad perfectionem progreditur: sic animi facultas etiam ratione conueniente vnà cum corpore proficit accrescendo. Ac princeps quidem existit in eo facultas accrescens & nutriens, sola quando scilicet in opificij principio tanquam radix quædam adhuc abdita sub terra latet. nam tum capere quid amplius per imbecillitatem nequit. Deinde hac quasi plantula in lucem prodeunte, germenque suum soli ostentante, sentiendi facultas efflorescens cũ priore coniungitur. Verùm vbi iam bene magna facta est, & proceritatem sibi conuenientem adepta: tum demum instar ipsius fructus rationis

D particeps facultas elucescit, non illa quidem subitò tota splendorem suum ostendens: sed vna cum instrumenti sui perfectione celeriter augescens, eosque fructus proferens, qui corporis facultati respondeant. Quòd si corporis in conformatione quid animus efficiat quæris, ad teipsum, ait Moses, respice, in teipso tamquam in libro quodam totam animi operum historiã pelleges. Ipsa enim natura longe omni oratione illustrius explicabit tibi, effectionem animi in corpore varietatem, cùm in vniuersi, tum partium structura. Sed enim nostra commemorando percensere, quasi quædam externa mira-

A cula, pretium operæ non fuerit. Quis enim alterius oratione naturam propriam cognoscere desideret, quum ipsi liceat seipsum contueri? Nam qui quo pacto viuamus intelligit, & quã aptum sit corpus ad omnes vitæ proprias actiones didicit: is etiam existimare facillimè potest, in quo efficiendo animi occupata prima in hominis cõformatione opera fuerit. Adeoque de hoc ipso patet homini non omnino hebeti, nequaquam mortuum & inanimum existere in officina naturæ quod ad plantationẽ quasi quamdam animalis de viuo auulsum corpore in ea deponitur. Nã & fructuum grana, radicumque surculos terræ non mãdamus, postquã insita eis à na-

tura facultas vitalis emortua fuerit: sed cùm adhuc eorum à quibus orta sunt, vim propriã conseruant, latentem quidem illam & abditam, sed tamen viuam. Et vis quidem huiusmodi non de terra extrinsecus hauritur (nam cetero qui necesse foret etiam ligna emortua pullulando efflorescere) sed insita rebus iam antè, per terram modò in apertum producitur, suppeditatem succum suum: de quo plãta radice, cortice, medula, ramorumque surculis aucta, planè tandem omnibus sui partibus absoluitur. Id enim fieri non posset, si nulla facultas ei naturalis indita foret, à qua cognato & conueniente alimento de vicinis partibus attracto, vel arbustum, vel arbor, vel spica, vel quoduis virgultum nasceretur.

XXX. Humani corporis structura quadam altius ex ipsa medicina breuiter repetita contemplatio.

Sed enim vousquisque nostrum, natura propria magistra & duce, structurã corporis accuratè ex eo quod & videt & viuit & sentit, cognoscere poterit. Quin & a viris doctissimis hæc studiosè explicata cùm sint, licet vniuersã & integrã eorũ doctrinam de libris horum expromere. Alij, quæ collocatio sit singularum in nobis partium scrutati sunt. Alij, quem ad vsum omnia corporis mẽbra, facta sint indagarunt, & nobis explicarunt: vt iam de horum commentarijs capere studiosi harum rerum cognitionem humani opificij locu pletam, & nulla sui parte deficientem possint. Quòd si quis etiã hæc vniuersa, de doctrina propria vero in terris Dei cœtui discere malit, ne vllam in se disciplina extera egere videri possimus (quando lex hæc ouibus spiritualibus est proposita, quemadmodum ait Dominus, Non esse voci alius, extra quã pastoris, aures præbendas) age breuiter de his quoque disseramus. Sunt omnino corporis in natura tria numero, quorũ gratia singula in nobis membra sunt facta. Nam alia vt viueremus condita sunt: alia, vt iucundè viuere mus: alia, vt esset in humano genere perpetua posteritatis successio. Quæ porrò eius sũt generis, vt absque ipsis foret, homo non viueret: tribus mẽbris compræhenduntur, cerebro, corde, iecinore. Quæ bonorum sunt velut additamentum, profecta de benigna largitate naturæ, efficiẽris per hæc vt iucundè homo viueret: sunt sensuum instrumẽta. Nam in his vita quidem nostra non consistit, quando viuere homini licet etiam plerisque horum amissis: sed fieri non potest, vt absque horũ actionibus rerum in hominis vita iucundarũ voluptate fruamur. Tertium in partitione proposita membrum generis ad perpetuitatẽ spectat. Præter hæc alia membra sunt, quæ & ipsa pariter cũ ceteris vitam hominis conseruant, & consentaneas naturæ suæ quasdam quasi accessiones præstãt in quibus sunt stomachus ac pulmo, quorum hic calorem cordis perflando excitat, ille visceribus alimentum suum præbet. Hoc modo tota corporis nostri structura diuisa, perspicuè videre est, facultatem qua vita continetur, nõ vno à membro proficisci: sed naturam corporis conseruationem in plura membra partientem, vnicuique hoc dedisse negotij, vt singula nonnihil ad vsum vniuersi conferrent. Eam ob rem complura sunt, interque se per profectò diuersa, quæcumque na tura vel ad se tuendum, vel ornatus & elegantiæ caussa sollerter fabricata est. Sed enim principia prima eorum quæ vitam constituunt, nobis antè, quàm ad alia progrediamur, breuiter diuidenda veniunt. Totius quidem corporis membris materies singulis communis, in hoc & tempore & loco prætereatur silentio. nam ad institutum nostrum nihil attinet, nimirum ad considerationem particularem vniuersi pertractatio. Ergo cùm apud omnes hoc quasi pro confesso sit, existere quiddam in nobis de omnibus mundi elementis, de calore ac frigore, de humore & siccitate: de singulis agamus. Videmus autem tres in primis facultates esse vitæ nostræ tamquam administras: quarum quæ prima est, calore suo cuncta souet: altera, quod concaluit succo suo humectat, vt per æquabilem qualitatis in rebus adoertantibus sibi temperiem, quadam in mediocritate ipsum animal conseruetur, humore per calorem nimium nunquam exsucto, neque contrà calore, per vim nimij humoris oppresso. Tertia facultas, articulos non cohærentes & interstinctos ligamentis suis per commissionem & harmoniam mutuam continet, aptissimeque copulat, & omnibus indit vim quamdã sponte sua se mouendi, quæ si amittatur, membrum etiam velut emortuum esse necesse est, à sponte sua mouente ipsum spiritu destitutum. Fuerit operæ pretium hoc loco naturæ artificium in corporis creatione considerare. Nam cum ea quæ dura solidaque sunt, sensus actiones nullas admittant, vt est videre in corporis nostri ossibus, & terræ plantis, in quibus esse vitæ quædam species satis intelligitur ex eo, quòd & accrescunt & nutriuntur, cum solida ipsorum duricies sensum nõ recipiat: iccirco necesse erat quoddam quasi cereum opificium sensuũ actionibus subijci, quod posset cedendo velut impressas notas recipere, sic vt ob nimiam humoris copiã non confunderetur (quãdo humidæ rei quod imprimitur, nequit durare) & ob immodicam duriciem non resiliret (quando quod cede re nequit, notas per impressionem nullas recipit) sed mediocriter esset cùm molle tum durum, ne animal hoc facultate inter ceteras pulcherrima careret, sensus mimitum motione. At enim cùm omne quod propriæ mollitudinis caussa facillè cedit ac flectitur, si non etiam aliqua ex parte duriciei sit particeps, prorsus esse motus expers solutumque necesse sit, instar marinorũ pnenmonũ: ideò corpori natura solida quædam ossa indidit, eaque mutuò aptissima harmonia copulauit, & neruorum vinculis commissuras, horum cõstringens, ita demum ea carne vndique obduxit, quæ & sẽsuum capax foret, & superficie quadam con tineretur, vt min⁹ esset obnoxia morbis, ac paullo tensior. Solidis hisce ossibus, tanquam columnis quibus onus ædificij totum incumbit, corporis molem imposuit vniuersam. Neque vnum in corpore tantùm os esse voluit, propterea quòd necesse fuisset hominem omnis & motus & actionis expertem esse, si eo pacto ipsum consormasset natura, quo arbores, vno semper consistentes in loco. Nam neque progredi potuisset, si crura non licuisset vicissim sublata vlterius collocare, neque manibus vti administris. Nunc verò singulari naturæ artificio corporis organum

Ioan 10

Quæ in homine propter vitã.

Propter iucundam vitam.

Propter successionẽ.

Vita facultates tres.

Corporis humani structura.

ris organum & loco mouetur,& agendi est facul
rate prædirum,postquam ei per spiritus vltronei A
motus auctores,qui per neruos diduotur, vis &
impetus quidam ad varios motus accessit. Hinc
est quod manum ministerio & opera vtimur,va-
ria illa profectò & muiriplice,perque omne ad in
stitutũ animi nobis idonea.Hinc ceruicis est in-
flexio, hinc capitis inclinationes & erectiones.
hinc maxillarum motus.hinc palpebrarum didu
ctio,quæ cum nutu fit.hinc ceterorum articulo-
rum motus profecti sunt,qui oeruorũ vel contẽ-
tione vel remissione,quasi quamdã per machinã
fiunt.Vis quidem passim per neruos ipsos sese di
dens sic est à natura comparata, vt ex lubitu ar-
bitrioque proprio moueatur,& singulis in mem- B
bris per spiritum sponte sua se agitaotem effectio
nes suas habeat.Indicatum antehac est, radicem
principiumque motuũ in neruis,esse in mẽbra-
na illa neruea cerebrum amplexa. Quamobrem
curiosè de membris siogulis,quæ facultate mouẽ
te prædita sunt,perquirendũ non putamus: quã-
do,vnde mouendi facultas proficiscatur, est de-
Vigor cerebri. monstratum.Ceterũ maximas ad vitam commo
ditates oriri à cerebro,clarissimè perspicitur,cùm
quid huic aduersi accidit.Nam si membrana ip-
sum ambiens vulneretur aut rumpatur,continuò
mors hominem occupat,natura ne ad momentũ C
quidẽ valẽte resistere. perinde atque fundamẽto
subruto,ædificiũ totũ ad succussionẽ paris vnà
quassari uecesse est.Quo igitur mẽbro affecto ani
mal totũ interit id membrũ vitæ caussã præcipuè
cõrinere fateamur.Cũ verò in ijs qui de vita mi-
grarũt,& extingui calorẽ à natura insitũ,& qnod
emortuũ est occupari à frigore videam⁹: iccirco
Cor. etiã in calore caussã quandã viuẽdi ponim⁹.Quo
enim amisso mortaliras coosequitur,id quandiu
nobis integrum est,nihil accidere posse vitæ de-
trimenti, necessariò colligitur. Huius facultatis
cor est quasi quidam fons & principium, à quo
meatus orti consimiles tibijs, multipliciter alijs D
alios propagaotibus, per corpus vniuersum igne-
os calidosque spiritus diffundunt. Cumque ne-
cessarium foret, vt perpetuum calori nutrimentũ
adiungeretur à natura,quando ignis per se dura-
Sanguis. re oequit,si à nutrimento sibi conueniente desti-
natur:iccirco sanguinis riui de iecinore quasi fõ-
te quodam profecti,toto corpore calido spiritui
comites sunt,nę si alterum ab altero desereretur,
morbo correpta natura interitet.De quo iniustos
homines, & in æqualitatem committentes hoc
capere admonitionis oportet: vt à natura discãt,
auariciam morbum esse, qui alijs interitum ad-
ferat.Sed enim sola Dei natura cum nulla re in- E
digeat,hominum inopia res exteroas ad se susten
tandum necessariò desiderãte: iccirco tribus hisce
facultatibos locũ in gubernando corpore princi-
pem obtinentibus,extrinsecus materies accõmo-
Iecur, fons sanguinis. data singulis per diuersos aditus arcessitur. Nam
iecioori,quod sanguinis esse fontem diximus,ali-
menti est mandata administratio.Quod enim nu
triendi nostri canssa perpetuò ingeritur, iecino-
ris adiumento facir, vt continuò sanguiois riui
fluant.quemadmodum niuem montanam vide-
mus humore suo subiectos fontes angere, pene-
trante illo deorsum ad ipsas vsque footium ve-
nas.Deinde aër etiam cordi vicini visceris ope

suggeritur.ei nomen est pulmo:membrum ipsum *Pulmo.*
aëris est receptaculum,qnod per insertam sibi ar
teriam,ad os pertinẽtem,spiritum externum per
respirationes cõtinuas hautit.Huius in parte me-
dja cor cõtinerur,qood ipsũ qnoque sine intermis
sione mouetur,inque hoc ignis nũquã nõ mobilis
naturã imitatur.Nã instar folliũ,quibus in offici-
nis suis vtuntur fabri,aëra semper attrahit è vici-
no pulmone,partesque cõcauas diductione re-
plet,ac quod igneum est in ipso,efflat, inqoe ad-
iunctas arterias excernit. Hoc adeò ounquã non
agit,aliud extrinsecus per diductionẽ sui propri-
as in capedines attrahendo,aliud à se per cõpres-
sionem in arterias excernando. Io quo mihi qui
dem respirationis etiã continuæ in nobis esse po-
sitá caussa videtur.Nã mens sæpe dat aliis quasi
operam,vel prorsus etiã quiescit, somno corpus
occupãte,cũ minimè respiratio intermittitur,etiã
si nos hãc nullo pacto efficere decreuerim⁹. Ego
sic arbitror,cor ipsũ quod pulmo cõplectitur an-
nexũ sibi posteriore sui parte,quoties explicatur,
vel vicissim cõprimitur vnà secũ pulmonẽ moue
re,atque hoc pacto efficere,vt is attrahat aëra,cõti
nuoque spiritũ ducat.Est enim hoc viscus rarũ,&
meat⁹ multiplices habet,eiusque capedines om- *Respirationis causa.*
nes quasi quædã per oscula in arteriæ fundũ exe-
unt. itaque cõpressũ arctius spiritũ qui superat in
ipsius capedinib⁹,exprimẽdo quasi emittit.è con
trario si laxetur & aperiatur: fit, vti partes ipsius
vacuæ, à se iuuicem distentæ,attracto aëre cõple-
antur.Hæc est respirationis à nullo pendentis vel
consilio vel voluntate nostra,caussa:nimirũ quòd
igneam naturam fas ooo est quiescere. Qnod cũ
ita sit calorisque iam antè origioem in corde exi-
stere perspexerimus: iccirco perpetuus hoc in
membro motus, perpetuam simul in pulmone
respiratiooem efficit. Eam ob caussam hoc eti-
am vsuueoit, vt cum intensus præter naturam
calor accreuit (quod in iis qui febre laborant,
videmns) anhelatio quoque crebrior sit, corde
quasi festinante internum æstum recenri aëre ex-
tinguere. Enimuerò natura cùm omnium ege-
na sit,& ab iis rebus quæ res vitam continent,
planè non instructa: non aëra modò spiritum-
que nullum proprium habet, qui calorum exci-
ret, quando hunc extrinsecus ad conseruatio-
nem nostri semper hauriamus oportet: verùm
etiam nutrimentum sustinendæ corporis moli
aliunde necesse habet arcessere. propterea va-
cuum corpus vicissim potu ciboque replet eum-
que ad vsum indita nobis est facultas attraheos
id quod desit,quodque superat expellens,cordis
calore hac etiam in parte naturam non parum
adiuuante.Nam cùm inter membra vitalia, cor
vt est indicatum, præcipuum sit & eximium,
quippe quod membra siogula spirituum calo-
re fouet: iccirco nostri opificii auctor illud
per omoia efficax esse facultate vegeta voluit,
ne pars ipsius vlla foret otiosa, vel nihil ad corpo
ris vniuersi vtilitatem subministraret. Eamque
ob rem pulmonẽ posteriore sui parte contingens
perpetuo viscus hoc motu attrahit, ac vicissim
meat⁹, omnes hui⁹ vel hausto aëre dilatat, vel re-
mittẽdo quod antea receperat,expellit. Parte au-
rẽ anteriore stomacho,quà is assurgit maximè,co
hærens: & fouet hunc & habilem ad effectiones

ſoas teddit : non quò ſpiritum ille attrahat,ſed
nutrimentum corporis recipiat. Nam vicinæ
quaſi fores ſunt, per quas & ſpiritus & nutrimé-
tum hominis corpus ingrediuntur. Vtrumque
membrum ab imo coniuoctum alteri, ſecundú
longitudinem ſurſum tendit : parteque ſuprema
ſui rurſus eodem loco ſic connectuntor, vt e-
tiam ipſorum oſcula conueniant, deſinantibus
in ore noſtro amborum veluti canalibus, quorũ
alter alimentoin corporis,alter ſpiritum intromit
tit. Ima quidem in parte tamdem hæc meatuum
coniunctio diſſoluitur. cor eoim loco inter ven-
triculum pulmonemque medio incidens, huic
Appetitus quidem reſpirandi, illi verò nutrimenti confici-
endi facultatem largitur. Nam igneum quod eſt,
ſic à natura eſt comparatum, vt materiem quaſi
fomentum quærat:id quod etiam ſibi receptacu
lo vſuueniat neceſſe eſt. Quantò enim magis ob
caloris vicinitatem igneſcit, tantò auidius ea,
quæ calori nutriendo ſunt,attrahit. eſtque huic
naturæ copiditati nomé inditũ Appetitus. Quòd
ſi membrum, quo cibos continetur, materiei ſa-
tis iam præhenderit:oó tamé ignis vicint ceſſabit
actio. Nam colliquefaciet materié tanquã in vaſe
liquandis rebus apto:eumque cruda & cohæren
tia digeſſerit,interque ſe cômiſcuerit, proximos
in meatus ea quaſi per quoddam infundibulum
deijcier. Deinde ſecretis vtrimque partibus,cùm
ijs quæ craſsiores,tum qnæ puriores ſunt : tenu-
es haſce per quoſdam quaſi canales ad iecinoris
oſtia deducet. Subſidentes autem & craſſas in nu
trimento fæces in capaciora inteſtina detrudet,
ac per multiplicia horum volumina verſatas ali-
quãdiu retincbit,partim vt de his ipſa etiam viſ-
cera nonnihil nutrimeoti hauriant : partim ne ſi
per meatus rectos deijciantur,contiouò moleſta
nobis appetitio nutrimenti ſit,& numquam non
in eo acquirendo,animalium rationis expertium
more,hominum occupetur opera. Cumqne ieci-
nori etiam neceſſarius ad commutandum tes hu
midas in ſanguinem,caloris vſus foret:abeſſet au
tem membrum hoc ſitu ſuo longius à corde,pro-
pterea quòd minimè côueniebat cor,quod prin-
cipium & radix facultatis vitalis eſſet, arctiore
per vicinitatem loco alteri vitæ principio côiun-
gi:ne quid ob caloris diſtantiam detrimenti no-
bis accideret,meatus neruus(quem periti hûius
doctrinæ arteriam vocant)hauſtum de corde ſpi
ritum igneum ad hepar defert.atque hæc quidé
arteria loco propè eodem,quo humida recipiun-
Sanguis vnde rubet tur, hepati inſeritur. Itaque calore ſuo facit vt
humida ferueant,quiddã cum eis igni cognatum
communicans, quo fit vti ſanguis igneo colore
reſperſus,purpureus exiſtat. inde rurſus exorti ge
mini quidã riuuli tubulis conſimiles,quorũ alius
ſpiritum,ſanguinem alius côtinet(coniunguntur
auté ideo,vt humor per caloris mobilitatem, ſi is
vnà vehatur,leuior exiſtat) per corp⁹ vniuerſum
multifariã ſparguntur, tãtũque nó infinita in ca-
nalium principia quaſique ramos ſe paſsim ſin-
dunt. Atque duo quidẽ hæc facultatũ vitaliũ prin
cipia inter ſe commiſta,cùm id quòd calorem, tũ
quod humorem vniuerſũ in corpus didit, quod-
dam veluti debitum tributũ facultati quæ in ad-
miniſtratione vitæ ſummo cũ imperio eſt & po-
teſtate,pendunt. Intelligimus auté facultaté,quæ
cerebri mébranis,ipſoque cerebro continetur:à
A qua profectus omnis neruorũ motus,omnis muſ-
culorum côtractio,omnis ſpiritus,qui motus eſt
ſingulis in membris ſpôtanei cauſſa, efficiunt vti
corporis humani fabricata de terra ſtatua ſuis a-
ctionibus & motu ſit prædita. In calore quidem
quod eſt longè puriſsimum,& in humore tenniſ-
ſimum,vtraque miſtione quadam ac temperatu-
ra vnita, velut exhalando cerebrum notriunt &
fouent. Ab hoc eadem longè puriſsimè attenuata
reddũtur,vt membranam ipſum ambientem irri
gent Hæc de parte homioıs ſuperiore ad ima ié-
dens,fiſtulæque in modum cootiguas vertebras
B penetrans cum medula,qoam continet,ad baſem
vſqne dorſi ſpinæ,quam vocant, delata deficit,ip
ſa etiam ſpina eo loco deſinente. Oſsium quidé
& iuncturarom in corpote cômiſſuris omnibus
itemque muſculorum principijs ab hac mébrana
tamquam omnium moderatrice, ad quemlibet
motum ac requietem facultas inditur. Eam ob
cauſam,de mei quidé animi iudicio,muniri hanc
ètiam magis aliquanto,quàm mébra cetera con-
ueniebat. Itaque in capite duplici oſsium ambitu
omni ex parte compreheoditur,in vertebris cùm
exſtantium veluti ſpioarum propugnaculis, tum
multiplice ipſarum vertebrarum iotet ſeſe nexu:
C quo fit vt ab illa omnem iniuriam hæc, qua lædi
poſſet, arceant:adeoque tota ſit, quodam quaſi
præſidio ipſam vndique ſapiente. Item de corde *Cor in medio hõis.*
licet exiſtimare,eſſe nimirum hoc inſtar munitæ
domus omni ex parte comprehenſum aptiſsimè
ac circumdatum ab oſsibus duriſsimis. Nam à
tergo ſpina eſt dorſi, quam vtraque parte tutam
ſcapulæ reddunt. Latus autem vtrumque coſtæ
complexæ, quod inter has medio loco contioé-
tur, ne quid aduerſi patiatur,efficiout. Parte de-
nique antica pectus & binæ clauiculæ cor muni-
unt,vt hoc modo tutum vndiqne foret aduerſus
res omnes,quæ res ipſi vel moleſtiam, vel malum
D etiam creare poſſent. Vt autem in agricultione vi *Simile ab agricultura.*
demus ab imbre vel riuulorum immiſsione ter-
ram irrigari.nam eſto quidem nobis hortus pro-
poſitus,in quo variæ ſint maximo nnmero arbo-
res,itemque rerum omnis generis terra naſcentiũ
ſpecies,quæ ſingulæ forma,qualitate,colore plu-
rimum differant:tot res cum eiuſdem loci nutri-
antur humore,vis tamen hæc ſucco ſuo ſingula
rigans,natura ſua eadem eſt : cum res ipſæ qnæ
nutriuntur,ſuccum hauſtum diuerſas in qualita-
tes commutent. Idem namque in abſinthio con-
uertitur in amarorem:in cicuta ſnccus efficitur,
qui interitum adfert:in alijs aliud,vet bi gratia,in
E croco,balſamo,papauete.nan in his vim calidam
adquirit,in illis frigidã,in alijs temperatã In lau-
ro,in iunco odoraro,in alijs huiuſmodi fragranti
am habet:in fico & pito dulcitudiné. In vite con
uertitur in botrũ ac vinũ. Etiam commutatur in
ſuccũ mali,in rubediné roſæ,in ſplendidũ lilij cã-
dorem,in cæruleum violæ, iu purpureũ hyacin-
thi colorem. Denique vniuerſa quæ terra profert
quamquam ab vno eodemque humore proue-
niant: diuerſiſsima tamen efficiuntur, ſioe figu-
ram, ſiue ſpeciem, ſiue qualitates ſingulorum
ſpectes. Huiuſmodi quoddam noſtro etiam in
agro, illo inquam animato, admirandum opus
naturæ conſpicitur; naturæ dico? immò verò
ipſius

Singularũ partium corporis proprietates. ipsius naturæ domini. Ossa, cartilagines, venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, carnes, cutis, arunioa, capilli, musculi, vngues, oculi, nares, aures, A huiusmodi cætera numero propè infinita, diuersis à se inuicem distincta proprietatibus, vna nihilominus eademque alimenti specie, prout ipsorum natura fert, nutriuntur: ita vt cibus cùm à membris singulis propè abest, eius in naturam conuertatur, cui sese adiunxerit. Si ad oculum defertur, oculi ad naturam temperatur, & prout ipsæ in oculo tunicæ diuersæ sunt inter se, sic etiam nutrimentum ratione singulis conueniéte distribuitur. Si ad partes auditui destinatas confluat, earumdem naturæ miscetur: sicut in labris, labrorum. In ossibus durescit: in medulla tenerum B efficitur: cum neruo tenditur, cum superficie partibus ceteris circumdatur: ipsos in vngues penetrant: & in halitus adeò tenues conuertitur, vt de iis crines etiam oriantur. Ac si quidem per tortuosos meatus feratur, crispos & inflexos crines generat. sin eidem halitus, de quibus oriri comas diximus, per rectos meatus exeant: etiam comæ teretes & rectæ erunt. Sed enim longè ab instituto digressa oratio est, dum altius naturæ operibus inhæret, & oculis quasi subiicere conatur, quo pacto & vnde singula in nobis existant, cùm quæ ad viuendum, tum quæ ad iucundè viuendum C comparata sunt: & si quid etiã præter hæc in nobis est, in partitione superiore comprænhensum. Nos autem instituerамus demonstrare, caussam siue principium naturæ nostræ, quod semine cõstituetur, neque animum esse sine corpore, neque corpus sine animo: sed ex corporibus animatis ac viuis, viuum & animatum ipso sui initio animal procreari, quod humana natura quasi nutrix excipiens, suis ipsa facultatibus alat. itaque nutriri secundum vtramque partem, cùm quidem accretio parti vtrique consentanea manifestò deprahendatur. Nam statim ab initio per artificiosam & singulari ab intelligentia profectam corporis formationem, inesse huic facultatem animi D ostenditur, appareotem illam quidem obscuriusculè sub initium, sed deinde corporis instrumento planè absoluto clarissimè resplendentem. Licet simile quiddam statuariorum in arte perspicere. Nam esto animalis cuiusdam artifici proposita idea, quam ille cupiat in saxo exprimere. post quàm hoc apud animum statuit, primùm de materie cognata lapidem abscindit. deinde superfluis quasi amputatis, quodam modo rudem ei formam ad ideæ similacrum animo conceptum inducit. de hac iam vel ignarus quispiam consilii artificis, assequi coniectura potest, quid operis in E stituerit. Ille porrò prioribus aliquid addés, propius etiam ad rei, qua in exprimenda laborat, similitodinem accedit. Deinque materiei formam accoratè perfectam insculpens, arti finem imponit. estque iam lapis ipse vel leo, vel homo, vel quidquid tamdem artifex de eo fecit, cùm paullò autè informis esset: nõ quòd materies per formam sit commutata. sed quòd ei forma quædam eiusmodi sit artificiosè inducta. Tale quid si etiã de animo cogitabimus, à vero non prorsus aberrabimus. Quippe rerum opifex sumpta generis

Simile à statuariis

eiusdem materie, quæ pars est hominis, quamdã quasi statuam fabricat. Vt autem in comparatione proposita, leui primũ opera forma saxi exsculpitur, quæ obscuriuscula initio est, perfectior autem opere iam absoluto: sic etiam nostri huius in instrumenti sculptura, secundum proportionem subiectæ rei, prout hæc scilicet perficitur, animus etiam magis ac magis elucescit nimirum imperfectum se, dum illud adhuc imperfectum est, deinde perfectum in perfecto declarat. Ac fuisset quidé ipso in ortus nostri initio perfectus, si per peccatum quasi mutilata natura non esset. Nunc cùm particeps natura nostra sit eius ortus, qui & vitiis obnoxius, & animalium rationis expertiũ ortui affinis est: fieri nequit, vt hominis in figméto statim diuina imago eluceat, sed via quadam & ordine hominem quasi peneti antem crassa & à brutis profectas in animo proprietates, ad perfectioné peruenire necesse est. Huiusmodi quiddam nos magnus etiam Apostolus ille, in epistola ad Corinthios scripta docet: cùm puer, inquit, essem, puerorum more loquebar & ratiocinabar. *1.Cor.13.* Vir factus, puerilia isthæc aboleui. Nimirum cogitationes pueris cõsentaneæ nõ eo pacto abolentur adscitis virilibus, vt alius animus ab eo qui erat in puero, in hominem iam virum immigret sed vno eodemque animo facultatem in puero necdum perfectam, in viro perfectam demõstrãte. Quemadmodum enim res nascentes, quæ incrementum sumũt, viuere quidem illas dicimus: sicut & quod vitæ naturalisque motus est particeps, inanimum dici nequit: non tamen perfecta in eis sic viuentibus anima statui potest. Nam in plantis quamquam existat animæ propria quædã effectio, non tamen ex sensuum motum habent. Deinde supra has, animalia bruta sunt illa quidé animæ facultate prædita: finem verò vltimum & perfectionem adepta non sunt. quippe à rationis & intelligentiæ præstantissimo dono non sunt instructa. Sic veram adeò perfectamque animam solam esse humanam statuimus, confirmantibus in hoc sententiam nostram effectionibus eius vniuersis. Quòd si qua res alia particeps etiam vitæ est, ea vel ò animata dicitur hominum more, vocem hanc propria significatione non vsurpantiũ. Non enim hoc ea fit ratione, quasi perfecta sit in eiusmodi rebus anima: sed quòd partes quasdam in eis videamus effectionum animæ propriarum existere, quas ipsas tum primum cœpisse hominis in natura accepimus, cùm ad statum perturbationibus & vitiis obnoxium nos demisissemus: sicut est ex arcana Mosis de hominis ortu narratione declararum. Iccirco Paulus eo loco, quo consulit omnibus, qui parére consilio ipsius velint, vt perfectioni sint addicti: modum etiam subiicit, quo fieri compotes voti sui possint, cùm ait: Exuendum esse hominem veterem, & induendum nouum, qui sit ad imaginem creatoris instauratus. *Ephes. 4.* Age igitur, reuertamur omnes ad diuinam illam gratiam, qua rerum initio Deus hominem creatum ornauit, cùm diceret: Faciamus hominem ad imaginem similitudioemque nostram. Ei sit gloria & potestas sæculis infinitis. Amen.

D. GREGORII NISSENI EPISCOPI, DE VITA MOSEOS, SIVE DE VITA PERFECTA, LIBER, Georgio Trapezuntio interprete.

Simile à cursorib.



Quemadmodum qui certamen equorum non sine magna delectatione animi spectant, & si nihil ad cursum diligentiæ illi prætermittant, quos vincere optant, oculis tamen cursum ipsorum soliciti prospicientes, clamant atque hortantur, incitareque ac efficere se putant, vt velocius equi petuolent, cùm huc atq; illuc vnà cum equis inflectantur, ac manum quasi flagellum in ipsos extendant atque incutiant: non quia nesciant, hæc nihil ad victoriam conferre, sed quia beneuolentiam ac studiũ erga certantes, voce corporisque motibus, natura duce significare impelluntur: sic mihi ipsi de te facere videor amice ac frater charissime. Nam cùm tu in virtutis spectaculo, probè diuino cursu ac certamine perseueres, & ad supernæ vocationis præmia crebris leuissimisque saltibus festines, acclamo atque impello, & diligentia studioque intendere velocitatem iubeo. Quæ omnia non ideo facio, quia temeratio quodam studio tui detinear, sed quia vt charissimo filio morem tibi gerere studeã. Cùm enim literis tuis petieris, vt tibi à nobis ad perfectam vitam admonitio quædam conscribatur, æquum arbitrati sumus, vt hoc libro nostro et si nihil aliud fortè vtilitatis, attamẽ illud ꝓfectò non cõtemnendum tibi, nos ipsos obediētiæ proponamus exemplum. Nam qui tam multarum animarum curam vt patres gerimus, oportere duximus, vt hæc senectus modestiæ tuæ mãdata susciperet, maiores obedientia in te profectò vires habebit, cùm ætas tua nostro exemplo magis roborata fuerit. Sed hæc hactenus. Nam nobis iam incipiendum est. Petijsti à me charissime fili, vt tibi quænam sit perfecta vita, diligenter describam: quod te ideo velle non dubito, vt cùm, inueneris quod quæris, ad vitam tuam quod inue nisti, accommodes. Ego verò duo in hac re, & ambo mihi impossibilia, cõspicio. Vtrumque enim, & perfectionem videlicet vitæ ratione describere, & quod ratione comprehendisti, in vita ipsa mõstrare, supra vires meas esse facilè fateor, quippe qui putem multis etiam in virtute præstantioribus & magnis omnino viris difficilia hæc esse

Psal. 52. dictu, imo verò impossibilia. Verùm ne videar ibi timere, vt Psalmista ait, vbi timor non est, planum id ita faciam. Cùm perfectũ dicatur, quod finem suum atque terminum ita consequutum est, vt nihil sibi desit, nihil deficiat. Sed in his qui dem, quæ sensu capiuntur, certis quibusdam terminis continẽtur omnia, vt verbi caussa, in quãtu tam continuo quàm discreto proprijs quibusdam terminis omnis mensura concluditur. Nam qui ad cubitum vel senarium respicit numerum, non est nescius, vnde vtrumque istorum incepit, & quò exiuit, quibus illorum finis habeatur atque perfectio. In virtute verò hunc ab Apostolo perfectiõis terminum esse dicimus, quod nullus in ipsa sit terminus. Quippe cùm ille ipse Paulus, vir diuinus, & mente altissimus, semper ac iugiter per virtutem suum cursum intẽderet, nec vnquam ad maiora conscendere negligeret: non enim videbat staturã sibi cursus perfectionẽ ac fi

A nẽ. cur ita? Quoniã omne bonũ ipsa natura, qua bonũ est, nõ habet terminũ, sed cõtrarij cõparatiõe terminatur: vt vita morte, lux tenebris, & omnino bonum omne in eo desinit, quod ipsi cõtrarium esse intelligitur. Quare quemadmodum vitæ finis mortis initium est, sic cursus ipsius finis qui secũdum virtutem est, vitiosi cursus initium inuenitur. Non igitur falsò à nobis dictum est, impossibile esse perfectionem ac finem virtutis cõprehendere: demonstratum enim iam est, quod nullis virtus terminis continetur. Nũc autem alterum etiam, quòd scilicet impossibile sit eis, qui

B cum virtute viuunt, ad perfectionem finemque virtutis peruenire, nobis explanandum videtur Primùm igitur ac propriè bonum, cuius natura bonitas est, Deus dico ipse, quodcumque natura esse intelligitur, idipsum & est, & nũcupatur: quæ quidem diuina natura (quoniam nullus virtutis terminus præter vitium est, vt iam rationibus cõprobauimus, diuinitas enim contrarium suscipere non potest) interminata est ac infinita. At verò qui nõ simulatè, sed verè virtutem sequitur, Deo, qui vera virtus est, participatione coniungitur. Deus autem terminum non habet. Quare neces- *Bonum.*

C se est, participantis quoque desiderium, cùm ad interminatum infinitumque seipsum extendat, nullum habeat exitum, quo cessare possit. Quas ob res si nullis vitæ perfectio terminis cõtinetur, si virtutis id ipsum terminus est, quòd interminata sit, impossibile omnino est, ita perfectionem hanc aut re consequi, aut verbis assequi, vt ad altiora vllus ascensus relinquatur. Quomodo igitur quæris, ad quem finem quispiam peruenturus sit, cùm finis nullus inueniatur? Non tamen quoniam quod quæritur exitum non habet, idcirco præceptum illud Domini negligendũ quo dicitur: perfecti sitis, sicut & pater vester cœlestis,

D perfectus est Nã & si totum consequi nequeas, *Matth. 5.* tamen in rebus omnibus, quæ natura bona sunt nõ paruum est lucrum (nisi desipias) vel partem earum aliquam consequi. Omne igitur studium, omnem curam, diligentiam denique omnem adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam peruenire possibile sit: tantumque ipsius possideamus, quantum capere possumus. Ita enim se habete, vt ad vlteriora semper in virtute ac bono velis ascendere, id ipsum forsan humanæ naturæ perfectio est. Sed rectè (vt mihi

E videtur) faciemus, si hac nostra in quæstione sacræ scripturæ vtemur consilio. Per prophetam igitur Esaiam diuina vox clamat: Respicite in Abraham vestrum, & in Saram quæ vos peperit. *Esa. 51.* Hæc enim diuinus sermo, non iis qui in virtute permanent, sed iis qui à virtute aberrãt, præcipit. Vt quemadmodum qui tempestate ac vi ventorum longè à recta nauigationis suæ via in pelagus exacti sunt, si vel ignem, vel cacumen montis pro-

tis prospexerint, facilè se ab errore in rutum reducunt: sic quicunque huius vitæ fluctibus oppressi, à virtute aberrant, exemplo Abrahæ ac Saræ, quasi quodam gubernaculo, ad diuiox volũtaris portum reuocantur. Ac ideo quoniam tn masculum & fœminam natura humana diuisa est, & A
vtraque libera, am ad virtutem, quàm ad vitium proposita est electio: ad Abraham & Saram respicite, vt viri à viro, & mulieres à muliere, propria, idooeaque naturæ suscipientes exempla, facilius suos ad virtutem dirigant gressus. Quare si nos quoque vnius probati vitam in exemplum sompserimus, ardentissimum tuum (vt spero) explebimus desiderium: ostēdemusque quomodo pos B
sibile sit, hos vitæ fluctus absque naufragio superare: animamque nostram perturbationum vndis minimè submersam in tutissimũ virtutis portum deducere. Idcirco enim credendum est præstantissimorum virorum vitas exquisitissimè per scriptas, vt vita nostra imitatione ad virtutem ac bonum rectius deducatur. Sed dicet quispiam, quomodo si oec Chaldæus sum ego, vt de Abraham scribitur, nec alumnus regis Aegypti filiæ, vt de Moyse scriptura testatur, nec denique cum priscorum aliquo mihi quicquam commune sit, alicuius eorum potero vitam consequi? Cùm nihil habeam quo possim adeò diuersæ vitæ ac mo C
rum longeque aliorum seculorum hominem imitari. Nos verò respondebimus, neque ad vitium, neque ad virtutem pertinere, si Chaldæus quis sit: nec si in Aegypto viuat, aut in Babylone versetur, ideo à recta virtutis vita expellitur: nec enim in Iudæa solùm, vt quondam, Deus cognoscitur: oec Sion illa, Dei scilicet domicilium, determinatus quidam locus est, vt litera sonare videtur. Sed subtilius atqoe acutius nobis inspiciendum est, vt videamus quos Chaldæos, aut quos Ægyptios fugiendos scriptura per historiam admonet, & qua Babylonis captiuitate liberati ad beatitudinem tandem conscendamus. Quas ob D
res Moyses ille in exemplum nobis proponatur: cuius vitam si prius (sicut à diuinis didicimos) breuiter percurramus, sic demum consentaneom historiæ sensum inuestigabimus, quo perfectam hominum vitam facilius cognoscemus. Scribitur igitur, Moysen quando Ægyptij lege tyranni, masculi Hebræorom infantuli viuere vetabantur, tunc in lucem editum fuisse, quem gratia quadã statim ab incunabilis scitum ac elegantem cum vidissent parentes, maiori studio fuisse vt vitam ei conseruarent, cooatos. Quare noo simpliciter, sed in fiscella quadam, bitumioe ac pice rimas illita, impositum, in fluenta infantem Nili exposuisse, diuinaque voluntate ad eam ripam amnis fiscellam vorticibus aquarum eiectam, qua regis tunc filia fortè spatiabatur. Ita repertus, ac gratia quæ in eo apparebat, & specie à regis filia dilectus, in filium fuit adoptatus. Verùm natura quadam insita mammillam omnino fastidiens, consilio propinqoarum cuiusdam, à propria enutritur parente. cùm verò in regia educatione, doctrinaque seculari ex ephebis iam esset egressus, inglorius degere apud suos maluisse, quàm fictam illã cuius adoptatus in filium erat, matrem profiteri. Acgyptio autem viro in Hebræorum qoendam impetum faciente occiso, duos Hebræorum cõ-

Cur vita Sanctorũ descripta proponuntur.

Prou. 1. 2.

tentione commotos in rixam admonuit, non ira concitari, sed natura, quæ propinquitate ipsos cõiunxit cociliatrice, & quasi iudice arbiroque fratres vti oportere. Sed ab eo qui præmio iniuriã afferebat repulsus ad contemplationem hac cõtumelia impellitur. Ciuitatum enim turbationibus omnino relictis, secum viuere maluit, filia cuiusdam alienigenæ in vxorem ducta: qui tanta erat ad peruestigandos ingenia hominum, moresq́; comprehendendos prudentia præditus, vt vnica re gesta, quam Moyses aduersus pastorũ vim magno animo fecerat, adolescentis virtutem cũspexerit, quod non proprio lucro aut laude commotus, pro iustitia pugnauerit, sed iustum ipsum per se ac natura sua honestum iudicans, pastores qui nihil in seipsum peccaruot, castigauit, eorumque iniustiam repulit. Quapropter virtutem Moysi admiratus præstantiorem ipsam aliorum diuitiis existimans, filiam ei tradidit in vxorem, facultatemque fecit, vt ipse quamcuoque viuendi rationem vellet, eligeret. At ille montanam ac solitariam elegit, vbi à turbatione procul remotus, in ouium cura sibi in deserto attendebat. Quo in genere vi *Exod. 3.*
tæ non paroo transacto temporis spatio, mirabilem dicit historia ipsum vidisse visionem. In medio enim claroqoe die alia præstantior, quàm solaris lux, circa oculos suos effulsit. Cuius rei insolentia cùm respexisset ad montem, arbustum ardens scribitur aspexisse: cuius rami cùm arderēt, quasi continua irrigatione virescebant, admirarumque secum dixisse: Vadam & videbo visionẽ hanc magnam, ne videlicet oculos solùm, verũetiam (quod mirabilius est) auditum radijs eius lucis illuminaret. Natura enim illius lucis, veloti in duorum obiecta sensuum diuisa, vt in oculos splendore radiorum fulgebat, sic inauditum immortaleque dogma tum intonabat. Vetuit enim ad montem calceorum pondere pressum accedere, soluereque iussit calceamenta, ac demum oudo pede terram illam attingere, quæ diuina loce resplendebat. Deinde ne longior in historia sim, hac visione corroboratus, ab Aegyptiorum serui tute suos liberare iubetur. Sed vt disceret, quanta diuinitùs virtus sibi præstaretur, ita Deo iubē *Exod. 4.*
te, huiuscemodi periculo vsus est. Virga manu io terram proiecta io colubrum vertitur, rursusque recepta, vt virga prius erat subitò facta est. Manus quoque in sinu recondita, in niueum candorem immutatur, & iterum in eumdem sinũ immissa, in pristinam rediit naturam. Descendeote aotem ipso in Aegyptum, adducẽteqoe secum vxorem alienigenam, & liberos sibi ab ea natos, angelus obuiam factus timorem mortis intulisse fertur: quem mulier circumcisionis filij sanguine facilè placauit. Tuoc Aaron quoque frater eius diuinitus monitus obuiam prodiit, & paulò pòst in cõcionem ab vtrisque populis conuocatur, libertas tam laboriosæ seruituti præponitur. Cum ipso *Exod. 5.*
quoque tyranno hac de re loquuntur. Irritatur ille magis, imperat duriora, vt non solùm luto, sed paleis stipulisque colligendis afflicti Iudæi contabescant. Cùm verò ad inaudita signa, miraculaque Moyses versus esset, coramque ipsis Aegyptiis virgam suam in colubrum vertisset, Pharao (id enim nomen erat tyranno) magorum ineptiis fretus, magis resistebat: ij enim virgas similiter

militer suas in terram proiectas, in dracones mutasse videbantur. Sed qui ex virga Moysi verè animatus erat, magorum virgas, re ligna, visus deceptione dracones, facilè deuorauit. Tunc consentientes tyranno Aegyptios omnes cùm vidisset Moyses in vniuersam eorum gentem, nemine omnino excepto intolerabilia infert vulnera. Cómouebantur autem iussu eius elementa ipsa, terra scilicet, ignis, aër, aqua. ad impietatem enim tyranni actiones suas facilè commutabant. Eodem quoque tempore eodem in loco, Iudæi ab officio non recedentes, nil mali sentiebant. Aegyptij verò perperam & cogitantes & agentes acriter

Ibid. 7.

plectebãtur. Nam aqua per vniuersam Aegyptú in sanguinem iubente Moyse conuersa est, vt vel pisces ipsi crassitudine aquarum carnea morerétur: Iudæis solis sanguis aqua erat limpidior. Hinc necessitate rerũ coacti Aegyptij, aquæ quã apud Hebræos inueniebant, permixtione sangui

Exod. 8.

neam aquam suam mitigabãt. Similiter quoque ranarum irrepens multitudo, quarum generatio non naturali cursu elementorum, sed coactis, vt ita dicam, elementis, iubente Moyse facta est, solis turpissima Aegyptiis inferebat fastidia: Iudæorum verò vita nihil ex huiusmodi bestiolis incõmodi patiebatur. Sic etiam aër nullam diei ac noctis faciebat differentiam, Aegyptiis in eadem cõtinuè crassitudine palpitantibus: at Iudæis nihil noui afferebat. Similiter cætera quoque omnia se habebãt, grando scilicet, ignis, ciniphes, muscæ caninæ, locustarum nubes: hæc aduersus Aegyptios omnia vt natura sua fert, perniciosissima erant: Iudæi verò, rumoribus solum, verbisque cohabitantium hos morbos, nullo suo incommodo, cognoscebant. Postremò primogenitorum omnium nece, cùm ij quidem suorum pernicie confusi lugerent, ij verò sanguinis signaculo, liminaribus atque postibus inunctis tuti quiescerent, quanta inter Iudæum & Aegyptium esset differentia, cunctis apparuit. Itaque percussis Aegyptiis, suaque publicè ac priuatim lugentibus, educit Moyses populum diuitiis simul Aegypti abductis. Verùm cùm iã tribus peragrasset diebus, videt pœnitentia ductum hostem, cum magno exercitu & instructissimo equitatu aduersus se festinare. Quæ res non mediocriter imbellem populum in Moysen concitauit. At ille intrepidus, voce quidem populum, vt in Domino spem haberent, hortabatur, animo autem ad Deum penitus conuersus, auxilium tacitus implorabat. Quo recondito clamore creator exoratus, præstò miseris ac mirabiliter affuit. Nubes enim quæ Dei iussu, non natura præcedebat, non presso aëre vaporibus constituta, sed aliud quiddam diuinitùs, atque altius, quàm humana mens percipere valeat. quæ in die solis ardores tẽperabat, & noctu in igné vera noctis & frigora tẽperabat, & tenebras remouebat. Hæc inquam nubes, quam veluti ducem sequebantur, priore omisso itinere in rubeum mare ducebat. Deuenerunt igitur sequuti ducẽ Hebræi vsque ad littus, quos Aegyptij persequuti, vndique ita concludunt, vt nulla iam fuga humano consilio posset excogitari. ante ipsos mare rubeum erat, post ipsos validissimus atque instructissimus Aegyptiorum exercitus. Tunc summus ille vir omniũ diuinitus monitus ad littus descendit, mareque rubrum virga percussit, & subitò vt in vitro facta scissura facilè ex altera parte, in alteram peruenit. Sic ictu Moysaicæ virgæ in oppositam vsque ripam, hinc atque hinc cedẽtibus aquis scissura peruenit. Itaque facto per medium pelagus, itinere, vtraque ex parte vndis aquarum quasi muris consistentibus ingreditur, Deo fretus cum populo Moyses, quem Pharao impetu animi concitatus insequitur. Sed mare virga percussum in pristinum statum reducitur, Exod. 14. ac Aegyptios omnes obruit. Hebræi verò in oppositum littus incolumes cùm peruenissent, cantũ Deo, qui gloriosum aduersus hostem sibi tropheum præbuerat, grato animo cecinerunt. Triũ deinde dierum itinere confecto, cùm siti populus laboraret, mira quadam amaritudine aquarũ à potu earum deterritus, lignum Moyses, quod Deus ei ostenderat, in amarissimas illas aquas immisit: & ilicò natura ligni aquarum ablata putredine, dulces atque potabiles effectæ fuerunt. Nubis deinde ductu, quam præcedentem sequebantur, & qua stante ipsi quoque castra metabantur, ad locum deueniũt aquis atque arboribus amœnissimum. Duodecim enim fontibus irrigabatur, & septuaginta palmis consitus altissimis, miraculo simul ac vsui videntibus fuit. Hinc rursus amota, in desertum deduxit: vbi ardens arena, locorũ ariditas, aquarum penuria, ingenti populum siti affligebat. At Moyses ex lapide quodã virga percusso, iucundissima atque copiosissima aquarum Exo. 16. 17. fluẽta exilire fecit. Hic commeatus etiam omnis, quem exeuntes ab Aegypto adduxerant, quum defecisset, non à terra sibi, vt solet, quæ victum prestabãt, oriebantur, sed à cœlo quotidiè in crepusculo, non aquea stillicidia, sed quasi cristallinæ guttæ in coriandri seminis formam conglobatæ, roris vice, descendebant: quæ ad cibum collectæ gustum mellis penè afferebant. Sed mirabile quid in ipsa quoque collectione fiebat: nullus enim minus quàm egeret, aut propter ætatem, aut propter infirmitatem sibi assumpsit: nullus quia validior, sibi plus quàm esset opus, in eo die potuit arripere. Itaque quicquid in vno die congregauerant, eius ipsius diei solummodo cibus erat. Quòd si quis timore furtim quandam sibi particulam ad crastinum conseruasset, totũ quod repositum erat, per noctem corruptũ in vermes transformabatur, præter quàm in die sabbati. Nã cùm hæc dies ratione quadam, & mystica cessatione ab Hebræis honoraretur, ne quid in ea die præter consuetudinem facere cogerentur, quamuis tanto in collegio vnusquisque studium, quantum in cæteris diebus die sexta adhibebat, duplũ tamen collectum sibi esse inueniebat. Cumque in cæteris diebus, si quid seruabatur in crastinũ, in vermes totum trãsmutaretur, solum quod die Veneris collectum erat, per totum diem sabbati perdurabat. Bellum deinde aduersum Amelech exarsit, & tunc primùm Hebræi constructi in aciem sunt, non omnes, sed electi, quibus Iosue, qui post Moysen gubernacula populi susceperat, præfuit. Nã Moyses extra prælium, in colle quodam altiore vnà cum duobus necessariis constiterat, ad cœlos aspiciens, quando (vt in historia traditum est) id quoque inter cætera mirabile dictu factũ est. Nam cùm Moyses manus in cœ-

lum

lum leuaret, tunc ingenti animo irruebant in hostes Hebræi: cùm verò manus remisisset, tunc cō tra ferociores facti hostes facilimè Iudæos pellebāt. Quod aliquoties factum facilè intellexerūt, qui cum eo erant. Itaque Moysi vlnas subeuntes occulta quadam de causa grauiores factas manus eius sustentabant. Verùm quia imbecilliores erant, quàm vt possent tectum diutius Moysen sustinere, lapidem illi in sedē supposito facilius adminiculū effecerūt: vt manus in cœlū leuatas diutius retineret. Quo facto fusi omnino fugatique hostes sunt. Ita sine molestia in eremo viuebant: nec enim poterant recedere, cùm nubes, quam vt ducem sequebantur, immobilis in eodem loco moraretur. His ita factis maiora occultioraq; mysteria Deus, & ipsum ductorem & populum instruere eū voluisset, præcepit populo per Moysen, vt tam corpore quàm animo mundus fieret, adeò vt etiam à nuptiis ipsis certo quodam dierū numero abstineret, aspersiōibusque quibusdam maculas abstergeret, vt omni labe animi corporisque deposita, mundus ad mōtem Sinai posset accedere: qui quidem mons ratione vtentibus solum illo tempore aditum præstabat: neque his omnibus, sed viris solummodo: nec viris etiam omnibus, sed illis tantùm, qui diligenter à se omnē maculam expulissent. Studium autem omnibus erat non paruum, ne quid brutorum mouti appropinquare paterentur. Quòd si fortè aliter accideret, lapidibus obrui à populo statutum erat, quicquid brutum iuxta montem apparuisset. His ita dispositis, in sereno die subitò tenebris mons circundatus fuit, & ignis è medio tenebrarū exiliens, ac totum vt videbatur montis tractum depascens, terrebat prospicientes, fumo atque caligine omnia repleta: adducebat tamen ad mōtē populum Moyses, quamuis ipse quoque huiusce modi visu timore perculsus ita erat, vt celare id minimè posset: sed vel ipsius corporis motibus commotum se patefecit: nec enim tantùm per oculos, verumetiam per auditum terror animas inuadebat: cùm sonitus desuper veluti buccinæ aut tubæ disrumpere subiecta locorum spacia videretur. Eratque eis tantò terribilior, quantò magis accedebant: quodque mirabilius est, articulatus erat. Nam aër absque vocalibus instrumentis non inanem orationem, sed significantem diuina formabat virtute, quæ populo leges atque instituta ponebat. Quæ omnia cùm ferre populus nō posset, impetrauit à Moyse, vt à Deo, ipso mediante, lex sibi traderetur, nec se quicquam retractaturū, sed omnia sicuti ab ipso Deo per Moysen sibi tradita crediturum asseruit: ita populus quidem ad subiecta mōtis loca relabitur. Moyses verò solus in monte relictus, contrà quam cæteri homines pati solent, affectus est. Nam cùm cæteri omnes desolati magis, in societate minus timeant, ipse derelictus solus audacior factus est. Vnde paruit, non vt timidum quendam perterritum in principio fuisse, sed charitate timentis populi fuisse cōmotum. Quare cùm quasi onus quoddam timorem populi deposuerit, ac in seipso factus esset, tunc etiam in ipsam caliginem audacter ingreditur. Itaque ad penetralia diuinorum ingressus, nec Iudæis amplius visibilis, solus erat cum inuisibili, vt nos (vt arbitror) his gestis instrueret,

quòd oporteat si quis velit esse cum Deo, omnia hæc quæ videntur, contemnere, ac mentem suam ad inuisibile atque incomprehensibile, quasi ad summitatē montis dirigere: ibique credere Deū esse, quò peruenire cogitatio non potest. Hac igitur in summitate montis constitutus Moyses, diuina suscipit mandata, quæ in via doctrinaque sunt ad virtutē. Cuius caput est pietas, vt scilicet eon deceptes de Deo opiniones habeamus, quod omnem cognoscibilem speciem, omneque super excedat exemplum, nulli rei quæ cognoscitur similis. Iubet enim ad nullam rem, quæ comprehēdi possit, respicere: nec iis similem putare naturā, quæ super omnia est, quæ comprehensione cognoscuntur: sed esse quidem ipsam credere oportere: quanta verò, aut qualis, aut vnde, aut quomodo sit: non esse quærendum, cùm eò peruenire humana ingenia nequeant. Ad impietatem autem etiam adduntur illa, quæ morum sunt castigationes, in genere vel in parte distributa. In genere quidem, totam simpliciter iniustitiam propellit lex illa, quòd oporteat proximum amare, quo stabiliter constituto, necessariò sequitur, nihil aduersus proximum cuiquam esse faciēdum. In parte, parētes colere, ac catminibus quæ diligenter enumerātur, cauere præcipit. Quibus legibus quasi instructus ad sublimiora transit mysteria, tabernaculo diuina sibi virtute proposito. Tabernaculū autem erat templum inaudita quadam varietate pulcherrimum, propylea, columnæ, cortinæ, mensa & candelabrum & thuribulū, altare ac propitiatorium, & quod intra sanctum est adytum impenetrabile. Quorum omnium dispositionem ac pulchritudinem, partim ne memoriam fugiat, partim etiam posteris miraculum sub appareat, non picturæ tradere, sed materiali ædificatione immateriale illud exemplar diuino consilio splendidis acceptis materiis imitari compellitur. Fuit igitur plurimum aurum in columnis circumfusum, & cum auro argentum cacumi oa & bases eorum exornabat, vt varietate coloris, sicuti arbitror, magis fulgerent. Sed æris quoque materia non inutilis visa est, capita enim & bases columnarum ex ære factæ sunt. Cortinæ porrò atque tentoria, totiusque templi septum, & super columnas extensum tectum, omnia per textoriam artem conueniente singulis attributa materia cōficiebantur. Aliis ex hyacintho, & purpura etat tinctura, & igneus cocci rubor, splendor quoque byssi natura ipsa perductus ac fine arte confectus color. In aliis linum, in aliis capilli, prout textutæ vsus petebat, assumebantur. Sed rubricatæ quoque pelles nonnunquam acceptæ sunt. Verùm hæc posteaquam de monte descendit per ministros secundum expositum sibi exēplar Moyses construxit. Tunc autem cùm in illo adhuc absque manu constituto templo esset, quibus sacerdos vestibus quando in templi penetralia intrandum erat, vteretur, de interiore simul atque exteriore amictu leges posuit, initium oon ab interiore, sed ab exteriore faciens: superhumeralia variis coloribus, quibus tentorium ornabatur, ac insuper auro distinxit. Vncinos quoque fecit, & cateoulas smaragdos in circulum auro connectentes. Hi lapides tum natura virides atque fulgentes, tum sculptura mirabiles vide-

Quomodo cum Deo quis esse possit.

Pietas in deum.

Exod. 20.

Charitas in proximū

Exod. 36. Tabernaculum.

videbantur: nec ad ſimulachrorum figuram ali-
quam ſculptura tēdebat. Sed patriarcharum no-
mina ſex in ſingulis lapidibus, erant impreſſa: ex
his ad anteriorem partem ſcuta quædam depen-
debant, & complicatæ catenæ in ſe permutatim
in quendam oumerum connexæ atque rhythmū
modo retis à fibulis ex vtraque parte deſuper à
ſcutis extenſæ, vt magis connexio perfulgeret.
In his erat ex auro fabricatus ille ornatus pecto-
ris, in quo diuerſi patriarcharum numero lapides
tres in ſingulis ordinibus, ordines quatuor ſue-
runt, tribuum nomioa literis exprimentes. In his
erat tunica ioter humeralia ad talos à ceruicibus
delapſa, aptiſſimè compoſita: in his erat inferior
limbus, noo texturæ varietate ſolùm, verumetiā
aureis appeodiculis pulcherrimus. Hæc autem e-
rāt aurea tintinnabula, pomaque punica viciſſim
dictum limbum ambiunt: ea in his erat lamina, &
caputium pontificis immioens fronti ex auro pu
riſſimo, mirabili quadam figura formata, & cingu
lum quo circunſuſus amictus ſuſtinebatur & or-
natus occultior: ac cætera oīa quæ per ænigmata
in amictus ſpecie ſacerdotalem oſteoduot virtu-
tem. Hæc à Deo ipſo perdoctus, maiorque
ſeipſo hac affectus doctrina, deſcendit à mon-
te ad ſuos, vt eos eandem diſciplinam doce-
ret, & leges eis proponeret. Ferebat enim tabo-
las manibus nō manu factas, ſed ipſius Dei opus
pariter tam materia, quàm literæ in materia im-
Exod. 32. preſſæ. Verùm populus qui antequam legis au-
ctor deſcenderet, pietatis frenum excuſſerat, hāc
gratiam non meruit. Nam cùm quadraginta die-
bus ac noctibus nullus indigens rei, quibus hoc
corpus ſuſtentatur, immortali vita ſub illa caligi-
ne Moyſes viueret, quaſi pueri, cùm pædagogi
non adſunt, ſic populus aduerſus Aaron conci-
tatus, impulit eum, vt ad ſimulacrum adorandum
dux eis fieret: ſimulacrū autem vitulus erat. Qua-
re offenſus Moyſes, perrupit tabulas, ne in homi-
nes iodignos tanta res deueniret: deinde Leuitis
adminiſtrantibus, populi ſanguine ſcelus expia-
uit. Simulacrum contriuit, Deum ab ira ſua pro-
pitiauit, & ſic rurſus quadraginta dierum ſpacio
Exod. 24. 25. & 26. tabulas à Deo impetrauit: quas ipſe quidem cō-
poſuit, Deus autē perſcripſit. Sic igitur poſtquā
diuino exemplari taberoaculum ipſis ædificauit,
propylea cuncta interiora, thuribula, altare, can-
delabrum, propitiatorium in adytis ſacerdotij, or
natum varium, ſacrificiorū modum, alium in pur
gationem, alium in agendis gratiis, alium ad auer
tanda mala imminentia aliud ad expianda pecca
ta. Hæc omoia pòſtquam optimè perfecit atqoe
conſtituit, ſuorum perpeſſus inuidiam eſt. Soror
Num. 12. enim Maria diuino fratris honore commota, nō-
nihil loquuta eſt, cui diuina ira commota velocē
intulit punitionem. Qua in re mirabilis clemen-
tia, inauditaque manſuetudo Moyſi viſa eſt. Non
enim ſolùm iratus inuidenti non fuit, ſed Deum
etiam orationibus ſorori propitium reddidit. Cū
Exod. 16. verò multitudo voluptate victa carnes edere de-
ſideraret, meliusque ſe in Ægypto vixiſſe, vbi car
nibus abundabat, quàm cœleſti cibo in deſerto
prædicaret, tunc Deo Moyſes rem cōmiſit. Deus
verò mira multitudine aues per ſtatiua Iudæorū
circūuolātes gregatim ſic immiſit, vt aucupium
eſſet facilimum. Quatum carnium nimium reple

ri, in morbos deciderunt, mortuique non pauci
A fuerunt: quæ res reſiduis exemplo ad modeſtiam
fuit. Exploratores deinde ad promiſſionis terrā *Nu. 13. 14.*
mittuntur, qui reuerſi non idem omnes, ſed mul-
ti penè impoſſibilē eſſe tranſitum nunciauerūt.
Vnde rurſus moltitudo aduerſus Moyſen cōmo-
ta fuit, multique deſperaruot ſe poſſe illuc perue
nire: qui omnes diuino iudicio coodemnati, non
viderunt, quod ſe poſſe videre deſperarunt. Pro-
ficiſcentes autem per deſertum, cùm rurſus aquæ
penuria premerentur, nec vllam miracnlorum
Dei tenerent memoriam, tam aduerſus Deum, *Num. 20.*
quàm aduerſus Moyſen impiè conclamabant: tū
B Moyſes quoque ipſe viſus eſt propter perfidiam
dubitaſſe, veruntamen ex acrotomo illo lapide
rurſus fontes aquarum mirè produxit. Paulò au-
tem pòſt Aegyptiacam vitam, & ventris nimiam
repletionem, iterum expetierunt. Quemobrem
ſerpētes veneooſis morſibus diuinitùs eis immiſ-
ſi. Cumque plures hoc modo indies perirent, di-
uino oixus conſilio Moyſes, æs in ſerpeotis coo-
fudit figurā, quam in tumulo quodam impoſuit:
iuſſitque, vt quicūque ſerpentis morſu laborarēt
in æreum ſerpentem aſpicerent, atque ita peſti-
ferom ex morſu ſerpentum morbum fugauit.
Immittebantur enim ex viſu quaſi antidota
C quædam in corpus, quod ſerpentium venena
imbecilliora reddebat, quàm vt poſſent ho-
mines occidere. Rurſus populo in eum ſeditio- *Num. 16.*
ne inſurgente, ac nonnullis in ſeipſos trans-
ferre ſacerdotalem dignitatem conantibus, Moy
ſes quidē pro peccātibus orabat. Deus verò nō
vt ille orabat, ſed vt iuſtum erat, hiatu terræ om-
nes ſeditioſos qui in Moyſen inſurrexerunt, ab-
ſorpſit. Qui autem ſacerdotij cupiditate exarſe-
runt, igne cremati circiter ducenti & quinqua-
ginta exemplo ſuo cæteros caſtigaruot Verùm vt *Num. 17.*
crederent, oon ab hominibus, ſed à Deo ſacerdo
tij gratiam concedi, virga literis à quo eſſet abla-
D ta ſignificante per vnamquanque tribum aſſum-
pta eſt, quas in templo Moyſes appoſiut: ac po-
ſtero die ſententiam de ſacerdotio Dei omnibus
oſtendit: ſola enim Aaron virga floruit, fructum-
que edidit. Nux autem erat fructus. Quod qni-
dem miraculum etiam infidelibus maximum o-
mnium viſum eſt, ſtupentibus ſcilicet quomodo
ſiccum ac leuigatum lignum, tam paruo tempo-
ris ſpatio arboris naturā ſuſcepit atque perfecit
Nam pro vligine terræ, pro cortice, pro humore,
pro radicibus & ramis diuina virtus ei ſuffecit.
Procedebat deinde vlterius cum populo Moy- *Num. 21.*
ſes, edixitque regiam (vt dicitur) viam eſſe cu
E ſtodiendam, ne videlicet ad dextram vel ſiniſtrā
declinarent, néue quicquam habitantium ea loca
arriperent. Coloni autem locorum parum his cō
tenti à tranſitu prohibebant, ſed pugna victi con
ceſſerunt inuiti, quod ſpontè date noluerāt. Poſt *Num. 22. 23. & 24.*
hæc Balach Madiaoitarum gentis magnæ prin-
ceps affinium exemplo perterritus, non ab aliis
principibus, nec armorum & exercitus: ſed à Ba-
laā augure quodā, qui magicis artibus ac dæmo-
nū inuocatiōe claruerat, famaq; de ipſo erat, ſæ-
pius ciuitatibus etiā ingētibus ſuis artibus nocuiſ
ſe, auxilium petiit. Is cū ad regem Balach iter fa-
ceret, aſinæ voce non proſperam eam ſibi viam,
fore inſtruitur, & viſione quadam quid faciundū

eſſet

esser, didicit, ac demum in locum maledictionis magicæ tales de Iudæis misit voces, vt verba eius apertæ essent diuinationes. Ira Balach vincitur, sed populus in bello victor, non parua ex parte luxuria vincitur. Tunc Phinees zelo virtutis vno ictu tam Iudæum, quàm alienigenam mulierem in ipso impudico actu confodit: quo facto diuina in eos qui peccauerunt, ira cessauit. His ita gestis ascendit in altum Moyses montem, & procul te-promissam maioribus suis terram speculatus humanam vitā exuit, ita vt nihil in terris huius migrationis suæ signum relinqueret. Mirum autem est, quòd nec formæ, nec pulchritudinis suæ quicquam, nec ex facie sua resplendentem gratiam, nec oculorum aciem, vel temporum quibus cum hominibus erat, spatia vel labores comminuerāt, sed vno eodemque modo virtutes corporis atque sensuum in eo semper viguerunt.

Nume. 25. *Num. 27.* *Deut. 34.*

Mystica interpretatio vitæ Moysis.

Hæc quidē sunt, quæ de illo viro ab historia diuina percepimus, quæ cursim narrata iā tēpus est proposito nostro accōmodare, vt videamus veteris scripturæ historiam ad perfectam vitam multum conducere. Cùm masculinam Iudæorum prolē tyranni lex occidendam statuit, tunc Moyses nascitur. Quonam igitur pacto dicet quispiā, si tunc fortè à tyranno lex aduersus infantes lata est, cùm Moyses in matris ventre ferebatur, huiusmodi ego partum imitari potero? Nec enim in potestate hominis est, cùm voluerit nasci. Sed hoc literalis sensus historiæ est, quæ vt ad mores accommodetur, altius intelligēda. Cuncta ergo quæ in mutatione ac fluxu posita sunt, nunquam firma manent, sed alterum ex altero gignitur, & aut ad melius, aut ad peius semper exitus fit. In hominibus autem carnalis hæc & perturbationum plena dispositio, quæ tyrāno ac hosti humani generis placet, ac ideo eam fouet vitaque donat, per muliebrem sexum ostenditur. Virilis verò partus hosti contrarius ac suspectus virtuosam vitam significat. Est autem vita humana mutationi semper supposita: quare oportet, cùm non sit æterna & immutabilis, semper nasci. Sic autem nasci non aliena fit apperitione, nec extrinsecus, vt in corporali natiuitate, sed electione propria vnusquisque nascitur: vnde fit, vt nos ipsi patres simus nostri, qualescunque nos volumus electione gignentes, & aut marem aut fœminam, vitij ac virtutis ratione fingentes. Itaque licet nobis profectò, cùm audiamus quanta hostis noster afficitur mœstitia masculinæ prolis, id est, virtuosi viri natiuitate, licet, inquam nobis mares nos ipsos gignere, ac parentibus nostris, cogitationibus scilicet bonis, quæ virtutem pariunt, afferre: iucunda enim est cogitatio virtutis. Quæ voluptas facilè facit, vt in virtute perseueremus, vt contra tyrannicas etiam leges atque instituta viuamus. Id igitur ænigmate historiæ veritas nos docet, vt omni diligentia studeamus in hoc partu, qui in nobis est, ita nasci, vt hosti nostro partus noster molestus sit: nemo enim hostis mœstitiam affert, nisi ea signa ostendat, quibus ille victum se possit cognoscere. Est autem eiusdem voluntatis masculam edere prolem, ac eam conuenienter nutrire, & quo modo in aquis saluari possit, prouidere. Nam qui hosti partus suos interficiendos condonant, hi nudos

Virilis partus.

A filios fluctibus exponunt. Fluctum autem aquarum hanc vitam dico, in qua perturbationibus alternis multi obruuntur. At verò cogitationes rectæ rationesque virilis partus parentes, fiscella muniunt quos genuerunt, ne vndarum impetu confringantur atque submergantur. Est autem veluti virgulis diuersis compacta fiscella, doctrina, vt arbitror ea, quæ multis atque variis disciplinis in vnum collecta, super fluctus huius vitæ fertur neque immergi patitur, sed impetu exagitata, tandem ad ripam extra huius vitæ turbationes animum educit. Natura quidem ipsarum rerum ita fieri crediderim. B Videmus enim reipsa, si quis turbini ac procellis humanæ vitæ resistit, nec se obrui patitur, eam à corrupta hominum societate ac vita, tanquam onus graue reiici atque repelli: quam qui effugit, vagitum imitetur Moysi, nec lachrymis parcat. Lachryma enim fidelis quædam custos eorum est, qui veram quærunt virtutem. Quòd si regis sterilis filia, doctrina videlicet exterior, quæ semper parturit, & nūquam viuum educit partum, quæ nullum vnquā tantis laboribus condignum fructum produxit, quæ vterum inflat quasi aliquod viuum prolatura, & tandem imperfecta & inania semper suo abortu edit, in filium adoptauerit, eousque se C falsæ matris filium vir bonus profitebitur, quo usque imperfectior atque tenerior ætas sit. Qui verò ad maiorem iam ætatem peruenit, eum pudebit eius se falsò filium appellari, quæ naturaliter sterilis atque inanis est, nisi tandem vera foueatur doctrina. Quare tantum Ægyptiorum assidebit reginæ, quantum opus erit ad hanc inferiorem doctrinam percipiendam, ne omnino expers humanorum præceptorum esse videatur: deinde ad propriam matrem totus recurret, quam, vel quando sterilis reginæ filius putabatur, non omnino reliquerat. Id enim mihi videtur historia nobis significare, cùm afferat D matris propriæ lacte Moysen enutritum oportere: vel cùm exterioribus in tenerioribus annis dati sumus, Ecclesiæ lacte nutriri, mores, cōsuetudines, exquisitamque viuendi normam, quibus altius animus ascendit, perdiscere ac obseruare. Inimici autem duo inter se colluctantes Hebræus atque Aegyptius, inter quos medius factus Moyses, cùm eos conciliare non potuisset, Ægiptium interfecit: pietas sunt atque impietas. Primam scripturæ sactæ per Hebræum significatæ instituunt, alteram secularis ac exterior doctrina nugis suis insinuat, quam qui Moysen imitatur, vno ictu reluctantem oc-E cidit, nec aduersus piissimam fidem insurgere ipsam patitur, quanquam etiam latius id accipere pro omni virtute ac vitio possimus. Est enim quasi medius inter iustitiam ac iniustitiam, luxuriam atque modestiam, humilitatem atque superbiam, cæteraque huiusmodi propositus homo. Docet igitur nos exemplo suo Moyses, radicitùs tollenda esse vitia, virtutem autem tanquam naturæ nostræ consentaneam amplectandam esse atque fouēdam. Rixa verò quæ inter Iudæos facta sedari à Moyse non potuit, nostrorum sunt de dogmatibus Ecclesiæ colluctationes, quas si sic sedare non possumus vt iniuriété deprimamus, fugiēdū protinus ad sublimio

Fiscella, doctrina.

Sterilis filia, doctrina sophistica.

Ceremoniæ quasi lac Ecclesiæ.

Pietas in Hebræo, impietas in Aegyptio.

Moyses medius.

Rixa.

rem sacramẽtalemque doctrinam, ac alienigenæ A
rursus, si res ita cogit, id est, seculari doctrinæ, pa-
Praui pastores. rumper cohabitandum, vt prauos pastores à pu-
teis expellamus, versutos videlicet hos malignos
que doctrinæ professores, qui rerum scientia ad
ignorationem creatoris abutuntur: quibus repul
sis sic viuemus, vt pugnantibus non misceamur,
nec perturbemur reluctatiõe multorum: sed mo-
rus animi omnes tanquam oues pastori, sic ratio-
ni obtemperãtes gubernabimus, qua quidem in
norma viuendi perseuerantibus, mirabili suo ve-
ritas splendore nobis apparebit, animique oculus
subaperiet atque illuminabit. Deus autem est ve-
ritas, quæ tunc in vepribus Moysi visa est, ad quã B
nos adducit rectè viuendi ratio, & perturbatio-
Rubus spinosus. num animi propter veritatem repulsio. Quæ qui
dem veritas non de cœlo illucescit, ne à stellis de
fluxa lux videatur: sed ab rubo, ipsoque spinoso,
ab humanitate videlicet saluatoris effulgens, ad
cognitionem sui per Euangelicam nos tubam re-
uocat. Hinc etiam mysterium illud virginis figu-
ratum esse, quis non viderit? Ab ea namque deita
tis lux assumpta carne illuxit hominibus, eamque
omni modo incorruptam seruauit virginitatis vi
riditate nullo pacto commutata. Quæ quidẽ lux
cùm nobis illuxerit, primò docebit quid faciun-
dum sit, vt possimus ad veritatis radios accedere. C
Excalceatio. Quòd calcei soluendi, eijciendusque sit vndique
omnis amictus pelliceus ac terrestris & sordidus
passionum æstus, vt ipsius qui est, cognitio possit
suscipi, quæ opiniones de eo qui non est, falsas pe
nitus repellit. Hæc enim est (vt ego sentio) veri-
tatis diffinitio, firma eius qui est intellectio, falsi-
Veritas. tas enim phantastica quædam circa id quod non
est comprehensio, quasi subsistat quod non est.
Veritas autem est eius, quod verè est, firma intel-
lectio. Lõgis autem spaciis temporum altiori per
quietem animo meditari oportet, vt firmiter in-
telligere possis, quid sit quod verè est, quod natu
ra sua est: quid quod non est, quod solùm esse vi- D
detur, cùm per se atque naturã suam minimè sub-
sistat. Mihi enim videtur magnus ille Moyses ea
in visiõe didicisse, nihil earum rerum quæ aut sen
su comprehenduntur, aut mente perspiciuntur,
præter supremam essentiam, quæ omnium causa
est, & à qua omnia dependent, vere subsistere. In
nullo enim cæterorum impendentia perspici po-
test, ita quod absque participatiõe veri entis pos-
sit esse. Solùm id eodem modo semper se habet,
nũquam augetur, nũquam minuitur, æqualiter ad
omnem mutationem, tam ad peius, quàm ad me-
lius immutabile: peius enim ibi aut malũ non est, B
melius inueniri non potest. Quare solùm nulla re
alia indiget, & solius cuncta indigent: solùm cun-
cta appetunt, solo cuncta participant, & quæ par
ticipãt, per participationem & sunt, & bene sunt.
Quod autem participatur, nũquam imminuitur.
Id igitur profectò est, quod verè est & huius veri
entis intellectio, ad quam tunc accesserit Moy-
ses: & nunc quicunque, sicuti ille à terrestri se ac
pelliceo absoluit amictu, diuinam ex rubo lucem
prospiciens, quæ videlicet ex carne nos illumina-
uit, quæ est lux vera, & ipsa veritas, vt Euangeliũ
dicit, tunc talis efficitur, vt alios quoque in liber-
tatem vendicare, tyrannidis iniustum principatũ
deponere, seruientes denique ipsos in terram re-

A promissionis reducere. cõmutatæ dextræ, & vir- *Virga in serpentem.*
gæ in serpentem versæ auxilio, id est, fide incarna
tionis verbi coadiutus. Nam si Moyses his nixus
miraculis à seruitute tyranni Hebræos liberauit,
non iniuria incarnationis mysterium, quo & dia-
bolus depositus, & humana natura liberata est,
per hæc arbitramur significari: præsertim cùm tã
prophetica, quàm euangelica auctoritas ad hanc
nos inducant sententiam. Propheta enim dicit:
Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Nam & si natu- *Psal. 76.*
ra diuina nullo pacto mutari queat, in eo tamen
quòd ad assumendum hominem descendit, imbe
cillitatemque nostram verè suscepit, commutata
B dicitur: & sicut Moysi manus è sinu educta visa *Manus è sinu educta.*
est commutata, rursumque in sinum reducta, in
naturam suam reducta est: simili quoque modo
vnigenitus Dei filius cùm in sinu patris est, dexte
ra excelsi est: cùm verò è sinu patris ad nos visitã-
dos descendit secundum nos factus, quamuis im-
mutabilis sit ipse natura, commutatus tamen di-
citur. At verò postquam morbos nostros sanauit,
naturamque nostram in sinum suum reduxit (si-
nus autem filij pater est) tunc ipse non mutatus:
quippe qui impassibilis atque incõmutabilis est,
mortalem hanc & corruptibilem naturã immor-
talem atque immutabilẽ cõuertit. Virgæ autem
C in serpentem conuersio, neminẽ Christianorũ cõ
turbet, quoniã ad incarnationẽ verbi à nobis ac-
commodatur. Nã & animal id quãuis parũ accõ- *Serpens.*
modari sacris mysteriis posse videatur, ipsa tamẽ
Euangelica veritas hanc imaginem non omnino
cõtemnit, cum dicat: Sicut Moyses exaltauit ser- *Ioan. 3.*
pentem in deserto, sic filium hominis exaltari o-
portet. Cuius ratio patet: nam cùm diuinæ literæ
peccati patrem serpentem nominent, profectò
quod à serpente natum est, serpẽs est. Quãobrẽ
peccatũ parentis sui nomen meritò suscepit, ser-
pensque iure appellatur. At verò Dominũ pro- *1. Cor. 4.*
pter nos peccatũ esse factum, Apostolicus sermo
D testatur: Suscepit enim mortalitatem nostrã, qui
peccando mortales facti sumus. Si peccatum ser-
pens est, Dominus autem peccatum factus est, pa
ret quod sequitur: nam qui peccatum factus est,
serpens factus est, & id propter nos, vt Aegy-
ptios serpentes, qui per magos viuificari viden-
tur, consumat & destruat, quo facto rursus in *Fides.*
virgam vertitur, qua delinquentes castigantur,
& consolantur qui arduam ac difficilem virtu-
tis pergunt viam, baculo fidei optima spe in- *Hebr. 11.*
nixi. Est enim fides rerum quas speramus sub-
sistentia, quas quicunque mente concepit, quasi
Deus eorum fit: qui veritati resistentes carni ac
E falsis rebus attẽdunt, quibus inane quoddam es-
se videtur, eum audire qui est. Ait enim Pharao:
Quis est Dominus cuius vocem exaudiam? non
cognosco Dominum, solũ autem putatur hono-
rabile ac iucundum, quod terrestre atque carnale *Exod. 5.*
est, quodque corporis sensus nimia voluptate ti-
tillat. Qui verò lucis splendore corroboratus est,
ingentesque hinc vires & auctoritatẽ in aduersa-
rios cepit, ijs sicuti athleta satis exercitatus cõfidẽ
tet ac magno animo in hostẽ descẽdit: virgã illam
in manu retinẽs, fidei videlicet ensem, quo serpẽ-
tes Aegyptiorũ cõfodiet, atque vincet. Sequitur
antẽ ipsũ cõiũx alienigena, humana videlicet hæc *Vxor alienigena.*
eruditio, cuius sunt nõnulla ad liberorũ procrea-
tionem

tionem vtilia. Moralis enim naturalisque philosophia coniungi potest, profectò sublimiori vitæ, charissimaque coniunx eius ac socia fieri debet, dum eius partus nihil alienigeni sceleris secũ adducat. Quod nisi quis circuncidat atque auferat, mortis periculum angelus obuiã factus incurret, quem vxor Moysi tunc placauit, cùm ablatione præputij, quo alienigenæ cognoscuntur atque cõtaminantur, mundũ filium suum effecerit. Quod quidem ænigma historiæ facilè quis per ea, quæ dicta sunt ad Christianæ virtutis pietatisque incrementum adaptare poterit. Habet enim philosophia seculi partus humanaque disciplina carnale quoddam præputium, quo circunciso quod relinquitur, Israeliticæ inuenitur esse nobilitatis, vt exempli causa, immortalem esse animum philosophi perhibent, id pium est. De corporibus in corpora transire volunt, & de rationali natura etiam in rationis expertem transilire nonnulli asserunt, hæc quasi præputium circuncidenda sunt, proculque omnino abijcienda. Deũ esse non negant, creatoremque omnium à quo cũcta dependeãt, verè asseuerant, ac rationibus quantum fieri potest, demonstrant, sed creatori materiam veluti egenti artifici supponunt, multaque alia huiusmodi sunt veris excogitata rationibus, sed absurdis atque falsis oppositionibus maculata: quæ si tollemus, propitius nobis Dei angelus fiet, horum dogmatum partu, tanquam non diuino & ab Ecclesia Christiana alieno exultans. Sed repetamus hæc breuiter, vt videamus quo pacto fraterna nobis suffragia subueniant. Primùm igitur in initio ipsius vitæ, cùm virtuosè viuere Moyses maluit, quàm reginæ filius absque virtute nuncupari, bellicosus quidam casus ac militaris ei occurrit, Aegyptio ad Hebræum, ac rursus Hebræo ad alium sui generis insurgentibus. Deinde cùm iam omni numero virtutis, longaque præmeditatione exercitationeque, ac demũ diuinæ lucis visione à terrenis in altiora fuit eleuatus, placabilis & optata fratris sibi occursatio facta est, diuinitùs vt ei obuiam veniret excitati. Nam profectò si tropologicè id accipimus, tunc manifestè diuinum ad virtutem nobis patrocinium cõcedi reperiemus, cùm virtuosè iam ac piè vixerimus: quod quidem patrocinium prima generatione & creatione nostra antiquius est: prius enim creatum, sed tunc apertissimè apparet, cùm nos ipsos attentione ac cura meliori vitæ tradiderimus, ac pro zelo fidei & virtutis certamina suscipimus grauiora. Verùm ne ænigma historiæ per ænigmata exponi videatur, latius quod sentio explanandum est, occultior quædã traditio est: verus sermo ad nos vsque descendit, quo creditur, postea, quàm in peccatum natura nostra lapsa est, non omnino à clementia diuina neglectam, neque absque suo patrocinio demissam, sed angelorum qui natũra incorporei sunt, aliquem in adminiculum cuique constitutũ fuisse, naturæque nostræ corruptorem in omnibus contrà annitentem, prauum aliquem atque maleficum dæmona ad malè viuendum homines impellentem ad singulos destinasse. Horum autem medium factum hominem quorum alter virtutis præmia (quæ spe atque fide præparantur) cogitationibus offert: alter titillationes & voluptates carnis suggerit, animumque suum, quasi speculum bonorum, quæ firmæ spei nostræ proposita sunt, effecerit, ita vt mentis oculo oblatas diuina gratia virtutis species queat recipere. Tũc ei manifestius fratris adminicula vndique apparent, secum aduersus hostes armati: frater enim quodammodo hominis animo angelus est, rationali quippe ac intellectuali natura secum annectuntur, qui tunc maximè nobis assistere videtur, cùm Pharaoni appropinquamus. Nemo autem historiæ veritatem per omnia nos cogat ad propositum accommodare: nec si quid non consentaneum huic tropologiæ in historia veniat, idcirco vniuersam hanc intelligendæ scripturæ viam aspernetur atque contemnat, sed recordetur, ab initio statim nos dixisse, magnorum virorum vitas ad exemplum & imitationem diuinitùs nobis esse propositas. Itaque cùm per eandem rerum seriem, per eosdem vitæ casus, aut materiem minimè possimus eos imitari: quomodo enim iterum in Ægypto eo pacto erit populus? aut quomodo tyrannis muliebrem prolem viuificare, masculinã occidere reperiet? cæteraque omnia quæ historia conscribit, vbi quis inueniet? nullibi profectò. Quare quoniam eisdem in rebus beatos viros imitari non possumus, ad moralem vitam ab historica serie omnia traducamus, quæ benè viuendi rationibus congruunt. Potuit enim profectò Deus ad posteriorum perfectionem priscorum vitam in exemplum altius intellectam accõmodare. Quare si quod historiæ dictum non omnino proposito conuenit, id prætermittentes, ne series expositionis intercidatur, quæ idonea sunt cõiũgemus. Hæc dixi ne quis mihi obijciat, cõgruè quidem hîc, pro Aaron fratre Moysi maiore, angelum custodem nobis diuinitùs datum, nos subintellexisse: nam & prior natura angelica est, & intellectuali ac incorporali cum humano videretur animo conuenire, nec dubitare se auxilio nobis maximè tunc esse, cùm aduersus incorporales hostes insurgimus, non tamen rectè pro hoc, quasi fratre nobis angelo semper Aaron capi posse. Nam cùm Aaron dux Hebræis ad idolatriã fuisse videtur, vt historia tradit, quomodo eũ pro duce pietatis angelo positum ab historia credendũ est? Hoc igitur prætermittendum forsan erit, si omnino accommodari non possit: quamuis angeli quoque nomen, vt & fratris ad vtrãque partem à scriptura positum inueniamus: non enim Dei solùm, verumetiã Satanæ angelum dicimus: nec bonũ tantùm, sed etiã prauum fratrẽ nominamus. Fratres enim, inquit scriptura, sint in necessitatibus vtiles, in meliorẽ hîc partẽ fratris nomẽ accipiẽs: in peiorẽ aũt accipit, cũ dicit: omnis frater calcaneo supplãtabit: verũ exquisitius hæc in loco suo cõsiderabimus. Qui aũt visiõe diuinæ lucis seipsũ corroborauit, ac talẽ fratrẽ adept[9] sit, qui sibi adesse in periculis nõ timeat, is iã cõfidẽter populũ alloquatur, & in memoriã paternæ nobilitatis adducat, sentẽtiãque dicat, quomodo fimũ ac lateres aliosque seruiles labores effugere poterit. Sed diligẽter aduertẽdũ oro, ne nos fugiat, ꝙ apertissimè historia ipsa ꝑdicat. Videmus enĩ Moysẽ antea quã perfectiore se virtute firmauerit, duos inter se cõtẽdẽtes hoĩes cõciliare nequiuisse: postea verò cũ sibiipsi lõgo tẽporũ spatio vacauerit, à multis hoĩm millibus facilè in ꝑrectorẽ

Philosophia.

Bonus & malus angelus cuique tribuit.

Vitæ sanctorum ad imitandũ proponuntur.

Hiere. 9

recipi. Magna igitur voce scripturæ auctoritas clamare videtur, non insistendum esse ad docendam instituendamque multitudinem, nisi prius magna diligentia magnisque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facilè acquiescant. Cùm igitur sententiam Moysi populus comprobasset, libertatisque desiderio exarsisset, incitatur tunc hostis, & maiore labore ipsum cõprimere conatur. Quod re ipsa hodie fieri videmus. Nam multi, ne omnes dicã, eorum qui sermonem de libertate receperunt, ac prædicatio in Euangelicæ patuerunt, ad huuc vsque diem à tyranno ac hoste humani generis multis ac grauibus tentationibus comprimuntur, quibus multi meliores firmioresque in fide facti sunt, tanquam aurum igne, sic doloribus comprobari. Nonnulli verò (piget dicere) franguntur aduersis, malutsseque dicũt non audisse veritatis & libertatis sermonem, quàm ea de causa iam multis laboribus incidisse. Idipsum tunc quoque fiebat Hebræis ex pusillanimitate, libertatis ministros accusantibus: sed non cessabit ideo prædicatio ad libertatem & veritatẽ nos reuocans, etiam si multi, quasi pueri atque infantes, tentationes pertimescant. Tyrannus enim ac hostis noster humanæ naturæ depravator semper studet, ne ad cœlum oculos eleuare possimus, sed in terram continuò inclinati lateres in ea ex luto faciamus. Nã quicquid in hac vita inuenitur, quo quis materialiter ac sensualiter fruatur, id aut ex terra est, aut ex aqua siue ad venitem, siue ad diuitias pertinens. Horum autem elementorum mixtura lutum fit, quo repleti, qui ad lutosas has inhiãt voluptates, nũquã se plenos retinere possunt, sed quàuis sẽper se impleãt, sẽper tamẽ vacui sunt. Nã quẽadmodũ laterum fictor aliud atque aliud lutum formæ qua lateres figurat, imponit, adeò vt forma plena semper & vacua sem per luti dici possit, quoniam cũ hoc receperit atque firmauerit, nullus amplius vsus ipsius ad hoc est, sed ad aliud ad quod vacua est: sic appetendi vis, si quis eam his terrenis cupiditatibus replere studeat, & si quod indies cupit, assequatur, eoque se repleat, vacua tamen semper est, cùm ea quæ habuit, respuat, & in aliud atque aliud continuè feratur: nec finis miserrimi ardoris cupiditatum esse potest, nisi quis carnalem vitam repellat. Paleæ verò quas lateribus immiscere coguntur, iam à sacratissimo Euangelio & diuina Apostoli tuba quid significent, expositum est. Materiam enim ignis per culmos & paleas ostendi confirmant, quam quidem materiam ignis is sibi præparat, qui terrenis obruitur voluptatibus. Verùm quando aliquis eorum, qui virtutis præstãtia excellunt, à seruitute ad libertatem submersos in vitiis homines vendicare conatur, tũc cauillatoris, qui variis, vt Apostolus ait, aduersus animas nostras vtitur viis, contra diuinam institutionem cauillationes fraudulentas induci. Hæc dico ad Aegyptios dracones respiciẽs, qui varias fraudes artis diabolicæ ad perniciem hominũ excogitatas significãt, quas virga Moysi destruit atque consumit, incarnatio videlicet verbi, sicuti iã diximus. Qui autem hanc virtutis ac fidei virgam habet, quæ cùm virga veritatis sit, diaboli fraudulentas virgas consumit: via recta consequenter ad maiora procedit miracula, quæ quidem

Tentationes.

Cupiditas insatiabilis.

A miracula, nõ vt terreant audientes, sed vt prosint credentibus, fiunt. Nam eisdem miraculis hostes expugnantur, fideles muniuntur, deiiciuntur alieni, eriguntur nostri: illi comminuuntur, nos augemur. Sed primùm generaliter quid hæc miracula intendant, quomodoque fiant, perstringamur, deinde facilè singula speculabimur. Veritatis igitur hæc summa doctrina ad dispositiões hominum qui iam audiunt, commutari videtur. nã cùm æqualiter omnibus quid appetendum & quid fugiendum sit, benignè ostendat, is in luce ambulat, mentemque illam innatam habet, quæ auscultat & paret: qui verò resistit, & veritatis radios ad animam suam non intromittit, is in tenebris ignorantiæ permanet. Quapropter non est incredi bile, nihil mali sensisse Iudæos, quamuis vnà cum Aegyptiis qui vexabantur, habitarent: nam id ipsum altius intellectum hodie quoque fieri videre licet. Non enim ignoramus, in magnis præsertim ciuitatibus in contrarias de veritate opiniones multitudinem diuisã, aliis limpidas aquas atque potabiles esse, quæ quotidianis prædicationibus, scripturæque vocibus in anima sua scaturiunt: aliis (quoniam peruersis opinionibus Aegyptiorum imitantur malitiam) in sanguinẽ corruptum Euangelij atque prædicationis suauissimus potus conuertitur: & quod peius est, sæpenumerò fraudulenta hæc Aegyptiorum, id est, non credentium perfidia falsitatis macula in Hebræorum sanguinem potum aut conuertit, aut cõuertere nititur. Conantur enim friuolis venies, vanisque ratiunculis, nobis ostendere, limpidas aquas nostras tales non esse, sed nunquam id facient. Nam & si aquarum superficiem quasi rubeam apparere cauillationibus efficiant, bibet tamen Israël, id est, Dei populus aquam veram: & si verisimiliter arguere aduersarij videantur, com mouebitur. Sic pro ranarum quoque specie deformi atque loquaci, cui dubia vita (nã & aquaticum & terrestre id animal est) cuius saltus repens, cuius aspectus turpissimus, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur: quod domos lectulosque ipsaque penetralia Aegyptiorum sordidat, & Hebræorum vitam non maculat, varios malitiæ corruptiõisque fœtus, qui ex fœtido hominum corde, quasi ex putrido limo nascuntur, intelligimus. Hæc immunda ranarum multitudo, domos eorum qui Aegyptiacè, id est, vitiosè viuere malunt, habitat: in mensis eorum abundat, in lectulis assidet, in abditis eorum omnibus atque reconditis rebus inuenitur: verè namque sordida luxuriosa'que vita ex corrupto fœtido que limo passionum profecta, dubium quoddam animal est, aquaticum scilicet atque terrestre. Homo natura est qui ita viuit, electione verò pecus, pecudeque sordidius: vnde fit, vt dubium quoddam animal hac vita efficiamur. Nam qui naturam respicit, hominem: qui vitam considerat, non hominem, sed ex brutorum genere nos ipse putabit: cuius quidem bruti signa tam in vniuersa domo, quàm in singulis inuenias partibus. Nam & in muris & in aulis diuersæ ad luxuriam animi picturæ, & in vasis sculpturæ impressæ nequitiam prædicant, quibus cogitatio ad cupiditates suas reuocatur, vituperosi spectaculi visione, ad animam vsque passionum

Rana.

B C D E

num æstu perueniente, ne scilicet cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur. Similiter si mensas, si lectos voluptuosi corruptique hominis consideratis, id ipsum inuenies. Quòd si recondita abditaque hominis huiusmodi non dico vascula & capsulas (multis enim ea patent, nec aliena sunt à turpitudine vitæ) sed occulta mentis & animi perspicere poteris, iam verò accumulatarum tanarum putredinem reperies fœtidam. At modesti hominis etiam oculus mūdus est, & hæc quæ ad luxuriam incitant, spectacula respuit. Mensa quoque similiter communis ac tenuis, nō magna carnium aut piscium onerata cōgerie. Quod verò induratum adeò tyrānum fuisse dicitur, non te perturbet, neque idcirco nequitiæ suæ pœnas euasisse ipsum putes, quoniam diuina potentia quasi coactus peccaret. Simile nāque id ei est, quod diuinus Apostolus de ijs, qui conuoluuntur in turpissimis nefandissimisque luxuriæ vitiis, dicit. Quod sicut nō probauerūt impij Deum habere in notitiam, tradidit eos Deus in passiōes ignominiæ. Nam & verba scripturæ, quasi diuinitùs eos impulsos ad libidinē, ac ignominiæ passionibus traditos sonare videntur. Nec tamen turpitudini Deus quenquam tradit, nec Pharao nolens ab ipso Deo in induriciem impellitur, nec vita ranarum à virtute conformatur. Nā si Dei voluntate atque impulsu ita fieret, nec turpitudinis & vituperationis hæ passiones appellarētur, nec vlla esset inter virtutem & vitium differentia. Verùm cùm alius hanc, alius illam eligat vitam, & hic virtuosè, ille vitiosè viuere malit, nō iure altiori cuidam necessitati, sed voluntati singulorum viuendi normam attribuimus. Quomodo igitur vituperationis quisquam passionibus à Deo tradatur, ipse Apostolus apertè nos docet, qui non probauit Deum habere in notitiam, is cùm à Deo non defendatur, ne gratia eius, vnde omne bonum est, sustentetur (nec enim defendit Deus nolētem cognoscere) is, inquam, ab eo turpitudini tradi dicitur. Nam quemadmodum si quis de homine qui in foueam decidit, quoniā solem non vidit, idcirco in foueam ipsum depulsum, sed statim intelligeremus ideo in foueam lapsum, quoniam cæcitate sua solis lucem aspicere non potuit: sic oportuit scripturæ quoque huiusmodi locos accipere. Indurauit igitur Deus cor Pharaonis, nō quia diuina voluntas duriciem in animum eius induxerit, sed quia cùm ipse vitiosè viuere maluerit, non suscepit rationem qua induratum in vitio cor permolliret. Sic virga quoque Moysi apparens in Aegypto, Hebræos à ranis mūdat, Aegyptios ranis replet. Verùm cùm etiā pro Aegyptiis manus Moyses extenderit, tunc & ipsi ab huiuscemodi abominato ranarū morbo liberantur. Quod ita fieri videmus in hac vniuersi generis hominum à diabolo liberatione: nam qui prauis cupiditatibus, quasi ranis immundis tabescunt, si ad verum legislatorem Christum aspexerint, & eum manus in cruce extendisse verè crediderint, facilè à cohabitatione ranarum liberantur, mortificato morbo huiusmodi ac putrefacto. Quippe cùm liberatus ab his prauis cupiditatibus homo sit, atque hos serpentinos animi motus omnino eiecerit, tunc delictorum quæ pestifera cupiditate victus commiserat, acerba nimirum ac fœtida fit recordatio, amaritudinem ex pudore ingentem inferens, vt ad eos Apostolus ait: qui tepudiata malè viuendi consuetudine virtutem complexi sunt. Quem igitur fructū in his habebatis, quorum nunc vos pudet? Hoc pacto etiam intellige per virgam Moysi Aegyptiis quidem atrum & tenebrosum aëra esse confectum: Hebræis verò eundem eodem in tempore atque loco radiis refulsisse. Quare sententia nostra maximè cōprobatur, quòd scilicet non cogens quædam diuinitùs vis alios hominum in tenebris cecitate facit, alios in clara luce versari, sed in nobis ipsis atque intrinsecus, in nostra potestate, voluntate, electione tenebrarum ac lucis causas homines possidemus, vt nunc videntes, nunc cæci, prout volumus, certè fiamus. Nam etiam secundum historiam non muri, non montes, non alia huius Aegyptus radios solis auferebāt, sed æqualiter quidem sole omnia perlustrante Iudæi luce diei fruebantur, Aegyptij autem videre non poterant. Sic luculenta splendidaque via virtutis æqualiter omnibus proposita, alij malè agendo vitiorum tenebris obcæcantur, alij virtutis lumine resplendent. Quòd si postquam triduo Aegyptij tenebris laborarunt, adapertis per pœnitentiam oculis illico viderunt, non iniuria, præsertim cùm palpabiles illæ tenebræ tam verbo, quàm sensu, peccati ac ignorantiæ tenebris cōueniāt. Hanc à peccato libertatem nostram à crucifixo factam, tenebrasque ignorantiæ morte ac resurrectione ipsius repulsas ab historia significata crediderim: maximè cùm & ibi Moyses pro Aegyptiis qui se sibilibus tenebris laborabāt, & hic Christus pro peccatoribus, qui delictorum tenebris obfuleātur, manus extenderit. Puluerem autem de camino sumptū, qui turgētia vlcera dolores que intolerabiles Aegyptiis inferebat, ipso nomine camini admoniti gehennæ ac ignis illius cruciatum significasse credimus, qui quidem ignis solos vexat Aegyptios, id est, vt sæpius diximus, malè viuentes, & extensionem manuum Christi non adorantes. Si quis verò verè Israëlita est, nepos Abrahæ, qui illius vitam fide ac opere imitetur, is ignem illum non sentiet, extensione manuum Moysi, id est, Christi liberatus. Scynifes verò illos, qui occultis morsibus Aegyptios exagitatunt, caninasque muscas, quæ corporibus moriendo figebantur, locustasque agrorum omnium vastitatem inferentes, & fulmina simul cum grandinis lapidibus decidentia, non erit profectò difficile, si quis dictorum seriem sequitur conuenienter, ad nostrum propositum vt decet accommodare, quæ quidem omnia Aegyptiaca vita quærit & eligit, Dei autem infinita iustitia secundum singulorum merita infert peccantibus. Non decet historiæ literam ita sequi, vt Deum putemus cruciatus causam, sed vnumquenque sua electione sibi dolores præparasse ac fecisse credere debemus, vt etiam Apostolus ad huiusmodi hominem dicit, quòd secundum duriciem tuam, quia cor tuum non pœnitet, iram tibi in die iræ ac reuelationis & iusti iudicij Dei congregas, qui voicuique tribuit iuxta suorum operū merita. Nam quemadmodum si praui ac perniciosi humores in præcordiis ac intestinis lateant, non

Margin notes: *Quid sit ignominiæ tradi.* — *Simile.* — *Indurare.* — *Rom. 6.* — *Scynipher.* — *Deus non est auctor dolorum.* — *Rom. 2.* — *Simile ab humoribus prauis.*

non accusatur medicus, quòd eos ipse fecerit, si arte ipsos in cutem, vt appareant, traxerit, sed effecit quidem illos inordinata diæta, traxit autem in manifestius nõ imperitus medicus: sic cùm dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipsis initia & causas earum vexationum fuisse. Qui enim bene vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllum & nomine & re terribile imminet, sicut ipsa quoque testatur historia. Nam cùm in eodẽ simul Hebræi cum Aegyptiis essent loco, cruciabantur Aegyptij, Hebræis nihil sentientibus. Quare manifestum est, nihil harum pœnarum absque nostra electione ac volũtate posse consistere. Sed pergemus ad reliqua, si prius id prædictis addiderimus: quòd sicut Moyses, sic quicunque illum zelo virtutis imitatur, cùm longis magnisque bene viuendi exercitatiõibus seipsum confirmauerit, & superiore visione animum suum vallauerit atque muniuerit: tunc magnam iacturam putabit, si eiusdem naturæ homines peccato seruiant, dabitque operam dux eis ad libertatem fieri: cumque ad ipsos accesserit comparatione ac propositione peiorum, ingens libertatis desiderium in animos suos immittet, ac demum iam è malis educturus primogenitis Aegyptiorum omnibus mortem inferet: nec tantum alia ratione ac via Aegypti effugere vitam possibile est. Sed hic multis dubitatio accidit, quonam pacto historia defenditur, ne iniusta (vt dicunt) diuina sententia videatur: iniuriantur enim, aiunt, Aegyptij, & pro illis modò nati pueri puniuntur: & quomodo imperfecta ætas, aut boni aut mali differentiam nouit? nonne vita infantium extra malignam omnem perturbationem est? nesciunt ad dextram aut sinistram declinare, ad solam nutricem respiciunt, si quicquam dolorem infert: non se parant ad defensionem, sed ploratu solùm ac lachrymis dolorem significant: si quicquam quod natura appetit, nãciscũtur: subridendo voluptatem ostendunt. Cur igitur paternæ prauitatis subeunt supplicia? vbi iustitia? vbi pietas? vbi Ezechiel clamans, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, nec patris delicta suscipiet natus? Quomodo igitur historia rationi aduersa est? Sed quid mali eis contigit, si vitã patrum iniquam pueri effugerunt, & patres dolore immaturæ mortis suæ admonuerunt? quamuis multa quoque priscis illis temporibus, quæ non magis propter præsentes, sub quibus fiebant, quã propter futuros ad quorum vtilitatem altius reductam intelliguntur facta fuisse, non dubitauerim. Quid ergo hac historiæ figura docemur? quòd oporteat primas cogitatiões & prima peccandi initia, & vias primas radicitùs tollere. Nam qui principia destruxit, is totum nequaquam admisit. Sic & Dominus ipse magna voce per Euãgeliũ clamat, primogenita iubens Aegyptiorũ interimere, cũ apertè imperet, nos expauescere adulterij maculam, ac cædis scelus, cupiditate ac ira penitus extinctis: nunquam enim aliquid horum oriri potest, nisi alterum ex ira alterum ex cupiditate nascatur. Qui primogenitum interimit, is partũ quoque qui ex primogenito nascitur, simul interimit. Sicut in occidẽdo serpẽte, qui caput oppressit atque percussit, is totũ quod à capite trahitur corpus mortificauit: quod minimè vtiquam fieri poterit, nisi sanguis in ostiis infundatur, qui percussorẽ facilè repellit. Id ergo vtrunque in vnum complectamur: sic enim rectius ac exquisitius exponetur. Primogenitorum nece & postium per sanguinem custodia discimus, & illinc primas vitiorum appetitiones tollendas, & hinc primùm vitiorum aduersus nos aditum per verum agnum repellendum esse intelligamus: non enim ingressum percussorem eiicere, sed ne omnino subingrediatur, cauere lex iubet. Cautio autem & custodia tuta est, vt agni sanguine superliminare simul & postes perũgamus: ita per ænigmata nos ea lex instruit, seculi quoque doctrina philosophatur. Nã animã in rationale, cõcupiscibile ac irascibile philosophi partiũtur, quorũ duo postrema, irascibile dico & concupiscibile, subesse aiunt, ac vtrinque rationale sustinere: rationale verò vtrisque innixum vtraque continere, & ab vtrisque sustineri, vt ad fortiter quidem agendum per iram excitetur ac roboretur, ad boni autem fruitionem concupiscentia efferatur. Quousque igitur anima hoc ordine seipsam tutatur, rectis cogitationibus quasi quibusdam clauis, hunc istorum trium ordinem cõseruans, alterum ab altero quo ad virtutis cultũ coadiuuatur: ratio enim irascẽdi & cupiendi vim ad bonum dirigit, & ab illis, vt diximus, corroboratur. Si verò is ordo conuersus fuerit, & quod superesse debet, subiiciatur, & cupiendi ac irascẽdi vis rationem de loco suo deiectam cõculcet, tũc percussor ingreditur, tunc nulla sanguinis vis ipsi resistit. nihil enim fides in Christum his prodest, qui peruersione huius ordinis corrumpuntur. Primò enim superliminare inungendum, deinde vtrumque postem tangendum sanguine iubet. Quomodo igitur poteris rationem primùm Christi fide communire? cùm eum suprà quærere iubearis: si suprà eam in loco suo nõ inuenies, nullo certè modo. Nec te turbet, quod primogenitorum cædem Aegyptiis illatam, & sanguinis effusionem atque inunctionem à Iudæis factam, in vnum contulimus, vnus enim atque idem homo & Aegyptius & Iudæus varietate viuendi & varia voluntate ac electione intelligitur. Itaque si virtuosus esse velit, vitiorum radices enecet necesse est, & aditum sanguine, id est, Christi fide inungat, vt tua virtus perficiatur, ad quem quidem spiritualem legis sensum quæ sequuntur, mirificè congruunt. Iubent enim nutrimentum assumendum esse, id est, corpus vnde sanguis effusus est, quo repellitur Aegyptiorum percussor, si auditus nostros, id est, tres illas animæ vires illo signatas perspexerit. Accedit, quòd edendi modũ non remissum quendam tradit, vt in cõuiuiis fieri solet, vbi conuiuæ sedent, manibus liberis, & pedibus nõ ad iter calceatis, & ad hæc effusis induti vestibus. Sed contrà quasi ad iter pedes iussit comedendo habere duris calceis calceatos, cingulo sustineri ac comprimi vestem ne effundatur, ac in manibus baculum teneri, quo canes arceantur. In hac itaque dispositione festinanter agnum comedere iubentur, non operosa coquorum arte præparatum, sed igni vt contigit assum: quod verò comedere non possunt, id quoniã osseum est, igni tradere iubentur. Ex quibus omni-

Filij an puniantur pro patribus.

Ezech. 18.

Primogenitum interimere, quid.

Ritus edendi agni.

Exod. 12.

omnibus manifestum est altius quoddam hoc co medendi modo voluisse legislatorẽ nobis ostendere. Quid enim si rectus, an sedens? si vt ad iter calceatus, an aliter? si festinanter, an maturè? si baculum manibus teneas, an non? Quid, inquam, ad vitam colendam, aut fugienda vitia, quod maximè latores legum respiciunt, hæc afferunt? profectò nihil. Cur igitur ita iussit fieri? nisi spiritualem sensum sequamur, nullam idoneam sufficientemque causam poterimus vnquã inuenire. Quare patet etiam à nomine (transitum enim comestionem illam appellauit) quid illis rerum inuolucris voluerit significare. monet enim per hæc ænigmata, vt considerare ac intelligere velimus, transitum quidem esse hanc vitam nostram. Nã posteaquam ingressi ad eam sumus, necessitate quadã ad exitũ semper compellimur, ad quẽ præparatos nos esse vult pedib⁹ & manibus, reliquo que ad iter apparatu. Ne igitur spinis in hoc arduo viuendi itinere pedes lædãtur, nõ nudis pedibus, sed duriotibus calceis cõmoniti itinerare debemus. Spinæ autẽ, quæ pedibus infixæ nõ solùm retinẽt, retardãtque verumetiã enecant, peccata sunt, à quibus duricies calceorũ defẽdit, continentissima videlicet tenuis ac dura vita, quæ debilitat atque frangit spinarum acumina, quibus à paruo tenuique principio ad interiora vsque peccata sic ingrediuntur, vt penitus occidãt. Ad hãc vitam faciendam, talaris vestis & effusa, id est, voluptuosa, & viriosa viuendi ratio quæ latissimè patet nimiumque effunditur, impedimento est: quare cingulo quodam sursum trahenda est & coarctanda, ne huc atque illuc circunfluat. Cingulum verò modestia est, & diligens viuendi ratio, que nos monet ad necessitatem, non ad voluptatem rebus vti. Quòd autem pro modestia cingulum capiatur, etiam membra corporis quæ cingulo connectuntur, testimonio sunt: baculus verò, quo & feras repellimus, & nonnunquam sustentamur, spes est. Hac enim sola inducimur, vt labores simul & dolores sufferamus: hac fessos animos recreemus, hac fit, vt ardẽtius plerunque in latrantes canes, alienas videlicet à veritate bestias insurgamus: hac armati longè illas ab ouibus nostris arceamus. Ex igne autem solùm cibus nobis propositus est: quoniam fides quæ per cibum illũ significatur, ardentissima esse debet, nihil humidũ, aut labile ac fluens possidens, sed firma ac stabilis, ex qua comedemus quantum nobis possibile. Ossum autem ac durũ nobis igni tradimus, quod quale sit inspiciatur. Illud teneamus, duo esse diuinorum præceptorum genera. Nam alia huiusmodi sunt vt possibile nobis sit ea planè intelligere, probabilemque de ipsis reddere rationem. Hæc non ignauiter, nec quasi coacti pertractare debemus, sed vt famescentes comedunt cum desiderio scilicet & libenter, vt ad bonam nobis hic cibus valetudinem animæ possit prodesse. Alia sic latent, vt duriora sint, quàm vt vel plenè intelligere, vel reddere rationẽ queamus: vt si quis quæreret, quæ nã sit substãtia Dei, quæ sit necessitas eorum quæ fiunt, aliaque quàm plurima, quæ curiose multi quærunt: hæc omnia Spiritui sancto relinquemus, qui Dei profunda inuestigat & scit, vt Apostolus ait. Nã ignem pro spiritu capi plerunque in sacris literis, nemo

Phase transitus. Calcei. Vestis. Cingulum. Baculus. Ignis. Ossa. 1.Cor.2.

lacte ipsarum nutritus negabit. Hoc est etiam quod Sapientia monet, Altiora te non quæras: id est, nolì ossa Christi conterere, non enim eges scientia ipsorum. Sic educit ab Ægypto Moyses populum, & quicumque eius vestigia sequitur. Hoc modo ab Ægyptiaci peccati tyrannide omnes liberat, qui ei parent. Oportet autem nos, qui talem ducem sequimur, non animo pauperes esse, nec diuitiarum Ægypti expertes: nec penuriã eorũ pati, quæ alienigenis pulchra sunt sed mutuò ab ipsis accipere, ac apud nos retinere. Quod præcepto Moysi tunc in Ægypto populus fecit, non quia precia magnæ longeque seruitudinis exigenda putaret: non enim in mendacio exigenda erant, Mendacij quippe reus est, qui non restituit aliena, quæ restituẽdi fide interposita sibi cõmissa sũt. Sed quia nos ea re instruere volũt, nõ esse negligenda bona indignè ab alienis possessa. Indigni possessores auri atque argenti erant Ægyptij: decipiuntur ab Hebræis mutuò petentibus, quæ redituri non erant, vt quæ Dei sunt ab indignis auferant ipsi, Deo postea ad constructionem tabernaculi oblaturi. Quo Hebræorum facto nos monemur, non esse negligendas doctrinarum diuitias, quas gentes possident: Moralem, Naturalemque Philosophiam, Astronomiam, Geometriam, Musicam, Dialecticã, cæterasque scientias, quibus alieni ab Ecclesia florent, accipere ab illis, ac illos abutentes priuare si possibile est, & in meliores vsus transferre iubemur. Quando autem Moyses circa constituendũ hoc in loco moratur, diuinitùs sibi dictum affirmat, Quid tu ad me clamas? Quamobrem monet, vt ego arbitror, sonoram esse illam vocem, & vsque ad diuinas aures magnitudine sua peruenire quæ non contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatiõe cõcipitur. Ei autem qui sic ad Dominum orat, paruum iam frater afferre auxilium posse videtur. Frater dico ille qui descendenti à monte Moysi, Deo ita disponente, obuiam fuerat progressus, quem diuinitus datum homini angelum diximus. Sed ab ipso deo mirificè à tyrannisæ hostis humani generis insidijs homines eruuntur. Nam qui Aegyptum fugiens, Aegyptios iam fines fide transiuit, si tentationem æstum extimuerit, ab ipso Deo petendam esse sibi salutem, à duce instruitur. Cùm enim vndique circundatus inimici viribus sit, tunc necessariò (non enim datur alius exitus) mare diuinitùs ita scinditur, vt per illud ambulare possit, ad quod nubes, id enim duci nomen, ductu suo deducit, qua quidem nube spiritus sancti gratiam multi etiã ante nos significari rectè asseuerarunt: à spiritu enim ad bonum reducimur, spiritũ qui sequimur, aquam pertransimus. Spiritus iter ad se per aquam præparat, spiritu libertas confirmatur, spiritus is, qui nos in seruitutẽ trahere conatur aqua cõteritur. Hæc qui audit, aquæ sacramentũ non ignorabit, in quã fidelis cum vniuerso nostri hostis descendens exercitu, solus emergit, inde hostibus detentis atque oppressis aqua quis enim non videbit equos Aegyptiorum sagittarios, funditores, armatos, equites ac pedites, currus, vniuersamque ipsorum potentiam, varias esse animi passiones, quibus seruituti homo subijcitur? Quid enim ab illo Aegyptiorum exercitu

Eccles.3. Hebræorũ diuitiæ. Doctrina gentilium. Exod.14. Nubes. Aqua sacramentum. Egyptii sequentes.

ira effusa voluptas effrenata, dolor immoderat⁹, auaritia, fœditas differt? Nõne quasi hasta tremẽs iræ imper⁹ est? Nõue quasi effrenati equi huc & il lucceurrũ trahẽtes, nimiæ voluptates animũ vexãt? erant etiam cristatæ, vt historia tradit, in curribus tres videlicet: in singulis bellatores, quibus tripartitam animi potestatem intelligi credimus, rationalem scilicet, concupiscibilem, irascibilẽ, has tres potentias deprauatas. Quæ omnia eorũque affinia cum duce suo vnà, scilicet cum fideli, in aquam baptismatis incidunt, natura verò aquæ, præcedente virga fidei & potestate, illuminantis ducentisque nebulæ, spiritus videlicet sancti fidelibus quidem qui ad eam refugiunt, vitã præstat, persecutoribus autem mortem infert. Quare illud quoque ab historia discimus, quales nos post aquæ transitum esse debeamus: nihil enim ab exercitu hostis, qui nobiscum in aquam incidit, nobiscum attrahendum cùm emergimus, est. Nam cum quo qui cum hostis egressus ab aqua simul est is quoniam in qua hostem non submersit sed viuum inde secum eduxit, etiam post aquam in seruitute remansit. Ita tale quid est, vt latius explicetur, quòd oporter omnes qui sacramentalẽ baptismatis aquam transeūt, vniuersum vitiorũ exercitũ in aqua occidere, vt auaritiam rapacem mentem, luxuriam, libidinem, superbiam, elationem animi, inuidiam, cuncta hæc & his similia. Nec solùm affectus vitiorum, sed animi mot⁹ atque perturbationes, quæ hominum naturam quodammodo consequuntur, in quantum possibile est, in aqua submersas relinquere debemus.

Baptismi figura.

Pascha.

Azymus.

Nam sicut etiam in pascha dixit (id enim est nomen hostiæ, cuius sanguis mortem ab vtente repellit) azymos panes edere iubet. Azymum autem est, quod fermentum, rem tempore rancidã, secum immixtum non habet. Quo pacto docuit, ne vitiorum reliquias sequẽti post fidem vitæ immisceamus, sed quasi ab alio initio viuere incipiamus, peccandi seriem ad fidem vsque continuatam dirumpentes: ita hoc in loco Aegyptum omnem, id est, omnem peccãdi speciem in aqua submergendam re ipsa instruxit, vt inde soli absque peccato emergamus. Quod historiæ factum nũc legimus, coectos scilicet in aquis hostes, & Iudæos inde solos euasisse. Sed multi vel ignorantia præceptorum longius, vel temeritate ac incõstantia, sordidum prioris vitæ fermentum in posteriorem vitam traducunt, & feros Aegypti milites post baptismum secum adducunt. Nam qui rapina ditati sunt, aut periurio prædam possidẽt, aut adulterio vxores duxerunt, aut aliquid veritũ ante baptismi donum commiserunt, si lauacri gratia ab his se peccaris liberatos putant in iniuria permanentes, vehementer errant, nec possunt intelligere, duris nimium se Dominis quasi nexos inseruire. Crudelis enim domina ac rabiosa luxuria est, libidine quasi stimulis seruilem mentem exagitans. Alia non minus crudelis domina auaritia: quippe nullam vnquam requiem seruientibus ei præbere solet, sed quantò plura diei ac noctis laboribus & cruciatibus imperio dominæ quæritant, cupiditatemque suam explere conantur, tãtò magis anguntur, quasi nihil fecerint, magisque inanes ac famescentes reperiuntur. Eodemque modo cætera vitia dominantur: quibus

Vitia dominantur.

qui seruit, quamuis in aquam descenderit, nondum tamen in ea quidem sententia sacramentalem tetigit aquam, cuius proprium est perniciosi tyranni ac exercitus sui destructio. Sed prosequamur ordine cætera vt incepimus. Nam qui mare id, quod intelleximus, iam pertransiuit, & Aegyptium vidit in aquis extinctum, non solùm ad Moysen virtutis virgam gerentem respicit, sed principaliter quidem in Deum credit, vt historia tradit. Obtemperat etiam Moysi diuinæ maiestatis cultor: quod nunc quoque ab his fit, qui per aquam verè transierunt, qui seipsos Deo dediderunt, & sacerdotibus suis obtemperant. Iter post hæc Iudæi tribus peregerunt diebus, castra mera tique in quodam loco fuerunt, vbi aquam repererunt amaritudine nimia nequaquam potabilem: sed lignum à Moyse in aquam immissum in dulcedinem amaritudinem eius conuertit. Huic historiæ res ipsa, quam spiritualibus accidere Iudæis videmus, optimè congruit. Nam qui voluptatibus in baptismo renunciauit, quibus in priore vita seruiebat, amarum atque arduum Christi iugum ei primò videtur, sed lignum quoddam immissum, id est resurrectionis mysterium, quod per lignum per crucem videlicet Christi, qui in cruce mortuus est, id, inquam, resurrectionis mysterium toto corde admissum atque creditũ, suauiorem reddit vitam, quæ secundum Christum est, omnibus quæ dulcedine seorsum perfundunt, spe futurorum iucundissimè conditam. Deduxit eos postea illud iter ad loca palmis consita & fõtibus amœna, quibus in locis fessi requierunt. Erant autem duodecim quidem fontes aquæ limpidæ atque dulcis. Palmæ verò septuaginta, magnitudine mirabiles, specie pulcherrime, fructu perutiles. Quid igitur hoc historiæ discimus ordine? quòd scilicet crucis mysterium quo potabilis virtutis aqua sitientibus fit, ad Euangelicam nos adducit doctrinã, in qua fontes quidem duodecim sunt ipsi Apostoli: duodecim enim ad prædicãdum Euangelium Dominus elegit, per quos Euangelij fontem emanare voluit. Nam quòd Apostolis concessam diuinitùs gloriam Psalmista multo cecinit, vbi dicit in cantionibus: Benedicite dominum Deum ex fontibus Israel. Septuaginta verò palmæ post duodecim discipulos ordinati Apostoli sunt, qui tot numero fuerunt, quot palmas fuisse narrat historia. Verùm quonia quæ deinceps narrantur mansiones, per ea quæ diximus faciles sunt intellectu: virtutes enim mihi significare videntur, in quibus qui nubem sequitur, castra metatur & requiescit: breuitatis causa spontè transgressus, miraculi non obliuiscar illius, quo dura & solida lapidis natura in aquarũ conuersa molliciem potus sitientibus facta est. Quamuis non sit difficile anagogicæ speculationi seriem historiæ adaptare atque cõnectere. Nã qui Aegyptium in aquis mortuum dereliquit, & amara ligno crucis dulcia sibi confecit, & abundanter ex fontibus Apostolicis bibit, is iam totum Christum suscipit. Lapis enim, vt Apostolo placet, Christus est, siccus & durus nimium infidelibus, cui si qui virgam fidei adducat, potus fit sitientibus intrò in ipsos fluens atque manens. Ego enim & pater meus, inquit, veniemus, & mã sionem in ipso faciemus. Illud verò prætermittẽdum

Aquarũ amaritudo.

Fõtes duodecim.

Psal. 68.

Palmæ septuaginta.

1. Cor. 10.

Ioan. 14.

dum nullo pacto est; quòd postea quàm mare transierunt, postea quàm amaritudo aquarum sitienti virtute ligni in dulcedinem conuersa est, postea quàm delitiosè apud fontes & palmas fuerunt, postea denique quàm ex lapide biberunt tunc quæ ab Aegypto viatica & cibos sibi assũpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ad Aegypto ferebant absumpto, desuper sibi defluit cib⁹ varius simul & simplex. Simplex visu atque vnicus, qualiter varius? ad singulorum cupiditates se vertens, quid igitur hinc discimus? quod oporteat videlicet fide, baptismate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina, mundos purosque animos nostros facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vita vitiorum scilicet omnium turba, nos deficiat, & demum depurato defæcatoque animo, cœlestem cibum esse suscipiendum, quem nulla nobis satio agriculturæ artibus produxit. Sed panis est absque semine, absque aratione, absque alio humano opere nobis paratus. Is desuper defluẽs in terris, inuenitur: panis enim qui de cœlo descẽdit, qui verus cibus est, qui ænigmaticè hac historia significatur, non incorporea quædã res est. Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? res verò quæ incorporea non est, corpus omnino est. Huius corporis panem non oratio, non satio, non agricolarum opus efficit, sed terra intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium virginis perdoctisacilè saturantur. Is igitur mirabilis sine agricultura panis varietate qualitatis ad suscipientium habitudinem, virtutem suam commutat. Nam cùm sit panis, ignorat labefieri, sic in carnem verti, nouit holus imitari: quicquid denique alimenti conueniens & expetitum sit, vt Apostolus vult, qui hanc nobis mensam præparauit, in id cõmutatur. Sic enim diuinus ille vir perfectioribus solidorum, & in carnis speciem hunc cibum fieri docet, infirmioribus holus, infantibus lac. Quæcunque autem de cibo illo narrat historia, præcepta, statutaque sunt ad bene recteque viuendum æqualiter enim omnibus propositum fuisse cibũ asseuerat: nec plus aut minus, quam indigentia exigebat, à validioribus aut imbecillioribus colligebatur. Quod meo iudicio præceptio quædã est, omnes communiter instruens, ne plura quàm naturæ sufficiant, causa viuendi ex his materialibus appetamus: sed propè teneamus vnam esse communem in omnibus edendi mensuram, diurnam sufficientiam. Nam si etiam plura quàm indigentiã flagitat, præparata fuerint, venter tamen vltra naturam suam suscipere non potest, neque præparationis magnitudine correspõdet. Sed sicut historia tradit, nec qui multum acceperit, superabundauerit, cùm habuerit vbi superabundans locauerit: nec qui paucum collegit, indiguerit: contracta enim indigentia commensurataque ad acceptum fuit. Quod verò si quis stulta cupiditate deponendi quicquam ex illo cibo in crastinum deposuerit, rerum in vermes commutatum fuisse dicitur. Quasi tuba quadam ea re historia intonuit, omne quod vltra indigentiam mente auara conseruatur, in se quenti die it. futuro videlicet seculo in vermes aduersus eos qui conseruarunt, commutatur. Ita per hunc vermem illum ego immortalem vermem intelligo, qui plus habendi cupiditate viuificatur. Die autem sabbati solũ illæsum, quod deponebatur permanebat. Qua ex re tunc hac deponendi superfluitate prouida mente vtendum docemur, quando ipsum depositum corruptionem pati nõ potest. Id enim post hui⁹ vitæ parasceuen in quiete: quæ post mortem est vtilissimum erit: dies nanque ante sabbatum, parasceue, id est, præparatio ad sabbatum, & est, & appellatur. Hæc verò præparationis dies hæc vita est, in qua præparamus quæ ad futuram vitam nobis præstò erũt. Nam in illo non agricultura, non mercatura, nõ militia, non quicquam horum quæ hîc facimus, nobis concedetur: sed in quiete omniũ quæ hîc agimus ac cessatione versabimur, fructus duntaxat operum quæ hîc seminauimus colligẽtes, fructus iucundissimos quidem, si huius vitæ semina bona erant: amaros autem atque perniciosos, secundum quod hæc agricultura nobis produxit. Nam qui in spiritu seminat, inquit, vitã æternam ex spiritu metet: qui in carne seminat corruptionem metet in carne. Præparatio igitur quæ ad melius est, sola propriè parasceue nominatur: & ita nomen eius à lege constituitur, cuius depositum incorruptio est. Si quis autem in peius deponit, nec est, nec dicitur præparatio: bonorum enim priuationem nullus iure præparationem, sed præparationis casum nuncupabit. Iccirco solam ad melius præparationem historia nobis proposuit, contrarium eius inquirendi prudenter relinquens. Verùm quemadmodum cùm conscriptus exercitus fuerit, primùm commeatus paratur, quàm in expeditionem exeat: eodem modo quoque milites primùm mysticum commeatum accipiunt, & sic aduersus alienigenas exeunt, Iesum qui Moysi successit ducem possidentes. Vides qua serie historia procedit? vides quomodo nostro cuncta proposito congruunt? Quousque imbecillis homo in fide est perniciosa tyranni seruitute oppressus, non ipse se ab hoste tuatur: nec enim potest: sed qui semper infirmis adest, qui crebris hostem ac magnis vulneribus potest fundere, is pro suis pugnat, is hostem submergit, is suos defendit. Cùm verò in libertatem iam vendicatus homo sit, cum ligno amara in dulcedinem aqua versa refocillatus fuerit, cũ fontium & palmarum amœnitate requieuerit, cũ lapidis mysterio sitim expulerit, cũ denique cœlesti cibo fuerit vsus, tunc non per alium fugat hostes: sed quasi qui iam puerorum ætatem excesserit, & in iuuenum robur peruenerit, ipse pro seipso manus cum aduersario conserit, duce vsus non Moyse Dei cultore, sed ipso Deo. Lex quæ in figura futurorum & vmbra data est, inexpugnabilis in veris certaminibus est, in quibus dux est, qui Moysi successit, qui legẽ adimpleuit, qui vel nomine ipso ducis Hebræorum multo antè prædicatus est. Populus antè siquidem eleuatas legislatoris manus respicit, vincit facilè hostes: sin verò depressas, cedit hostibus. Significat autem manuum Moysi in altum sublatio, legis in altissimos sensus accõmodationem, demissio, humilem, terrenam, literalemque legis obseruationem. Quòd verò sacerdos graues Moysi manus sustinet auxilio vsus cognatione sibi coniuncti, neque

Cibus hebræorum. *Panis cælestis.* *Eucharistia.* *Parasceue.* *Gal. 6.* *Commeatus.* *Manuum Mosis sublatio.*

neque alienum est à sensu altiore quem sequimur. Verùm enim sacerdotiom concessæ sibi A gratiæ auxilio vteos, sensum legis duricie Iudaici cordis in terram deiectum in altum rursus reducit & ne omnino cadat, lapide sustentat, vt rectior per extensionem maouum consistens, sensum spiritalem eum respicientibus ostendat. Nã verè ijs, qui in legem respicere possunt, crucis *Matth.5.* mysteriũ vndiq; ferè patet, vt Euangeliũ quoque dicit, iota & apicem à lege nõ præterire, trãsuersam lineam & perpendicularem ac rectam, quibus figura crucis describitur, per iota & Apicem ostendens. Quæ res in Moyse tunc conspecta, qui pro lege ipsa ponitur, victoriam respicientibus præbuit. Sed iterum cõtinuis progressio B nibus nostra mens ad sublimiora extollitur. Nã qui cibo refectus est, & in prælio fortiter gessit, hostesque deiecit, is tunc ad ineffabilem Dei cognitionem adducitur. Docet igitur nos his omnibus historia, quot quantaque oporteat agere, antè quàm ad montem, hoc est ad cognitiooem Dei mentem erigere audeamus, aotè quàm in caliginem ingrediamur vbi Deus est antè quã diuina præcepta tabulis impressa suscipiamus: & si alicuius peccato confringantur, alias manu confectas Deo afferre, ac Dei digito rursus eas in ipsas literarum figuras cælare, quæ in primis fuerãt C Sed melius est ad historiæ ordinem anagogicum sensum accommodare. Nam qui ad Moysen nubemque respicit, quibus duobus ad virtutem homines deducuntur, vt sit Moyses quidem pro lege legisque præceptis: nubes autem dux legis cum mundo corde in aquis tyrannum interfecerit, cùm aquas amaras biberit, alienam à voluptatibus vitam vixerit, quæ amara & difficilis primum, deinde facilis ac iucunda gustantibus immissione ligni videtur. Cùm palmarũ ac fontium amœnitate, Euangelicæ scilicet doctrinæ fluentis labores depulerit, si aqua viua quæ lapis est, videlicet Christus, sitim sedauerit, si cœlesti cibo seipsum repleuerit, si conserris manib. cum hoste vicerit. Quam quidem victoriam extensio maouum Moysi, per quam mysteriũ crucis figuratur, præstitit: quo mysterio verus Israël quoque vincit. cùm hæc omnia peregerit, tunc demum ad speculationem supremæ naturæ adducitur, ad quam non animi tantùm & corporis aspersionibus quibusdam depurgati, sed ve- *Vestium munditiæ.* stium quoque deducit mundicies, vt scilicet nõ occulta solùm, verumetiam manifesta & apparentia decora ita fiant, vt interiori animi dispositioni conueniant. Non enim vestium macula, ne ad Deum ascendamus, vnquam vetabit, sed B studia, quæ in hac vita suscipimus, quasi vestes sunt, quibus homo induitur. Hæc igitur studia, & hos amictus non turpes, sed purissimos esse decet. Hac re diligenter facta, armentisque brutorum longè à monte pulsis, sic ad altissimas ascendit speculationes. Qua ex re, vt ego arbitror, illud nobis sigoificatur, quòd debeamus hanc ex sensu factum cognitionem, cum qua intelligibi- *Contemplatio.* le contemplamur, omnino contemnere: proprium enim naturæ brutorum est, ex sensu solo absque intellectus operatione aliqua gubernari: nã aut visus, aut auditus, aut aliorum quispiam sensuum, non voluntas, neque ratio appetitiones brutorum mouet. Quare motus sui omnes, & opera sensuum sunt speculatio autem, qua Deum contemplamur, nec visu, nec auditu, q. tantum in se est, indiget: neque consueta quadam compre- *Esa.64.* heosione intellectioneque percipitur: oculus enim nõ vidit, nec auris audiuit: nõ est enim quic- *1.Cor.2.* quam eorum, quæ in cor hominis ascendere consueuerot. Quare oportet, si quis ad contemplationem eius accedere velit, ab omni sensuali & irrationali motu mentem suam permundare: ac ita cùm omnem opinionem quæ ex seosibus originem habeat, ex mente abstruserit, consuetudineque coniugis suæ caruerit (coniunx verò *Coniunx.* hic sensus intelligitur, qui coniunctus naturæ oostræ nobiscum habitat.) Hac igitur cùm caruerit *Mons* sic denique poterit ad montem accedere. Mons autem arduus verè ac accensu difficilis, Theologia est: cuius vix multitudo ad radices peruenire potest. Si quis verò Moyses est, poterit etiam altius ascendere sooitusque tubarum magis ascendendo maiores sentire. Est autem tuba, non par- *Tuba.* uum stuporem per auditum efficiens veritatis prædicatio, magnum quidem statim ab initio sonans, magis autem atque magis in vlnmis intonans. Insonuit lex & prophetæ diuinum incarnationis mysterium: sed imbecilliores erant illæ primæ voces, quàm vt possent duros commouere. Auditus idcirco Iudæorum surditas tubarum sonum minimè suscepit: sed prophetarum tubæ paulatim procedentes, sonantius cecineruor. Nam vltimæ voces quæ Euangelica prædicatione factæ sunt, auditum commouerunt, spiritu sic per organa vehementius in posterioribus intonante. Organa verò ac instrumẽta vnum sonum spiritualem edentia, prophetæ atque Apostoli sunt: quorum sonus, vt Psalmi- *Psal.18.* sta dicit, in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum. Quòd verò multitudo vocem illam audire noo potuit, sed com- D misit Moysi, vt ipse per seipsum secreta illa perciperet, populumque postea doceret, quecunque *Non omnibus mysteriorum cognitio permittitur.* dioina doctrina didicerit, id quoque in ecclesia fieri totum videmus: non enim permittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem seipsos intrudere, sed eligitur vnos è multis diuinarum rerum capax, cui cæteri auditum cum obedientia præbeant, illud sibi credendum faciendumque putantes: quod ab eo qui initiatus est, audiuerint Non omnes, inquit, Apostoli sunt, sed prophetæ *1.Cor.12.* omnes: quod hodie in multis ecclesijs parum fer uatur. Nam multi cùm adhuc prioris vitæ maculam non absterserint, ipsi illoti, ac amictu vitæ sordido vtentes, irrationalem sensum in omnibus pluris facientes, diuinum hunc assensum rapere audent, vnde ipsi suis cogitationibus, quasi lapidibus obruuntur. Nam hæreticorum opiniones lapides quidem sunt, quibus prauorum inuentores dogmatum abruuntur. Quid autem significat, quòd in caliginem seipsum prius Moyses intromisit, deinde in ea Deum prospexit? Contrarium eoim id quodammodo videtur primæ visiooi: nam tunc in luce, nunc in caligine *In caliginẽ intrare.* Deum videt. Sed id quoque à serie anagogici sensus abhorrere non putamus: per hanc enim diuersitatem historiæ docemur, quòd veritatis cognitio ijs lux est, à quibus primò percepta est.

Veritatis

Veritatis enim oppositum tenebra est, cuius depulsio, non nisi lucis præsentia fit. Verùm mens hominis ad maiora semper & perfectiora procedens, quantò magis ad Dei speculationem accedit, tantò magis perspicit, quòd diuina natura in uisibilis atque incomprehensibilis est. Nam cũ reliquerit non solùm omnia quæ sensu percipiuntur, verumetiam cuncta quæ mente inspiciuntur, ac semper ad interiora progrediatur, tunc caligine vndique circunseptus, in visibili & incomprehensibili Deum videt. In hoc enim consistit Dei vera cognitio, in hoc est eius visio, vt videas quòd videri non posit, quòd omnem cognitionem cognitio eius excedit, quasi caligine quadam ipsa incomprehensibilitate vndique cõtenta. Quapropter diuinus etiam Ioannes, qui in splendidissimã hanc caliginem peruenerat, non dubitauit exclamare: Deum nunquam vllus vidit: non solùm hominibus, sed intellectuali omni naturæ impossibilem diuinæ substantiæ cognitionem hac negatione determinãs. Quare Moyses etiam cùm virtutibus maior factus fuit, tunc confitetur, in caligine deum vidisse, id est, tunc demum cognouisse illam esse diuinam naturam quæ cognitionem & comprehẽsionem omnem excedit. Intrauit enim Moyses (historia inquit) in caliginem, vbi Deus erat. Quisnam Deus? qui posuit tenebras occultationem suam, vt cecinit Dauid ille, qui etiam in eadem caligine initiatus est quam qui intrauit, qui per caliginem didicit, vt fiat firmior hæc sententia nobis diuina voce atque authoritate comprobata. Vetat enim in primis diuinum præceptum, ne alicuius rei quã cognoscas, Deo similem putes: omnis enim intellectus, qui phantastica quadã cogitatione, quasi coniectura diuinam naturam apprehendit, simulachrum quidem Dei finxit in mente, Deum autem non intellexit. Verùm cùm virtus, quæ secũdum veritatẽ est, bipartita sit, partimque fide in Deum, partim tecta viuendi ratione constituatur (pietatis enim profectò pars nõ parua est mundicies vitæ) primùm didicit, quid oporteat de Deo cognoscere: quod quidẽ cognoscere, nihil aliud est, quàm nihil eorum esse Deum cognoscere, quæ humana mens potest cognoscere. Deinde aliam virtutis partem diligenter docet: docetur enim quibus operibus bene viuendi ratio perficiatur: ac demum in tabernaculum quod manus nulla fuerat fabricata, ingreditur. Quis sequetur hunc, qui per tot tantaque scandit, ac mentem semper in altius extollit: qui cùm in vnum cacumen ascenderit, ad alterum illud sibi fit gradus, & illud iterum atque iterum ad aliud, ita vt de altiori in altius semper ascendat, semperque seipso fiat præstantior? Primùm cùm cæteri omnes ad ascensum deficerent, radices montis solus supergreditur. Deinde tubarum sonitus auribus percepit altitudine montis mirabili: ipse quoque mirificè eleuatus, ad hæc innisibilia diuinæ cognitionis penetralia ingreditur. Nec ibi permansit, sed in tabernaculũ nulla manu factum pertransit: certè nanque ad hunc tandem ille finem peruenit, qui huiusmodi ascensibus exaltatur. Sed illa quoque sententia de cœlesti tuba ad diuinam perducente cognitionẽ, non est improbanda, cœlum enim & omnia quæ in cœlo sunt, siue varij motus, siue diuersæ magnitudines, siue splendores alius alium fulgore perstringentes, mirabilis fabrica sapientiã Dei voce magna exclamat, maximamque ipsius maiestatem ac potestatem per ea quæ videntur, enarrat. Vnde dictum est: Cœli enarrant gloriam Dei. Hæc igitur est illa tuba, quæ sonora, clara, magna que voce continuè veritatis doctrinam prædicat, vt propheta etiam quidam ait: Cœlum tuba desuper sonum dedit. Hunc sonum ex inspectione terũ omnium factum, si quis cordis auditum ac ductus ipsius non segnis tectè suscipit, tãdem eò mentis inquisitione peruenit, vbi Deus est. Id verò caligo à Scriptura nuncupatur, quo incognoscibile ac incomprehẽsibile ipsius, vt diximus, significatur. Illuc autem cùm peruenerit tabernaculum nulla manu fabricatum perspicit, & imitatione inferioribus materiale ostendit. Quod autem qualeque est tabernaculum illud absque manu fabricatum? quod quasi exemplar in monte Moysi proponitur, vt ad illud respiciẽs manu præparet, efficiatque hominibus tantùm miraculum. Vide nanque, inquit, vt omnia facias secundum similitudinem, quæ tibi monstrata est in monte. Columnæ aureæ basi argenteæ innitentes: aliæ rursus columnæ, quarum capita & bases ex ære: quod verò inter extrema erat, ex argento erat, quibus omnibus quasi subiectum ex ligno erat incorruptibili, circum circa verò per superficiem splendor prædictæ materiei circunfundebatur, & arca similiter purissimo auro fulgens: quod autem aurum hoc sustinebat, ipsum quoque lignum erat incorruptibile. Candelabrum deinceps basi quidem vnicum, in septem autem ramos in cacumine diuisum, septem lucernas per ramos sustinebat. Huius candelabri materia purissimum erat aurum, non cõcauum, nec ligno sustentatum, sed solidum. Iuxta hac propiciatorium erat, & altare, & quæ dicuntur Cherubin, quorum alis arca adumbrabatur. Hæc omnia ex auro erant solido, nihil aliud in seipsis habentia. Præter hæc erant coria purpureo colore pertincta, cortynæ mira varietate distinctæ, ac inaudito contextæ artificio, diuersis coloribus alio alium suscipientibus ad pulchritudinem cortynarum, quibus in duo diuidebatur tabernaculum, in partem scilicet visibilem, in quam aditum sacerdotes habebant, & in partẽ secretiorem atque abditam: nomen autem priori parti sancta erat: occultæ verò parti atque recõditæ sancta sanctorum. Sed quis omnia exquisita poterit ratione spiritaliter intelligere, quæ in illo tabernaculo fuerint diuinitùs fabricata? Quis hæc quorum sunt imagines ac imitationes exponet? quisnam quam vtilitatem videntes hinc cõsequantur, quid ve luceantur ex materiali immaterialium figura explicabit? Rectius certè est, exquisitissimam atque altissimam horum rationem ab illis petere, qui gratia spiritus profunda Dei queãt perquirere: si quis nunc talis est, vt spiritu mysteria loquatur, sicut ait Apostolus. Quod autem à nobis coniectione quadam hæc ad propositum accõmodantibus dicitur, id iudicio legentium totum relinquimus: nec reclamabimus si reiecerint, nec lætabimur si susceperint. Dicimus ergo nonnihil ex Paulo, qui mysterium breuiter

Ioan. 1. Psal. 17. Psal. 18. Caligo. Tabernaculum. Exod. 25. Columnæ. Candelabrum. Propitiatorium. Sancta sanctorum. 1. Cor. 14.

ter terigit, adiuri, quod in figura prædoctus fuit Moyses tabernaculum, quo vniuersa continentur, id verò Christus Dei virtus & Dei sapientia: quæ quidem sapientia Dei non manu facta, sed increata, cùm sit secundum naturam suam creaturam suscepit, quando secundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari. Itẽ idẽ alio atque alio modo factũ & nõ factũ est, natura in quantũ ante secula fuit, increatum est: in quãtum corporalem hanc concretionem suscepit, creatum factumque est. Nec obscurum est quod dicimus, ijs qui fidei nostræ mysterium complectuntur: vnum enim est ex omnibus tabernaculum, quod & ante secula fuit, & nouissimis temporibus factum est. Id temporaliter ita fieri non indigebat: quomodo enim quod ante omnia erat tempora, factione indigebit temporali? Verùm propter nos, qui prauis consiliis id corrumpimus, quod etiam secundum nos voluit fieri, vt extra ipsum quod est, ad seipsum scilicet nos reduceret. Tabernaculum igitur ipse vnigenitus Deus est, qui vniuersa in seipso continet, qui ex nobis etiam sibi tabernaculum fabricatus est. Nemo autem ex zelatoribus Christi conturbetur, si tantam rem, tabernaculum appellamus: quasi quicquam detrahatur diuinæ naturæ propter vocabuli vilitatem: nec enim vnquam dignum illa natura verbum inuenietur. Nam quæ ab hominibus proferuntur, æqualiter à significanda illa natura omnia distant. Sed cætera quæ de Deo dicuntur, piè ad ostentandam diuinam quandã virtutem capiuntur: vt medicus, pastor, protector, panis, virtus, via, ianua, mansio, aqua, lapis, fons, aliaque huiusmodi: sic consentanea quadam significatione tabernaculum quoque dicimus. Virtus enim, quæ omnia continet, in qua vniuersa deitatis plenitudo inhabitat, cùm commune id omnium tectum sit, cumque vniuersa in ipso contineat, non iniuria tabernaculũ nuncupatur. Oportet autem vt tabernaculi visio mystico tabernaculo sic conueniat, vt singula ipsius ad aliquid non indignum mysterio nos deducãt. Ac quoniam diuinus Apostolus visionem ipse quoque totius tabernaculi consecutus, cũ in cœlestibus adytis per spiritum sibi mysteria paradisi reuelata sint, cortynam inferioris tabernaculi carnem Christi esse ait: non erit alienum ad hanc Apostolicam vnius partis expositionem respicientes, totam de tabernaculo nostram sententiam explicare. Fiet autem nobis per ipsius Apostoli verba in intelligentia ænigmatum tabernaculi facilior aditus, ait enim de vnigenito, quam nomine tabernaculi nuncupati diximus, quia in eo creata sũt omnia, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue potestates, siue principatus, siue dominationes, siue virtutes. Quas ob res columnæ argento atque auro refulgentes, & vectes, ac annuli, Cherubin quoque illa, quæ suis arcam contegunt alis, cæteraque omnia, quæ ad sustinendum contegendumque tabernaculum describũtur: si quis ad superius tabernaculum respicit, angelorum est multitudo in tabernaculo ipso conspecta, quo corporea hæc secundum Dei voluntatem sustinentur atque reguntur. In illo enim tabernaculo veri vectes nostri & habitant & sũt, qui ad ministerium mittũtur propter futuros salutis hæredes, qui sicuti quidam annulli in animos saluandorum immittuntur, ad sublimitatẽ virtutis ad terram deiectos eleuantes. Hunc autẽ altiorem esse sensum Scripturæ in hoc loco, inde patet, quòd Cherubin illa materialia suis alis tegebant mysteria, quæ in arca erant, vt litera dicit. Nam id nomen iis angelis attribuitur, vt Esaias & Ezechiel aiunt, qui circa diuinam maiestatem inspiciuntur. Arca verò fœderis alis ipsorum Cherubin contecta, hic illud dicitur, quod apud Esaiam facie significatur. Nam vt arca hîc, ita ibi facies Cherubicis alis contegi affirmatur. Vnũ igitur ab vtrisque significari nõ dubitamus. Videtur autẽ mihi incomprehensibile huius speculationis quæ de ineffabilibus est, ænigmaticè significari. Cùm vero de lychnis, id est, lucernis audis, quod septempartitò ex vna basi ac radice candelabri sustentabantur, vt lux abundanter vndique perluceret, iure multiformes spiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges: septempartitò enim spiritus radios etiam Esaias partitus. Propiciatorium autem quid sit, non opus expositione vlla vt intelligatur, cùm Apostolus id enodauerit, qui ait: quem animarũ nostrarum propiciatorium proposuit. Altare verò & thuribulum cùm audio, adorationem intelligo, quam huic tabernaculo cœlestes virtutes afferunt. Non enim solum inferorum atque terrestrium, sed cœlestium quoque linguam ait laudẽ atque gloriam, vt rerum omnium principio reddere. Id enim gratum est ipsi sacrificium, labiorũ fruct⁹, vt ait Apostolus, & odor orationis. Quòd si corium his etiam inest colore purpureo, & pili intexti, non tamen speculationis huius series perturbabitur. Nam oculus ille propheticus in altissimarũ hac rerũ visione, salutarẽ quoque domini passionem tanquam è specula prospexit, quam ex vtroque dictorum significatam fuisse non ambigo. Rubedo enim sanguinem, pili autem mortem ostendunt. Nã cùm in corpore pilus absque sensu sit, non iniuria mortis symbolum dicitur. Hæc igitur in superiore tabernaculo materialib⁹ illis significata putamus. In inferiore verò, quoniam sæpius à Paulo Ecclesia Christ⁹ appellatur, Christus autem, vt diximus, superius tabernaculum est, non est alienum, si quis Ecclesiam suam inferius esse tabernaculum arbitretur, in quo columnæ sunt mysteriorũ Ecclesiæ ministri, quos hoc ipso nomine nónunquam appellamus: ministros autem Apostolos, prophetas, doctores. Nec enim solũ Petrus & Ioannes & Iacobus columnæ Ecclesiæ sunt, nec Ioannes Baptista tantũ ardens erat lychnus, sed omnes quibus Ecclesia sustentatur, qui suis operibus luminaria facti sunt, hi columnæ & lychni nuncupãtur. Vos estis lux mundi veritas Apostolis ait: ac rursum alios diuus Apostolus, quasi columnas hortatur, cùm dicit: Firmi estote atque immobiles. At verò Timotheum columnam pulcherrimam fabricatus est, cùm ipsum firmitatem veritatis suæ vocis doctrina effecerit. Hoc in tabernaculo & sacrificium laudis, & thus orationis in mane ac vesperũ adhiberi semper videmus. Hoc sic intelligere Dauid ille nos inducit, qui incensum orationis in odorem suauitatis dirigit. & manuum extensionem sacrificium esse asserit vespertinum. Vrnas verò

Christus tabernaculum. — *Arca* — *Lucernæ.* — *Heb. 9.* — *Heb. 13.* — *Ministri.* — *Matth. 5.* — *1. Cor. 15.* — *1. Tim. 3.* — *Psal. 14.*

ne in sacrificium esse à Tecit vespertinum. Vrnas
verò.idest.vasa ad lauandum, quis ambiget eos
esse, qui per sacramentalem aquam peccatorum
3. sordes auferunt. Talis vrna erat Ioannes, lauans
2. in Iordane ad pœnitentiam homines. Talis erat
Petrus, tria milia hominum, simul ad baptismi la
uacrum deducens. Philippus quoque vrna Can-
.8. dacis fuit. Quid multa? omnibus qui ad baptismi
donum veniunt, ij ad lotoria sunt, qui ministerio
suo gratiam præbent. Atria verò quæ inter se cō-
plicata in circulum connectuntur, pacem, concor
diam & charitatem credentium esse non absur-
dè quispiam dixerit. Sic enim Dauid hunc locū
147. exposuisse videtur, cùm dicat: Qui ponis termi-
nos tuos pacem. Corium verò purpureum, & sa
ga ex pillis ad ornatum tabernaculi pertinentia,
accōmodate intelligentur, si pro corio mortifica
tio pronæ ad peccandum carnis, pro sagis stricti-
or viuēdi norma, & quasi durior intelligitur: his
enim maximè Ecclesiæ tabernaculum exornatur
Coria enim cùm nullam in se viuendi virturem
à natura retineant, colore rubedinis florere vidé
rur: quod ostendit floridam spiritus gratiam nō
habitare in homine, nisi primò peccati vim in
seipso mortificauerit. Si verò pudoré etiam mo-
destum coloris rubedine significari quispiam cō-
tendat, non certè reluctabor. Pilorum autem in-
tricatio asperam tactui texturam efficiens, aspe
ram & passionum omnium abstinentiam, atque
continentiam subostendit. Quæ omnia maximè
ita se habere confirmat eorum vita, qui continua
viuunt virginitate. Quæ verò intus erant, sancta
sanctorum nominabátur, ad quæ multitudo per-
uenire non poterat, hæc rerum veritatem signi-
ficant. Veritatem hanc mysterii nostri dico ré san
ctam, & sanctam sanctorum, & multis incompre
hensibilem Hæc veritas in adytis tabernaculi cō
stituta, absque curiositate aliqua intelligi ac reci-
pi debet. Credendum enim est, ita esse vt Eccle-
sia prædicat, non tamen oculis omnium cerni
posse, sed id mentis ipsius penetralibus indubita-
bilem veritatem permanere. Hæc aliaque huius
tabernaculi visione ab omni sorde mundatus o-
culus ille mētis Moysaicæ doctus, visionibusque
his altius eleuatus rursus ad cacumen altetius scā-
dit speculationis, sacerdotalem perdiscens vesti-
tum in quo est tunica, & pectorale, quod variis
ac diuersis lapidum fulgoribus resplendebat, &
thyara cum lamina super eam, fœminaliaque, &
poma & supra hæc omnia rationale, ac eius iudi-
cium, & quæ in vtrisque inspicitur veritas, & ho-
rum vtrinque connectiua superhumeralia patri-
archarum insculpta nominibus, quorum omni-
um nomina multitudine ipsa ostendunt non sen
sualia quædā significari: quibus enim corporis ve
stib. hæc nomina, iudiciū, rationale, veritas cōue
niunt? Quare pater nō huius sēsibilis amictus gra
tia historiā esse descriptā, sed vt alius quidā orna-
tus animæ virtuosis operibus ostēdatur. Nā quid
sibi aliud voluerunt hæc nomina tria illis à Moy-
se imposita, iudiciū, rationale, veritas? ant cui vn-
quā corporali vesti hæc indita fuerūt? nulli profe
ctò. nec eñ cōueniunt, sed nomina ipsa quid præ
figurauerint, aperiunt, & laboré expositionis di-
minuunt. Hyacintho est talaris vestis tincta, qua
qui hunc locū ante nos speculati sūt, aëra signifi-

cari affirmant. Ego auté vtrū habeat ad aëreū co-
A loré flos hyacinthinus affinitaté, an nō, nolo con-
tendere. Rationé verò hanc non reiicio, nō enim
parum ad virturé conducere videtur: hortatur e-
nim hoc ænigmate omné, qui Dei sacerdotiū assu
mere studet, seipsum ac corpus suum Deo offerre
hostiam, nō enecatum, aut cæsum. (Viuum enim
hoc sacrificium, rationalisque cultus hic est) nec
pingui quodam ac carnoso hui. vitæ amictu: sed
tenue, sicut telam araneæ munda viuendi ratione
confectum, vt viuendi tenuitate lene, atque aëte-
um factum, sursum posse ferri videatur. Hoc eñ
modo cum nouissimam tubam illam audiemus,
B omni onere liberati, leues ad iubentis vocem exi-
liemus: nec pōdere vllo ad terram deprimemur,
sed cū Domino per aëra sublimes feremur. Qui
ergo, vt Psalmista dicit, quasi telam araneæ ani-
mam suam liquefecit, is etiam illam vestem seip-
sum induit, quæ à capite ad pedes vsque circun-
fūditur: nec enim mancā aut truncā esse virtuté,
sed integrā, atque per omnes numeros perfectā
lex vult. Aurea verò tintinnabula, bonorum ope-
rum splendor sunt, malis punicis intercepta. Duo
enim hæc sunt studia, quibus virtus tota confla-
tur, recta in Deum fides, & probata in hac vita
conscientia. Hæc mala punica tintinnabula in-
C dumento Timothei Paulus ille innexuit, cùm di- 1. *Tim.* 1.
cat, oportere vt habeat fidem & probam consci-
entiam. Fides igitur sacerdotis, veluti tintinnabu-
lum clarè atque sonorè in sanctæ Trinitatis præ-
dicatione exclamet. Vita verò naturam punico-
rum imitetur pomorum, quorum circunfusa ex-
terius quasi testa, incomestibilis, duraque est,
quod autem intus reconditū est, & visu ex varie-
tate coloris atque collocationis ordine iucundū
est, & gustu iucundius, non parua dulcedine sē-
sum afficiens. Philosophica quoque Christiana *Christiana*
viuendi ratio dura exterius, atque aspera sensui *viuendi*
est, intus sæpius optimarum pulcherrimarumque *ratio.*
D rerum plena, tempore suo cùm matura fuerit, cū-
que agricola noster poma punica huius vitæ ape
rier, dulcissimam suorum fructuum præstabit fra
grantiam. Apostolus etiam dicit, nullam discipli-
nam in presenti vita videri lætitiā afferre, sed tri- *Heb.* 12.
stitiam, & id est, quod per exteriora pomi punici
figuratur. Post hæc autem fructum pacificū red-
dit, & id est dulcedo interior, ac pulchritudo.
Hanc vesté cossymbotā etiā iubet esse, vt à nobis
quoque ipsis aliquid vlterius ad virtutis incremē
tum adinuenire conemur, quo indumentum or-
natius fiat, sicuti Paul. faciebat, qui ornatissimos
indies cossymbos virtuti addebat. nā cum lex pec
E mittat alteri ministrātes ex alteri, & Euāgelii nun
cios ex Euangelio viuere: ille sine hac ad vitæ ne-
cessitaté mercede Euangeliū prædicauit, nudus,
famescēs, sitiens. Hi ergo illi sunt ornatissimi cos-
symbi, qui vesté secundū peccata cōtextā, si addi-
ti sunt, reddunt ornatioré. Duo deinde tegumēta
superimponuntur indumento illi talari vsque pe
ctus & renes ab humeris descēdenti, duabus por
tis in vtroque humero adinuicem cōiuncta. Por-
tæ autem sunt lapides, patriarcharum nomina sex
vnusquisque cælata ferētes. Horum tegminū ma
gna varietate colorum textura erat confecta, hya
cinthus purpura connectebatur, & cocci rubedo
bisso iungebatur: & his omnibus aurea fila e-

rant inspersa, ita vt ex multicolore hac tinctura vnus quidem commixtus splendor ex tegumini-hus refulgeret. Ex quibus discere possum' quòd indumenta superiora quæ cordis sunt ornamenta, multis varijsque constant virtutibus. Hyacinthus enim ex purpura complicatur: nam viuendi puritas atque mundities naturæ regno cõiungitur. Natura enim quodã modo ipsa duce, vnà cũ pudoris rubore laudabilis viuendi nascitur ratio. Aurum autem his tincturæ floribus refulgens reseruatum huic vitæ thesaurum subostendit. Patriarcharum quoque nomina lapidibus insculpta, non parum nobis ad virtutis ornatum conferũt. Præteritorum enim virorum, qui optimè vixerũt exemplis vita nostra corroboratur. Sed huic tegminum ornatui alius rursum desuper ornatus cõiungitur: scuta enim aurea ex vtrisque tegminibus dependent: hæc sustinent fabricatum quidem ex auro figura quadratum, duodecim lapidibus resplendens ordine quodã dispositis. Quatuor autem ordines erant, quorum vnusquisque Trinitatem lapidum continebat. Lapides autem ita erant varij, vt nullius ad alterum esset similitudo: proprio enim singuli splendore fulgebãt, sed figura quidem ornamenti hæc. Spiritalis verò sẽsus scutorum quidem, quæ ab humeris dependebat armatos nos esse adhortatur aduersus tyrannum, & hostem nostrum. Virtus enim, vt à Paulo dictum est, fide ac bona constat conscientia: quibus ita esse aduersus inimicorum tela munitos oportet, vt his iustitiæ armis dextris atque sinistris, inuulnerabiles maneamus. Quadratus autem ille ornatus, qui vtrinque à scutis dependebat, in quo nomina patriarcharum, qui tribubus cognomina dederunt, impressa lapidibus, fuerunt cordis tegumenta. Quare diligenter nos docet omnibus patriarcharum virtutibus animum eius esse exornatum, qui duobus his scutis aduersarij tela repulerit. Quadrata verò figura stabilitatem virtutis ostendit. Nam hæc figura æqualiter vndique angulis & connexis oixa lateribus, non facilè de loco mouetur. At verò catenulæ, quibus ornamenta hæc ad brachia connectuntur, præcipere mihi videntur, oportere in altiori vita praxin speculationi coniungere. Cor enim speculationis loco poni videtur, brachia verò operationis. Caput autem diademate coronatum, reseruatam virtuosis coronam significat, quam is exornat, qui aurea lamina ineffabilibus erat notis cælatus. Ita induto vestitoque sacerdoti nullum calceamentum imponitur, ne tardior ad curandum sit, aut vix mobilis, pelles secum attrahens animalium mortuorum. Nam, vt iam diximus, impedimento calcei fuerant Moysi, cùm ad ardentem rubum accederet. Quòd si in primo statim aditu reprobantur, multo magis à sacerdotis pede reijciuntur. Qui autẽ per omnes gradus, quos iam exposuimus, ascenderit, is à Deo sibi traditas tabulas ad populũ defert, quibus diuina lex continetur: sed dura, cũ peccato collisione diruptæ conteruntur. Peccatũ verò simulachri cultus erat in vituli similitudine constituti, quod à Moyse contritum, aquaque dissolurũ, ipsis qui peccarũt factus est potus: ita omnimodo ea materia, quæ hominum peccato subministrauit, delata est. Prophetice igitur hæc historia de ijs, quæ nostris tẽporibus facta sũt exclamauit. Omnis enim circa simulachra error, è vita hominum ablat' est: nec amplius nostrorum principũ pietate à pio credẽtium ore debit', qui christiana freti laudatissima professione impietati seruientia, idolorum tẽpla deleuerunt. Videmus præterea quæ sancta fuerũt apud impietatis mysteria, quasi aquã instabilem delapsa defluxisse: aquã ab illorũ ipsorũ ore, qui cultu simulachrorum insaniebant, imbibitã. Nã cùm cernas oculis, qui huic vanitati erant penit' dediti, alia templorum suorũ, in quibus sperauerant, diruentes, alia in alios vsus transferentes, nõ magna historia clamare voce videtur: futurũ esse tempus olim in quo simulachrũ omne, ore ipsorum qui ab iniquitatis errore ad pietatẽ transponentur, delebitur ac imbibetur. Arma deinde Leuitas non in alienigenas, sed in suos ardẽter Moyses, qui ab altera extremitate castrorum ad alterã confusè, vt quisque obuiam fieret, omnes interfecerunt. Ita cùm pariter quicunque mucroni incideret, occideretur, nemo interficientiũ quis amicus, aut quis inimicus discernebat, quis domesticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus, nemo prospiciebat, sed vnicus atque par aduersus omnes, in quos inciderãt, erat impetus. Vnde discimus, idcirco absque dispositione punitos fuisse, quoniam vnà omnes ad malum conspirantes, ratione vitii quasi vnus effecti sunt, & veluti cùm quispiam vnum hominẽ peccatis commotus suis cædit vehementer, non hoc aut illud suum affligit membrum, sed quò flagellum commodè potest inferri, illud verberat. Bene enim nouit quãcunque partem percusserit, ad totum corpus inde sensum doloris transiturum: sic quæ sine dispositione tunc adhibebatur punitio, omnes qui conspiratione vitii, quasi erant in vnum corpus conflati, mirum in modum castigabat. Quare si nonnunquam peccatis hominum iram Dei excitatam, non in omnes, sed in aliquos ferri videamus, diuinæ clementiæ magnitudinẽ admirari debemus: qua fit, vt non omnes sicuti merentur, percutientur, omnes tamen flagellis castigentur. Verum id ex ipsa historia non altius intellecta discimus. Ad sublimius autem reducere volentes, illud prius considerabimus, quod communi præconio legislator exclamauit: Si quis est Domini, ad me veniat. Qua voce lex ipsa omnibus edicere videtur: si quis Deum amare vult, me legem amet. nam qui legis amicus est, certè Dei quoque amicus est. Iubet deinde eos, qui tali præconio congregati sunt, absque disquisitione & in fratres, amicos, & proximos gladio ferociter vti. Superioris speculationis seriem sequentes, dicimus omnem hominem, qui ad legem ac Deum respicit, malorum domesticorum cæde purgari. Nec enim semper frater, aut amicus, aut proximus in meliorem à Scriptura partem accipitur: sed sunt nonnulli fratres, amici, proximi, qui quasi alieni ac inimici nobis aduersantur, quos eas arbitramur esse cogitationes, quarum vita nobis mortem, mors verò vitam solet inducere. Hæc expositio illis etiam conuenit, quæ de Aaron diximus. Ibi enim pro fratre socium atque protectorẽ diuinitùs nobis datum, angelum intelleximus, qui aduersus Aegyptios signa operatur, qui etiã maior ætate iure dictus est:

ctus est: nam angelica natura homine prius creata est. Frater verò, quia est quædem profectò intellectualis, & angelicæ naturæ ad intellectum & animam humanam affinitas: quas ob res, & si vtroque in loco frater dicitur, non habet tamen locum oppositio, quomodo is frater appellari posit, qui in malum accipitur, cum æquiuocè fratris nomen, nunc in bonum, nunc in malú, vt diximus, accipiatur. Aduersus igitur hos malos fratres gladiorum opponit aciem Moyses. Quod enim alios quis iubet, sibi quoque ipsi fancit. Horum fratrum cædes, peccatorum interitus est. Nam qui aduersarij consilijs fixum atque statutum in animo malum deleuit, aduersarium in seipso interfecit. Hæc autem sententia spiritualis firmior esse atque verior videbitur, si quædam etiam alia in historia dicta huic conuenire ostendemus. Imperatum enim fuisse ab Aaron dicitur, vt inaures ab auribus vxorum tollerent, hæc conflatæ simulachri materia fuerunt. Dicimus igitur quòd Moyses Hebræorum virtutem inauribus exornare voluit, id est lex, quam pro Moyse intelligimus obedientiam, quæ per inaures significatur, Iudæorum virtutem confirmauit: quã tollit Aaron, vt inobedientia ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse peruentum. Idcirco statim ad primum peccãdi aditum inaures auferuntur, vt iam præuaricationis & inobedientiæ consilia cepisse viderentur, qui diuinum præceptum negligendum esse hortabantur. Id ergo est quod dicimus auferre ab aure præceptorum inaurem. Quare qui hos fratres, hos amicos, hos proximos interimet, audiet illam vocem, quam à Moyse illi perceperunt, qui tunc sine disquisitione multos è cultoribus idoli occiderunt: Consecrastis, inquit, man⁹ vestras hodie Domino, in suo vnusquisque filio vel fratre, vt detur super vos benedictio. Sed opportunè modò, primorum parentum fecimus mentionem, vt discamus quónam pacto, diuinitùs confectas tabulas, in quibus lex erat impressa, in terram manib⁹ Moysi proiectas, à duritie subiectæ terræ contritas, à Moyse rursus fuisse susceptas, non omnino easdem: sed Scriptura solùm, quæ in illis erat impressa. Materiam enim earú ex inferiori hac suscepit materia Moyses, virtutique ipsius subiecit, qui legem rursus in his secundis tabulis cælauit: & sic gratiam reuocauit, cùm in lapideis tabulis legem reportauerit, in quibus ipse Deus legis voces cælauerat. Hinc enim induci possumus, vt diuinam de nobis clementiam intelligere queamus. Nam si vera dicit Apostol⁹, sicuti certè dicit, qui Dei profunda spiritu quæsiuit, per has secundas tabulas corda nostra, id est, intellectum animi ducem ac oculum intelligere debemus. Vnde discere licet, infractam atque immortalem diuinis fabricaram manibus naturam nostram in principio fuisse, quam lex non scripta, sed innata, nõ exterius acquisita, sed impressa exornabat. Naturaliter eñ nobis voluntas legis inerat, quæ ad malorú abominationem, & bonorú expeditionē nos instituerer. Verú posteaquã peccati sonitú in auribus nostris suscepimus: quē quidē sonitú Scriptura vocē serpentis, hæc verò de tabulis historia vocé vino cantannú nuncupauit, tunc naturæ integritas in terram decidit, & contrita est. Sed rursum verus legislator, cuius figurã Moyses gerebat, ex natura nostra naturæ nostræ tabulas sibi cõfecit, nec enim nuptiarum solennitas carnem dominicam produxit, sed ipse suæ carnis factus lapicida, digito, Dei eam inscripsit. Spirit⁹ enim sanctus perue nit in virginem, & excelsi eã virtus obumbrauit. Quo facto rursus natura confracta facta est, illius impressione digiti immortalitatē consecuta: digitus enim sæpius à Scriptura Spiritus sanctus appellatur. Hoc igitur modo ad gloriosus Moyses commutatus fuit, adeò vt inferioribus his oculis tanta ralisque gloria cerni nequiret: quam quidē immutationem qui nostræ fidei mysteria nouit, non ignorabit quomodo allegoricus hic sẽsus historiæ consentaneus est. Nam qui cõtritam naturam nostram in integritatem traduxit, qui langores nostros portauit, & sanauit ægrotos, posteaquam in pristinam pulchritudinem dirutas naturæ nostræ tabulas restituit, Dei, vt diximus, digito cælatas, non amplius indignorum oculis capi potest. Nam tanta est amplitudo gloriæ atque maiestatis eius, vt visus eorum nequeat ad ipsum accedere. Profectò enim cùm in maiestate sua, vt dicit Euangelium, veniet, ac omnes angeli secú, vix iusti gloriæ ipsius erunt capaces: impij autē & Iudaizantes tantæ visionis expertes erunt, vt Esaias ait: Tollatur impius, ne videat gloriã Domini. Sed iã multa de hoc, quare ad reliqua transeamus. Ambigere profectò quispiã poterit, quomodo Moyses, quē tot tantisque visionibus Deú vidisse Scriptura testatur, quo cú Deus ita loquebatur, vt si quis amicú suú alloqueretur, orat nūc quasi nunquam vidisset, vt videat. Et quomodo diuina vox modò annuit oranti quod petit, & hanc quoque gratiam sibi velle conferre non negat: modò in desperationem ducit, cùm asserat, non esse hanc vitam hominum eius rei, quam postulabat capacem, & ad hæc, quem locum esse apud se Deus dicit, & quem in loco lapidem, & quod in lapide foramen, in quod iubet peruenire Moysen, deinde Deum manum suam ad os foraminis illius positurum, & cùm transierit Moysen inuocatum à foramine, posteriora eius, qui vocauit inspectum: hæc enim Scriptura narrat, & sic asserit Deum à moyse perspectum, sicut diuina voce sibi fuerat promissum. Hæc omnia, si quis secundum literam solùm consideret, non obscurus duntaxat quærentibus sensus fiet, verumetiam non rectas de eo generabit opiniones: sola enim figurata anterius atque posterius habent, omnis figura corporis terminus est. Quare qui figuram Deo attribuit, corpus ipsum consequenter putabit: corpus autem omne compositum est, compositum porro diuersorum ac differentium concursu constituitur. Quicquid verò sic constitutum est indissolubile non est: quodque dissoluitur, id corrumpitur: dissolutio enim corruptio compositi est. Quas ob res si quis posterius Dei secundum litteram capiet, in hoc in conueniens consequenter deducetur. Nam antè ac retrò in figura certè est, figura in corpore, corpus natura dissolubile, dissolubile autem incorruptibile esse non potest. Sic qui omnino literæ seruit, rerum ipsarum consequentia corruptibilem esse Deum opinari compellitur.

Secunda tabula.

Digitus dei.

Exod. 33.

litur. Est autem Deus incorruptibilis omnino atque immortalis. Non est ergo vbique sequenda litera. Quòd si hac in parte altiorem quem litera patitur, sensum quærere cogimur, quis alienum esse à Scriptura dicet, si ad spiritualem sensum totam reducimus? nam cùm necesse sit partes aliquas spiritualiter intelligere, totũ quoque necesse, vt & possit & debeat: sicuti partes intelligi: est enim totum ex partibus, quare partium naturam sapiat necesse est. Locus igitur apud Deũ, & lapis in loco, & in lapide quædam capacitas, quam foramen appellauit: ingressusque Moysi ad illud, impositio quoque manus Dei in ore foraminis, & transgressio eius, & vocatio, ac denique posteriorum partium aspectatio ad altius, & con

B uenientius norma regulaque anagogica sic redu cetur. Quemadmodum igitur grauia & rotunda corpora, si è cacuminibus montium lapsa deorsũ fuerint, & si nullus postea impellat, ipsa tamẽ per se vehementiore impetu, si nihil impedimento sit semper deferuntur, quousque ad planiciem descenderint: sic anima cuius natura sursum fertur, terrenis absoluta cupiditatibus ardentior indies fit, velociusque pertransit, ad sublimiora semper conscendens. Nam cùm nihil sibi sit impedimento, per seipsam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius boni, omnes qui ad pul-

C chritudinis eius radios sanis possint oculis respicere: ita fit, vt cœlestium desiderio semper ad maiora (vt Apostolus ait) consurgat, ac semper ad altiora peruolet. Nam cùm per ea, quæ iam percepit, ad maiora & perspicere & aspicere possit, maiore atque maiore desiderio semper ardet, ac sic indesinenter sursum fertur, his quæ peracta sunt robustior facta: solùm enim virtutis actio nutrit laborem, viresque auget. Quapropter magnus ille Moyses, cùm semel per scalam in qua Deus innixus erat, vt Iacob dicit, ascendere cœpisset, nunquam stetit, nunquam terminum motus nouit, sed semper de gradu in gradum as-

D cendebat, nec enim deficere vnquam potest altior gradus. Negauit falsam Aegyptiorum reginæ coniunctionem, qua filius eius putabatur: Hebræum vltus est, ad desertam & solitariam se transtulit vitam, quam humanæ perturbationes non vexant, pauit cicurium animalium gregem, vidit resplendentem lucem diuinam, abiecit calceos, vt facilius ad lucem accederet, in libertatẽ vindicauit suos, hostem vndis vidit submersum, lucida nube ductus est, sicco lapide sedauit sitim, à cœlo deduxit panẽ. Præterea extensione manuum alienigenam fudit, sonitum tubæ audiuit, caliginem subiit, ad penetralia diuini ta-

E bernaculi ingressus est, sacerdotii didicit mysteria, simulachrum destruxit, propitium Deum reddidit, legem de deorum prauitate dirutam restituit, gloria effulsit. Ac tot tantisque sublimationibus elatus adhuc ardet desiderio, adhuc tanquã famescens ac sitiens, tanquam eo carens quo semper fruebatur, orat vt videat, non vt ipse capere potest, sed vt se habet qui desideratur. Vnde arbitror immenso desiderio atque ardendi erga Deũ ita fuisse effectum, quòd visionibus sibi enituit, vt ferre non posset, quin ab iis quæ cõprehendit, ad occultiora cõpelleret: quocirca supremæ pulchritudinis amator, quod iam viderat, tanquam

A imaginem eius quod non viderat credens, ipso frui primitiuo desiderabat. Id ergo vult audax in monte illa petitio, ne per specula & imagines, sed per veram & propriam faciem frui pulchritudine posset. Diuina verò vox per ea quæ negat, concedit quod petitur, paucis verbis immensã sententiarum profunditatem subaperiens. Annuit enim facturum se quod petebatur: finem autem *Videre Deum.* atque cessionem huius desiderii futurum nõ promisit, nec enim ita quispiam Deum videre potest vt videndi desinat desiderium. Nam in hoc profectò Deus videtur, vt nunquam desinas ad eum respicere. Quare, inquit, non poteris videre faciem

B meam, nec enim videbit homo faciem meam & viuet: non quia causa mortis videntibus sit illa facies (nam quomodo vitæ facies causa appropinquantibus mortis esse poterit?) verum quoniam & si viuificat quidem Deus natura, proprium tamen suum est, vt omnem cognitionem excedat. Idcirco qui eorum quæ cognoscuntur, Deum esse opinatur, quasi deuiasset ab eo qui est, ad id quod esse putatur, vitam non habet. Nam qui verè est, is vera vita est, & hic cognitione non comprehenditur. Quare si hæc viuificans natura cognitionem omnem excedit, non est profectò vita id quod cognoscitur: quod

C verò vita non est, id vitam præbere non potest. Sic igitur desiderium Moysi adimpletur, vt insatiabile permaneat: discit enim ex istis, quod Deus natura interminabilis est, nullo termino comprehensus. Nam si aliquo termino concludi intelligatur, necesse est termino illi aliquid connectatur: omnino enim quod terminatur, ad aliud desinit, vt terrestriũ terminus aër est, & aqua terrũ aquaticarũ. Quemadmodũ igitur pisces aqua, & aues aëre circuncluduntur, & cùm sint in medio istorum elementorũ, aquæ tamen quædã superficies ad pisces, & aëris ad volatile terminatur: sic necesse est si Deus termino concluditur, hetero-

D genea quadam natura contineri. Est enim quod continet contento maius. At verò Deus natura bonum esse conceditur, quod autẽ ad bonũ comparatum heterogeneum est, non bonũ, sed malũ esse cõprehenditur, & est, vt diximus, quod continet contento maius. Quare si termino Deus cõtinetur, cõsequens erit superari vincique à malo, cũ continentiũ vis ea quæ continentur, exuperet. Id autem adeò absurdum est, vt nullus vnquam mentis compos sic esse opinatus sit. Est ergo interminabilis diuina natura, & interminabilis cõprehendi non potest. Quare qui diuinam pulchritu-

E dinem videre desiderat, & ad id tendit, in hoc cursu semper consistat. Et id est verè Deum videre, vt nunquam id desiderium terminetur. Quare necesse est, vt cùm videamus, sicut nobis possibile est, maiore videndi desiderio exardescamus, & sic nullus vnquam terminus abscindet nobis iter huius: cùm neque ipsius boni terminus aliquis sit, nec satietas desiderii huius possit fieri. Sed quis nam est ille locus, qui apud Deum esse intelligitur? Quid ille lapis? quæ est illa capacitas in lapide? quæ est illa manus Dei, quæ os lapidei foraminis retinet? transitus verò Dei quis est? aut posterius eius, quod Moyses videre permittitur? oportet enim profectò magnũ quid vnumquodque istorum esse, & Deo to-

nanti

nanti non indignum, ita vt omnium visione, quã ad hunc vsque diem Moyses viderat, maior hæc & sublimior credi possit. Quomodo igitur illorum verborum profunditatem intelligemus? auxilio scilicet illius, qui & Moysi, & omnibus qui eum amant, planam ad omne bonum viam solet præstare: Ecce, inquit, locus apud me. Quod sic intelligendum est, quòd ab ijs quæ mox diximus, non sit alienum. Locum igitur dicit, non superficie circumfusum, nec quantitate vlla descriptum (nec enim est in immenso mensura) sed ad infinitum atque interminabile loci nomine, qui circumscripta mensura terminatur, auditorem deduxit, hunc ergo sensum suboste ndere mihi videtur. Quoniam tibi Moyses ad anteriora pergendi semper ingens desiderium est, nec vllo huius cursus labore defatigaris, nec terminum huius assequendi boni constituis, sed semper inhias ad maiora, scias tantum esse apud me locum vt nunquam terminum eius cursu aut volatu aliquo queas inuenire: hic autem cursus atque volatus status quidem est alia ratione. Sistam enim, inquit, te in lapide. Mirabile auditu, quomodo vnum ac idem est status, & motus est, si quid ascendit, non stat, si stat, non ascendit, at hic ascẽdit, quia stat. Nam qui caducus ac instabilis cogitationibus est, non fixus in bono nec permanens sed mobilis atque fluctuans cogitationibus varijs oppressus & conquassatus, is nunquam ad sublimitatẽ veræ vitæ ascẽdit, sicut qui colles conãtur scandere sabulosos: nam etsi proiectis in longum pedibus magna transire spacia videantur, semper tamen ad inferiora delapso sabulo deferuntur. Motus igitur fit, progressus autem nullus fit. At si quis, vt Psalmista dicit, à fæce profundi retractos pedes in hoc posuerit lapide, lapis autem Christus est plenitudo virtutum omnium: quanto firmior ac nobilior, vt Paulus consulit, in bono fuerit, tantò velocius volat hac stabilitate quasi pẽnis eleuatus. Cùm igitur locum apud se ostendit, ad perpetuum cursũ exhortatur: cùm statum in lapide datum se promittit, modum diuini cursus illius Moysi subaperit. Capacitas verò aut foramen lapidis verbis Apostoli expositũ est, cùm domum non manu factam cœlestẽ spe ijs reseruari, qui terrestre tabernaculum dissolue runt, asserat. Nam certè qui cursum perficit, vt ipse dicit, in lato illo & capacissimo stadio, quod diuina vox locum appellauit, qui videlicet fidem conseruauit, ac in lapide, vti ænigmaticẽ dicitur, pedes suos firmauit, is corona iustitiæ, à manu eius qui hæc certamina nobis posuit, coronabitur. Hæc autem gloria multis nuncupatur à Scriptura nominibus, vna enim & eadem res hic quidem lapidis capacitas appellatur, in alijs autem paradisus, deliciæ, tabernaculum æternum, mansio apud patrem, patriarchæ sinus, regio viuentium, aqua requietis, Hierusalem superior regnum cœlorum, Babylon vocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, supermensale gaudium, Dei consensus, sedes iudicij, locus nominatissimus, occultum tabernaculum. Vna ergo illius gloriæ hæc quoque appellatio est Moysi in lapidem ingressus. Nam quoniam Christus lapis est, vt Paulo placet, omnem autem bonorum

Nomina cœlestis gloriæ.

spem in Christo firmiter esse credimus: qui bonum aliquod adeptus est, is in Christo est, qui omne bonum cõtinet: qui verò ad Christum peruenit, & à manu Dei tectus est (manus autẽ Dei quid aliud esse potest, quam creatrix rerum virtus?) ipse vnigenitus Deus, per quem omnia facta sunt, qui & currentibus locus est, & via, vt ipse dicit, & lapis confirmatorum, & domus quiescentium, qui ad huc, inquam, peruenit, is audiet vocantẽ, is in posterioribus vocantis constituetur, vt Scriptura monet, quod propè Dauid ille intellexit, habitanti enim in auxilio excelsi dicit, in scapulis suis obumbrabit tibi, quod est post Deum esse constitutum. Nam scapulæ posteriora sunt, de se autem clamat: Adhæsit anima mea post te, & suscepit me dextera tua. Vides quomodo psalmista cum historia cõsentit. Nam vt hic dicitur eum à dextera suscipi, qui post deum adhæsit: sic ibi eum manus tegit, qui Dei vocem expectat in lapide. Sed Dominus quoque qui Moysi oracula dedit, qui ad implendum legem suam venit, ænigma id enodans apertissimè, similiter ad discipulos ait: Si quis, inquit, vult post me venire, non dixit ante me. Hoc quoque ipsum cuidam de vita æterna cogitanti præcipit dicens, Veni & sequere me: qui autem sequitur, non faciem, sed tergum aspicit. Docetur igitur Moyses desiderans Deum videre, quomodo potest Deus videri: sequi enim Deum corde ac animo semper quocunque ducat, idipsum est Deum videre: etenim transitus ille Dei, ducem esse Deum sequentis significat, cùm non sit possibile viam ignoranti tectè ac tutò iter peragere, nisi post ducem rectè sequatur. Dux igitur præeundo sequenti viam monstrat: qui autem sequitur, nunc à recta via non aberrat, cùm semper ducis tergum respiciat. Nam qui ad latera se transfert, aut ducentis faciem cernere studet, non facit eam viam, quam dux ostendit: ac ideo dicitur ei, Facies mea non videbitur tibi, hoc est, noli ad faciem ducentis Dei occurrere, ne in oppositum cursus fiat. Nam si bonum bono contrarium non est, & qui ducentis faciem videt, docenti oppositus est, cùm ducens bonus sit ipse malus est, contrarium virtuti vitium, quare Moyses non ex opposito conspicit Deum, sed tergum eius respicit. Nam qui ex opposito Deum aspicit, non viuet, vt vox diuina testatur. Non videbit, inquit, homo faciem meam, & viuet. Vides quantũ est vt aliquis discat Deum sequi. Nã post illos ascensus mirabiles, post gloriosas visiones, post inaudita miracula, vix iuxta finem vitæ hanc consecutus est gratiam, vt disceret Deum sequi: nihil enim amplius mali officere illi potest, qui post deum hoc modo constitutus est. Inuidia post hæc fraterna ipsum inuadit, inuidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, vitiorum radix, doloris initiũ, calamitatis parens, inobedientiæ causa, ignominiæ principium. Inuidia enim nos longè exterminauit à paradiso, versa in serpentẽ aduersus Euã: inuidia repulit à ligno vitæ, sacrisque impassibilitatis vestibus detractis, ficulnis ignominiosè folijs induit: inuidia eàm aduersus fratrẽ armauit mortẽ quæ septuplũ punita est, induxit. Inuidia Ioseph in seruitutẽ detrusit, inuidia, dico mortis

Psal. 4.

Psal. 17.

Matth. 16.

Marc. 10.

Exod. 33.

Inuidia.

 ser

fer stimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenosa, tabes spontè adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, intestinorum ignis, hanc qui habet, non suis malis, sed alienis bonis infelix est, & contrà non suo bono, sed malis proximi felix est: inuidus enim felicitate aliorum doler, calamitatibus gaudet. Miluos cadaueribus pasci & preciosis vnguentis emori aiunt: videtur enim natura sua ad putridum ac purulentum esse affinis: quando verò huic morbo subiectus est aliquis, amicorum commodis quasi vnguento tabescit: etsi quid calamitosum incidisse proximo intellexerit, ilico aduolat, posito inuadit adunco, quo si qua latent, distrahit atque dissipat & in medium proponit omnibus. Multos hic inuidiæ morbus ante Moysi tempora deiecit. Moysen verò aggressus, tanquam vas figuli in lapidem collisum dirutus, ac in via contritus est, in quo maximè quantum sit cum Deo ambulare, quod Moyses faciebat, facillè prospicitur: quomodo enim inuidia illi obesse potuisset, qui diuino studio atque loco cucurrit? qui in lapide stetit, & in capacitatem ipsius fuerat immissus? qui Deum post tergu sequebatur? qui non ducentis faciem aspiciebat, sed tergum obediens respiciebat? Secutus Deum est, idcirco beatus, idcirco altior fuit, quàm vt ad ipsum sagitta inuidiæ posset pertenire. Sed Aaron quidem atque Maria inuidiæ morbo superati, quasi arcum seipsi præbuerunt, quo verba sicuti spic. la in Moysen proiecerunt. At Moyses tantùm aberat ab huiusmodi ægritudine, vt cùm neque captus neque læsus ab ea sit, non solùm nullam ipse de inuidentibus pœnam sumpsit, verumetiam Deum precibus placabilē ipsis reddidit. Docuit ergo nos per ea quæ fecit, nullis telorum ictibus eum tangi, qui virtutis scuto seipsum tutatur. Retundit enim ac hebetat huius scuti firma soliditas aciem cuspidis, imò procul rotum reijcit telum. Est autem horum telorū percussiuum scutū ipse Deus quem armiger virtutum induit. Induite nanque vos, inquit, Dominum Iesum. Hac infrangibili armatura Moyses armatus, maligni sagittarij arcum fecit inanem. Nam nec dolore aliquo, aut perturbatione aduersus inituriatos commotus est, & posteaquàm diuinitus condemnatos vidit: nam se illis coniunctum non ignorauit, sed deo pro fratribus supplicauit, quod non fecisset nisi deum sequeretur, qui sibi præcedens tutam sequenti viam demonstrabat. Verum humanæ naturæ hostis à Moyse repulsus, manus ad imbecilles transtulit, bellum & voracitatem ventris quasi equitatū populo immisit eumque victū Ægyptiarum epularum auiditate astrictus illigauit. Moysi autē supra omniū turbationū iā constituto magnæ fuerat curæ futura hæreditas, quæ repromissa est Aegyptū fugientibus. ac ad eam proficiscentibus terrā, vnde lac & mel commixta simul scaturiunt. Hac de causa exploratores missos de bonis illius regionis interrogat: hi autem sūt alij boni, alij mali: & boni quidem, vt ego sentio, sunt rectæ cogitationes de repromissa nobis beatitudine, Christi fide corroboratæ. Mali verò, incredulæ resurrectionis atque beatitudinis mentes, quæ fidē de repromissis humano generi bonis retundere ac infirmare

Rom. 13.

conantur: quos omnes Moyses reprobauit, eisque solū credidit, qui meliora de regione illa referebant. Iesus autem horum omnium princeps erat, ad quem Moyses respiciens firmam habebat spem de futuris racemis confirmatus. Iesum verò audiens, racemum ex ligno pendentem, nō dubitabis quis sit, ad quam Moyses quoque ille respiciens, indubitabili spe consolabatur. Racemus enim ex ligno dependens, quis nam alius erit, quàm is qui in nouissimis seculis ex ligno pependit? cuius sanguis potus factus est credētibus salutaris, Moyse id ænigmaticè nobis prædicente. Sanguinem enim, inquit, vuæ bibebant vinū: qua ex re salutaris Christi passio prænunciatur. Verū iter rursus per deserta fit, & laborat siti populus, qui repromissionis bona desperauit. Moyses vero rursus per lapidem inundare aquis eumum fecit: quæ res quantū qualeque sit pœnitētiæ sacramentum, docet. Nam qui postquam semel biberunt è lapide, quãuis ad ventrē & Aegyptias voluptates lapsi, bonorū priuatione, ac doloris perpessione in deserto condemnentur: post sunt tamen virtute pœnitentiæ, lapidem quē dereliquerunt, inuenire, at fontes quos delinquēdo obseruarunt, pœnitēdo reserare. Immortales nāque aquæ illis ex hoc lapide fluunt, qui Iesū exploratorem veram etiam putauerunt, & ad racemum respiciunt, ex quo pro nobis sanguis defluxit. Verum populus nōdum vestiga Moysi rectè sequi didicit, sed ad seruiles adhuc lapsus cupiditates, Aegyptias expetit voluptates. Qua ex re historia clamare videtur, labilem esse maximē ad huiusmodi vitio naturam humanā milleque modis seductā ad ea cadere. Quare perito medico nobis opus esse, qui, sicut Moyses, artificiosē aduersus victricē voluptatē semper resistens nō dimittat, vt ad mortē vsque morbus homines detrudat. Etenim, vt asserit historia, serpētibus ipsis turpis illa cupiditas imminebat: serpētes quippe venenoso morsu homines inuadebāt. At verò legislator praesentis speciē verorū serpentū vim expulit, vt clarè id exponamus. Vnū ergo cōtra hos pestiferos cupiditatis morbos antidotū est, mūdities animi pietatis mysterio celebrata. Caput autem omnium quæ in hoc Christianæ professionis credimus, est firma rectaque fide in passionē illius respicere, qui pro nobis passus est: crux verò passio eius fuit: quare qui crucem respicit, vt historia hortatur, ei venenum cupiditatum obesse non potest. Crucem autem respicere, nihil aliud est, quàm vt huic mundo quasi mortuos ac crucifixos nos præbeamus, fixos in virtute, immobiles in peccando, Dei, vt ait psalmista, timore quasi clauo carnem nostram infigentes. Clauus autem qui carnem hanc retinet, continentia est. Quoniā igitur praua cupiditas mortifera terrenis è reb⁹ nobis serpētes immittit (quicquid enim ex praua cupiditate nascitur, serpens est) idcirco iam diu lex antidotum nobis in ligno monstrauit. Id verò serpentis est simulachrum, non serpens, sicut & Paulus dicit, in similitudine carnis peccati: verum enim serpens peccatū est & qui ad peccatū transfugit, serpentinam induitur naturam: ab hoc igitur peccato & adhuc serpentina natura homo per illū liberatur, qui peccati speciem subiit, qui factus est secundum nos, qui

Sanguis christi potus credentibus.

Pœnitētia.

Christianæ professionis caput.

Crucem respicere.

Rom. 5. 8

qui peccando ad speciem serpentis conuersi sumus: per eum igitur oe morsus mortem inferunt, factum est: ipsæ verò feræ non sunt destructæ: feras autem dico cupiditates ipsas prauas. Nam si praue peccantium mors nullam habeat in illos vim qui crucem respiciunt, carnis tamen aduersus spiritum innata cupiditas non omnino destructa est. Insurgunt enim & fidelibus sæpenumerò cupiditatis morsus, quos ad sublatum ligno respicientes repellunt, rumore præcepti quasi antidoro vim veneni dissipantes. Quòd autem mysteriũ crucis sublatiõe serpentis in deserto figurabatur, apertè nos docuit veritas, cũ dicit: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic filium hominis exaltari oportet. Sed iterum atque iterum peccati proteruitas, quasi seue quadam, vsu ab aliis ad alia prorūpit & legislator vt optimus quidam medicus ad morborum genera curam haber paratam. Nam cùm serpentum morsus nihil mali amplius afferebat in serpentis simulachrum respicientibus, quod ænigma iam satis ex dictis intelligitur: alia peccandi via hostis, qui aduersus nos semper meditatur ac cogitat, inuēta est, quæ nostris temporibus latissimè quoque patet: nam posteaquam morbus iste cupiditatis modestiore vita deferbuerit, ad sacerdotium irrumpunt, humanis suffragiis, imperiosisque ordinarinibus dispensationem Dei vituperantes: ita homines si non peccandi modo non vicerit, alio atque alio aduersarius noster conatur deiicere. Vexātur escarum Aegypti cupiditate, vnde serpētes immissi sunt, simulachro pendentis serpentis ex ligno superantur: ita crucifixi fides vel figurata liberauit. Cupiditatis autem morbo depulso, superbia locum eius occupauit. Nam cùm humile atque abiectum esse crederent ordinem suum seruare, ad dignitatem sacerdotij seipsos intrudere conātur, ac eos depellere non erubescunt, qui mysterium id fuerant diuinitus consecrati: sed multi terræ hiatu absorpti perierunt, reliqui fulminibus conflagrarūt. Docet igitur, meo iudicio, his historia, finem supercilij, atque superbiæ definitionem sic edicere: Superbia est descensus ad inferiora: quod si vis verbi, vt multis videtur, contrarium ostendat (superbus enim qui super alios est, dici videtur) non admiraberis: veritatem enim diuinæ historiæ sequi malo, quàm nominum impositionem: nam si qui se super alios præferre volunt: hiatu terræ demersi, ad infima decidunt: non est contemnenda definitio, cùm dicimus, casum ad infima, superbiā esse. His igitur moderatos nos Moyses facit, docetque nō extolli rebus bene gestis, sed semper quod adest ad instar, animaduertere, rectèque id disponere. Non enim quoniam voluptatem superasti, nullo idcirco amplius morbo deuinci potes, omnis animi morbus ac perturbatio, casus quidam est: cunque perturbationes inter se differant, tamen non differunt. Quare sicut per lubricam voluptatē quispiam lapsus decidit, sic superbia intricatus ac submersus decidit. Nullum autem experer casum vnquam qui mentis compos est, sed æqualiter omnem semper enitabit ac fugiet: quapropter si quem videris aliena voluptate superiorem, vt alios excedēs videatur sacerdotio studere, hūc puta illum esse, qui praua elatione animi ad inferiora deprimatur. Docet enim per ea quæ sequuntur historia, non humanam rem quandam sed diuinam sacerdotium esse, & docet hoc modo: Virgas ab vnaquaque tribu accipit Moyses, eas illorum qui dederunt nominibus inscripsit, ac tabernaculo apposuit. Firmiter enim credebat, quod miraculo quodam per virgam quam vnusquisque attulit, desuper sacerdos manifestaretur, quo facto aliorum quidem virgæ sicut erant, permanserunt: at destinati diuinitus sacerdotis virga non extrinseca humilitate, sed virtute Dei immissa radices propagauit, ramus emisit, & floribus exornata demū fructum produxit. fructus erat nux, quare graui ter castigati quieuerunt. Sed vide, quomodo vndique peregrinata historiæ diuina prouidentia nos docet? hoc enim fructu, quem Aaronis virga ediderat, qualis debeat esse, sacerdotis vita monemur: aspera enim & continens duraque debet exterius esse, intus autem & in occulto suaue quoddam edulium continere, quod tūc manifestatur, cùm maturum fuerit, & corruptus fuerit stypticus ac circūfusus cortex, & lignea nuclei testa defracta. Quare si sacerdotis examinaueris vitā, inueneris que redolentem vngueoris ac rosis, bisso & purpura florentem, ac mēsis pingnibus inhærentem, in qua non adhibentur nisi defæcata, & clarissima vina, & vnguēta preciosissima, & quæ cūque alia suauia iis gustatu videtur, quibus huc seculo frui proposuerunt, rectè in hunc Euangelicis vteos verbis, Fructum video, sacerdotalem arborem non cognosco. alius est enim sacerdotij fructus ab isto. Ille continentiam habet: ille delitias: ille terrena humiditate non pinguescit, huic multi è terra voluptatum affluunt riui. Huoc igitur etiam morbum homines cùm effugerint, rūc ruti per alienigenas, transeunt, lege ita per regiam plateam conducente, vt ad neutram possint partem declinare. Nam sicut si præceps locus vtrinque esset, ingentem ostendens hiatum, angustum iter per medium facienti periculosissimum esset huc atque illuc declinare: sic nullo pacto via, quæ nobis à lege datur, relinquenda est, quam Dominus angustam appellauit, cùm nec ad læuam, nec ad dextram excedere liceat. Hic autem sermo in medio virtutes locatas esse ostēdit. Vitium enim omne ad virtutem collatum, aut deficit, aut excedit: vt verbi causa, si audaciam confers ad fortitudinem, est excessus quidam: si timorem, defectus à fortitudine inuenitur: quod verò inter hæc quasi angusto tramite versatur, expers extremorum vtriusque, id virtutis est: eodē modo cætera quoque omnia quæ virtutis nomine nuncupantur, vitiorum affinitate vtrinque circundantur. Sapientia versutiæ & simplicitatis media est: nec serpentum versutia, nec columbæ simplicitas, si per seipsum vtrunque consideres, laudanda est: sed qui inter hæc habitus est, virtus est. Similiter qui à modestia deficit, luxu corrumpitur: qui excedit in ipsa nimiæ teneritatis nota, huius conscientia, vt Apostolus ait, iniusta est. Ille ad voluptates pecudum more fertur, hic etiam matrimoniū quasi adulterium abominatur & eijcit: inter hos autem modestus se continet, neque ad omnem effusus voluptatem, & matrimonium, vt decet, suscipiēs. Verùm quoniam, vt Dominus ait, Hic mundus in prauo iacet, estque alieni generis ab ijs qui le-

Margin notes: Ioan. 3. — Superbia. — Sacerdotiū res diuina. — Matth. 12. — Matth. 7. — Vitii extrema. — Virtus in medio.

geni sequuntur, quicquid virtuti opponitur, id verò est prauitas: quicunque per hanc viam ambu- A lat, tutò per virtutis iter transibit, si publicam, si virtuti tutam, albamque continuè viam peraget, nusquam ad finitima inuia diuertẽs. Sed quoniã, vt iam dictum est: cum ascensu virtutis insidiæ aduersarij conscendunt, idoneas in singulorum viuendi rationem peccandi causas excogitantis, alia tunc vafredine insidiari populo statuit, quem videbat iam ad Deum conuersum rectius viuere, ac veluti graues expertique imperatores, cùm difficile putauerint, victoriam aperto posse cõsequi marte, dissimulationibus atque insidiis hostem supetare conantur. Sic vitiorum omniũ dux atque B imperator diabolus, si quosdam in virtute stabiliores videt, non apertè in faciem obiicit gladiũ, sed clàm & per insidias de loco pellere studet. Idcirco augur quidem maleficus, occultis quibusdã viribus dæmonum ad malefaciendum vel verbis solis paratus, à tyranno Madianitarum vocatur: qui cùm venisset, non vt volebat, maledixit, sed diuina virtute cõpulsus populo vel inuitus benedixit, qua ex re facilè intelligitur, nullas artes magicas, nullas hostis humani generis insidias aduersus eos valere, qui virtutem colunt: sed etiam prauitatis tela reiiciunt, qui Dei præsidio defenduntur.

Balaam. Habebat Balaam auguria, tenebat oracula. & C ad hæc ruditu asinæ ignota nõnunquam perdiscebat: cuius vocem (quoniam ipse solebat brutorum animalium clamores, & garritus auium cooperante diabolo intelligere) quasi articulatam significantemque historia enarrauit: ostẽdens ad hoc vanitatis seductos à dæmonibus deuenire, vt modum vocis brutorum obseruent, ac inde significantis doctrinam vocis accipere arbitrẽtur. Nã tunc attendens eis quibus seducebatur artibus, inexpugnabiles esse Iudæos, aduersus quos ducebatur, perductus est. Sic & in euangelica historia legio dæmonum, quamuis aduersus Dominum præparata esset, cùm tamen aduenientis vim ferre D non posset, clamat inuita veritatem, quòd hic est ipse Dei filius, qui cõuenienti tẽpore ignẽ peccatoribus æternum retribuet. Dicebat enĩ legio illa, Scimus quis tu es sanctus Dei, & venisti ante tempus vexare nos: quod & tũc factum est. Vis enim dæmonum, quæ augurem sequebatur, inuictum esse populum Dei vatem ipsum edocuit. Ita nullam potest iniquitas edere vocem in virtuosos, qua possit efficere peiores, sed maledicere studẽs, benedicit: nec enim macula vlla sordescunt innocentes: quomodo enim auaritia, qui omnia contemnit, maculabitur? quomodo quasi luxuriosus E ac vagans, solitarius homo vituperatur? quomodo ira miti nocebit? quomodo elatæ ceruices humilem vexabunt? aut alia quæpiam macula immaculatum maculabit? His enim hæc intẽtio viuendi est, nullas hosti ansas præstare, vt sicut Apostolus ait, nihil habeat confusus aduersarius dicere. Quocirca ad maledicendum vocatus Balaam

Num. 24. clamat: Quomodo maledicam, cui nõ maledicit Dominus? id est, quomodo maledicam, qui nullam maledicendi materiam præbuit? cuius inuulnerabilis vita est, quia Dei scuto protegitur. Verùm tametsi hac maledicendi via nihil in populũ hostis efficit, tamen quia virtute diuina defendi Iudæos agnouit, non cessauit, sed fœdissima voluptate à diuino remouere studet auxilio. Nam cũ A omnis voluptas facilè ad vitium alliciat, tum verò fœdissimus Veneris actus, libidinosos præsertim, iuniorum animos adunco detentos hamo attrahit. *Libido.* Id inde patet. nam armis præualebant, qui hostis ensem sua virtute retuderunt: qui legiones armatas fuderunt atque fugarunt, mulieris forma percussi ceciderunt: ita qui viros vicerunt, mulieribus peruincũtur. Nam simul atque mulieres apparuerunt, formosa pro telis corpora obiicientes, fortitudinis statim obliti, ad voluptates deuoluti sunt. Hic ad nefãdas libidines lapsus hostibus Iudæos diuino priuatos patrocinio trucidãdos prodidisset, nisi zelator Phinees ardore suo diuinam B sententiam preuenisset: nam & iudex & carnifex ipse factus est, sacerdotalique vsus officio, sanguine peccatum purgauit, sanguine, inquam animalis non innoxij, sed eorum qui nefando crimine conuenerunt, quorum & corpora vno ictu trãsfixa, & voluptas morte confusa diuinam iram mitigarunt. Hae ne re salutare quoddam consilium historia præberet? nam cùm multi sint morbi & ægritudines animi, quibus homines capiuntur, nihil tantam in nos vim habere ostendit, quantã spurcissima hæc libido. Nã si viros illos, qui Ægyptiorum equitatum diuinitùs tecti non timuerunt, C qui Amelechitas fuderunt, qui ipsorum Madianitarum legiones fugarunt, simul ac visæ sunt mulieres, voluptatis mancipia factos asserit: quid aliud hinc nos esse instruit, quàm voluptatem hãc valde cauendam esse, quæ titillationibus suis viros armis inuictos superauit, quodque impudentius est, palàm agi turpitudinem persuasit? ita bestialis ad libidinem impetus in pecudes homines vertit. Nam humanæ conditionis obliti penitus, non modò sua crimina non celabant, verumetiã, porcorum more, alter in alterius oculis palàm sordibus deuoluti turpitudine sceleris gloriabãtur. Quare apertè nos monet historia, procul à iã ter- D ribili bestia nobis esse habitandum, ne morbus more ignis propter vicinitatem flammam ad nos vsque transmittat: quod & Salomon in Sapientia docet. Ne calces, inquit, ardentes nudo pede *Prouer. 8.* carbones, nec ignem in sinu deponas. & in Euãgelio Dominus, vt longè ab hac nos peste adduceret, cupiditatem ipsam, quæ videndo irrepere solet, quasi radicem voluptatis euulsit: ostendens non esse suscipiendam cupiditatem visu, quæ ad actum ipsum planissima via est. Nam perniciosus omnis morbus pestilentiæ more, si semel principalia occupauerit membra, sola morte sedatur. Sed non esse opus in longius arbitror Moysi vi- E tam producere. Nam si quis ad præstãtiorem viuendi rationem reduxerit, non exigua ex iam dictis ad veram philosophiam viatica, & virtutis exempla poterit habere: qui autem meliori est animo, quam vt suadere pro virtute velit, nec etiam si multo plura conscribemus, cõmonebitur. Verùm quoniam incipientes eam perfectam esse vitam descripsimus, cuius progressum nulla descriptio perfectionis vetat, sed incrementum ipsum ad maiora & meliora via est ad perfectionẽ: Mosaicæ vitæ orationem deduximus, veritatẽ illius descriptionis ostendere. Videmus enim illum cõtinuè per totam vitam ad altiora sublimarũ, multo sublimiorẽ seipso in finem vitæ factum fuisse vt quasi,

vt quasi aquila super nubes, & ad ipsum æthera A
intellectualem circulari ascēsu prouectus esse vi-
deatur:tamē natus est, cùm iniuriam habere, par-
tu masculi Aegyptiis facere putabantur, cùm le-
ge tyrannus mares paruulos insequebatur: sed à
parentibus primùm, deinde ab ipsis legum perni
tiosis latoribus sublatus, superauit legis minas, &
vixit. Ita qui lege mortis eum damnarunt, non so
lùm viuere, sed bene quoque viuere ipsum cura-
uerunt, ac per omnes Aegyptiorum doctrinas e-
ducauerunt. Magnitudine deinde animi omnem
honorem humanum, omnem regiā dignitatem,
omnemque gloriam aspernatus est, magnificen-
tissimum enim ac regium iudicauit, non satelliti- B
bus ornatuque regio, sed virtute custodiri, & vir-
tutis ornatu gloriari. Aegyptio deinde interfecto
ciuem seruauit, pro quibus nos inimicum atque
amicum animæ intelleximus. Post hæc quietem
ac solitudinem maioris sibi disciplinæ fecit magi
stram, & sic luce ac rubo fulgente animum illu-
strauit. Studet communem facere suis felicitatem
sibi diuinitùs præstitam. Qua in re dupliciter vim
suæ virtutis manifestauit, cùm Aegyptios resistē-
tes multis modis atque crebris vulneribus vlcis-
cendo, tum suos ab omni semper imminenti cala
mitate conseruando. Ducit per mare siccis tan-
tùm populum pedibus: non nauibus, sed fide pe- C
lagus transit. Fecit vt profunda maris terra sicca
Hebræis esset, Aegyptiis verò vt erant pro-
funda atque aspera maria. Cecinit parta victo-
ria laudem, est illuminatus, mensam ex diui-
nis delitiis sibi præparauit, manns sursum ere-
xit, & Amalech debellauit. Accessit ad montem,
in caliginem se intulit, tubam audiuit, Deo pro-
pinquior factus est, in superiore tabernaculo ha-
bitauit, sacerdotium exornauit, inferius taberna-
culum condidit, legibus vitam hominum muni-
uit, bella plurima inuictus gessit, ac in fine suarū
rerum gestarum perniciem luxuriæ per sacerdo-
tem puniuit: & post hæc omnia in montem re- D
quietis ascendit, non descendit ad inferiores ter-
ras, quò turba populi ex repromissione respicie-
bat: nec enim illicitur terrenis, qui cœlestibus in-
uigilauit, sed sursum ad ipsum montis verticem
cōstitutus, vt peritissimus statuarius tota vitæ suæ
diligenter conficta statua non finem in extremo
fictionis termino, sed verticem imposuit. quid e-
tiam dicit historia de ipso? Mortuus est Moyses
Deut. vlt. seruus Domini per verbum Dei, nec vllus nouit
sepulchrum eius, nec oculi eius caligauerunt, nec
facies eius corrupta est. Hinc enim discere licet,
quot quantisque virtutibus hoc sacro nomine
dignus homo efficitur, vt Dei seruus appelle- E
tur? dei enim seruus verè ille est, qui cæte-
ra omnia superauit. Nam Deo seruire quis-
piam non potest, nisi omnia quæ in hoc mun-
do sunt, propter Deum spreuerit. Hoc autem ip-
si virtuosæ quoque vitæ huius seculi finē affert,
verbo Dei consumatum, finem dico viuum, cui
non succedat sepultura, cui non addatur tumu-
lus, qui nullā oculis caliginem, nullam faciei cor-
ruptionē inducat. Quid igitur historia nos hinc
admonet? ad vnum esse finem nobis in hac vita
respiciendum, vt serui Dei nomen assequamur.
Nam cùm omnes inimicos deuiceris, Idumæū,

A Madianitam: cùm aquas transieris, cùm nube il-
luminatus fueris, cùm ligni virtute dulciores bi-
beris aquas, cùm lapidis fluenta potaueris, cùm
cœlestem panem comederis, cùm mundicie at-
que castimonia iter tibi ad montem confeceris,
cùm tubarum sonitu diuina in monte sacramen-
ta didiceris, cùm in caligine Deo ipsi appropin-
quaueris, ac ab eo tabernaculi mysteria, & sacer-
dotij dignitatem perceperis, cùm tui cordis fue-
ris lapicida, cùm aureum simulachrum, id est, aua
ritiæ cultum ex animo deleueris: cùm exaltatus
à Deo fueris, vt Balaamicis artibus capi nequeas
(his autem magicis artibus varias huius vitæ pe-
B stes intelligimus, quibus homines in bestias com
mutantur) cùm tibi germinauerit sacerdotij vir-
ga, non humiditate terrena, sed à seipsa nucē pro-
ducēs: cuius cortices amari & austeri, nucleus ad
comedendum suauis & vtilis sit: cùm omnes qui
aduersus tuam audent dignitatem insurgere, aut
terra obrueris, secundum Datham, aut igne con-
sumeris secundum Coreb: tunc demum accedes
ad finem. Finem autem dico, cuius gratia cætera
sunt. Nam vt agriculturæ finis est, frugum perce- Simile ab
ptio, ædificationis, ædium est habitatio, & naui- agricultu-
gationis diuitiæ, certaminis corona, sic virtuosæ ra.
vitæ finis est, vt seruus Dei & sis, & vociteris: quā
C quidem ad rem & illud accedit, vt sepultura o-
brui nequeas: quod fit, si vitiorum omnium
denudatam vitam colueris. Verùm huius diui-
næ seruitutis aliud quoque signum historia tra-
dit: nec enim oculus caligabit, nec facies serui
Dei corrumpetur. Nam oculus qui semper in lu-
ce est, quonam modo vi tenebrarum caligabit,
quarum omnino expers est? & qui vitam integrā
semper secutus est, quomodo corrumpetur? Nā
cùm ad imaginem Dei factus sit, nec à seipso de-
generauerit, necesse est vt huius imaginis notiōes
incorruptibilitatem & immutabilitatē retineat.
Habes de vita perfecta in breui hac oratione me-
D. um iudicium: nam tanquam exemplar quoddam
perfectionis vitam Moysi descripsimus, ex qua v-
num hominum monstratæ huius pulchritudinis
charactera depingere licebit. Quòd autem perfe-
ctionē homini possibilem Moyses assecutus est,
diuinæ vocis testimonio perhibetur: Cognoui
te, inquit, præter omnes. Accedit, quod amicus Exod. 33.
Dei ab ipso Deo nuncupatus est. Præterea cùm
peccatis populi Deus iratus delere voluerit om-
nes, cumque Moyses vnà cum populo perire ma
luerit, quàm absque populo viuere, tunc Deus,
vt amico morem gereret, placatus est: quæ omnia
ostendunt, ad humanæ perfectionis apicem il-
E lum peruenisse. Quoniam ergo perfectionem,
humanæ vitæ quærebamus, eamque, vt potui-
mus, adinuenimus: nihil iam restat, nisi vt ad ex-
emplar istud viuamus, ac diligenter quæcunque
altius intellecta historia nobis proposuit, ad vitā
transferentes à Deo cognoscamur, & amici Dei
efficiamur. Id enim certè perfectio est, vt non ti-
more pœnarum sicuti mancipium, à vitiis decli-
nes, nec virtutem spe præmiorum, quasi merca-
tor amplectaris: sed vnum terribile arbitreris, ab
amicitia Dei repelli: vnum expetibile solum, ami
citiam Dei, qua sola, meo iudicio, vita hominis
perficitur.

D. GRE-

D. GREGORII NISSENI IN SEXTVM

PSALMVM DE OCTAVA. LAVRENTIO SIFANO interprete.

Pſal. 82. 

QVI ſecundum propheticam benedictionem ex virtute in virtutem progrediuntur, atque præclaros aſcēſus in cordibus ſuis diſponunt, cùm aliquem bonum intellectum apptehenderint, per eum ad ſublimiorem intellectum quaſi manu ducun- A tur: per quem animæ conficitur aſcenſus in ſublime. atque ita qui ſemper vltra præcedentia contendit, nunquam à bona aſcenſione ceſſabit, dum ſemper per intellectus ſublimeis, ad ſupernorum ducitur contemplationem & animaduerſionem. Hæc dixi, fratres, ad vos ſexto pſalmo mentem adhibens, & neceſſariam ordinis conſequentiam cernens, quemadmodum poſt eam quæ hæreditatem conſequitur, de octaua nobis ſermo adiectus ſit. Prorſus autem myſterium octauæ non ignoratis. Non enim vtique conuenit nonnullorum mentem ad Iudæorum labaſcere & iapi opiniões, qui ad indecoras corporis noſtri parteis, B myſterij octauæ excellentiam deducentes, circūciſionis & poſt puerperium purificationis legem, ac talia dicūt numero octauæ ſignificari. Nos au- *Rom. 7.* tem à magno Paulo docti, quòd lex ſpiritualis ſit, etiamſi in memoratis legibus hic numerus contineatur, præſcribens & maſculo circūciſionem, & mulieri purificatiōis nomine ſacrificium & oblationē, neque legem reiicimus, neque humili atque abiecta mente eam admittimus, ſcientes, quòd proculdubio octauo die vera circumciſio fiat, quæ per lapideum cultrum adminiſtratur. Intelligis autem prorſus per lapidem quæ impurū & immundum ſcindit, ipſum lapidem, qui eſt Chriſtus, hoc eſt veritatis ſermo: & quòd tūc hu- C mana vita ad diuiniorem & anguſtiorem formā traducta, finietur ſordidus negotiorum vitæ fluxus. Vt autem omnibus manifeſtū fiat, quid per talia intelligatur, rem de qua agitur, pro viribus apertius exponam. Huius vitæ tempus in prima illa inſtitutione creaturæ per vnam dierum ſeptimanam completum eſt. Nam & à die prima rerū vniuerſarum opificium inſtitutum eſt, & cum ſeptima finis creatiōis fuit. Factus eſt enim, inquit, *Gen. 1.* dies vnus, in quo prima facta ſunt. atque ita in ſecundo, ſecunda: ac deinceps vſque ad ſextum, v- D niuerſa. Septimus autem cùm terminus creationis extitiſſet, in ſe circumſcripſit tempus, quod interim dum mundus crearetur, tranſigebatur. Vt igitur neque cœlum ex illo tempore factum, neque mūdi aliqua pars ijs, quæ ab initio facta ſunt, adiecta eſt, ſed conſtitit in ſeipſa nullius inſuper rei egena diminutioniſque expers in ſuis modis permanens creatura: ita neque tempus extitit vllum aliud præter id, quod vnà cum fabricatione mundi deſignatum eſt, ſed dierum ſeptimana tē- E poris natura definita eſt. atque hac de cauſſa, cùm diebus tempus metimur, ab vno incipientes & ſeptimo numerum includētes, rurſus ad vnum regredimur per ambitū ſeptimanarum, ſemper totum temporis ſpatium remetientes, donec præteritis iis, quæ mouētur, fluxoque motu, vt inquit apoſtolus, aliquādo ceſſante, venerint ea, quæ nō amplius fluctuant, & agitantur: quæ deinceps alteratio mutatioque non amplius attingit in eiſdē, eodem modo ſemper in inſequentia ſecula manente illa creatura, in qua vera humanæ naturæ A circumciſio per ademptionem vitæ corporalis, & vera purificatio verarum ſordium fit. Sordes au- *Pſal. 50.* tem hominis peccatum eſt, quod vnà cum humana editur natura. quoniam in peccatis concepit me mater mea: quod peccatum is qui purificationem peccatorum noſtrorum confecit, tūc in vniuerſum expurgat abſumens ac tollens ex rerum natura quicquid vel cruentum vel ſordidum vel præputioſum eſt. Atque ita accipimus legem de octaua. quæ lex purget pariter & circūcidat. propterea quòd ſeptimanario tempore finito, poſt ſeptimum inſtabit dies octauus: qui octauus quidē dicitur, quia poſt ſeptimum exiſtit: numeri verò vicisſitudinem in ſeſe nō amplius admittit. Vnus B enim in perpetuum nulla vnquam nocturna caligine diremptus permanet. Alius enim eum efficit ſol, qui veram ſuo fulgore lucem edit. qui poſtea quam nobis ſemel illuxerit, vt inquit apoſtolus, deinceps occaſu non occultatur, ſed omnia illu- *2. Cor. 4.* minatrice vi ſua amplexus perpetuum pariter ac viciſſitudinis expers lumen dignis ingenerat, etiā ipſos, qui illius luminis participes fuerint, alios ſoles efficiens: quemadmodum in Euangelio Sermo dicit: Tunc iuſti fulgebunt vt ſol. Quoniam i- *Matth. 13.* gitur in ſuperiori pſalmo pro ea, quæ hæreditatē capit, ſermonem fecit: hæreditas autem in octaua dignis repoſita atque recondita eſt: atque in hac C iuſtum quoque iudicium Dei, vnicuique id, quo dignus fuerit, tribuens exercetur. rectè propheta cum mentione octauæ, de pœnitentia ſimul intulit ſermonem. Quis enim terribilis iudicij Chriſti recordatus, non ſtatim in conſcientia ſua quaſi conuellitur? ac terrore & angore non cunſtringitur? atque etiam ſi vitæ melius quàm deterius actæ ſibi conſcius ſit: attamen ad exactam diligētiam & rigorem iudicij reſpiciens, in quo minimæ quoque culpæ in quæſtionem adducuntur, conſternatur ac prorſus expectatione terribilium D pœnarum perhorreſcit, ignorans, quiſnam ſibi iudicij, exitus & euētus futurus ſit. Idcirco quaſi in oculis habens terribilia ſupplicia, gehennam illā, & tenebroſum ignem, & conſcientiæ vermen nūquam emorientem, qui animam ſemper pudore ſugillat, ac recordatiōe malè actæ vitæ cruciatus renouat atque reintegrat: Deo iam ſupplex fit, orans ne in illo furore tradatur ad quæſtionem & iudicium, neu per illam iram adhibeatur ſibi caſtigatio propter delicta. (Nam ab ijs, qui acerba E caſtigatione terribilis illius ſupplicij condemnati ſunt, furoris eſſe opus & iræ iudicium illud exiſtimatur.) atque idcirco quaſi iam in doloribus atque cruciatibus cōſtitutus, dolentium voces imitatur, quibus furor eſſe videtur & ira quicquid ad puniendum impios adhibetur. Dicit igitur:

Non ex-

A Non expecto donec ex illo furore per terribilia flagella de me occultorum delictorum quæstio habeatur: sed præoccupo reuelatione atque spótanea confessione necessitatem ex illa ira mihi imponendam. Quod cruciatus facit in illis, qui verberantur inuitis eis occulta scelera manifesta faciens, id à se ipso liberum arbitrium facit, seipsum per pœnitentiam & flagellans & puniens, publicansque atque diuulgans in oculus absconditú peccatum. Cùm dixisset igitur, Neque in furore

Psal. 6. Ibid.

tuo arguas me, neque in ira tua castiges me, congruenter deinceps confugit ad misericordiam, non tam in liberam voluntatem & arbitrium, quàm in infirmitatem naturæ caussam mali conB ferens. In vitiis me natum, inquit, misericordia cura. ex infirmitate enim incidi in morbum. Quænam autem infirmitas est? Loco mota sunt ossa mea, atque à mutua conuenientique inter sese cópage dissoluta. Ossa autem dicit sanas & constátes cogitationes & ratiocinationes animam confirmantes. Sana me Domine, quoniam ossa mea turbata sunt. Atque interpretatur sermonis inuolucrum per ea, quæ dictis subiungit, videlicet, a-

Psal. 6.

nima mea turbata est valde. Quid igitur differs, inquit, sanationem tu domine? quousque tádem misericordiam non adhibes? an non vides quam C breuis æui, quam præcipitis fati vita humana sit? præoccupa animam meam cóuertendo vitæ nostræ necessitatem, ne cùm mors tandem nos inuaserit, omnis ad curádum excogitata ratio nullius vsus sit. Non enim amplius erit in morte, qui morbum ex vitiositate atque nequitia sibi cótractum per recordationem Dei curare possit. quoniam in terra quidem confessio vires habet: in inferno autem non itidem. Deinde quasi aliquis dixisset: Quomodo curandis delictis misericordiam imploras? qua ratione numen diuinum placasti? ita dicit, Laboraui in gemitu meo, & lachrymarum

Psal. 6. Ibid.

flumine eluá ex peccato constratú lectum. Hæc D quamobrem? quoniam in furore, & iracúdia, inquit, Turbatus est oculus meus, atque idcirco vetustus quidam ac marcidus factus sum, quippe quum furor, & iracundia per inimicos in me generata animam putredine infecerit atque corruperit. Quòd si furor & iracundia sola tantú terrorem ei, qui per eam deliquerit, incutit, quáto magis verisimile est, salutem desperaturos esse eos, qui non modò per iracundiam in vita com-

A missorum, verùmetiá eorum, quæ cupiditas, quæ fraus atque auaritia, quæ fastus, quæ ambitio, quæ inuidia, quæ reliquum humanorum vitiorú quasi apium perpetrat examen, peccatorum sibi conscij sunt? Idcirco ad varij generis inimicos auerso sermone, Discedite, inquit, à me omnes, qui operamini iniquitatem. Ostendit autem proximè sequenti versu bonam spem successus prosperi nobis ex pœnitentia prouenientis. Statim enim simulatque verba Deo pro pœnitentia obtulit, cú beneuoléntiam Dei erga se sensit, tum gratiam diuulgat ac prædicat, & ob donum sibi placet atque lætatur, dicens: Exaudiuit dominus vocem

Psal. 6. Matth. 7.

B deprecationis meæ: dominus orationem meam suscepit. Vt igitur in perpetuum apud se maneat id, quod ex pœnitentia bonum ipsi accessit, ac vita nó altera rursus pœnitentia opus habeat, orat, vt inimici sui pudore castigati auertantur. Nam qui ob id, quod malum facere ausus sit, erubuit, pudore quasi moderatore vtens ad hoc, ne amplius iisdem malis conflictetur, à tentatione similium in posterum abstinebit. Hæc bonæ ascensionis consequentia est. Quartus Psalmus immateriale, incorporeumque bonum à corporeo car neoque discernit: quintus, eiusmodi boni hære C ditatem precatus est: sexus octauæ facta mentione, tempus hæreditatis ostédit: octaua iudicij terrorem ante oculos posuit, iudicium nos peccatores admonuit: vt pœnitentia terribilia præuenimus: deinde pœnitentia cum ratione Deo oblata, lucrum, quod ex ea nobis contingit, denuntiauit, cùm dixit, Exaudiuit dominus vocé eum lachrimis se ad eum conuertentis. Quo factò vt bonum illud in posterum nobis illabefactatú ac stabile permaneat, orat propheta, vt inimicorú sensuum atque cogitationum per pudorem abolitio cótingat. Non enim alia ratione inimicus aliquis, & iniquus, animi conceptus ac sensus extingui D potest, nisi pudor eius abolitionem intrinsecus effecerit. Hiatus enim altè depressus atque munitus pudor ob vitam malè actam existit, ab homine peccatum veluti muro per sese dirimens atque discludens. Dicamus igitur. Erubescant & reuereántur vehementer omnes inimici mei. Inimici autem, videlicet domestici eius, qui ex corde procedunt, & inquinant hominem, quibus celeriter cùm pudore auersis excipiet nos spes gloriæ, quæ non desinit in pudorem, gratia Domini, cui gloria in secula seculorum. Amen.

DIVI GREGORII ARCHIEPISCOPI

NYSSENI COMMENTARIVS IN ECCLESIASTEN.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

Verba ecclesiastæ filii Dauid, Regis Israël Hierosolymis.

HOMILIA I.



Vanitas vanitatum, omnia vanitas, dixit ecclesiastes. Quid amplius est homini in omni labore suo, quo laborat sub sole? Generatio transit & generatio aduenit: terra autem in æternum stat. Oritur sol & occidit, & ad locum suum trahitur. Ipse ibi oriens vadit ad austrum, & gyrat ad aquilonem. Lustrans vniuersa pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus. Omnes torrentes intrant in mare, & mare non est repletum. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertantur, vt iterum exeant. Omnes sermones laboriosi, non poterit vir eos loqui. Nõ saturabitur oculus visu, nec auris auditu implebitur. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurũ est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendũ est. Nihil est sub sole recens. Nec est qui loquatur & possit dicere de re qualibet, hoc est recens. Ecce enim hoc recens iam factum est in seculis quæ fuerũt ante nos. Non est memoria primis & iis qui fuerunt vltimi. Nõ erit eis recordatio nec eorum quæ futura sunt in nouissimo.

Nobis exponendus propositus est ecclesiastes, qui magnitudini vtilitatis habet parem laborem contemplationis. Nam cùm sensa prouerbiorum iam mentem prius exercuerint, quorum obscuræ sunt rationes, & dicta sapientia & ænigmata, & varij verborum flexus, sicut libri illius continet proœmium, tunc iis, vt quibus ad perfectiores disciplinas facta fuerit accessio, ad hanc scripturam, quæ verè est excelsa & diuinitùs inspirata, existit ascẽsus. Si ergo prouerbium, & quæ nos ad has disciplinas præparat meditatio, est adeò laboriosa & contemplatu difficilis: quorum inspiciendum est inesse laborem in his sublimibus sensis, quæ nũc contemplanda nobis sunt proposita? Quomodo enim qui apud pædotribam in palestrica arte laborauerunt, ad maiores sudores & labores in certaminibus gymnicis se exuunt: ita prouerbiorum doctrina mihi videtur esse quædam meditatio, nostros animos tanquam pueros ad ecclesiastica certamina exercẽs & præmoliens. Si ergo cum tantis sudoribus & laboribus fit hæc meditatio, quid existimãdum est de ipsis certaminibus? Quantumuis certè magni cogitantur & immodici, verbis pro dignitate nemo assequi potest, quantos ostendat labores huius scripturæ stadium iis qui decertant, vt per athleticam experientiam rerum quæ cadunt sub intelligentiam, tutam assequantur victoriam, neque cadentem ostendant rationem, sed in omni sensorum connexione per veritatem rectam cõseruẽt intelligentiam. Cæterùm quoniam est hoc quoque diuinum præceptum, vt scrutemur scripturas, necesse est omnino, vt si post veritatem ambulans mens nostra inuenta fuerit nõ assequi sensorum magnitudinem, ne videamur tamen domini præceptum despicere, pro viribus in diuino sermone studium ponẽres, nostro fugiamur officio. Scrutemur ergo vt possumus propositã scripturam. Qui enim scrutandi dedit præceptum, ad hoc etiam omnino dabit vires, sicut scriptum est: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Atque primum quidem nobis proponatur consideranda libri inscriptio. In omni ecclesia Moyses & lex legitur, prophetæ, psalmodia, omnis historia, & si quid est veteris & noui testamenti, annunciantur omnia in ecclesiis. Quomodo ergo hoc solum & eximiũ inscriptione ornatur Ecclesiastæ? Quid ergo est quod nos de his existimamus? Quod aliis quidem omnibus scripturis, historiisque ac propheriis, ad quædam alia quæ ecclesiæ non sunt valde vtilia, scopus proponitur. Quid enim curæ est ecclesiæ exactè & accuratè discere bellorum calamitates, aut quinam fuerunt gentium principes & vrbium conditores, & quinam à quibusnam deducti sunt in colonias, & quænam regna deinceps sunt exoritura, & quæcunque matrimonia liberorúmque procreationes sunt literarum monimentis diligenter mandata: & quæcunque doceri possunt in qualibet scriptura, quid ad scopum pietatis ecclesiæ magnopere contulerint? Huius autem libri doctrina ad solam ciuitatis ecclesiæ pertinet administrationẽ, vt quæ ea explicet per quæ quis rectè & ex virtute vitam instituat. Eorum enim quæ hîc dicuntur est scopus, mentẽ supra sensum exigere, & vt quiescat efficere, relictis omnibus quæ magna & præclara videntur in rebus: ad ea quæ sensus comprehensio minimè potest assequi, assurgere, & illorũ teneri desiderio quæ sensus non attingit. Fortè autem & ad ducẽ ecclesiæ intuetur inscriptio. Verus enim ecclesiastes, qui dispersa in vnum cætum colligit, & eos qui multifariam variis seducti sunt erroribus in vnum cogit cõuentum, quisnam alius fuerit quã verus rex Israël filius Dei, cui dixit Nathanaël: tu es filius Dei: tu es rex Israël? Si ergo hæc sunt verba regis Israël, idem etiam vocatur Dei filius, sicut dicit euangelium: ergo idem quoque vocatur ecclesiastes. Fortasse autem non absre ad hũc seorsum inscriptionis referimus significationem vt per id discamus, quòd ad eum qui ecclesiam fixit per euãgelium, horum verborum vis referatur. Verba enim, inquit, ecclesiastæ filij Daniel. Ita etiam Matthæus in principio euangelij ipsum nominat, filium Daniel dicens dominum.

Vanitas vanitatum, dixit ecclesiastes, omnia vanitas vanum intelligitur quod non potest consistere, quod in sola verborum prolatione suam habet essentiam: res autem quæ consistat, non simul apparet cum nominis significatione, sed est otiosus quidam & inanis sonus, qui sub specie alicuius dictionis tenetè perfertur per syllabas, in aures incurrens absque si-

Prouerbiorum doctrina est quædam meditatio ad ecclesiastica certamina exercens.

Ioan. 5.

Psa. 67.

Cur hic liber dicitur Ecclesiastes

Huius libri quis sit scopus.

Christus verus ecclesiastes, sæpe dux ecclesiæ.

Ioan. 1.

Dominus à Matthæo vocatur filius Dauid.

Vanum quid sit, & quot modis intelligatur.

absque significatione: sicut per ludum nonnulli fingunt nomina, quæ nihil significant. Hoc est ergo vnum genus vanitatis. A Aliud autem dicitur vanitas, eorú nullus vsus quæ magno studio, & cótentione facta sunt nullo scopo poposito: vt quæ in campo arenoso fiunt ædificia quæ fit aduersus stellas iaculatio. ventorum venatio. cursoris aduersus suam vmbram coucertatio. quando contédit quispiam vmbræ suæ verticem ascendere, & si quid eiusmodi inuenimus in iis quæ facta sunt temerè. Quæ quidé omnia vanitatis verbo subijciuntur. Est antem hoc quoque sæpe positum in consuetudine, vt vanum dicatur, quando quispiá ad scopum aliquem aspiciens, & tanquam vtile B quidpiam ex iis quæ sunt proposita studio vehementi persequens, agit singula: deinde cú aliquid contrarium euenerit, labor fuerit irritus. & tunc quod ex eo magno labore nihil rectè successerit, hoc vani verbo significatur. De iis enim quæ sunt eiusmodi solet dici: in vanum laboraui, in vanú speraui, & in vanú multos labores subij. Et ne singula persequamur, in quibus vanitatis, nomé proprium dicitur, paucis huius vocis sensum cóprehendamus. Vanitas est vel verbum quod non cadit sub cogitationem & intelligentiam. vel res inutilis, vel consilium quod non potest consistere, C vel studium quod non peruenit ad finem, vel vt in summa dicam, id quod in quauis re vtili nó potest consistere. Atque si iam quidem intelleximus quisná sit vani sensus, examinádú est quid sibi velit vanitas vanitatú. Quisná aút sit qui quæritur sésus, fuerit nobis notius, si scripturæ consuetudiné examinemus in iis quæ ĩtelligútur esse meliora ac pstátiora. Eorú quæ sút necessaria & vtilia actio, opus nominatur à scriptura. sed eorú in quæ studiú cófertur, q cúque excellút, & quæ spectát ad ipsú Dei cultú. dicútur opera operú, sicut declarat scriptura: ostédéte, vt puto hac dictióe, per quádam analogiam. ex opere operum, quidnam sit D præstantissimum ex iis in quæ studium cófertur. Nam quam habet rationem ad otium in genere id quod in opera confertur studium, eandem habet rationé ad alia opera quæ in altissimis & præstantissimis eorum, in quæ studium confertur, ponitur operatio. Ita etiam sanctum aliquid dicitur in scriptura. & rursus sanctum sanctorum. adeo vt pari mensura & sanctum superet profanum in sanctitate. & hoc rursus sanctum sanctorú, quod summè & per exuperationem cósideratur in sanctificatione. Quod ergo didicius in re meliori ac præstantiori, scripturæ consuetudine significante hac ratione intensionem rei quæ intelligitur: hoc etiam in vanitatum vanitate intelligentes minimè aberrabimus. Dicit enim non absolutè esse vana quæ in rebus apparent, sed ea esse eiusmodi in aliqua exuperatióe vani significatióis. períde ac si quis dicat mortuo magis mortuú, & ĩanimo magis inanimú. etiási cóparatiua intétio locú nó habet in iis quæ sunt eiusmodi. & tamé hoc verbo dicitur ad declarádá exuperationé eius ꝙ significatur. Quomodo ergo intelligimus opera operú & sácta sanctorú, quorú explicatur exuperatio in eo ꝙ est melius: ita etiá vanitas vanitatú ostendit insuperabilem in vanitate exuperationé. Neque verò existimet quispiá ea quæ dicuntur, creaturæ esse accusationé. Reuera enim in eum qui creauit

Opus quidnam vocet scriptura, & quid opera operú.

Sanctum quid vocet scriptura, & quid sanctum sanctorum.

Vanitatem vanitate quid vocet Salomon.

A oía trásiret criminatio, si eorú nobis existeret opifex, qui ex iis q nó erát cŏdidit oía. si quidé essent oía vanitatis. Sed quoniá duplex est hóis cóstructio, cú aía cócurrat cúm corpore: cóuenieter aút vtrique eorú q in nobis cósiderátur dispertitú est vitæ genus. alia em est animæ, alia vita corporis. Nam hæc quidem est mortalis, & in eam cadit interitus: illa aút impatibilis & aliena ab interitu. & hæc quidé aspicit ꝙ adest, & ꝙ psens est: illius aút scop᷒ tédit ad æternitaté. Quoniá ergo multú differt immortale à mortali, & æternú à tépotali, húc tédit vox Ecclesiastæ, nó oportere ad hác sensilé intueri vitá, quæ si cóferatur cú ea q verè est vita, B nó est nec potest cósistere. Sed nihilosecius dixerit quispiá hoc quoque dictú esse nó citra creatoris criminationé, quádoquidé ab eo est anima & corpus. Nam si quæ per carné agitur vita accusatur, carnis aút creator est Deus, in illú necessariò cófertur hæc reprehésio. Sed hæc quidé dicet omnino quispiá, qui nódú est extra carné, neq; ad sublimioré vitá diligéter & accuratè aspexit. Ná qui in diuinis est eruditus mysteriis, nó ignorat omnino, ꝙ hóibus quidé cóueniés & secundú naturam est vita, q diuinæ est naturæ similis: vita aút sensilis, q per sensuú traducitur operationem, ad hoc data est naturæ, vt eorum quæ sub aspectum C cadunt cognitio dux sit animæ ad notitiam eorú quæ non sunt aspectabilia. quomodo dicit sapiétia ex magnitudine pulchritudinis creaturarú cóuenienter conspici omnium genitorem & creatorem. Humana autem consilij ægestas, non per ea quæ aspiciuntur, videt eú qui habetur in admiratione, sed quod videt, admiratur. Quoniam ergo est temporaria, & quæ mox interit, sensuum operatio, per sublimem hanc vocem hoc dictamus, ꝙ qui ad hæc aspicit, nihil aspicit. Qui auté per hæc deducitur ad eius quod est intelligentiam, & per ea quæ prætercurrunt, stabilem intelligit naturá & mente agitat id quod semper similiter & eodé D modo se habet, videt & ꝙ verè est bonú, & ꝙ videt, creat. Huius em boni ꝓcreatrix est cognitio. Quid em amplius est homini, ĩquit, in omni labore quo laborat sub cælo? Quæ ĩ corpore agitur vita appellatur laboré, qui nullo rectè facto lucrum q̃rit. Quid em amplius est, ĩquit, homini? Hoc est. Quid redit ad animá per laboré qui ꝓ victu suscipitur, iis qui viuút spectátes id ꝙ videtur? In quoná est aút vita? Quidnam ex iis quæ sub aspectum cadunt bonis, idé manet? Sol suum peragit circuitú, vicissim resplédés & obscurat᷒, & illuminás qui super nos est aëré, cum se terris ostéderit, & tenebras per occasum attrahés. Stat auté terra, & in stabili manet immobilis. & quod stat, nó mouetur. Oĩa per se in omni interuallo téporis, nihil esse ostéduntur, vt q mutátur p eá q fit ad recéti᷒ mutationé. Mare est receptaculú aquarú. q vndique cófluút: & neque desinit fluxus, neque mare augetur. Quis aquarú cursus est scopus? q sem per replét id ꝙ impletur? Quáobré aquarú fluxus suscipit mare, per prioré nullú vnquam accipiens augmétú? Hæc dicit, vt ex ipsis elemétis, in quib᷒ cósistit vita hominú, interpreteris quá minimè cósistát ea quæ iter nos magno studio appetútur. Si enim hic cóstitutus solis cursus non habet terminum: neque lucis, & tenebrarum quæ sit vicissim successio, statum accipit, & terra quæ vt stet

Duplex vita hominis nempe animæ & corporis.

Vt ad diuina similis conuenit hominibus.

Vita sensilis cur data sit homini.

Rom. 1.

Qui per sensilia deducitur ad eius quod est intelligentiam videt quod verè est bonum, & quod videt creat.

est condẽnata, manet in stabili immobilis. Frustra aũt laborãt fluuij, vt qui ab insatiabili maris natura cõsumãtur. Nequicquã aũt æquarũ fluxus mare suũ suscipit, in suũ suũ, nulla facta inde accessiõe, suscipiẽs id quod semper iufuuditur. Si hæc ita se habẽt queadmodũ hominẽ se habere est consentaneum, qui in iis etiã vitã habet? Et cur notis videtur alienũ, si generatio trãsit, & generatio adueuit neque naturã deserit hic cursus, generatiõe hominũ quæ ingreditur, tunc id quod prius est ingressum extrudẽte, & extrusa ab eo quod ingreditur: Quid ergo per hæc ecclesiæ clamat verbum? O homines qui vniuersitatẽ aspicitis, vestiã ipsorũ naturã intelligite. Quæ in cælo & in terra cernis, quæ in sole aspicis, quæ in mari cõsideras, ea etiã tibi tuã interpretẽtur naturã. est enim ad solis similitudinẽ nostræ quoque naturæ ortus & occasus. vna est omnibus via, vnus ingressus vitæ circulus. Quando per generationẽ orti fuerimus, rursus ad cognatũ nobis locũ detrahimur. Nã cũ vita nostra ingressa fuerit, sit etiã lux quoque nostra terrena, quãdo lucẽ sensus noster apprehẽdit. Omnino aũt in id quod est cognatũ terra resoluitur. & hic arculus perpetuò in iisdem circumagitur. Quomodo est, inquit, cursus solis, vt qui oriẽs in superioti parte terræ, in australi regione ingreditur. Quando aũt est sub terra, eã quæ ex aduerso sita est, nẽpe borealẽ subit partẽ. & hoc modo semper vertens, suũ in orbẽ peragit cursum, & rursus in orbẽ reuertẽs circuit. Gyrat, inquit in orbẽ. Sic ergo tuus quoque ingreditur spiritus (à parte totũ nominãs spiritũ hominis) hũc in orbẽ motum per similia peragẽs. Pergit, inquit spiritus, & ad circulos suos reuertitur. Qui aũt hæc cõsiderauerit, ad suã vitã nõ paruã acceperit vtilitatẽ. Quid est luce splẽdidius? Quid radiis clarius? & tamẽ si sol sub terra fuerit, lux abscõditur, & nõ apparet radius. At hæc aspiciẽs modesti' tuã traduces vitam, qui hic splẽdorẽ dispiciens, vt qui ex iis quæ ex videtur, didiceris, quòd nõ perpetuò durat id quod est clarũ & illustre: sed nõ procul sunt quæ facilè vertũtur cõtrariorũ successiones, nihil aũt manet tale quale est in præsentia, nõ iuuẽtus, nõ pulchritudo, nõ potestatũ & dominatũ claritas. Et hæc quidẽ iis quibus in vita fors obtigit prospera. Quibus aũt videtur laboriosa, quæ ex virtute agitur vita, ijs terræ exẽplo ad ea quæ sũt grauia fortiter ferẽda, erudietur anima. Terra stat in æternum. Quid est hac immobili firmitate ac stabilitate laboriosius? & tamẽ vsque in æternũ extẽditur eius statio, tibi aũt seu sus est tẽpus exiguũ. Ne sis terra magis inanimus. Ne sis iis quæ sensu carẽt insipiẽtior, qui es ratiõis particeps, & qui ratiõe vitã regis & administras: sed mane, & dicit Apostolus, in iis quæ didicisti, & quæ sunt tibi credita, in statu firmo & immobili. Nam hoc quoque est in diuinis præceptis: Estote firmi & immobiles. In te incõcussa maneãt tẽperãtia, firma fides, immutabilis charitas, stabilis & immobilis in omni bono statio, sicut & quæ est in te terra, stat in æternũ. Si quis aũt auaritia laborãs pluribus diuitiis inhiat, & veluti quoddã mare immẽsam extẽdẽs cupiditatẽ, vndique affluẽtibus lucris nõ potest satiari, is ad mare quod est hic aspiciẽs, morbũ curet. Quomodo enim illud in innumerabilibus aquarũ influxiõibus suũ nõ trãsgredi

Quæ cernũtur oculis, nobis nostrã ostẽdit naturam.

Ad solis similitudinẽ est nostra natura ortus & occasus.

Non perpetuò durat quod est clarum & illustre.

A terra sumendum exemplũ vt simus firmi & constantes in virtutibus. 2.Tim.3.

Maris exemplo admonetur auarus vt intra naturæ modũ se cõtineat.

A tur modũ, sed æquè plenũ semper remanet, perinde atque si ex aquis nulla fiat accessio: ita etiã humana natura iu iis quæ adsunt fruẽdis suis modulis cõprehẽsa, per prouẽtũ ac vectigaliũ multitudinem nõ potest suũ dilatare auidã preter naturæ modũ fruẽdi cupiditatẽ, sed cessat quidẽ id quod influit. Vis aũt fruẽdi seruatur in proprio termino. Si ergo in fruẽdo nõ potest redũdare copia: præter naturæ modũ, cur vectigaliũ attrahimus influxus, pro iis quæ ingrediũtur nũquã effusi ad benefaciẽdũ aliis? Quoniã aũt cõueniẽter à nobis datæ vanitatis definitiõe, est vel verbũ stultũ, vel res stulta vanitatis, ex eo pulchrè suũ librũ incipit. Vt neque
B quicquã ex iis quæ fiũt, neque quicquã ex iis quæ dicũtur. si aspiciamus ad eũ qui hic proponitur scopũ, tãquã quod cõsistat, reputemus. Nã oĩe studiũ hominũ, quod versatur in iis quæ ad vitã pertinẽt, est planè puerorũ lud' in arena, in quo quæ ex iis quæ sũt capitur oblectatio, simul desinit cũ studio quod ponitur in iis quæ facta sunt. Nã simulatque cœpit mouere, arena simul circũfluẽs nullũ relinquit vestigiũ eorũ quæ fuerãt elaborata. Hoc est humana vita arena est ambitio, arena est potẽtia, arena diuitiæ, arena est quicquid est. Ex iis quibus magno studio pro carnẽ fruimur in quibus vt quæ minimè valeat cõ-
C sistere, vanè laborantes infãtiles animæ, & in vno quoque eorũ multos labores tolerãtes, si solũ arenæ locũ reliquerint, quæ in carne, inquã trãsigitur vita, tũc agnoscẽt quã in hac re vanũ posuerint studiũ. Nã cũ vita materiali simul manet delectatio: secũ aũt nihil trahũt pter solã cõsciẽtiã. Quãobrẽ mihi videtur magn' ecclesiastes, vt qui iã extra in esset, & nuda ac separata aĩa in vita materiæ exper te insideret, illa dixisse quæ nos quoque dicturos est cõsẽtaneũ, qñ fuerimus extra hũc locũ maritimũ, in quo est arena quæ à mari huius vitæ expuitur, & separati fuerimus ab oĩbus fluctibus qui nos exprimũt & circũstrepũt. Ex mari em̃ quod hic intelligitur, solã reportãtes memoriã eorũ in quæ studiũ no-
D strũ posuimus, dicimus: Vanitas vanitatũ, & oĩa vanitas. Neque quicquã amplius est homini ex omni labore qui est sub sole. Reuera em̃, vt ego quidẽ iudico, cuiusuis animæ est hæc oratio, qñ iis quæ hic sũt spoliata, ad vitã quæ speratur migrauerit. Nã siue quid rectè gessit ex iis quæ in hac vita sunt sublimiora, id accusat in quo erat, si cõferatur cũ eo quod est inuẽtu, despicatui habẽs id quod præteriit. Siue etiã cũ valde affecta fuerit in materiã, viderit ea quæ euenerũt præter expectatiõnẽ, & experiẽtia didicerit quãta sit stultitia iu iis quæ studiũ confertur in hac vita, tũc lugens hanc emittet vitã. Qualia nos hoĩes facim', ex pœnitẽtia stulta nostra cõsilia in nostris narrãtes eiulatib' & dicẽtes: Vanitas vanitatũ & ea quæ sequũtur. O ẽs quit, sermões sũt laboriosi, & nõ poterit vir loqui. Atqui nec in promptu censetur quidquã facilius quã loqui. Quis est em̃ labor ei qui quod vult loquitur? Lingua est humida & versatilis, & citra laborem se fingens ad quod cunque genus verborum, citra impedimentum est attractatio spiritus aërij, quo vtens sonos efficit. citra molestiã genæ sunt ei administræ, & labra simul opem ferunt ad voce enunciandum id quod dicitur. Sermoni ergo quenam videt laborẽ? Nõ em̃ terrã fodiẽtes, aut petras voluẽtes, aut in humeris onera ferentes, aut aliquo alio labore nos exercentes sermonem trãsmittimus, sed quæ in nobis

Omne hominum studium est ludus pueriliis in arena.

Nihil facilius quàm loqui.

in nobis consistit conceptio mentis per vocẽ reuelata, vna existit. sed quoniã hic sermo nullum habet laborem, cogitandum est quinam sint sermones laborantes, quos uir loqui non poterit. Presbyteri, inquit, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in sermone. Presbyter, id est senior, dicit, qui insolentem & inordinatã excessit ætatem, & qui ad senilem statum peruenit. Quo fit vt si quis sit iuuente instabilis, & vitã agat inordinatam, is nondum est presbyter, etiãsi videatur habere canos, sed est adhuc vir. Sermones ergo sunt qui verè sũt sermones, qui fiunt ad animarum vtilitatem, & hominibus sunt conducibiles. Ii pleni sunt sudoribus & laboribus, & multos labores inducunt vt sint sermones. Laborantem enim agricolã oportet primũ fructũ accipere, inquit, horũ sermonũ artifex, vtpote quod oporteat nõ verbũ intelligi sermonẽ, sed virtutẽ quæ est in operibus, proposita ad vitæ doctrinã iis qui vident, pro sermone esse iis qui docentur. Omnes ergo eiusmodi sermones sunt laboriosi eorum qui virtutem exponunt, vt qui primum in seipsis id rectè exequãtur quod docẽt. Hoc enim est oportere primũ accipere ex fructibus eorum quæ ante alios nobisipsis per virtutem colimus.

Sermones laboriosi quinam sint.

1. Timo. 5.

Presbiter quis dicatur.

2. Tim. 2.

Sermo non intelligitur verbũ sed virtus quæ est in operibus.

Aut fortè etiã ratione prædita natura imbecillitatem interpretatur quod hic dicitur. Quando enĩ remota à sensibus, qui nominati sunt vanitas, eorum quæ sub aspectũ nõ cadũt contemplationẽ quodammodo peruadens cogitatio, aggreditur sermone explicare quod mente fuerit conceptũ, tunc sermoni magnus existit labor per hanc vocẽ interpretatiuã, quæ nullã inuenit rationẽ in iis explicãdis quæ sunt ineffabilia. Cœlũ videmus luminarium splendorẽ sensu percipimus, per terrã ingredimur, aërẽ ore trahimus, aquã ad id quod naturæ videtur vtimur. Ignẽ accipimus ad vitæ cõmunicationẽ. Et si quid de his velimus cogitare, quidnam sit vnũquoque eorũ quæ cernuntur in ratione suæ essẽtiæ: vndenã aut quomodo habeat quod cõsistat, nũ poterit vir loqui, etiamsi omnes alios superet, cũ omnis cõprehendẽdi scientia ad ea quæ nõ potest assequi enunciãda sit imbecilla.

Quæ sub aspectum nõ cadunt, sermõe explicari nequeunt.

Ne ea quidem quæ cernuntur sermone possunt explicari.

Si autẽ qui de his est sermo, habet laborẽ, qui humanã loquẽdi vim & naturã superat, quid euenire censendũ est iis qui de ipso Verbo sunt sermonibus, aut de patre verbi? Quæuis certè quãtumuis sublimis oratio, & vox quãtumuis magna, est obscuritas quædã & silentiũ, si ad verã eius quod quæritur, iudicetur significationẽ: adeò vt hoc solum Verbum de eo propriè dici possit, quod etsi oẽs moueãtur cogitationes, & nihil omittatur ex iis quæ Deũ decent mentis cõceptionibus, si vox perpendatur ad ipsam eius quod est propositum dignitatẽ, id quod dixerit nõ est sermo. Nõ enim poterit homo loqui. Nõ enim eã quæ per oculos animæ inest, in eo quod cernitur cõtẽplationẽ sistit visus, sed sẽper aspiciẽtes, perinde ac si nondũ vidissem⁹, adhuc in ignoratione habem⁹ id quod sensu percipitur. Nã colorẽ nõ potest visus peruadere: sed modũ habet suæ operationis id quod ei apparet in eorũ quæ sũt superficie. Quãobrẽ dicit Nõ satiabitur oculus visu nec auris auditu implebitur: vis audiẽdi suscipiens id quod de vnoquoque dicitur à natura nõ habet vt impleatur. Nulla enĩ inuenietur oratio quæ quod quæritur in se perfectè cõprehẽdat. Queãdmodũ ergo implebitur auris auditione eorũ quæ quæsiuimus, cũ nõ sit quod impleat? Deinde postquã hæc dixit ipse seipsũ interrogat, & sibi respõdet. Nã cũ rogauisset Quid est quod fuit? Id, inquit, quod futurũ est. & quid est quod factũ est, idipsũ, inquit, quod faciendũ est. Quid ergo sibi vult hæc interrogatio? Cũ nos ex cõsequẽtia ex iis quæ didicimus ei obiiceremus & diceremus, Si hæc oĩa sũt vanitas, perspicuũ est quod neque fuit quidquã ex iis quæ non constiterũt. Nã quod vanũ est omnino nõ potest cõsistere. Quod autẽ nõ potest cõsistere, nemo in iis quæ fuerũt reputauerit. Sin autẽ hæc nõ sunt, dic quid est quod fuit, aut queãdmodũ omnes in essẽtia. Adrogatũ ergo breuis est ei responsio, vis scire quid sit quod fuit, cogita quid sit quod est futurum, & cognosces id quod fuit. Hoc autẽ est, Cogita ô homo qualis futurus sis, qui te per virtutem in aliũ extulisti, si in omnibus animam formaueris bonis characteribus, si ab omnibus vitij maculis fueris remotus, si materialiũ inquinamẽtorum sordes à tua natura elueris. quid, inquam, futurus eris si sis sic ornatus, & quali te forma es induturus. Si hæc ratione cõprehenderis, didicisti quid sit id quod fuit in primis, nẽpe quod fuit à Dei imaginem & similitudinẽ. Et vbi nunc illud est (dicã ei qui hæc docet) quod fuit aliquãdo, & in posterũ rursus speratur, nunc autẽ nõ est. Idem autem nobis respondet qui nos docet sublimia. quòd propterea præsẽtia nominata sunt vanitas, quòd illa nõ sunt inter præsẽtia. Et quid est quod factũ est? Ipsũ quod faciendũ est. Nemo ex iis qui audiũt, existimet esse superuacaneã & inanẽ verborũ repetitionem in differẽtia eius quod fuit & quod factũ est: Per vtrũque enĩ verbũ ostẽdit ratio animæ à carne differentiã. Fuit seu orta est anima, & corpus factũ est. Non quĩ aliud & aliud significat verborũ emphasis, hac verborum vtitur differẽtia in vtroque significatio: sed vt det tibi de vtroque cõsiderãda ea quæ cõferũt. In principio illud fuit anima, quod posterius purgata, rursus apparebit. Illud factũ est Dei manib⁹, quod & fictũ est corpus, quod ipsũ cõuenientibus temporibus ostendet resurrectio. Quale enĩ sẽper videris post resurrectionẽ, tale omnino primo factũ est. Neque enĩ est aliquid aliud resurrectio, nisi quæ fit omnino in pristinũ statũ restitutio. Quãobrem iis infert id quod est cõsequẽs, dicens, nihil esse extra id quod est ab initio. Nihil est enĩ inquit, recẽs sub sole perinde ac si diceret: Nisi sit vt fuit antiquitùs & ab initio, nihil est omnino, sed existimatur. Nihil est enĩ, inquit, recẽs sub sole, vt aliquis possit loqui, & ostẽdere aliquid ex iis quæ pòst fiunt, hoc nouum esse & reuera consistere. Hic est sẽsus eorum quæ dicta sũt. Hoc modo autẽ se habet dictio. Nihil est sub sole recẽs, nec est qui loquatur & possit dicere, Ecce hoc est recẽs. Ea autẽ quæ dicta sũt, per ea quæ deinceps sequũtur, defẽdit, dicẽs: Si quid, inquit verè fuit, illud est quod fuit in seculis quæ fuerũt ante nos. Hũc enĩ sensũ ostendunt ipsa scripturæ verba, quæ sic habent, iam factum est in seculis quæ fuerunt ante nos. Si autem eorum quæ facta sunt, extitit obliuio, nihil mireris. Nam & ea quæ nunc sunt comprehendit obliuio. Quãdo enim ad vitiũ cõuersa est natura, in malorũ versamur obliuione. Quãdo

Quod visu & alio quouis sensu percipimus, semper ignoramus.

De verbo & verbi patre, quiuis sermo est obscuritas & silentium.

Presentia cur sunt nominata vanitas.

Anima fuit corpus factum est.

Resurrectio quid est.

autem ad malum,redierimus,rursus malum tegetur obliuione. Hunc enim puto esse sensum in iis A quæ dicta sunt,vbi dicit, Non est memoria. Quasi diceret, Eorum quæ fiunt & succedunt post eã quæ ab initio fuit felicitatem, per quæ in malis fuit genus hominum,delebũt,memoriam ea quæ postremis fiunt temporibus. Non erit enim eorũ memoria cum iis quæ postremò facta sũt. Hoc est vltimus status, omnino delebit naturæ malorũ memoriam. In christo Iesu,cui gloria & potentia in secula seculorum.

In Ecclesiasten homilia secunda.

Christus cur dictus Ecclesiastes

EGo inquit Ecclesiastes. Didicimus auté quisnam sit Ecclesiastes, qui quæ sunt aberrantia & dispersa in vnum colligit, B & omnia vnum gregem efficit. vt nihil sit quod nõ audiat pulchrã pastoris vocẽ quæ viuificat oĩa. Verba enim inquit, quæ ego loquar, spiritus sũt & vita. Is seipsũ nominat. Ecclesiasté vt medicũ & vitã & resurrectionẽ,& lucẽ & viã, & ostiũ,& veritatẽ,& omnia nomina humanitatis & beneuolentiæ in homines. Quomodo ergo medici quidẽ vox conuenit ægrotantibus: Verbũ autẽ vitæ in mortuis est efficax, qui quãdo audierint vocẽ filius hominis,in pristina mortalitate nõ amplius remanent. Qui autem sunt in sepulchris quærunt vocem resurrectionis. & locis ratio con C uenit iis qui sunt obscurati,& via est leuis ac plana iis,qui aberrauerunt, & ostium iis quibus opus est, vt intrent. Ita ecclesiastes omnino differt cum iis qui sunt in ecclesia. Audiamus itaque nos eius verba qui sum⁹ ecclesia. Sicut enim chorus aspicit ad Corypheum, nempe suum ductorem,& nautæ ad gubernatorem,& acies ad imperatorem,ita etiam ad ecclesiæ ducem ii qui sũt in cœtu ecclesiæ. Quid ergo dicit ecclesiastes? Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem. Quando hoc? An non omnino quando fuit ab ipsis rex constitutus super Sion montem sãctum eius,annuncians præceptum eius. Cui dixit do- D minus,filius meus es tu,ego hodie genui te. Cum enim qui est creator vniuersi,& pater seculorum dixit se hodie genuisse vt per hoc quod tempori generationis nomen temporale adiecerit,non eã quæ fuit ante secula essentiam, sed eam quæ fuit in tempore ad hominum salutem, per carnis generationem, verbum ostenderit. Hæc ergo persequitur verus Ecclesiastes,docens, vt arbitror, magnum pietatis mysterium, nempe quãnam de causa Deus in carne sit manifestatus. Dedi,inquit,cor meum vt quærerem & inuestigarẽ in sapientia de omnibus quæ facta sunt sub sole. Hæc est causa cur dominus in carne ad homines adue A nerit,& inter eos sit versatus: nempe vt daret cor suum ad considerandum de iis que facta sunt sub sole. Nam quæ sunt super cælum,non opus habebant aliquo qui inquireret,neque qui mederetur ei quod morbo laborabat. Quoniã ergo in terra sunt mala. Repletis enim & violẽta bestia serpẽs quæ repẽdo graditur supra pectus & ventrẽ,terram comedit,& nulla re vexẽs ex cælestibus, sed reptans in eo quod calcatur,ad id semper aspicit, obseruãs calcaneũ gressus hominis venenũ immittens illis qui amiserũt potestatẽ calcãdi super serpentes, propterea dedit ei cor,vt quæreret & cõsideraret de omnibus quæ facta sũt sub cœlo. In iis enim quæ sunt supra cælos,minime deprimendã A diuinã videt magnificentiã,propheta dicens, Exaltata est magnificẽtia eius supra cælos. quandoquidẽ ea pars quæ est sub cælis,depressa & obiecta fuit per vitiũ. Sic enim ait Psalmograph⁹,propter peccata sua humiliati sunt. Ad hoc considerãdum venit Ecclesiastes,nẽpe quidnã factum sit sub cælo quod prius nõ erat: quemadmodum impressa sit vanitas quemadmodũ id quod nõ est inualuerit, quænam sit vis eius quod non est malũ enim non potest cõsistere,ex eo quod, non est habeat substantiã: quod autẽ nõ est ex eo quod est ne omnino quidẽ est secundũ suã naturã & tamẽ in ea quæ sũt vanitati assimilata dominatũ ob B tinet vanitas. Venit ergo ad sua inquirendũ sapientia quidnã factum sit sub sole: quænam rerum quæ hîc sũt sit confusio, queadmodũ id quod est, effectum sit sermum eius quod non est,quemadmodũ in id quod est dominatũ obtinet id quod non potest consistere. Et cognouit quòd malã distractionẽ dedit Deus filiis hominum,vt distraherẽtur in ea. Hoc autẽ nõ vt cuiquã in promptu fuerit cogitare, pium est putare, quod ipse Deus dederit malã hominibus distractionẽ. Reuera enim malorũ causa in illum cõferretur. Nã qui est natura bon⁹, bona quoque præbet omnino,quo C niam omnis arbor bona, bonos fructus facit & neque ex spinis vua,neque ex vite spina nascitur. Quod sua est natura bonum,ex suis thesauris malum nõ produxerit. Neque enim bon⁹ homo ex abundantia cordis mala loquitur,sed ea loquitur quæ sunt suæ naturæ cõuenientia: Quanto ergo magis fõs bonorum nihil mali ex sua natura profuderit? sed hoc præbet intelligẽdũ,qui est magis pius sensus, quod bonũ est donũ Dei. Hoc autẽ est motus liberi arbitrii,qui dum eo abusi sũt homines,peccans,fuit in hominibus instrumentum ad peccatum. Bonũ enim est natura & seruituti nõ obnoxiũ liberum arbitrium. Quod autem est D necessitati subiunctũ in bonis nemo numerauerit,sed ipsa libera mentis appetitio,cũ citra disciplinæ castigationẽ ad eligendũ vitium defluxisset effecta est animæ relatio,quæ à rebus excelsis & honorificis cõuulsa est ad animi motus,qui vehemẽter perturbãt & afficiũt. Hoc est quod significat illud Dedit. Nõ quod ipse malũ vitæ hominũ indiderit,sed quòd bonis quæ à Deo data sũt,homo propter inopiã cõsilii,vsus sit tanquã malorũ adminiculis,cõsueuit autẽ sãcta scriptura tales sẽsus huiusmodi enunciare vocibus. vt hoc, Tradidit eos De⁹ in passiones ignominiæ. &,dedit eos deus in reprobũ sensũ,& indurauit cor Pharao- A nis,& illud, Aberrare nos fecisti à via tua indurasti corda nostra,vt te nõ timerẽt,& indurasti eos ĩ inuio & nõ in via. & decepisti me & decept⁹ sũ. & quecunque sũt eiusmodi. In quibus exactus in sẽsus nõ ostẽdit hominum quidpiã à Deo extitisse in humana natura: sed potestatem accusat & libertatem, quæ bonum quidem est,& Dei donum naturæ datum,malum autẽ euasit propter propensionem ad cõtrarium malum. Vidit ergo Ecclesiastes oĩa quæ facta sũt in vita quæ est sub sole, quòd omnia erãt vanitas. Nõ erat enim qui intelligeret, non erat qui Deum requireret quãdo quidẽ omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Propterea cũ dixisset. Et ecce omnia vanitas

Ioan.6. Math.9. Ioan.11. Ioan.8. Ioan.14.

Christus cur dictus sit medicus, vita resurrectio, lux via ostium & veritas.

Christus fuit rex in hierusalem

Generatio quæ fuit in tempore ad hominum salutem intelligitur per illud, Ego autem genui te.

Cur christ⁹ in carne venerit ad homines.

Gen.3.

Psal.8.

Psal.106.

Sapiẽtia venit in terras ad quærendũ quomodo dominatũ obtinuerit peccatũ quod non consistit.

Deus non est causa mali.

Math.3.

Math.12. & Luc.6.

Liberum arbitrium est bonum dei donum.

Quod subiectum est necessitati nõ est bonum.

Rom.1. Exod.4.

Tradere in reprobum sensum, et indurare cor & cæteri eiusmodi quomodo summa intelligenda.

Es.63. Psal.106.

nitas,subiunxit causam,nempe quòd Deus nō est A causa horum,sed humanæ appetitionis libera electio,quam vocauit spiritum. Hunc autem accusat spiritum,non quòd talir esset ab initio. Nulli enim crimini fuisser affinis, si fuisset talis, sed quod peruersus ab ornamento discesserit. Peruersum enim,inquir, non poterit exornari, hoc est, peruersum nō fuerit conueniens creaturæ à Deo exornatæ. Quomodo enim artifex qui ex proposito aliquid sibi fabricatur, regula & filo dirigit partes quæ concludunt vasis effectionem,per artificiosam in se innicem positurain. Si quid auté ex his ad filum non sit directum, peruetsionem non omnino suscipit, quæ protinus erat compago & iunctura : sed id quoque ad filum deducatur oportet,os rectum fiat,si futurum est vt rectè & aptè coniungarut. Ita etiam dicit Ecclesiastes, quòd quæ à vitio peruetsa est natura,non potest inesse creaturæ à recta ratione exornatæ. Et defectus,inquit,non potest numerari. Deficere accipi pro egere,nos docer cōsuetudo scripturæ : idque ex multis probari potest. Qui enim vbique & inter omnes celebratur Paulus,scit & deficere & abundare. & qui prodigè viuendo paternas facultates consumpserat,cùm fames inuasisset, cœpit deficere. Et de sanctis recensens sanctus Paulus, inter cæteras corporis afflictiōes quaspassi erát, C hanc quoque addit, deficientes & afflicti. Ergo hîc quoque verbum cùm dixisser defectum, per vocem id quod deest ostendit. Quod autem deest,inter ea quæ sunt nō potest numerari. Etenim discipuli quando integer erat eorum cœtus, erár numero duodecim. Postquam autem periit filius perditionis, mancus fuit eorum numerus, quòd id quod deerat, non connumerabatur inter eos qui erant. Vndecim enim post Iudam & erant & nominabātur. Defectus ergo,inquit,non poterit numerari. Quid ergo per hoc significatur? Fuimus & nos quoque aliquādo in numero vniuersorum.referebamur enim in catalogum ouium D ratione præditarum sacri centenarij. Postquā autem à montanis pascuis aberrauit ouis vna, népe nostra natura, per vitium ad hunc aridum & incultum locum abstracta, non amplius cōmemoratur idem numerus in grege eorum qui non aberrarūt, sed nominantur nonaginta & nouē. Nā vanum est extra numerum eius quod consistit: quoniam defectus non poterit numerari. Venit ergo ad quærendum & seruandum quod perierat,& assumptum in humeros, iis quæ sunt restituēdum id quod peribat in vanirate eorum quæ nō sunt,vt rursus fieret integer Dei creaturæ numerus,coosternato eo quod perierat iis quæ nō E pereūt. Quisnā ergo sit redit⁹ ei⁹ quod aberrauerat,& qui nā sit modus à malis ad bonum resolutionis,deinceps docemur. Qui enim per omnia tentatus est ad similitudinem absque peccato, ex nostris nobiscum differit. Qui nostras adsumpsit imbecillitates,per ipsas naturæ infirmitates, ostēdit viam quæ est extra vitium. Nunc ergo fac intelligas differere sapientiam ex ipso Solomone qui est secundum carnem.ea autem differere,per quæ maximè deducamur ad ea contēnenda quorum studio tenentur homines. Non est enim eius oratio similis orati ooi multorum qui in potestate sua non habent id quod lubet & est eis cordi:

Natura à vitio peruersa nō potest inesse creaturæ à recta ratione exornatæ.

Deficere quid significet in scriptura.

Luc.15.

Heb.11.

Luc.15.

Natura nostra cum aberrasset tāquam ouis, errans non numerabatur in grege.

Ouis quæ perierat à christo reducta fuit ad gregem.

adeò vt propterea sit fide dignus,vt qui illa accusset,quæ non est expertus. Nos enim non experiētia nostra omnia discimus:sed per solas cogitationes illa demum cognoscimus, quorum suauitatis & delectationis experientia ne fruamur vetat paupertas. Quòd si nos alicui cōsulamus vt nihili faciat ea quæ ab hominibus habentur in honore, in prōptu est ei,qui hæc audit præscriptio, quòd propterea nos vlla despiciam⁹, quòd ea nobis nota non sint experientia. In eo autem qui hæc nobis differit, cessat omnis eiusmodi contradictio. Est enim Solomon qui hæc dicit. Hic autem Sulomon est tertius in regibus Israël,post illum Saulem,& Daniel qui à Deo fuit electus. Is cum à patre accepisset imperium, & iam in dominatus creuisset magnitudine, rex renunciatur: qui non bello & prælijs populum sibi subiectum rerens, sed in summa potestate & pace vitam agens, non operam ponebat in iis quæ non habebat acquirēdis,sed vt frueretur iis quibus abundabat: vt pote quòd nihil obstaret quo minus se oblectaret iis quæ sibi essent cordi. Nam cum cupiditate simul extendebatur copia, & ad fruendum liberum & laxum erat otium,cùm nihil quòd tollet, eius interrumperet in iis quæ iucunda erant vitæ traductionem.& alioqui cùm esset sapiens, & alicuius ex iis quæ ad voluptatem pertinent ob ingenij acumen inueniendi esset gnarus, dixit se hæc & hæc excogitasse ex iis in quæ fruendi causa confertur studium. cùm autem omnia fecisset, quæ oratione deinceps enumerauit, dixit se ipsa didicisse experiētia, quod istorum in quibus ponitur studium finis est vanitas. Hunc autem ordinem adhibuit in narratione, quòd primum quidem in primis temporibus vitæ suæ eruditioni vacauerit,nec ex eiusmodi laboribus emollita sint studia. Spiritus autē libera vsus sit electione,hoc est naturæ appetitione,ad propositam sibi cognitionem etiamsi cum labore rectè succederet id cuius studio tenebatur:cùmque sic creuisset sapientia,ratione considerasse, quæ in animi perturbationibus versatur & est expers rationis, & in rebus corporeis consistit,voluptatem, esse hominū deceptionem.sed & per ipsam cognouisse experiētiam,vanitatem eorum in quibus ponitur studium. Atque hic est quidem scopus eorum quæ sunt examinata. Tempus autem est etiā, exponere cōtemplationem,sequendo ad verbum ipsum eorum quæ scripta sunt cōtextum? Locutus sum ego in corde meo vt dicerem, Ecce magnificatus sum ego,quoniā video me eā quæ est ex potestate magnitudinē,& regni splēdorē accrescere. Sed præ his omnib⁹ maximi feci possessionē sapiētiæ, quæ nō alia ratiōe acquiri potest, quā laboribus & sudoribus. Propterea cū dixisset, Ego locutus sū in corde meo vt dicerē, Ecce magnificat⁹ sū ego,subiunxit, Quinetiā adieci sapientiam. Nam quæ mihi nō quæsita accessit potestatis & dominat⁹ magnitudinē,auxi accessiōe sapiētiæ, cū hoc apud me dixissem,quod per hoc oportet euadere superior iis qui me precesserunt regibus,& eos antecellere sapiētia. Adieci enim,inquit, sapiētiā in omnibus qui fuerūt ante me in Hierusalē, & cogitaui quēadmodū hæc fierēt. Quis enim nescit,ꝙ cōsistit sapiētia iis qui operā & studiū libēter ponunt in cogitatiōe eorū quæ ab aliis prius

Solomon omnia quæ videbātur bona didicerat experientia.

Voluptas quæ cōsistit in rebus corporeis, est hominum deceptio.

sunt ela-

sunt elaborata. Et ideo, inquit, cor meũ vidit multa, nempe sapientiam & cognitionem, vt pote quod nõ casu acquiri possit eorum cognitio. Sed quoniam, inquit, dedi cor meum vt cognoscerẽ sapientiam & cognitionem, vt qui non illa didicissem, nisi labor & meditatio præcessisset eorum cognitionem. Sed & parabolas, inquit, & scientiam noui. Hoc est, eam quæ facta est ex analogia, eius quod est superius comprehẽsionem, per eorum quæ iuxta sunt posita comparationem. Ea quoque se dicit didicisse. Parabolas enim, inquit, & scientiam noui. Quomodo etiam in euangelio dominus docẽs auditores, subiicit oculis id quod de regno dicit, vel margaritam, vel thesaurum, vel nuptias, vel granum vel fermentum, vel aliquid eiusmodi id appellans, non hæc dicens esse regnum: sed per similitudinem eorum quæ in iis significantur, declarationes quasdam & tacitas significationes, rerum quæ nostram superant comprehẽsionem parabolicè ostendens auditoribus. Et ad hoc, inquit, mihi fuit optio spiritus, vt esset mihi multitudo sapientiæ, vt propterea quòd essem sapiens, ab eorum quæ sunt cognitione minimè aberrarem: nec essem remotus ab inuentione eius quod est condicibile. Ex sapientia enim constat cognitio. Cognitio autem efficit eius qui attendit facilius iudicium. Hoc autem non citra laborem accedere suapte natura potest iis qui student, sed qui addidit sibi cognitionem, simul etiam cum disciplina omnino intendit laborem. Dicit itaque, qui addidit cognitionẽ, addidit dolorem. Cumque talis euaserit, tunc iucunda tanquam vana contemnat. Dicit enim, dixi in corde meo, age tentabo te in insipientia & ecce in bonis. Et hoc quoque est vanitas. Non enim se statim dedit tali experientiæ, neque non gustata austeriori & seueriori vita, delapsus est ad iucundorum participationem: sed cùm in illis fuisset exercitatus per se moribus prius rectè præstitisset, & à risu alienum grauemque & constantem, per quæ à studiosis maximè comparantur disciplinæ sapientiæ, tunc se remittit ad ea quæ sensus censentur esse iucũda ac delectabilia: non animi ad hæc attractus perturbatione, sed vt consideraret, an ad veri boni cognitionem aliquid conferat sensus qui in eis fuerit immoratus. Tunc enim & ab initio risui denunciat inimicitias, & animi motum illum vocat mentis emotionem, quod quidem sensu idem est quod delirũ & amentia. Si quid enim aliud quispiam propriè risum appellauerit, id quod neque est oratio, neque factũ certo scopo & proposito susceptum. Oris autẽ indecora dilatio, tremorque spiritus & totius corporis cõcussio, & genarum diductio, dentiúmque & linguarum & palati apertio, colliqúe contortio, vocisque præter rationem fractio, quæ simul cum fractione spiritus intersecatur, quid hoc aliud fuerit quàm amentia? Et ideo, Et dixi, inquit, risui amentiam: perinde ac si diceret risui, insanis & es emotæ mentis, neque manes intra constantiæ fines, vt qui vel inuitus te indecorè gẽras, & in motu animi tuam formam peruertas, idque propter nullam vtilitatem. Dixi etiam lætitiæ. Cur hoc facis? quod perinde est ac si dicas, voluptati restiti, suspectam habens eius appropinquationem. Perinde atque si fur quispiã clanculum ingredere-

Parabola quæ facta est ex analogia, eius quod est superius cõprehensio per comparationem.

Matth. 13. & 17. 22.

Cap. 2. Eccles.

Risus quid sit.

Risus amẽtia.

A tur animæ penetralia. Nunquam permisi vt ea in mentem dominatum obtineret. Si enim solum cognouissem voluptatem tanquam feram aliquã ad meos sensus adrepere, et statim resistebam & aduersabar, dicens huic seruili & rationis experti lætitiæ, Quid facis? quid naturæ virtutem effæminas? cur animi robur emollis? cur animæ vires eneruas? cur affers interitum rationi? Cur puratum cogitationum serenitatis puritati caligine tua immittis tenebras? Cum hæc inquit, & quæ sunt eiusmodi fecissem, an cor meum eat meam tanquam viuum traheret. Hoc est, quemadmodum cura eorum quæ cadunt sub intelligentiam, notibus carnis esset potentior, vt natura à seipsa non

B dissideret, cùm alia quidem mens appeteret, ad aliud autem caro traheret: sed intelligentia præditæ animæ nostræ parti obedientem & subiugatam redderet carnis nostræ spiritum, eo quod est minus attracto & deuorato in eo quod abũdat: quomodo vsuuenit in iis qui sitiunt. Non enim viuũ manet in calice, si sitienti ori admotum fuerit, sed traducitur ad eum qui bibit, & perspicuum est id magna vi intrinsecus attrahi. Quod cùm factum fuit, citra errorem & vllum impedimentum, munita fuit via ad scientiã eorũ quæ sunt. Cor meũ, inquit deduxit me in sapientia, per quam domi-

C natum obtinui in lætitiam. Sic enim dictionis cõtinet consequentia. Id autem cuius in cognitione maximo tenebatur studio, erat vt in nulla re vana vita esset occupata, sed inueniret illud bonũ, quod cùm quispiã est assecutus, non aberrat à iudicio eius quod est conducibile, quod est perpetuum & non temporarium, & in vitã vniuersam extenditur, vt quod ad bonum sit spes omni ætati, & primæ & mediæ, & vltimæ, & omni numero dierum. Donec, inquit, videro quale sit bonũ filiis hominũ, quod facient sub sole, numero dierum vitæ suæ. Ea enim in quibus per carnem studium ponimus, etiamsi maximè sensum inescant

D in præsentia, habent in momento quod eos lætitia afficiat. Nam propter nullum eorum quæ fiũt in corpore licet perpetuò voluptate affici: sed bibẽdi voluptas simul desinit cũ satietate, & in comedẽdo similiter saturatio extinguit appetitũ & si quod est aliud desideriũ, id eodẽ modo flaccescit per participationẽ eius quod fuit desideratũ, & si rursus extiterit, rursus flaccescit. Nihil antè durat in perpetuũ ex iis quæ sunt iucũda sensui, neque similiter & eodẽ modo se habet. His accedit quod aliud est bonũ infantiæ, & aliud adolescẽtiæ, & aliud ei qui est ætatis prouectioris, & aliud ei qui iã est decrepitus, & iã planè silicerniũ. Ego aũt, in-

E quit, quærebã bonũ illud, quod est ex æquo bonũ omni ætati & omni tẽpori vitæ: cuius nõ speratur satietas, & non inuenitur exaturatio: sed simul cũ participatiõe extẽditur appetitus, & simul cũ voluptate qua finitur viget desideriũ, & eius qui desiderat ætate nõ circũscribitur. Sed quo maiore voluptate percipitur bonũ, eo magis desideriũ simul extẽditur cum delitiis, & cũ desiderio simul accẽdũtur delitiæ, & toto vitæ tẽpore semper est bonũ iis qui ipsũ persequũtur, minimè mutatũ cũ instabilitate ætatũ & tẽporũ. quod bonũ est & cõnuenti & aspicienti, eique cui res sunt secũdæ & ei cui aduersæ, eique qui pernoctat, & ei qui interdiu agit, & omnibus, vt semel dicam, qui sunt in hac vita

Voluptati quomodo sit resistẽdum.

Opus fidei verè bonũ

hac vita. Neque ab vllo ex iis quæ ex aliqua circunstantia accidunt, deterius fit aut meli⁹, neque augetur nec minuitur. Hoc est, vt mei auctoris est sententia quod verè est bonum, quod quidẽ quærebat videre Solomon, quod faciebant homines sub sole mixta omnem numerum vitæ suæ quod quidem videtur mihi, esse aliud quàm op⁹ fidei, cuius operatio est & communis omnibus, ex æquo proposita volentibus, & omnipotens, & in vita iugiter permanens. Hoc est bonum illud opus, quod etiam fiat in nobis. In domino Iesu nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

In Ecclesiastem homilia tertia.



QViduam postea sit nos edoctura vox ecclesiastica, tempus est perscrutari. Didicimus in primis ea quæ didicimus, quòd qui omnẽ congregat creaturam, & quærit ea quæ perierant & in vnum cogit ea quæ aberrauerant, is considerat vitam quæ est super terram. Terrestre enim est id quod est subter cœlos, quod quidem hic liber vocat id quod est sub cælo, in quo dominatur deceptio, & id quod non potest consistere. In expositione autem secunda didicim⁹, ex persona Solomonis accusatum fuisse vitæ institutum, quod se dedit voluptatibus, & animi perturbationibus vt eas esse aspernandas facilius nobis persuaderemus, quòd qui fruendi voluptatibus summam habuerit potestatem, tanquam nihili respuerit omnia quæ vehementi studio homines persequuntur. Quid ergo deinceps in præsentia tertio loco discimus? Id quod maximè conuenire arbitror vt discatur ab ijs qui conueniunt in ecclesia, dicẽs confessionem de iis que non facta sunt conuenienter rationi, quæ ingenerat animæ affectionẽ pudoris per enunciationem eorum quæ sunt absurda. Videntur enim esse arma valida & potẽtia ad effugiẽda peccata, pudor qui est insitus in hominib⁹, qui ideo, vt puto, est nobis à Deo inditus, vt eiusmodi animi affectio, sit nobis auersio à deterioribus. Inter se autẽ cognationem quandam & conuenientiam habent pudor & quæ pudore afficit affectio, per quæ vtraque prohibetur peccatum. Si quis velit ad hoc vti tali animæ affectione. Pudor enim magis quàm timor sæpe erudit ad praua fugienda. Sed & pudor sequens debiti reprehensionem, per se sufficit ad castigãdum eum qui peccat, ne rursus in similia incidat. Est autem, vt eorum differentiam definitione describat quispiam, verecundia quidem intensus pudor, contra autem pudor remissa verecundia. Ostenditur autem per calorem qui est in vultu, animi motuum differentia & communio. Nam pudor quidem rubore tantum significatur simul cum anima affecto etiam corpore naturali quadam affectione, cùm calor qui est circa cor ebullierit ad vultus superficiem. Qui est autem affectus verecundia propter delicti manifestationem fit liuidus & subrubeæ, quòd metus bilem rubore miscuerit. Eiusmodi ergo affectio suffecerit iis qui scelus aliquod prius admiserunt, ne in aliquo amplius labãtur ex iis de quibus pudet eos fuisse conuictos. Si hæc autem ita se habent,

Pudor est arma valida ad effugiendum peccatum: & cur sit pudor nobis insitus.

Pudor magis quàm timor erudit ad praua fugienda.

Pudor & verecũdia quid differunt.

& eam quam par fuit affectionem verbum coniecit, vt pote quod ad cauenda peccata natura sit ingenita eiusmodi affectio, honestum est existimare esse propriũ ecclesiæ documentũ, se per peccatorum confessionem & enunciationem rectè gerere. Per hoc enim licet suam animam armare armis pudoris. Quomodo enim si quis ob immoderatam ingluuiem quosdam humores concoctu difficiles in se colegerit, & deinde cum inflãmatione laboraret corpus sectione & cauterio curatus fuerit, morbum veluti quendam pædagogum habet ad cauendam in posterum intemperãtam, vt qui cicatricem videat in corpore. Ita qui per occultorum enunciationem seipsum veluti proscripserit, memoriã pudoris habet pro pædagogo ad vitam deinceps agendam. Hæc sunt quæ discit ecclesia per hanc quæ nunc facta est lectionem eorum quæ scripta sũt in Ecclesiaste. Dicit enim libera voce illud in publicũ proferes, & in omnium hominum conspectu veluti quandam in qua scriptum est aliquid columnam statuens, eorum quæ ab ipso facta sunt enunciationem, quæ sunt eiusmodi, vt ea nescire & silẽtio tegere quàm dicere sit gloriosius. Anne autem dicat, cùm ea re vera fecisset, an fingẽs propter nostram vtilitatem, vt consequenter ad scopum deducat orationem, non possum asserere. ea certè dicit, qua qui virtutem sibi proponit, nõ lubenter adsciuerit. Sed an certo consilio quæ non facta sunt tanquam facta persequitur & reprehendit, vt qui ea sit expertus vt prius quàm eorum faciamus periculum, eorum quæ reprehenduntur vitemus desiderium, an volens ad his fruendum se demiserit, vt etiam per res contrarias suos sensus exerceret, liceat volenti quam velit de ea re facere coniecturam. Si quis autem dicat eum reuera eorum vt quæ sint fecisse periculum, sic existimamus. Quomodo enim quid maris profundum subeunt, & in fundo maris quarum an fortè aliquam inuenire possint margaritam, aut aliquid aliud quod nascitur in profundo, quibus nullam quidem voluptatem affert quæ sub aqua est affectio, sed spes lucri effecit, vt se in profundum immergerent, ita si in his versatus est Solomon, omnino vt quispiam ex iis qui mare subeunt vrinatoribus, seipsum immersit in delitias: non vt marina impleretur salsugine. Salsuginem autem dico voluptatem: sed vt quæreret quid in hoc profundo animo sit vtile. Vtile autem est quod per ea inuenitur, vt mea quidem est coniectura, aut retundere corporis appetitiones, propterea quòd eius quod summa sit potestas. ad id enim quod vetatur semper vehementiores motus habet natura, aut vt sit fide dignus in his versatur magister, ne amplius ab hominib⁹ censeatur expetenda res ea quæ ab eo fuit contempta, qui experientia didicit quam sit vana. Nam medicos quoque ferunt illa in re se optimè ex arte gerere, cuius morbi genus in suis cognouerunt corporibus. de iisque tutius & dant consilium & iis medentur, quorum habent notitiam propterea quòd ipsi prius fuere curati, quandoquidem ex eo quòd ipsi passi sunt, prius didicerunt. Videamus ergo quidem in sua vita passum esse dicitis qui nostræ vitæ nudetur. Magnificaui, inquit, opus meum, ædificaui domos. Oratio-

Confessio occult. peccatorum est eccl. documentum.

hui   statim

mittit hæc habitatio, in qna ſuut plenæ imagines
veritatis. Si curſú autem & deambulationem de
ſideras, verſari te oportet in præceptis. Sic enim
dicit ſapientia, in viis iuſtitiæ ambulo, & verſor
in medio viæ iuſtificationis. Quam pulchrum eſt
in his agitari & exerceri animam, & cùm præcepti
locum inoru peruaſerit, eodem reuerti. hoc eſt, vt
cùm impleuerit mandatum eorum in quæ ſuum
confert ſtudium, ſecundo rurſus & tertio excola-
tur motum probitas & vitæ honeſtas. Qui hoc
modo ad pulchritudinem ſuam exercet ædificiú,
parum curabit terrenam materiam, non dabit o-
peram fodiendis metallis: non iudica transmittet
maria, vt emat oſſa elephantorum, non artificiú
ſuperuacaneum & curioſum conducet laborem,
quorum ars eſt adiuncta materiæ: ſed domi habet
opes quæ huiuſmodi ſtructuris ſuppeditat materi
am. Filij enim qui erant paulo beneuolentiores,
miſericordia dignum cenſuerunt, quòd ſe gereret
indecorè ſtulius autem & inſolens ex ſpectaculo
ebrietatis ſumpſit occaſionem riſus. Magnum au
tem affectionum catalogum comprehédit vinea-
tum plantationis confeſsio. Quæ enim & quales
Ex vino quæ ſequuntur vitia et incómoda. ſunt quæ à vino fiunt affectiones, eas omnes vnú
poteſtate complectitur. Quis enim ex omnibus
neſcit, quòd vinum, quando immoderatè ſum-
C ptum excedit vſum, eſt fomes intemperátiæ, ſup-
peditat voluptates, eſt pernicies iuuentutis, pro-
brum ſenectutis, dedecus mulierum, inſaniæ phar
macum, inſolentiæ & petulantiæ viaticum, ani-
mæ venenum, mentis interitus, virtutis aliena-
tio? Ex illo eſt riſus abſque vlla occaſione, luctus
ſine cauſa, ſpontaneæ lacrymæ, quæ conſiſtere
non poteſt iactantia, in médacio impudentia, eo-
rum quæ minime eſſe poſſint deſiderium, ſpes e-
orum quæ nequeunt vlla fieri ratione, minæ ni-
mis tumidæ, metus expers rationis, minimè ſen-
tire ea quæ ſunt verè formidabilia, ſuſpitio teme-
raria, humanitas ratione nequaquam conſentra-
D nea, promiſſio eorum quæ fieri nequeunt, vt alia
prætermittamus, indecorá dormitationé, diſſolu
tam crapulá caput grauantem, ex immodica reple-
tione turpitudinem, colli depreſsionem, quod ſe
Gene. 19. non poteſt amplius ſuſtinere ſuper humeros, vini
humore colli ligamentum reſoluente. Quid nefa
rium fecit flagitium coitus cum filia? Quid in ijs
quæ fiebant Lot læſit mentem, vt qui & flagiti-
um perpetrauerit, & quod perpetrauit ignoraue
rit? Quid alienam illorum filiorum appellationé
innouauit tanquá in ænigmate? Quomodo ſcele-
rati partus, matres fuerūt ſorores ſuorú filiorum?
Quomodo filii eundem ſimul habebant & patré
B & anú? Quid eſt quod confudit naturá in nefario
ſcelere? An non vinú quod modum exceſsit, hanc
cui fides non habetur, inuexit tragædiam? Non
ebrietas hiſtoriæ talem annexuit fabulá, quæ ſua
hyperbole veras etiam ſuperat fabulas. Suum e-
nim, inquit, patrem potarút vino. Et ſic mente
ei vino deturbata, tanquam qui magia aliqua
eſſet dementatus, hanc mundo tragicam reli-
quit narrationem, vt cui tempore perpetrari fla-
gitij ab ebrietate furto ſurreptus fuerit ſenſus. O
quàm malè mulieres illæ, cum iis quæ Sodo-
mis exportarunt. ſecum vinum tulerunt? O quá
malum amicitiæ iudicem potum ex malo cratere
patri ſuo infuderunt? Quàm longe erat melius cú

A omnibus illud quoque vinum interite Sodom i
priuſquam talem ſuppeditaret tragœdiam? Cùm
ſint autem huiuſmodi exempla, & tam multa ma
la quotidie in vita ex vino oriantur, hoc quoque
impudens ille ſic dicit feciſſe, ſeipſum ſua tradu-
cens oratione, vt non ſolum vſus ſit vino quod
erat, ſed etiam prouiderit vt eius eſſet abundan-
tia. Plantani enim inquit, mihi vineta quibus o-
pus non habebam, cùm ipſe fuiſſet vitis fertilis, vi
tis ſpiritualis, florens comataque & patula, vitæ
ramis & charitatis pampinis complicata & con-
texta cum ijs qui erant ſui generis, & pro folus,
morum honeſtate comata, dulceque & maturú
B vorrum virtutis enutriens. Qui hac in ſua plétat
anima, & colit vinum quod cor lætificat, & ſuam *Eccle. 40.*
operatur terram, vt dicitur in prouerbiis, ſicut lex
exigit eius agriculturæ, vt pote rectè viuendi in- *Eccle. 20.*
ſtitutum rationibus, & cogitationibus euocans,
& adulterina euellens, quæ adnaſcuntur virtutú
radicibus, animam diſciplinis irrigans & iudicis
partibus fungentis rationis falce amputens impe
tú cogitationis mentis ad ea quæ ſút ſuperflua &
inutilia, beatus ob agriculturam fuerit hic exiſti-
mandus, vt qui in crateram ſapientiæ vitam ſuam
exprimat: Sed hanc plantandi rationem non no-
uit is qui aſpicit ad terram & quæ ſunt terrena
C amplectitur. Is enim audit hortorum diuitiarum
exquiſitam & affectatam pulchritudinem. Quid
multis opus eſt hortis ei qui ad vnum intuetur
paradiſum? Quænam autem mihi eſt ex horto vti
litas, qui producit olera qui eſt cib' infirmorú? Si
eſſé in paradiſo, nó ad multorú hortorú diffunde
rer deſiderum. Si in ſuauitate mea ita degeret a-
nima, vt ſolidioris cibi poſſet eſſe particeps, non
occuparer in oleribus, hortum colendo mihi pro *Delitiæ ſub dales in plantis & arboribus.*
curans cibum qui infirmitati coueniat. Sed poſt-
quam ſemel ſimul cum vſu ingreſſæ ſunt deliciæ
ſuos autem fines tranſiit cupiditas, poſt eam quæ
in ædibus adhibita fuit magnificétiam, in rectiſ-
D que & laquearibus profuſú & temerarium ſum-
ptum: tunc etiam ſubdiales exercet delicias: &
aëris natura vtitur ad ſatiendum voluptatum de-
ſiderium. Per agriculturam enim prouidet vt ſint
ſibi denſæ & ſemper frondeſcentes & germinan
tes arbores, quæ aëri tecti vicem præbeant. vt
etiam cum ſit ſub dio, tanquam in domo delica-
tè vitam agat, & omne genus herbis, per hortu-
lanorum artem veſtiunt terræ ſuperficies: adeò vt
omni ex parte iucunde omnia in oculum incur-
rant, quocunque obtutum circunferat, & ſéper
verſetur in delectabilibus, & quolibet anni tem-
pore videat quod eſt præter anni tempus, & flo-
B res qui ſuum tempus præcedunt, & vitam arbo-
res aſcendentem, quæ alienis ramis ſuos impli-
cat, & hædere elegantes cum arboribus ample-
xus, & quæcunque ſpecies fructú ex iis quę ſunt
diuerſi generis ſibi inuicem miſtæ vim afferunt
naturæ, & aſpectu & guſtu id quod eſt vtriuſque
ſignificantes, vt ambo eſſe videantur quæ fiunt
ex contemperatione eorum quæ ſunt diuerſi ge-
neris. Hæc omnia, & ſi quid aliud in plantis inue
nit ars vim afferens naturæ: quæ quidem vitæ v-
ſus non requirit autem cupiditas quæ caſtigari
& coërceri nó poteſt. Hæc in hortis artificioſè co
lendis facta eſſe dicit is qui ſua enunciat. Ná qui
dixit. Plantani omne genu' lignum fructiferum,

hac voce quæ multa complectitur, ostendit nihil eorum defuisse. Deinde post subdiales delicias & quæ sunt sub tectu, ne aqua quiden relinquitur inutilis ad voluptates conferendas, vt pote quòd oporteat in omnibus elemẽtis se explere deliciis in terra per ea quæ sunt ei conuenientia, in aëre per arbores, in aqua per mare manufactum. Vt enim aquæ aspectus deceptos oblectet oculos, solum fit lacus, aqua in orbem circumædificata, vt & iuuenibus voluptatem afferat, qui corpora exhilarãt: & defluens hortos reddat florentiores, vt quæ omni ex parte distribuatur ad vsũ eorũ quæ irrigentur. Feci enim, inquit, mihi piscinas aquarum, vt iis irrigẽ arbustum ligna germinans. Hic erat mihi fons horti, nempe doctrina virtutũ, per quam animæ siccitas irroratur. contemptis aquis terrenis, quarum vsus & delectatio est temporanea, fluxa autem & transitoria natura. Nihil ergo fuerit melius fonte diuino, per quen animæ virtutes oriuntur & irrigantur, breuen suum fluxum deriuantes, vt nemus bonorum studiorum & operum in nostris germinet animis. Per dominũ nostrum Iesum christum. Cui gloria in secula seculorum. Amen.

Ex aqua dilitia.

In Ecclesiasten homilia quarta.



OCVS confessionis orationem nobis adhuc detinet. Qui enim sua narrat, omnia ferè persequitur, per quæ huiusmodi rerũ vanitas agnoscitur. Nunc autem veluti quandã maiorem tangit reprehensionem, nempe & quæ ab ipso facta sunt, ex quibus accusatur vitium superbiæ. Quid enim in iis quæ sunt enumerata tantum facit ad fastum, nempe dom⁹ sumptuosa, & multitudo vinearum, hortorúmque & aquarum pulchritudo, piscinarúmque cũstructio, & hortorum amplitudo, quantum quòd qui est homo, seipsum existimat dominum eorũ qui sunt eiusdẽ cuius ipse est generis? Possedi enim, inquit, seruos & ancillas, & fuerunt mihi vernæ. Vides tumorem arrogantiæ. Hæc vox apertè insurgit aduersus Deum. omnia enim seruire ei quæ est suprà omnia potestati, audimus à prophetia. Qui autem suum facit id quod à Deo possidetur, & suo generi eam tribuit potestatem, vt se putet dominum virorum & mulierum, quid aliud quàm naturam superat superbiam, qui seipsum aspicit tanquam aliquid aliud ab iis qui sunt subiecti. Possedi seruos & ancillas. Hominem condẽnas seruitutis, cuius est libera, & sui iuris natura, & legem fers aduersus Deum, naturalem eius legem euertans. Eum enim qui ideo factus est vt esset terra Dominus, & quem vt imperaret constituit creator, eum subiungit iugo seruitutis, tanquam diuino præcepto resistens & repugnãs. Oblitúsne es qui quinam sunt termini tuæ potestatis? nempe quod hucusque tuum definitum sit imperium, vt præsis brutis animantibus. Imperẽt enim, inquit, volucribus & piscib⁹ & quadrupedibus. Quomodo præterita quæ tuæ manui subiecta est seruitute, aduers⁹ ipsã liberã extolleris naturã in quadrupedum vel etiam insectorum pedibus carentium numerum referens id quod est eiusdem generis? Omnia subiecisti homini, clamat verbum per prophetiam, & in eundem refert numerum quæ rationi sunt subiecta pecora, boues & oues. Num ex pecoribus tibi nati sunt homines? Num tibi boues humanam procrearunt sobolem? Vna enim hominum seruitus sunt bestiæ expertes rationis. Producens enim frenum iumẽtis, & herbam seruituti hominum. Tu autem seruitutis & dominii scissa natura, ipsam sibi ipsi seruire, & in seipsã dominatum obtinere fecisti. Possedi enim seruos & ancillas. Quo, dic quæso, prætio comparasti? Quid in rebus inuenisti, quod huius naturæ prætio responderet? Quot nummis æstimasti rationem? Quot obolus expendisti pro Dei imagine? Quot stateribus emisti quæ à Deo facta fuit naturam? Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, Eum qui ad Dei factus est similitudinem, & qui vniuersæ terræ imperat, & qui omnium quæ sunt supra terram potestatem à Deo est adeptus, dic quis est qui vendat, quis qui emat? Soliùs dei est hoc posse: imò verò ne ipsius quidem est, propè dixerim, Dei. Impœnitẽda enim, inquit, sunt eius dona. Non ergo Deus naturam redegerit in seruitutem, qui etiam sua sponte nos peccati seruituti addictos asseruit in libertatem. Si autem Deus id quod est liberum non redigit in seruitutem, quis est qui Dei potestati præfert suam? Quomodo autem vendetur qui præest vniuersæ terræ, & omnibus quæ sunt supra terram? Omnino enim necesse est etiam simul vendi facultates eius qui venundatur. Quanti æstimabimus ea quæ sunt super omnem terram? Quod si ea sunt inæstimabilia, quanti pretii est is qui est super hæc omnia, dic quæso? Etiamsi dixeris totum mundum, ne iustum quidem prætium dixeris. Qui enim humanam nouit naturam, nec totum quidem mundum dixit esse satis iustum pretium quod detur pro anima hominis. Homo ergo quando fuerit vænalis, nihil aliud in forum ducitur quàm terræ dominus. Simul ergo cum ea scilicet vænundanda proclamabitur & quæ est creatura. Ea autem est & terra & mare & insulæ, & que in his sunt omnia. Quid ergo soluet qui emit? Quid autem accepiet qui vendit, cùm contractum tanta consequatur possessio? Sed paruus libellus, & scripta conuentio, & obolorum enumeratio te fefellit, vt te putes dominum Dei imaginis. O amentiam. Sed si pereat contractus, si à tineis corrosæ fuerint literæ, aut si alicunde incidens aquæ gutta deleuerit, vbinam tibi sunt pignora seruitutis? vbinam sunt commodorum argumẽta, quæ probant te esse dñm? Ex eo qui est sub manu tua, nihil aliud tibi video accedere præter nomen. Quid enim potestas adiecit naturæ? nõ tẽpus nõ, vlla priuilegia Ex iisdem tibi est ortus, eodẽ modo à vobis vita degitur, ex æquo dominantur animi & corporis affectiones, in te qui es dominus, & in illum qui est subiectus tuo domino, mœror & animi alacritas. Lætitia & tristitia, dolor & voluptas, ita & metus, morbus & mors. Est ne in his aliquod discrimem inter seruum & dominum? Annon per anhelitum eundem trahunt aërem? Non similiter solem intuentur? Non eadem nutriendi adiectione suam conseruant naturam? Non est eadem viscerum constructio? Annon ambo sunt post mortem vnus puluis? Non vnum est iudicium? Non est commune

Hominis arguitur superbia, qui se existimat dominum eorũ qui sunt sui generis.

Gen. 1.

Psal. 8.

Psal. 103.

Homo nullo pretio potest æstimari.

Genes. 2.

mune regnum & gehenna communis? Qui est æqualis in omnibus, dic quæso in quonam fuerit superior, vt cùm sit homo seipsũ putet dominum hominis? Et possedi, inquit, seruos & ancillas tan quam caprarum & porcorum greges. Nam cùm dixisset, Possedi seruos & ancillas, adiecit quanta sibi prius fuisset prosperitas in bobus & omnibus. Et multa inquit, mihi fuit possessio boum & ouium, vt pote quod in pari ordine potestatis & hæc & illa subiecta essent. Deinde post hæc ad maiora peccata progreditur eius enunciatio, & sibi inesse vociferatur omnium malorum radicẽ, nempe auaritiam. Sic enim dicit in contextu dictionis. Collegi mihi & argentum & aurũ. Quid enim nocuit aurum terra immistum, & in illis effusum locis, in quibus à creatore positum fuit ab initio? Quidnam tibi plus vtilitatis afferre fecit terum opifex quàm fructus terræ. Num tibi solos arborum fructus & semina tribuit ad nutrimentum? Cur datæ potestatis terminos transgrederis? Aut ostende hæc quoque tibi concessa à Creatore vt fodias & metalla scruteris, & ea igne fundas, & congreges quæ non sparsisti. An hæc fortasse nulli esse crimini affinia existimaueris, sic tibi pecuniam congregare ex metallis terræ? Sed quoniam additur orationi Regum & prædiorum copias, mens congregandi non potest esse à culpa immunis. Tanquam enim regiæ liceat potestati ex prædiis congregare copiam pecuniæ vectigalia scilicet imponere, decimas exigere, pecuniam conferre, eos qui eius imperio subiecti sunt, cogere, sic dicit se aurum & argentum congregasse. Cæterũ seu sic, seu aliter se dicit congregasse, lubenter scitem quid emolumenti redibit ad eum qui hanc congregat materiam. Fingam* eam non per minam aut drachmam aut talentum venire ad eos qui sunt cupidi pecuniæ, sed eis simul repente omnia facta esse aurea, terram, arenam, montes, campos, saltus, ponamus omnia repentè in eam mutata fuisse materiam, quid per hæc vitæ accederet ad beatitudinem? Si illud videt in vniuerso quod nunc cernit in exiguo, quid ex animi bonis, quid ex ijs quorum studio ducimur propter corpus, ex illa tanta eueniet copia? Ex eo est ne vlla spes, vt qui viuit tantam habẽs vim auri, fit sapiens, ingeniosus, contemplatiuus, scientia præditus, deo charus, modestus, purus impatibilis, cuiuslibet quod ad vitium attrahit expers & minimè capax? An hoc quidem minimè, sed vt fit potens corpore, & vt vitam extendat in multa secula, senio non confectus & morbo minimè affectus, nullique calamitati obnoxius & omnia quorum studio ac desiderio in vita carius tenentur homines. Sed nemo est adeò stolidus, neque communis naturæ adeò imperitus, vt hæc existimet adesse hominibus, si in summa copia pecuniæ materia liberè omnibus profundatur. Nam nunc quoque licet videre multos ex iis qui eiusmodi præter cæteros abundant facultatibus viuere corpore miserabili, quibus nisi adessẽt qui eos curarent, absque ijs non possent viuere. Si ergo quæ nobis ex hypothesi proposita est in dicẽdo auri copia, neque corpori neque animæ vllum asfert lucrum aut commodum: multo magis eius modicũ arguitur esse inutile vt prodesse possit iis qui id habẽt. Quid enim ex hac materia redire potest ad eum qui ipsum habet, quæ neque in gustum neque in adoratum neque in auditum aliquid operatur, quæ etiam in quodnis quod resistit similiter se habet, quod ad tactum attinet? Nam quod ex contractu paratur alimentum aut vestimentum, auro non adscribat. Qui enim auro panẽ aut vestem permutauit, vt viuat dedit vtile pro inutili, vt qui panẽ nõ aurum pro nutrimento sibi adsciuerit. Qui autem per eiusmodi contractus hanc sibi collegit materiam, ad quamnam rem ea vtitur, quænam ex ea est futuri prædictio? Quis ex ea aduersus dolores corporis habuit solatium? Numerauit, reposuit sigillo obsignauit, cùm ab eo peteretur, negauit, & cùm ei fides non haberetur, etiam peierauit. Hæc est beatitudo, hic est finis eius quod in ea ponitur studii, hic fructus, hucusque procedit fœlicitas, vt materiam præbeat periurio. At pulchri coloris, inquit est auri species. Num est etiã coloris pulchrioris quàm ignis. Num stellis est speciosior? Num radiis solis splendidior? Quis est qui vetat quo minus his fruaris, vt tibi necesse sit per auri speciem oculis parare voluptatem? At ignis inquit, extinguitur, & sol occidit, nec est perennis decor eius splendoris. Quid autem dic quæso, tempore tenebrarum differt aurum à plumbo? At ex igne, inquit fieri nõ possũt nobis torques, armillæ, monilia, zonæ, & manicæ, & coronæ, & quæ sũt eiusmodi: aurũ autẽ hæc efficit, & si quid paratur ad ornatũ. Ad summũ studiũ vanitatis deduxit auri defectio. Hoc ipsum enim eis dixerim. Quidnã sibi vult & quod est ei* studiũ, qui curtat vt auro coma niteat, aut qui auribus appendit ornamenta, aut qui luxuriauit totque collũ circundat, aut se in aliqua alia parte corporis aurum ferens ostentat? Vbicunque id fuerit situm in corpore, ipse ab auri splendore minimè transformatur. Qui enim intuetur eum qui aurum gestat, re uera quidem aurum videt, perinde ac si sic propositum vænale: eum autem qui id gestat, talem qualis est natura aspicit. Etiamsi pulchrè elaboratum & celatum sit aurum: etiamsi virides aut ignis instar caodentes gemmas in se contineat, nihilo magis accepit natura sensum eorum quæ sunt adiecta: sed siue morbo aliquo laborat visus, siue aliquid deficit eorum quæ sunt secundũ naturam, vt pote quòd vel oculus effluxerit, vel gena in cicatrice turpiter cauata fuerit, manet turpitudo in eo quod apparet, auri fulgore minimè obscurata: & si corpus dolore aliquo fuerit affectum, laboranti nihil solatii adfert auri materia. Quod ergo neque ad pulchritudinem, neque ad bonam corporis habitudinem, neque ad leuandos dolores, iis qui eius studio tenentur, affert aliquid vtile, cur tanto studio quæritur: & quomodo sunt affecti ii quorũ cor in hac cõtabescit materia, cùm in auri possessione ipsa eos arguat conscientia, quod ex ea sibi promittãt magnum aliquod emolumentum. Si quis ergo eos roget, vt si in illud velint suam mutari naturã. & id fieri quod tantopere expetunt, & in tanto habent honore, petãt eã mutationẽ, vt ex hominib* in aurũ trãseat eorũ natura, & non sint amplius ratione & intelligẽtia præditi, & ad vitam vtentes sensibus, sed pallidi, graues, & voce carentes, inanimique & insensiles, quæ est auri natura, nõ existimo

Qui aurũ foditur terminos homĩ datos trãsgreditur.

Ex auro cõgregato nulla redit vtilitas.

Aurum materiam dat periurio.

Auri color non est aliis pulchrior.

Aurũ est inutile.

In aurum nemo velit transmutari.

stimo id esse electuros, nec eos quidem qui contabescunt vehementi auri desiderio. Si ergo ii qui sunt sanæ mentis execrantur & abominantur habere proprietates inanimæ materiæ, quænam est eorum ratione planè carens in iis acquirendis insania, quorum finis est vanitas, vt & sædes propterea facere & latrocinium exercere audeāt iis qui pecuniæ insana laborant rabie? Nec hoc solum, sed etiam improbum fœnoris inuentum, quod qui aliud latrocinium & parricidium nominauerit, non procul ab eo quod decet, aberrauerit. Quid enim refert an clanculum perfossis muris prædonis more aliena habeas, & prætereuntis cæde te eorum quæ habeat dominum constituas, an fœnosis necessitate acquiras ea quæ ad te non pertinent? O manum vocabulum. Fœnus fit nomen latrocinii. O acerbas nuptias. O improbā coniunctionē, quā natura quidē non cognouit, auarorū autē morbus inter inanima innouauit. O graues & molestos conceptus ex quibus eiusmodi fœtus sæpe fœnus enascitur. Solúmodo in rebus quæ sunt, discernitur animatum per discrimen sexus masculini & fœminini. Eis dixit Deus creator, Crescite & multiplicamini, vt per mutuam ex se inter se generationem augerentur & multiplicarentur quæ gignuntur animantia. Auri autem fœtus, nempe fœnus, ex quónā consistit matrimonio, ex quânam perficitur conceptione? Cæterùm ex prophetа didici quæ sit huius fœtus conceptio. Ecce parturit iniustitiā concepit laborem, & peperit iniquitatem. Hic est ille partus quam parturit quidem auaritia, parit autem iniquitas, & obstetricatur, inhumanitas. Qui enim semper celat opes, & iuratus affirmat se non habere, cùm viderit pressum necessitate tunc eius crumena pregnans cernitur, tunc lucri desiderio sceleratum parturit fœtum, & spem fœnoris misero ostendit, quæ infortunio ingerit materiam, quomodo is qui oleo extinguit flammam. Non enim calamitati fænore affert remedium, sed eam magis auget & quomodo in locis aridis & incultis terra sua sponte producit spinas: ita etiam in calamitatibus eorum qui premuntur angustiis, auarorum fœnora luxuriant. Deinde manum porrigit cum pecunia, sicut arundo hamum esca tectum. hians autem iste misellus ad præsentem copiam, etiamsi quid occultum habebat repositum, cum attracto homo simul euomit. Fœnoris eiusmodi sunt beneficia. Et si quispiam alicuius quidem viaticum vi abstulerit, aut clàm surripuerit, raptor & fur, & quæ sunt eiusmodi dicitur. Qui autem etiam adhibitis testibus se iniustè & acerbè gerit, & pactis conuentis suam confirmat iniquitatem, benignus dicitur & beneficus, & seruator, & quæcunque bona sunt nomina appellatur. & quod ex ablatione quidē paratur lucrum, dicitur furtum. Qui autem huiusmodi necessitate compulsum spoliat Christianum, blando benignitatis vocabulo lenit acerbitatem, miserorum enim hominum damna ita nominant. Collegi, inquit, mihi & argentum & aurum. Sed hac de causa sapiens vitam erudiens, in catalogo eorum quæ refert, hæc quoque annumerauit, vt cùm homines ab eo didicerint qui ipsa cognouit experientia, hoc esse ex iis quæ vt absurda & aliena sunt condemnata, caueant mali impetum priusquam eius faciant periculum, sicut etiam tutò transmitti possunt loca à latronibus & bestiis infesta, propterea quòd præcesserint qui in iis antea adierunt periculum. Pulchrè autem diuinus apostolus, pulchrè, inquam, definit vitium auaritiæ pronuncians ipsam esse omnium malorum radicem. Quomodo enim si in aliquam partem corruptus & putridus humor affluxerit, & in loco fuerit inflammatio, necesse est omnino vt in aliquam abscessum & corruptionem humor ille erumpat, cùm ad superficiem pus peruaserit. Ita quibus pecuniæ cupiditatis morbus affluxerit, ad intemperantiam magna ex parte inclinat vitium. Propterea auri & argenti copiæ addit turpidinem, quæ morbum qui prius inuaserat, solet deinde consequi. Feci, inquit, cantores & cantatrices, quæ conuiuiorum sunt delitiæ, pocillatores. Sufficit mentio nominum ad describendum vitium, ad quod viam munit morbus, qui oritur ex copia pecuniæ. O improbum & importunum artificium, quàm densum aceruatim immittit voluptatum fluentum, quod veluti quibusdam duplicibus torrentibus per auditum & visum inundat animas, vt videatur & audiatur malum: Cantus euertit auditū, aspectus superat & prosternit oculum. Huic muliebris sonus per fractam cātuum armoniam secum sumit ad cor dededucit viriū. Illinc visus tanquam aliqua machina vellica, in occulos, eo quod in aures cantibus incurrerat iam fracto, incurrens, euertit animam. Huius autem aciei dux est vinum quod veluti quidam improbus sagittarius duplicibus telis hominem cōfodit, ad aures & oculos dirigens aculeos. Auditus quidem telum est cantus, visus autem id quod cernitur. Non est enim nudum ac solum nomen pocillatorum: sed omnino ex facto & ex reipsa fit denominatio. Quando ergo conuiuis quidem abundè & lautè vinū infunditur, huic autem seruit ministerio iuuentus exornata ad pulchritudinem, aut pueris per ornatum effæminatis, aut etiam ipso sexu fæminino versante in conuiuio, & benignis inuitationibus flammam excitat indecoram, hotum studiorum quemnam esse exitum est consentaneū? Qui enim vniuscuiusque ex iis quæ fiunt scopum sibi proponit, curiositate nimia vsum prætermittens quemadmodum ornet quidem eas quæ musicas meditētur cantilenas, & quo ornabit amictu pocillatrices, sunt hæc potius tacenda, & ad hæc describenda non est oratione procedendum altius, ne per hanc reprehensionem, iis qui sunt paulo magis obnoxii affectibus, vulnera resticet memoria. Propter hæc est aurum? & pro his est argentum, vt has paret escas delicarum. Num hac de causa quæ est ex voluptate affactio serpens nominatur à scriptura, cuius hæc est natura, vt si caput subeat muri compagem, vniuersus qui ponè est tractus simul ingrediatur. Cuiusmodi est qnod dico. Facit natura vt sit hominibus necessaria habitatio: sed per hunc vsum, voluptas subiens per animæ compagem conuertit vsum in quandam immoderatam & sumptuosam ornamentorū magnificentiam, & traduxit studium ad quædam vineta & piscinas, & hortos, & hortorum ornamenta. Tanquam serpens adrepit voluptas, postea autem superbia in verticem assurgit, arrogātiaque

Fœnus latrocinium & parricidium dici potest.

Auri fœtus, nempe fœnus ex quonam cōsistat matrimonio.

Psal. 7.

Frenatores pecunia tanquam esca homines decipiunt.

Auaritia radix omnium malorum.

1. Tim. 6.

Cantus mollis & fractus.

Vinum improbus sagittarius.

Voluptas à scriptura cur serpens dicitur.

tiaque & fastu circumuoluitur, aduersus eos qui sunt eiusdem generis sibi subiungens imperium. Post hæc secum attrahit tractum pecuniæ cupiditatis, quam necessariò sequitur intemperentia, quæ est vltima & caudæ instar obtinens pars feritatis quæ est ex voluptate. Sed quomodo non potest serpés attrahi ab extrema parte spinæ dorsi nempe à cauda, cùm squamæ naturaliter cótrà resistant iis qui attrahunt: ita non licet ab vltimo incipere expellere ex anima id quod est serpennum voluptatis, nisi à malo primum ingressum intercluseris. Quamobrem caput eius obseruare iubet præceptor virtutis, initium vitij caput nominans, quo non admisso, id quod restat, est irritum & inefficax. Qui enim omnino est hostili & infecto animo aduersus voluptatem non subiicietur singularibus vitii insultibus, Qui autem vitii initium admisit totam in se simul admisit bestiam. Quamobrem cũ omnia esset persecutus, qui eiusmodi vitia proferebat in publicũ in summam locum redigit. Nam cum dixisset ab initio, magnificaui opus meũ, nunc quoque subiungit postquam quæ facta fuerant sigilatim exposuit, magnificatus sum, ostendens quòd nõ per quædam parua ei contrariorum extitit cognitio: sed ita vt ad summam magnitudinem ei processerit experiẽtia, adeo vt nulla similium memoria par sit in iis qui ipsum præcesserunt. Dicit enim, magnificatus sum: & adiecit, Præter omnes qui fuerũt ante me in Hierusalem, & quanã de causa prius eruditus omni sapientia, accesserit ad faciendum earum rerum periculum, institutum & scopum nunc aperuit. Sapientia enim, inquit, adstitit mihi. Significat autem per ea quæ dicta sunt, Inueni quicquid ad fruẽdum potest excogitari: & mea versatur cogitatio in summo eorum quæ in his inueniuntur. Itaque & visus opẽ tulit cupiditati, & liberum arbitrium per voluptatem eorum quæ cernuntur, repletum fuit iis quæ erant iucunda & delectabilia: adeo vt nihil esset reliquum ex iis quæ excogitantur ad fruendum: sed pars creaturæ esset mihi participatio eorum quæ spectant ad voluptatem: quod quidem nihil aliud videtur mihi significare, quàm in meipso comprehendi quicquid ad fruendum potest excogitari, vt qui aliqua ex iis quæ orta sunt creatura lætitiam colligerem. Nõ prohibui enim cor meum ab omni lætitia, & cor meum lætatum est in omni labore meo: & hoc fuit pars mea in omni labore meo partam dicens creaturam. Postquam ergo recensuit eas quæ sunt in parte delectationes, ab initio ad finẽ vsque persequens & oratione omnia complectens per quæ ab iis qui fruuntur, colligũtur voluptates, ædificiorum pulchritudinem, vineta, hortos, piscinas, pomaria, imperium in eos qui sunt sui generis, pecuniæ & facultatum copiam, apparatum in conuiuiis ad ea quæ sunt iucunda, omnes sicut ipse nominat, delicijs, in quibus versata fuit eius sapientia, & perscrutans & excogitans ex quibus per omnem dicit se accepisse voluptatem, & oculis ea inuenientibus quæ faciunt ad delectationem, & habente anima absque prohibitione quicquid concupiscitur, tunc interpretatur primam vocem qua vsus est in exordio libri, quando dixit vana esse omnia. Dicit enim ad hæc intuens, se de humana vita pronunciasse: Omnia esse vanitatem, & quæ sensus aspicit, & quæ ab hominibus exercentur ad lætitiam. Aspexi, inquid, in omnibus operibus meis quæ fecerũt manus meæ, & in omni labore quem laboraui vt facerem & ecce omnia vanitas & voluntaria affectio spiritus, & non est sub sole redundentia. Omnis enim sensuum vis & operatio suum habet terminum, vitam quæ est sub sole: vlterius autem transire, & quæ suprà sunt bona cogitatione complecti, non potest sentiens natura. Cùm hæc ergo omnia, & quæ sunt eiusmodi cõsiderasset, vitam erudit, vt nihil eorum quæ hîc sunt, admittetur, non opes, non honores, non imperium in subiectos, non epulas, conuiuia & delicias. & si quid aliud existimatur esse prætiosum: sed videat quod horum omnium vnus finis est vanitas, cuius reliquum deinceps non inuenitur. Quomodo enim qui scribunt in aqua, manu quidem efficiunt scripturam, typos characterum describẽtes in humido: ex characteribus autẽm nihil manet in figura: sed scribendi opera est tantum dum scribitur: manum enim semper sequitur aquæ superficies, id quod est impressum leuigans. Ita omne studium & operatio quæ ponitur in fruenda voluptate, apparet in iis quæ fiunt. Nam cùm cessauerit operatio, deletur etiã sensus voluptatis, neque eius quicquam amplius reconditur, neque iis qui lætẽtur, remanet vllum vestigium aut reliquiæ operationis quæ erat ex voluptate. Hoc est quod significat id quod dicit. Non est reliquum sub sole iis qui in iis laborant, quorũ terminus est vanitas. Extra quæ nos quoque sim[us], gratia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in secula seculorum Amen.

Capput serpentis obseruandũ id est vitio intercludendus aditus.

Ei qui scribit in aqua assimilatur is qui operã dat voluptati.

In Ecclesiasten homilia Quinta.


NVNC magnus dux ecclesiæ nos mysticè deducit ad disciplinas sublimiores. Nã cùm iis quæ prius dicta sunt nostras purgasset animas, & abduxisset ab omni cupiditate quæ hominib[us] inest ex vanitate, ita demum mentem ducit ad veritatem rerum vanarum dolore veluti quodam onere excusso ex humeris. Ita autem tanquam in decreto erudiatur Ecclesia, edocta à præsenti doctrina, quòd vitæ quæ ex virtute agitur, est principium esse extra vitium. Magnus enim Dauid in psalmis quandam faciens institutionem vitæ rationis quæ purè est agenda, non incipit à perfectione eorum quæ sunt in beatitudine. Non enim dixit eum esse beatum, cui omnia rectè succedunt, qui assimilatus est ligno, quod plantatum est secus decursus aquarum, qui perpetuò florens manet in bonis, qui temporibus conueniẽtibus fructus vitæ colligit: sed beatitudinis principium cõstituit desinere à malis, vt pote quòd non alia ratione bonum esse contingat, priusquam vitii sordes eluerit. Ita ergo insignis quoque hic Ecclesiastes vana primum aufert verbis, vt quomodo in corpore laborante ea qua par est cura expurgato

Vita quæ ex virtute agitur initium est esse ex tra vitium. Psal. 1.

Beatitudinis principium est desinere à malis Psal. 30.

stimo id esse electuros, nec eos quidem qui contabescunt vehementi auri desiderio. Si ergo ii A qui sunt sanæ mentis execrantur & abominantur habere proprietates insanæ materiæ, quænam est eorum ratione planè carens in iis acquirendis insania, quorum finis est vanitas, vt & fœdes propterea facere & latrocinium exercere audeat iis qui pecuniæ insana laborant rabie? Nec hoc solum, sed etiam improbum fœnoris inuentum, quod qui aliud latrocinium & parricidium nominauerit, non procul ab eo quod decet, aberrauerit. Quid enim refert an clanculum perfossis muris prædonis more aliena habeas, & prætereuntis cæde te eorum quæ habeat dominum constituas, an fœnoris necessitate acquiras ea quæ ad B te non pertinent? O manum vocabulum. fœnus sit nomen latrocinii. O acerbas nuptias. O improbā coniunctionē, quā natura quidē non cognouit, auarorū autē morbus inter inanima innouauit. O graues & molestos conceptus ex quibus eiusmodi fœtus sæpe fœnus enascitur. Solùmodo in rebus quæ sunt, discernitur animatum per discrimen sexus masculini & fœminini. Eis dixit Deus creator, Crescite & multiplicamini, vt per mutuam ex se inter se generationem augerentur & multiplicarentur quæ gignuntur animantia. Auri autem fœtus, nempe fœnus, ex quonā con- C sistit matrimonio, ex quānam perficitur conceptione? Cæterùm ex propheta didici quæ sit huius fœtus conceptio. Ecce parturit iniustitiā concepit laborem, & peperit iniquitatem. Hic est ille partus quam parturit quidem auaritia, parit autem iniquitas, & obstetricatur, inhumanitas. Qui enim semper celat opes, & iuratus affirmat se non habere, cùm viderit pressum necessitate tunc eius crumena pregnans cernitur, tunc lucri desiderio sceleratum parturit fœtum, & spem fœnoris misero ostendit, quæ infortunio ingerit materiam, quomodo is qui oleo extinguit flammam. Non enim calamitati fœnore affert remedi- D um, sed eam magis auget & quomodo in locis aridis & incultis terra sua sponte producit spinas: ita etiam in calamitatibus eorum qui premuntur angustiis, auarorum fœnora luxuriant. Deinde manum porrigit cum pecunia, sicut arundo hamum esca tectum. hians autem iste misellus ad præsentem copiam, etiamsi quid occultum habebat repositum, cum attracto homo simul euomit. Fœnoris eiusmodi sunt beneficia. Et si quispiam alicuius quidem viaticum vi abstulerit, aut clàm surripuerit, raptor & fur, & quæ sunt eiusmodi dicitur. Qui autem etiam adhibitis testibus se iniustè & acerbè gerit, & pactis conuentis su- E am confirmat iniquitatem, benignus dicitur & beneficus, & seruator, & quæcunque bona sunt nomina appellatur. & quod ex ablatione quidē paratur lucrum, dicitur furtum. Qui autem huiusmodi necessitate compulsum spoliat Christianum, blando benignitatis vocabulo lenit acerbitatem, miserorum enim hominum damna ita nominant. Collegi, inquit, mihi & argentum & aurum. Sed hac de causa sapiens vitam erudiens, in catalogo eorum quæ refert, hæc quoque annumerauit, vt cùm homines ab eo didicerint qui ipsa cognouit experientia, hoc esse ex iis quæ vt ab surda & aliena sunt condemnata, caueant mali

Fœnus latrocinium & parricidium dici potest.

Auri fœtus, nempe fœnus ex quonam cōsistat matrimonio.

Psal. 7.

Frenatores pecunia tanquam esca homines decipiunt.

impetum priusquam eius faciant periculum, sicut etiam tutò transmitti possunt loca à latronibus & bestiis infesta, propterea quòd præcesserint qui in iis antea adierunt periculum. Pulchrè autem diuinus apostolus, pulchrè, inquam, definit vitium auaritiæ pronuncians ipsam esse omnium malorum radicem. Quomodo enim si in aliquam partem corruptus & putridus humor affluxerit, & in loco fuerit inflammatio, necesse est omnino vt in aliquam abscessum & corruptionem humor ille erumpat, cùm ad superficiem pus petuaserit. Ita quibus pecuniæ cupiditatis morbus affluxerit, ad intemperantiam magna ex parte inclinat vitium. Propterea auri & argenti copiæ addit turpidinem, quæ morbum qui prius inuaserat, soler deinde consequi. Feci, inquit, cantores & cantratrices, quæ conuiuiorum sunt deliciæ, pocillatores. Sufficit mentio nominum ad describendum vitium, ad quod viam munit morbus, qui oritur ex copia pecuniæ. O improbum & importunum artificium, quàm densum aceruatim immittit voluptatum fluentum, quod veluti quibusdam duplicibus torrentibus per auditum & visum inundat animas, vt videatur & andiatur malum? Cantus euertit auditū, aspectus superat & prosternit oculum. Huic muliebris sonus per fractam cātuum armoniam secum sumit ad cor dededucit vitiū. Illinc visus tanquam aliqua machina vellica, in occulos, eo quod in aures cantibus incurrerat iam fracto, incurrens, euertit animam. Huius autem aciei dux est vinum quod veluti quidam improbus sagittarius duplicibus telis hominem cōfodit, ad aures & oculos dirigens aculeos. Auditus quidem tellum est cantus, visus autem id quod cernitur. Non est enim nudum ac solum nomen pocillatorum: sed omnino ex facto & ex reipsa fit denominatio. Quando ergo conuiuis quidem abundè & lautè vinū infunditur, huic autem seruit ministerio iuuentus exornata ad pulchritudinem, aut pueris per ornatum effæminatis, aut etiam ipso sexu fœmini no versante in conuiuio, & benignis inuitationibus flammam excitat indecoram, horum studiorum quemnam esse exitum est consentaneū? Qui enim vniuscuiusque ex iis quæ fiunt scopum sibi proponit, curiositate nimia vsum prætermittens quemadmodum ornet quidem eas quæ musicas meditētur cantilenas, & quo ornabit amictu pocillatrices, sunt hæc potius tacenda, & ad hæc describenda non est oratione procedendum altius, ne per hanc reprehensionem, iis qui sunt paulo magis obnoxii affectibus, vulnera refricet memoria. Propter hæc est aurum? & pro his est argentum, vt has paret escas delicatarum. Num hac de causa quæ est ex voluptate affactio serpens nominatur à scriptura, cuius hæc est natura, vt si caput subeat muri compagem, vniuersis qui pone est tractus simul ingrediatur. Cuiusmodi est quod dico. Facit natura vt sit hominibus necessaria habitatio: sed per hunc vsum, voluptas subiens per animæ compagem conuertit vsum in quandam immoderatam & sumptuosam ornamentorū magnificentiam, & traduxit studium ad quædam viueta & piscinas, & hortos, & hortorum ornamenta. Tanquam serpens adrepit voluptas, postea autem superbia in verticem assurgit, arrogātiaque

Auaritia radix omnium malorum.

1. Tim. 6.

Cantus mollis & fractus.

Vinum improbus sagittarius.

Voluptas à scriptura serpens dicitur.

riaque & fastu circumuoluitur, aduersus eos qui sunt eiusdem generis sibi subiungens impetum. Post hæc secum attrahit tractum pecuniæ cupiditatis, quam necessariò sequitur intemperentia, quæ est vltima & caudæ instar obtinens pars feritatis quæ est ex voluptate. Sed quomodo non potest serpés attrahi ab extrema parte spinæ dorsi nempe à cauda, cùm squamæ naturaliter cótrà resistant iis qui attrahunt: ita non licet ab vltimo incipere expellere ex anima id quod est serpentum voluptatis, nisi à malo primum ingressum interclueris. Quamobrem caput eius obseruare iubet præceptor virtutis, initium vitij caput nominans, quo non admisso, id quod restat, est irritum & inefficax. Qui enim omnino est hostili & infecto animo aduersus voluptatem non subiicietur singularibus vitii insultibus. Qui autem vitii initium admisit totam in se simul admisit bestiam. Quamobrem cú omnia esset persecutus, qui eiusmodi vitia proferebat in publicú in summam locum redigit. Nam cum dixisset ab initio, magnificaui opus meú, nunc quoque subiungit postquam quæ facta fuerant sigilatim exposuit, magnificatus sum, ostendens quòd nó per quædam parua ei contrariorum extitit cognitio: sed ita vt ad summam magnitudinem ei processerit expetiétia, adeo vt nulla similium memoria par sit in iis qui ipsum præcesserunt. Dicit enim, magnificatus sum: & adiecit, Præter omnes qui fuerút ante me in Hierusalem, & quaná de causa prius eruditus omni sapientia, accesserit ad faciendum earum rerum periculum, institutum & scopum nunc aperuit. Sapientia enim, inquit, adstitit mihi. Significat autem per ea quæ dicta sunt, Iuueni quicquid ad fruédum potest excogitari: & mea versatur cogitatio in summo eorum quæ in his inueniuntur. Itaque & visus opé tulit cupiditati, & liberum arbitrium per voluptatem eorum quæ cernuntur, repletum fuit iis quæ erant iucunda & delectabilia: adeo vt nihil esset reliquum ex iis quæ excogitantur ad fruendum: sed pars creaturæ esset mihi participatio eorum quæ spectant ad voluptatem: quod quidem nihil aliud videtur mihi significare, quàm in meipso comprehendi quicquid ad fruendum potest excogitari, vt qui aliqua ex iis quæ orta sunt creatura lætitiam colligerem. Nó prohibui enim cor meum ab omni lætitia, & cor meum lætatum est in omni labore meo: & hoc fuit pars mea in omni labore meo partam dicens creaturam. Postquam ergo recensuit eas quæ sunt in parte delectationes, ab initio ad finé vsque persequens & oratione omnia complectens per quæ ab iis qui fruuntur, colligútur voluptates, ædificiorum pulchritudinem, vineta, hortos, piscinas, pomaria, imperium in eos qui sunt sui generis, pecuniæ & facultatum copiam, apparatum in conuiuiis ad ea quæ sunt iucunda, omnes sicut ipse nominat, delicijs, in quibus versata fuit eius sapientia, & perscrutans & excogitans ex quibus per omnem dicit se accepisse voluptatem, & oculis ea inuenientibus quæ faciunt ad delectationem, & habente anima absque prohibitione quicquid concupiscitur, tunc interpretatur primam vocem qua vsus est in exordio libri, quando dixit vana esse omnia. Dicit enim ad hæc

Caput serpentis obseruandú id est vitio intercludendus aditus.

intuens, se de humana vita pronunciasse. Omnia esse vanitatem, & quæ seorsus aspicit, & quæ ab hominibus exercentur ad lætitiam. Aspexi, inquid, in omnibus operibus meis quæ fecerút manus meæ, & in omni labore quem laboraui vt facerem & ecce omnia vanitas & voluntaria affectio spiritus, & non est sub sole redundentia. Omnis enim sensuum vis & operatio suum habet terminum, vitam quæ est sub sole: vlterius autem transire, & quæ supra sunt bona cogitatione complecti, non potest sentiens natura. Cùm hæc ergo omnia, & quæ sunt einsmodi cósiderasset, vitam erudit, vt nihil eorum quæ hic sunt, admitetur, non opes, non honores, non imperium in subiectos, non epulas, conuiuia & delicias. & si quid aliud existimatur esse prætiosum: sed videat quod horum omnium vnus finis est vanitas, eius relinquum deinceps non inuenitur. Quomodo enim qui scribunt in aqua, manu quidem efficiunt scripturam, typos characterum describétes in humido: ex characteribus autém nihil manet in figura: sed scribendi opera est tantum dum scribitur: manum enim semper sequitur aquæ superficies, id quod est impressum leuigans. Ita omne studium & operatio quæ ponitur in fruenda voluptate, apparet in iis quæ fiunt. Nam cùm cessauerit operatio, deletur etiá sensus voluptatis, neque eius quicquam amplius reconditur, neque iis qui lætétur, remanet vllum vestigium aut reliquiæ operationis quæ erat ex voluptate. Hoc est quod significat id quod dicit. Non est reliquum sub sole iis qui in iis laborant, quorú terminus est vanitas. Extra quæ nos quoque sim*, gratia domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in secula seculorum. Amen.

Ei qui scribit in aqua assimilatur is qui operá dat voluptati.

In Ecclesiasten homilia Quinta.



NVNC magnus dux ecclesiæ nos mysticè deducit ad disciplinas sublimiores. Ná cùm iis quæ prius dicta sunt nostras purgasset animas, & abduxisset ab omni cupiditate quæ hominib* inest ex vanitate, ita demum mentem ducit ad veritatem rerum vanarum dolore veluti quodam onere excusso ex humeris. Ita autem tanquam in decreto erudiaiut Ecclesia, edocta à præsenti doctrina, quòd vitæ quæ ex virtute agitur, est principium esse extra vitium. Magnus enim Dauid in psalmis quandam faciens institutionem vitæ rationis quæ purè est agenda, non incipit à perfectione eorum quæ sunt in beatitudine. Non enim dixit eum esse beatum, cui omnia rectè succedunt, qui assimilatus est ligno, quod plantatum est secus decursus aquarum, qui perpetuò florens manet in bonis, qui temporibus conuenientibus fructus vitæ colligit: sed beatitudinis principium cóstituit desinere à malis, vt post hæc quòd non alia ratione bonum esse contingat, priusquam vitii sordes eluerit. Ita ergo insignis quoque hic Ecclesiastes vana primum aufert verbis, vt quomodo in corpore laborante ea qua par est cura expurgato

Vitæ quæ ex virtute agitur initium est esse extra vitium. Psal. 1.

Beatitudinis principium est desinere à malis Psal. 30.

A morbo, sua sponte adest bonum sanitatis. Propterea vanitatem est oratione persecutus, dicens sensum non esse tutum boni & honesti iudicem, subiecit oculis ea non posse consistere quorum studio tenemur. Separauit nostram cupiditatis affectionem à voluptate corporis: & ita ostendit id, quod verè est eligendum, quod verè expetendum ac desiderandum: cuius studium res est efficax & bene consistens, semper permanens apud eos qui ipsum sequuntur, separatum, à vanitatis omni cogitatione. Aspexi inquit, vt viderem sapientiam. Vt autem accuratè viderem id quod desideratur, vidi prius & amentiam B & insipientiam. Non ea cõparatione cũ eo quod aduersatur, accuratior est contẽplatio eorũ quorum tenemur studio. Sapientiam autem nominat etiam consilium, dicens. Quis est homo, qui veniet post consilium, quæcunque ipsum fecit. Docet ergo quænam sit humana sapientia, nempe sequi eam quæ est verè sapientia. Quam etiam nominat consilium, efficiens ea quæ verè sunt & consistunt, & in vanitate minimè considerantur. Hæc est summa humanæ sapientiæ. Vera autem sapientia & consilium, mea quidem sententia nihil est aliud quàm sapientia quæ prouidet vniuerso. Ea autem est in qua Deus fecit C omnia, sicut dicit propheta. Omnia fecisti in sapientia. Christus autem est Dei virtus & Dei sapientia, in qua omnia facta sunt & ordinata. Si ergo hoc est humana sapientia, veræ sapientiæ & consilij vera opera contemplari: illius autem consilij seu sapientiæ mea quidem sententia est incorruptio & animæ beatitudo, & fortitudo, & iustitia, & prudentia, & quodcunque nomen & quæcunque mentis notio ex virtute intelligitur, consequentur fortè adducimur ad boni cognitionem. Nam postquam, inquit, hæc vidi, tanquam in trutina id quod est discerui ab eo quod non est, vt inuenirem differentiam D sapientiæ & insipientiæ: cuiusmodi inueniri potest si lux adducatur & statuatur ex aduerso tenebrarum. Mihi autem videtur aptè visus esse exemplo ad significandum vsum eius quod bonum est & honestum. Nam quoniam tenebræ sua natura minimè consistunt. Si enim non esset aliquid quod solis radios obstrueret, non esset tenebræ. Lux autem ipsa in se est, & in propria intelligitur essentia, exemplo ostendit quòd per se non consistit vitium, sed consistit ex priuatione boni. Bonum autem semper similiter se habet firmúmque est ac stabile, nec cõsistit ex vlla quæ præcedat priuatione. Quod autem intelligitur ex eo quod est bono contrarium, non est ex essentia. Quod enim non est in se, ne omnino quidem est. Vitium enim est eius quod est priuatio, & non substantia. Par est enim differentia lucis ad tenebras, & sapientiæ ad insipientiam. Ex parte enim vniuersum complectitur bonum nomine sapientiæ, & simul cum insipientia interpretatur & explicat omnem mali naturam. Sed quid nobis accedit lucri ex eo quod bonum admiremur, nisi magister nobis ostendat viam ac rationem qua id acquiramus? Quomodo ergo fieri potest vt nos quoque simus boni participes, audiamus doctorem: Sapientis, inquit, oculi in capite eius. Cur hæc

Sapientia humana est sequi eam quæ est verè sapiẽtia.

Sapientia vera quæ prouidet vniuerso est Christus Dei virtus & sapientia.

Psal. 103.

Vitium per se non consistit sed cõsistit ex priuatione boni, vt tenebræ ex priuatione tenebrarum.

Bonũ semper similiter & eodem modo se habet.

Bono contrariũ nẽpe malum non est ex essentia.

A dicit? Estne enim vllum omnino animal quod habeat oculos extra caput, seu dixeris aquatile, seu terrestre, seu aëreum? In omnibus enim oculus reliquo corpori est præpositus, & collocatus est in capite eorum quæ habent caput. Quomodo ergo hic dicit solius sapientis caput præditum esse oculis? An hoc omnino tacitè significat, quod eorum quæ considerantur in anima est quædam proportio & conuenientia cum partibus corporis? & sicut in figura corporis id quod toti præest, caput nominatur: ita etiam in capite id quod principatum obtinet, & primum tenet locum, pro capite B intelligitur, & quomodo pedis basim appellamus calcaneum: ita etiam fuerit basis animæ per quam attingit corporis coalescentiam, vnde immittit in subiectam sentiendi vim & operationem. Quandiu ergo perspiciendi & contemplandi vis in anima, occupatur in rebus sensilibus, in eius calcaneos oculorum transit natura, per quos aspicit quæ sunt inferiora, sublimium speculationem contemplationis expers manens penitus. Si autem rerum subiectarum cognita vanitate, sustiterit oculos ad suum caput, quod est christus, sicut interpretatur Paulus, beata censenda fuerit propter acrem ocuC lorum aciem, vt quæ illic habeat oculos, vbi mali non est obscuritas. Magnus ille Paulus, & si qui alii sunt sicut ille magni, habebant oculos in capite, & omnes qui viuunt & mouentur & sunt in christo. Nam sicut fieri non potest, vt qui sit in luce videat tenebras, ita non potest fieri, vt qui in Christo habet oculum, ad aliquid vanum eum defigat. Qui ergo habet oculos in capite, caput autem intelligimus vniuersitatis principium, habet oculos in omni virtute (Christus enim est virtus perfecta, & omni ex parte absoluta) in veritate, in iustitia, in omni bono. Sapientis ergo oculi sunt in capite eius. D Stultus autem in tenebris ambulat. Qui enim nõ ponit suam lucernam super candelabrum, sed eã ponit sub base lecti, efficit vt lux sibi sint tenebræ vt qui enascitur opifex eius quod non potest consistere. Vanum est autem id quod consistere non potest. Tenebræ ergo in significatione tantũ valent quantũ vanum. Stulti ergo anima quæ corpus diligit, & est carnalis, dum hæc aspicit, nihil videt. Veræ enim sunt tenebræ acer visus in sensilibus. Vides istos acres & in hac vita versutos ac versatiles, quos nos vocamus iuris peritos, quàm facilè efficiant vt liceat facere iniuriam, testibus, patronis, libellis, iudicum obseruantia, vt & malum faciant & sumant supplicium? Quis non eorum miretur subtilitatem & versatile ingenium? Sunt tamen isti cæci, si cõferantur cum illo oculo, qui ea quæ suprà sunt, aspicit, qui est in capite eorum quæ verè sunt, planè sunt cæci, qui suum ornant calcaneum, qui laceratur, à dentibus serpentis. Propterea enim quòd ea quæ infernè sunt aspiciunt, sub ipsis imprimunt dogmata peccati. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam, & quod ex iis inter homines censetur beatum, est quibusuis rebus aduersis miserabilius. Quàm multi autem rursus contrà sunt, qui replentur iis quæ sunt in alto certaminibus, & versantur in eorum quæ verè sunt contemplatione,

Oculos habet ĩ capite qui ad caput nempe christum attollit oculos.

Stult⁹ ambulat in tenebris.

Tenebræ tãtum valent quantum vanum.

Iuris periti quãtumuis astuti cæci sunt si conferantur cũ eo oculo qui superna contemplatur.

Psal. 10.

Stulti propter e- bri-

contemplatione, existimantur autem cæci & inutiles in rebus materialibus, qualem se gloriatur esse Paulus, dicens se esse stultum propter Christum. *1.Cor.4.* Eius enim prudentia & sapientia versabatur in nullo eorum quorum studio hîc tenemur. Dicit itaque, Nos stulti propter Christum: perinde ac si diceret, Nos cæci in iis quæ pertinent ad hanc vitam, proptereaquòd sursum aspicimus, & oculos habemus in capite. Hac de causa erat sine lecto & mensa, pauper errans, nudus, fame & siti laborēs. Sed qui in rebus quæ sunt infrà erat talis, considera qualis erat in supernis. *2.Cor.11.* Ad tertium enim vsque cœlum sublatus, vbi erat eius caput, illic habebat oculos exultans in arcanis cæli mysteriis, & ea aspiciens quæ cerni non possunt, & in illis luxurians quæ sensū superant & cogitationem. Quis autem non existimasset eum esse miserabilem, eum videns in vinculis, & plagis per probrum affici, & naue fracta esse in profundis fluctibus maris, & cum vinculis circunferri? Sed tamen et si talis esset inter homines, non auertit tamen oculos quominus eos semper haberet in capite, dicens. *Rom.8.* Quis nos separabit à charitate quæ est in Christo Iesu, afflictio, aut angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum aut gladius. Quod perinde est ac si diceret. Quis meos oculos effodiet à capite, & transferet ad id quod cōculcatur & est terrestre. Nobis quoque hoc iubet similiter facere, dū præcipit, quæ sursū sunt sapere, *Col.3.* quod perinde est ac si diceret, habere oculos in capite. Sed si didicimus quemadmodum sunt sapientis oculi in eius capite, *Insipientes sunt cæci.* fugiamus insipientiam, quæ est tenebræ iis qui in hac vita ambulant. Stultus enim, inquit, ambulat in tenebris. *Psal.13.* Insipiens autē est, vt dicit prophetia, qui in corde suo dicit non esse Deum, qui corruptus & abominandus euasit in suis studiis. Quod autem sequitur in contextu orationis, iis medetur per ea quæ deinceps dicta sunt, qui ad hanc vitam sunt pusilli & abiecti animi, qui mortem graue aliquid & terribile existimant, & ideo iis qui ex virtute viuendo vitam persequuntur sublimiorem, nihil lucri credunt accedere, quoniam in eundem finem vtrisque vita desinit: neque mortem nobis ex eo licet effugere, quod vitam agamus meliorem. Tales ergo faciens obiectiones tanquam ex propria persona, rursus insectatur absurditatem eorum qui illa obijciunt, vt qui minimè considerent eorum quæ sunt naturam: & docet differentiam, & in quonam sit virtus vitio superior: nempe quòd non per mortis communitatem quædam in eis spectetur æqualitas: sed per bona vel mala quæ postea expectantur, inueniatur differentia Sic autem habet contextus obiectionis. *Non per mortis æqualitatem sed per bona vel mala quæ postea expectātur, est differentia inter bonos & malos.* Noui ego quod vnus euentus occurret omnibus, & dixi ego in corde meo. Stulti euentus mihi quoque eueniet. Cur ergo maiorem operam dedi sapientiæ? Locutus sum in corde meo, propterea quòd stultus ex abundantia loquitur. Hoc quoque est vanitas. Non est memoria sapientis cum stulto in æternum quandoquidem iam dies venientes omnino obliuioni mandati sunt. & quodammodo morietur sapiens cum insipiente? Quibus subiungit se odio digna existimasse omnia, quorum prius vehementi studio, tenebatur vanū tanquā bonum amplectās.

A Et omnia se dicit odio habuisse, quæ laborauit ad hanc vitam intuens: quòd nihil sibi, sed ei qui post ipsum futurus est omnia laborauit, qui quemadmodum vtetur ijs quæ labore parta sunt, propter futuri incertitudinem præscire non potuit. Sic autem dicit ad verbum. Et odio habui vitam, quoniam laboriosum aduersum me est quod factum est sub sole, quoniam omnia sunt vanitas & afflictio spiritus. Et odio habui ego vniuersum laborem meum quo laboro sub sole, quoniam dimitto ipsum homini qui post me natus est,

B & quis scit sitne sapiens futurus an stultus, & an insolenter dominabitur in omni labore quē laboraui, & per industriam excogitaui sub sole? & hoc quoque est vanitas. Hæc cùm dixisset, ægrè quoque dicit se ad hoc affectum fuisse animo, nempe quòd vnam & eandem existimatit esse partē ei qui ex virtute, & ei qui ad hanc rem nihil contulit studii. Nam alteri quidem dicit esse labolem in sapientia & in cognitione & animi magnitudine: alteri verò in ira & in doloribus qui accedunt propter studium quod ponitur in hac vita. Eos ergo sibi inuicem pares esse ducere, non solum vanitatis, sed

C etiam improbitatis dicit esse signum. Sic autem habet contextus. Et conuerti ego vt renunciarem cordi meo in omni labore meo quo laboraui sub sole. Est homo cuius labor in sapientia & in cognitione & in animi magnitudine, homini qui non laborauit in ipso dabit partem suam. Et hoc quidem est vanitas, & improbitas magna. Quod fit homini in omni labore suo, & in afflictione cordis sui, quo ipse laborat sub sole Omnes dies eius sunt dolorum, & eius animi vexatio, & certè noctu non dormit cor eius, & hoc quoque est vanitas. Ipse rursus sibiipsi aliam obiectionem eorum qui vitam voluptariā

D iudicant præstantiorem quàm sit vita sublimior, & euertit quod obiicitur, vtrumque persequens in propria persona, nempe & solutionem & obiectionem. Est enim quod fuit obiectum, nihil aliud esse bonum existimandum, quā quod in seipsum quispiam admiserit. Hoc autē est cibus & potus. Ei autē obiectioni hoc modo occurritur, ea non esse quibus homo alitur & lætatur, sed sapientiam & cognitionem. *Ea non sunt quibus homo alitur & lætatur sed sapientia & cognitio.* Quo fit vt bonum quidem sit in his ponere studium. Quod autem per carnē suscipitur studium & diligentia, est animi afflictio & vanitas. Sublimis autem doctrinæ verba hoc modo se habent. Non est bonum

E homini qui comedet & bibet, & ostendet animæ suæ bonum in labore suo. Quin etiā hoc vidi ego. De manu dei est, quod quis comedet & bibet absque seipso. Homini bono in cōspectu suo dedit sapientiam & cognitionem & lætitiam, & peccatori dedit anxiam solicitudinē vt tradat & congreget, vt det ei qui est bonus in conspectu Dei. Et hoc quoque est vanitas & volūtaria afflictio spirit⁹. Est ergo hic sensus corū que deinceps scripta sūt, & hæc est quæ est ex cōseqnētia præmittēda contēplatio, quā paucis nūc adduximus. Tēpus aūt est nūc repetēdi cōtextū, & verbis accōmodendi accuratè sētentiā Noui ego ꝙ vnus euētus occurret omnibus, & dixi ego quid stulti

euẽtus mihi quoque occurret. Cor itaque maiorẽ operam dedi ſapientiæ? Hæc eſt autẽ obiectio quam ipſe ſibi obiicit, dicens: Si ineſt in vtriſque euentus mortis, nec virtus eum qui euaſit ſapiens à morte eximit, fruſtra meam collocaui operam in ſtudium ſapientiæ. Quemadmodum autem iis quæ dicta ſunt, occurrit oratio? Ego inquit, hoc ſuperuacaneum dixi in corde meo, ſtultus ex ſuperabundantia loquitur. Hoc quoque eſt vanitas. Non eſt memoria ſapientis cum ſtulto in æternum. Damnat enim hanc obiectionem, vt ſuperuacaneé & non conſequenter illatam, & ſermonem vocat inſipientem, qui non eſt ex reconditis, neque expromitur ex internis ſapientiæ penariis, ſed eſt mentis veluti quoddam excrementum, vt qui inſtar ſpumæ expoatur. Stultus enim ex ſuperabundantia loquitur. Hic autem vti ſermone vanum eſt, & nihil affert commodi cùm eius non ſit aliud inſtitutum in hoc libro, quàm vt perſuadeat intueri ea quæ non apparent. Nam qui contradicit, contendit ex iis quæ videntur: ex iis enim quæ videntur eſt mors. Quidnam autem dicit? Bonæ & ſceleratæ vitæ non in hoc eſt iudicium, quod oporteat ſceleſtum ſolum mori corpore: bonum autem manere expertem mortis corporis, vt qui neſciat in quonam ſit virtutis immortalitas, & quænam ſit mors eorum qui viuunt in vitio. Nam ſapientis quidem loquitur, memoria viuit in perpetuum, & ſimul cum æuo vniuerſo extenditur. Stulto autem extinguitur etiam monimentum. Soni enim hoc indicat adiectio. Non eſt ergo memoria ſapientis cùm ſtulto in æternum: ſed ſapientis quidem vita in æternum manet per memoriam: ſtultum autem excipit obliuio. In venientibus enim diebus quæcunque ſunt ſtulti mandantur obliuioni, hoc verbo veluti dicens, quòd vt iam dies venientes, mandata ſunt omnia obliuioni. Si ergo ſapiens quidem quærit ſapientiam, ſtultus autem deletur morte obliuionis, quomodo inquit, dicis moriturum eſſe ſapientem cum ſtulto? Et ideò dicit ſe dolere & erubeſcere propterea in quæ ſuum ſtudium poſuit in hac vita, & dicit ſe odiſſe omnia quorum ipſe in hac vita ſtudio tenebatur, vt cui vſuueniret perinde atque ei qui medicamento melle perfuſo præ ingluuie impudenter impletus, deinde in malum ſaporem ei mutata dulcedine, in vomendo accipiat ſenſum permiſti medicamenti, quod ſimul cum melle ex puitur: & ideo propter amaroris memoriam mel oderit, quoniam ſatietas per medicamẽtum ſubuertit ſtomachum. Hac de cauſa, cùm non vſque ad ſatietatem ſe iis impleſſet quæ faciunt ad delicias quarum ſtudio tenebatur, in vomitu confeſsionis, tanquam aliquam veneni calamitatem, eorum quæ egerat probrum ac dedecus odio habens & abominans, clamat ſe illam odiſſe vitã, ſic dicens ad verbum. Et odio habui vitam, quia malũ aduerſum me eſt, opus quod factum eſt ſub ſole. Non enim, inquit vlli, alij ſed mihi ipſi fui malus iis quæ fecerunt ſub ſole. Mihi enim nihil ſtat eorum quæ facta ſunt: ſed opinio erant omnia in quæ ſtudium conſerebant, & impetus liberi arbitrii & electionis. Omnia enim vanitas, & voluntaria afflictio ſpiritus, inquit. Et aliter dicit odio eſſe dignum quod in hæc confertur ſtudium, quod quiſpiam non ſibi, ſed ei qui poſt ſe futurus eſt laborat quodcunque in hac vita acri ſtudio effecerit, nauali, portus, præclaras ac magnificas propugnaculorum & ædificiorũ structuras, veſtibula, atria & turres, & pulcherrima quæ excitantur opera, & qui in colenda terra ſuſcipiuntur labores, omne genus nemora, prataque amœniſsima, & vineta quæ latitudine ſunt inſtar maris, & ſi quid aliud eiuſmodi laborat quicunque laborauerit, fruitur autem quid poſt illum vitam agit. Incertum eſt autem an non vitij materiam efficiat opes & copias. Non eſt enim quorũlibet, cognitionis cauſa demittere ſenſum ad faciendum horum rerum periculum. Quod quidem ego, inquit feci ob ſapientiam. Cùm ſiuiſſẽ enim veluti quendam pullum, naturæ appetitionem liberè in inferiorib[us] partumper exultare animi molibus, eam rurſus repreſſi habenis rationis, & eius ſubieci poteſtati. Quis, inquid, ſcit, an ille quoque qui poſt nos in his fuerit, voluptati imperabit, & non ipſe potius ſeruiet, veluti quoddã mancipium, voluptatis poteſtati ſe ſubmittẽs? Propterea, inquit, ego vniuerſum laborem meum odio habui quem laboro ſub ſole: quoniã eum dimitto homini qui poſt me natus eſt. Quis autem ſcit ſapiensne erit an ſtultus, & an poteſtatem exercebit in omni labore meo quem laboraui, & mea induſtria excogitaui ſub ſole? Exiſtimo enim eſſe hunc ſenſum huius dicti, quòd non aliqua animi perturbatione delapſus ſit ad hanc vitã voluptariam, ſed ad eam venerit quadam ratione ſapientiæ, vt qui ei imperans eius fuerit particeps, nõ autem parens eius imperio. Quis ergo ſcit, inquit, an qui poſt me eſt futurus eorũ non parebit imperio, quæ ego laboraui non per aliquam animi perturbationem, ſed per ſapientiam? Per hoc enim quòd laborem nominauit delicias, ſignificat quòd per vim, veluti quoddam difficile, certamẽ admiſit voluptatis participationem. Et hoc ergo inquit in vanis numeretur. Porrò autem alicui quoque alii ex his que hîc ſunt dicit animam ſuam renunciaſſe. & oratione id quod ſibi vult ſignificat. Inſimulatus enim fuit apud eum qui a recto aberrat iudicio, quod cùm videret euidentem contrariorum vitæ generum differentiam, ex quibus alterum quidem verſatur in virtute, & ad nullam rem humanam adducit cupiditatem: alterum verò cõtrà non ſuſtinet quidẽ vllũ laborẽ eorum quæ geruntur ex virtute: verſator autẽ in ſolis laboribus ad corp[us] pertinentibus. Cùm quiſpiam ergo ei boni & honeſti dat calculum, eum deſpiciens qui antecellit ſapientia, non ſolum vanam, ſed etiam improbam hãc iniuſtam pronunciat ſententiam. Dicit autẽ his verbis. Et conuerti, inquit, ego cor meum vt renunciaret alii labori, quem laboraui ſub ſole. Quid eſt ergo quod renunciaui? Eſt homo, cuius labor eſt in ſapientia & cognitione & excelſi animi virtute, & alius homo qui in his nihil laborauit. Quomodo ergo quiſquã primas honoris partes ei tribuet? Homo enim, inquid, qui non laborauit in ipſo, hoc eſt, ei qui non laborauit in bono, dabit ei partem ſuam, pro eo quod eſt, hanc vitam in boni locum referet. Sed hoc eſt iniquid, vanitas, & magna improbitas. Quomodo

Sceleratus & bonus non ſolum in morte differunt ſed etiam in eo quod ſceleratus mandatur obliuioni bonus autem ſemper viuat per memoriam.

Opes & copiæ vitij materiam ſuppeditant

Ad vitam voluptariã quadam ratione delapſus fuit Salomon vt qui ei imperaret.

modo enim non est magna improbitas, quando cognascit studium & liberam electionem quæ A inest homini ad labores? Hoc enim est vbi dicit, Cognoscit homini in omni labore suo, & in libera electione cordis sui, qua ipse laborat sub sole. Quid est ergo quod cognoscit? Quod omnes inquit eius dies sunt dolorum, & eius animi vexatio & distractio. Quinetiam noctu non dormit cor eius. Reuera enim iis quorum animus versatur in hac tentatione, vita quidem est laboriosa veluti quibusdam stimulis, plura habendi cupiditatibus cor flagellans: dolore autem & molestia plenum est plura habendi studium, non tantum gaudens iis quæ habet, quantum tristes B ob ea quæ desunt, quibus noctu & interdiu labor diuiditur, vt qui per vtrunque eorum in se inuicem exerceatur, cùm dies quidem consumatur in laboribus: nox autem somnum amendet ab oculis. Somnum enim expellunt de lucro solicitudines. Qui ergo ad hæc aspicit, quod admodum non condemnat vanitatem eius studii? Et ideo addit iis quæ prius dicta sunt, quòd hoc quoque sit vanitas. Rursum aliam tangit obiectionem. Hoc est autē quòd obiicitur. Si quòd extra nos est, in vanis numeras ô præceptor: quòd in nos ipsos acceperimus, non iure damnabitur vt vanum. Atqui in nobis est cibus & potus. Nō C est ergo hoc reijendum, sed diuinum hoc esse beneficium est statuendum. Hic est sensus obiectionis. Verba autem hoc modo habent Nun est bonum, inquit, in homine, nisi quod bibet & comedet & ostendet animæ suæ in labore suo. Et hoc certè vidi ego, quòd sit à manu Dei. quod quispiam comedit & bibit à se ipso Quispiam autem patronus gulæ hæc obiicit præceptori. Ad hæc autem dicit doctor sapientiæ, homini bono. Boni autē adiectio efficit omnino distinctioné, vt sit manifestū, quod bonitati intelligitur esse contrarium. Homini ergo, non pecudi, neque ei qui pronus est in ventrem, qui guttur habet D pro ratione, sed bono qui viuit solum ad boni imaginem. Non de iis Deus legem sanxit deliciis quibus inhiat beluina natura: sed pro alimento dedit in sapientiam & cognitionem & lætitiā. Quomodo enim auxeris bonitatem per ea quæ ventri sunt esculenta? Non in solo pane viuet homo. Hoc veri verbi est verbum. Pane non aliur virtus, non carnibus vis animæ fit bonæ habitudinis & pinguescit. Aliis cibis sublimis vita alitur, plenaque redditur & succulenta. Boni enim alimentū est temperentia, panis sapientia, obsonium iustitia, potus impatibilitas, voluptas non voluptas carnis, cuiusmodi est habitas qui E capitur ex eo quod est iucundum: sed ea cuius est & nomen & officinm lætitia, quæ dicitur *euphrosyni* propterea enim appellauit hoc nomine eam quæ est in anima ad bonum & honestum affectionem, quoniam ex *euphonein* quod est rectè sipere, fit eiusmodi constitutio. Oportet ergo hic quoque discere ea quæ etiam didicimus ab Apostolo, quòd Dei regnum non est cibus & potus, sed iustitia & impatibilitas & beatitudo. Quæ autem propter voluptatem corporis vehementi studio fiunt ab hominibus, ea sunt studium peccatorum, & animæ distractio, quæ ad inferiora abstrahitur à supernis: cuius

Cupiditas plura habendi est plena dolore & molestia.

Viro bono pro alimento est sapientia cognitio & lætitia.

Matth. 5.

Rom. 14.

omne interuallum in hac vita traducenda, consumitur in studio adendi & congregandi. Qui ergo hoc esse bonum iudicat in Dei conspectu, ignorat se bonum definire in eo quod vanū est. Hæc ego dixi voce mea. Hunc, autem sensum obsignabunt adducta verba diuina. Dicit enim Peccatori dedit afflictionem vt addat & congreget ei qui est bonus in conspectu Dei. Hoc quoque est vanitas & voluntaria affectio spiritus. Quæ ergo didicimus ex hac inuicem cōparatione boni & mali per hanc lectionem, dent nobis auxilium ad vitanda quidem ea quæ sunt damnata, persequenda autem ea quæ sunt bona.

Quæ propter voluptatem corporis fiunt ab hominibus animæ sunt distractio.

In Ecclesiasten homilia Sexta.



MNIBUS est tempus, & opportunitas vniuersæ rei subcælo. Hoc est initium eloquiorum quæ contemplanda nobis sunt proposita. Est autem & non modicus labor examinationis, & quod ex labore capitur luctum. est operæpretium. Forte enim scopus eorum quæ sunt à nobis considerata in principio libri, maximè apparet in hac parte, vt procedens per consequentiam ostendet oratio In iis quæ præcesserunt damnata sunt omnia tanquam vana, in quæ ab homine confertur studium ob nullum lucrum animæ. Ostensum est enim bonum, ad quod est intuendum per ea mentis cogitata quæ sita sunt in capite. Iis autem qui corpoream prætendunt voluptatem, oblatæ sunt deliciæ quæ sunt ex sapientia. Restat vt sciamus quemadmodum sit ex virtute viuendum, quodam veluti arte & methodo per rationem accepta ad vitam rectè degendam. Hæc sunt ergo quæ nobis pollicetur in D præmio proposita verborum examinatio, in quibus pronunciat esse tempus & oportunitatem vniuersæ rei sub cælo. Si quis enim profunditatem sensus introspexerit, inuenerit in verbis esse comprehensum multum philosophiæ, tam contemplatiuæ, quàm eius quæ consulit ea quæ sunt vtilia. Vt autem sit nobis paucis certa via ac ratio ad contextum intelligendum de eo tractare ita aggrediemur. Ex iis quæ sunt aliud quidem est materiale & sensile: aliud autem quod cadit sub intelligentiam & est expers materiæ. Ex iis, id quidem quod est incorporeum, exuperat sensus comprehensionem, qua tenus tunc cognoscemus, quando sensus exuerimus Materialem autem naturam sensus apprehendens, non est eius naturæ vt possit transire, cæleste corpus, & peruadere vltra ea quæ cernuntur. Quamobrem nobis loquitur sermo de rebus terrenis & cælestibus, vt citra errorem in hac vita viuamus. Materialis hæc vita est vita per carnem. Ab iis autem quæ per sensum apparent, obscuratur quodammodo contemplatio eius quod est bonum & honestum Opus est ergo aliqua scientia ad iudicandum id quod est bonum & honestum, vt tanquam in ædificiis regula aliqua aut amussis, id totum quod fit dirigat. Ab oratione ergo hoc no-

Cap. 3. Eccles.

Ex rebus alia sunt materiales & sensiles, alia intelligibiles & expertes materiæ.

Incorporeū superat sensus comprehensionis.

Sensus non peruadit vltra ea quæ cernuntur.

bis prius ostenditur, per quod vita dirigitur ad id quod oportet. Dicit enim duo esse, per quæ quod bonum & honestum est indicatur in vita, in vnoquoque eorum in quæ studium in ea confertur: nempe symmetria & oportunitas. De eo autem nunc decretum statuit, dicens: Omnibus est tempus, & oportunitas vniuersæ rei. Pro tẽpore autẽ intelligere oportet modũ seu mensurã, propterea quòd cum quolibet eorum que fiũt tẽpus simul extendatur. Hæc ergo quibus bonum & honestũ iudicantur, an sint omnino apta ad omnem rectã ex virtute actionem, nondum constituo, donec id procedens ostẽdat oratio. Quòd autem maxima pars vitæ venè institutæ, se rectè gerat ea obseruatione, potest quilibet perspicere. Quis enim nescit virtutem esse mensuram, quam metitur medium eorum quæ iuxta eam considerantur? Non enim potest esse virtus, cui vel deest, vel cui excedit conueniens mensura? vt in magna & excelsi animi virtute, cuius quod deficit quidem, est timiditas, quod exuperat autem, est audacia. Quamobrem externæ sapientiæ nonnulli, à nostris fortè suffurati, distinguentes sensum qui in hoc textu significatur, alius quidem vt nihil deesset consuluit in apophtegmate: alius verò nimium prohibuit. Nam hic quidem esse mensuram optimam pronunciauit: alter verò vt ne quid esset nimis lege sanxit. Per vtrumque autem ostenditur, quòd non assequi mensuram quæ ex virtute quæritur, est ex iis quæ sunt reprobata, & conuenientẽ exuperare modum, est reiiciendum. Sed & de parte opportunitatis idem quoque à nobis tradetur: nempe quòd neque quod præuenit opportunitatem, neque quod sit tardius, bonum censetur. Quid prodest agricolæ, cui mandata est cura secundæ segetis, si priusquam sit seges matura eã secet, aut metere differat, donec ex culmis effluxerint semina? In neutro enim ita exercetur studiũ vt sit bono, vt pote quòd secando importunè perdat opportunitatem temporis. Quod autem dictum est in parte, intelligi potest etiam in vniuerso. Idipsum enim vsuuenit etiam in nauigatione siue quispiam præuenerit opportunitatẽ, siue tardius accesserit. Quid autem dicendum de medendi arte cùm damnum afferat exuperatio & defectus temporis & mensuræ qui cõuenit curationi: Sed hæc quidem sunt mittenda, cùm per id quod deinceps sequitur, in ipsis verbis Ecclesiastæ exẽplum fiat clarius. Sed quare sunt hæc nobis præmissa, vt ea consideraremus? Quoniam neque quod mensura caret, est bonum, neque quod est importunum? sed illud est bonum & ex virtute factum, quod per vtrunque accepit perfectionem. Si enim vni soli ex iis attenderetur reliquum autem negligeretur, esset inutile etiam quod rectè gestum esset in reliquo. Sicut ergo cũ nos motum duobus peragamus pedibus, si quidpiam alteri accidisset, inutilis esset ad cursum is etiam cui nihil accidit propter eius qui simul cum altero operatur imbecillitatem. Ita si tempori desit mensura, aut mensuræ opportunitas, cum eo quod restat, omnino etiam id quod adest, est inutile. Sed & in tempore conueniens symmetria, & in mensura vtilis est opportunitas. Tempus ergo intellectum est à nobis pro mensura, propterea quòd cuiuslibet mensuræ mensura est tempus. Quæ enim fiunt, omnino fiunt in tempore: & cùm vniuscuiusque eorum quæ fiunt extensione, simul quoque spatium temporis extenditur, modicum in minori, & in amplori plus temporis. Est mensura conceptionis, mensura incrementi spicarum, mensura plenæ fructuum perfectionis, mensura nauigationis, mensura ambulationis, mensura vniuscuiusque ætatis, infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, iuuentutis, virilis & constantis & prouectæ ætatis, senectutis & ætatis decrepitæ. Quoniam ergo non est omnibus vna mensura temporis, neque enim fieri potest vt sint omnia æquales inter se mensuræ propter subiectorum differentiam. Omnium autem quæ cadunt sub mensuram, est communis, vt dictum est, mensura tempus in se omnia continens: ea de causa non dixit, Mensura est omnibus, propter ea quod eorum quæ cadunt sub mensuram magna sit æqualitas in eo quod est plus & minus: sed tempus dixit quod est omnibus mensura generalis. quæ quidquid fit & oritur, dimetitur. Quomodo enim in humano genere, id quod ætatis quidem est prouectæ est imbecillum: quod autẽ est constantis ætatis, est immoderatum & insolens: optimum autẽ est quod inter duo intercedit, quod quidem vtranque effugerit molestiam: in quo ostenduntur vires quidem iuuentutis separatæ ab insolentia, à senectutis autem imbecillitate prudentia minimè separata, adeò vt sint vires contemperatæ cum prudentia, ex æquo fugientes, & senectutis imbecillitatem & iuuentutis audaciam. Ita qui tempus definit omnibus, per vtrumque verbis separat, quod est mensuræ defectũ oritur vitium vt qui & quod tempus excedit, vituperat, & id quod deficit, amandat. Sed tempus est consequenter addendi ipsam diuinitus inspiratorum verborum contemplationem. Tempus est, inquit, pariendi, & tempus moriendi. Pulchrè in principio verbis hanc necessariam coniunxit coniungationem, cum generatione copulans mortem. Partum enim mors sequitur necessariò, & omnis generatio dissoluitur in interitum vt propterea quòd coniunctim ostensa sint mors & generatio, mentione mortis veluti quodam stimulo, eos expergefaciat qui in carnalis vitæ profundum sunt immersi, & ad curam futurorum exciret. Hæc tacitè philosophatur in primis librorum suorum inscriptionibus. Dei quoque amicus Moses, qui statim cum genesi, quod est generatio, simul quoque scripsit Exodum, id est, excessum: vt qui ea legerent quæ scripta sunt, etiam per ipsum ordinem librorum ea discerent quæ ad seipsos pertinent. Neque enim fieri potest vt qui genesim, generationem, inquam audierit, non Exodum, id est excessum protinus cogiter. Quod quidem hîc quoque magnum intellexisse Ecclesiasten ostenditur, vt qui in eodem ordine posuerit mortem quo generationem. Tempus est enim, inquit, pariendi, & tempus moriendi. Venit, inquit, tempus, natus sum: veniet tempus, & moriar. Si ad hoc vniuersum aspiceremus, nõ relicto viæ cõpendio in circuitu cum impiis ambularemus, mundi qui in orbem circumagitur errore nostra spõte errantes, in

Marginal notes:

Per symmetriam & opportunitatem iudicatur quod bonum est & honestũ.

Virtus est mensura quam metitur medium eorum quæ iuxta eam considerantur.

Mensura est optima.

Ne quid nimis.

Bonum non est neque quod præuenit opportunitatem, neque quod sit tardius.

In medicina damnũ exuperatio & defectus temporis & mensuræ.

Bonum non est quod mensura caret neque quod est importunum.

Tempus est mensura cuiuslibet mensuræ.

Optima est ætas quæ inter iuuentutem & senectutem intercedit.

Cum generatione mortis mors coniungitur.

Cur post genesim statĩ sequatur Exodus.

Mortis cogitatio est vtilis.

tes, in potentia & superbia & diuitiis, per quæ in multiplici & varia huius mundi via implicati, è labyrintho huius vitæ exitum minimè inuenimus, eo ipso quòd vehementer laborare & studium videmur adhibere, certæ & à qua aberrari non potest viæ signa confundentes. Quàm beati, inquit, sunt illi homines, qui quæ in orbem ferũtur fraudibus huius vitæ relictis, ad compendiariam virtutis viam se conferunt: Ea autem est ad nihil eorũ quæ hic sunt animum conuertere, sed acri studio contendere ad id quod per fidem in spe est propositum. Quod dictum est autem rursus examinemus. Tempus est, inquit, pariẽdi, & tempus moriendi. Vtinam mihi quoque detur, vt in tempore nascar, & opportunè moriar. Nemo enim dixit inuoluntariam hanc partionem, & sponta-neam mortem nunc ostendi ab Ecclesiaste, tanquã ex eo sit recta virtutis actio. Neque enim propter mulieris volũtatẽ existit partus: neque mors est in decedentium libero arbitrio. Quod autem non est in nostra potestate, neque virtutẽ neque vitium quisquam definerit. Intelligere ergo oportet partum tempestiuum, & mortem quæ est in tempore. Mihi videtur maturus esse partus & nõ abortiuus, quando vt dicit Esaias, cùm quispiam ex Dei timore conceperit, per animæ in partu labores suam salutem genuerit. Nobis enim ipsis quodammodo patres sumus quando per bonum animi institutum, liberúmque arbitrium nos ipsos formauerimus & genuerimus, & in lucẽ ediderimus. Hoc autẽ facimus ex eo ꝙ Deũ in nosipsos admittam⁹, effecti filij Dei & filij virtutis, & filij altissimi. Et nosipsos rursus abortiuos edim⁹, nósque imperfectos & subuentaneos reddimus, quando non fuerit in nobis formata, sicut dicit Apostolus, Christi forma. Oportet enim integrũ & perfectum esse hominem Dei. Integer autem ille omnino est, cui perfecta naturæ completa fuit ratio. Si quis ergo per virtutem seipsum Dei filium fecerit, præclari huius ortus accepta potestate, is nouit tẽpus boni partus, & meritò gaudet, conuenienter euangelio, quòd natus sit homo in mũdo. Qui autem natus est filius iræ, & filius perditionis & fœtus tenebrarum, germen viperæ, malus fœtus, & alia omnia quibus malus malè audit partus, is non nouit tempus quod gignit vitalia: est enim vnum tempus filiorum ad vitam, & non plura. Qui ergo propter importunitatẽ partum non est assecutus, seipsum parturit interitui, & ad mortem suæ est animæ obstetricatus. Si est autem perspicuum quemadmodum nascimur in tempore, perspicuum quoque est omnibus quémadmodum morimur in tempore, vt quemadmodum sancto Paulo, bonæ mortis tempus erat opportunum. Clamat enim in suis scriptis quodammodo adiurans, quando dicit. Quotidie morior, per vestrã gloriationem, & illud: Propter te morte afficimur quotidie. Et, Ipsi in nobis ipsis respõsum mortis habuimus. Omnino autem nõ est obscurum, quemadmodum Paulus moritur quotidie, qui neque peccato viuit, qui semper membra carnis mortificat, & mortificationem corporis Christi in se circũfert, qui omnino cum Christo crucifigitur, qui nunquam sibi viuit, sed viuentẽ in seipsum habet Christum, hæc meo iudicio fuerit mors opportuna, quæ veræ vitæ fuit conulia-

Partus non est propter voluntatẽ mulieris neque mors est in libero hominum arbitrio.

Quod non est ĩ nostra potestate, nec est virtus nec vitium.

Partus est maturus quando per animæ in partu labores suam salutem quispiam genuerit.

Patres nostri quomodo sumus.

Partus est immaturus quando nos ipsos abortiuos edimus.

Col. 1.

Ioan. 16.

Moriendũ quomodo sit opportune.

1. Cor. 15.

Ro. 8.

Paulus quomodo moriatur quotidie.

2. Co. 1.

trix. Ego enim inquit, occidam, & viuere faciam, A vt persuasum sit verè Dei esse donum, mortuum esse peccato, & viuificatum spiritu. Propterea enĩ quòd occiderit, viuificare promittit vox diuina. Iis autem quæ dicta sunt simile quoque est quod sequitur. Tempus, inquit, plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Scimus quis sit noster agricola, & nos cuiusnam simus agricultura. Nam illud quidem à Christo, hoc autem didicimus à seruo Christi Paulo. Dicit enim Dominus: Pater meus agricola est. Apostolus autem nobis dicit: Dei agricultura estis. Magnus ergo agricola scit solum bona plantare. Plantauit enim Deus B paradisum in Eden ad orientem: vellit autem ea quæ sunt bonis contraria. Omnis enim plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Pharisaica ergo malitia & incredulitas, & ingrati animi crimen ad ea quæ à Domino facta sunt miracula, hæ plantæ sunt quæ euellũtur. Dominari enim oportet præconium salutis. Oportet euangelium prædicari in toto mundo. Oportet omnem linguam confiteri, quòd Dominus Iesus Christus in gloriam Dei patris. Quoniam ergo hæc omnino fieri oportet, quæ nunc in nonnullis dominatur incredulitas, non est ex plantatiõe patris, siquidem hoc in euangelio didicimus à voce C Domini. Hoc nũc quoque ænigmate docuit nos Ecclesiastes, quòd idem est tempus & salutarem fidei plantam insipiendi, & ipsum incredulitatis lolium euellendi. Quod autem in parte dictum est de eo quòd rectè gestum est ex fide, hoc etiam D in omni virtute consequenter intellexeris. Tempus est plantandi temperantia. & euellendi plantam intemperantiæ. Ita etiam plantata iustitia, iniustum germen radicitùs euellitur, & planta humilitatis euertit arrogantiam, & quæ germinauit charitas exiccauit malam arborem odij: quomodo etiam ex contraria arbore, nempe odio, multiplicata iniustitia refrigerat charitatem. Alia quoque omnia, ne in singulis dicendis immoremur, eodem modo similiter intelligentes, non aberrabimus. Rursus id quod deinceps sequitur, consonat iis quæ prius sunt examinata. Tempus est enĩ, inquit, occidendi, & tempus est medẽdi. Hoc autem apertè explicatur in propheta, cùm dicit ex persona Dei: Occidã & viuere faciam. Nisi enim in nobis occidamus inimicitias, non medebimur affectioni charitatis quæ ægrotant propter odiũ. Ita etiam cætera omnia quæ malo nostro aduersus nos viuunt. Dico malam animi motuũ aciem, & hoc ciuile quod in nos per voluptates geritur bellum, & nos captiuos reddit legi peccati. Tem-B pus est occidendi. Eorũ enim cædes, est medela eius qui infirmus extitit per peccatum. Aiunt medici lumbricos, & quidam eiusmodi alia animalia, ex malis humoribus intus viua gigni in visceribus, quorum vita est morbus corpori. Quod si illa imperfecta sint per aliquam medicamenti potionem, rursus ægrotus restituitur pristinæ sanitati. Hæc quæ corpori accidunt, habent quandam proportionem & conuenientiam cum morbis animæ. Quando ira intus feruet, aut per iniuriæ acceptæ recordationem eneruat animi robur & rationem, aut inuidiæ bestia, aut si quod aliud eiusmodi malũ mala viuendi ratio procreauerit, qui senserit quòd intus bestiam alit eius anima op-

Deut. 32.

Agricola noster quis sit. & cuius sumus agricultura

Ioan. 15

1. Cor. 3.

Gen. 2.

Matth. 15.

Plantæ quænam euellantur.

Matth. 24.

Phil. 42.

Deut. 32.

Occidenda est vitiorũ & malorũ animi motuũ acies.

Doctrina euangelii est medicamentum quo occiduntur morbi animi.

opportunè vtetur medicamento quod animi vitia interimit. Hoc autem est doctrina euangelij A vt illis enecatis, ei qui hoc fecerit, adsit sanitas. Tempus est diruẽdi, & tempus ædificandi. Hæc disci possunt etiam ex iis quæ à Deo dicta sunt. Heremiæ, Prophetæ, cui diuinitùs data est potestas ad prius purgandum, & radicitùs euellendũ, & fodiendum, & tunc excitandum, & ædificandum & plantãdum. Oportet enim in nobis prius diruj vitij ædificia, & tunc inuenire tẽpus & spatium ad templi Dei constructionem quod ædificatur in nobis, cuius materia est virtus. Si quis enim ædificat super hoc fundamentum aurum & argentum, lapides pretiosos, ea nominantur virtus: ligna autem & fœnum & stipula vitij exponitur natura, quæ quidem non paratur ad aliud B quàm vt igne consumatur. Cùm igitur ex fœno & stipula fuerint ædificia, hoc est, ex iniustitia & superbia, & cæteris huius vitæ vitiis, prius iubet Verbum ea abolere, & deinde aurum virtutis efficere materiam structuræ domus spiritualis. Fieri enim non potest, vt cum stipula coalescat argẽtum, vel fœno agglutinetur aurum: vel marguaritæ lignum. Sed si hoc est futurũ oportet omnino aboleri alterum. Quæ est enim luci societas cum tenebris? Destruẽtur ergo prius opera tenebrarũ, & tunc construentur lucida vitæ ædificia. Tẽpus C est flendi, & tempus ridendi. Declaratur hic locus voce euangelica, quæ prolata fuit à persona Domini, quæ quidem dicit. Beati qui lugẽt, quoniam ipsi accipient consolationem. Nunc est ergo tempus flendi, ridendi autem tempus in spe reponitur. Præsens enim tristitia fiet mater lætitiæ quæ speratur. Qui autem non in luctu & mærore totam suam vitam consumpserit, siquidem sui sensum acceperit, & sua cognouerit quæ habuit & perdidit, & in quo statu erat ab initio natura, & in quo est in præsentia? Tunc mors nõ erat morbus aberat, meũ & tuum, verba hæc perniciosa, à vita primum fuerunt exterminata. Nam D sicut communis est sol, & aër communis, & ante omnia Dei est cõmunis gratia: ita etiam ex æquo liberè erat proposita cuiusuis boni participatio, & nõ cognoscebatur morbus auaritiæ, nec ex eo quòd quispia minus habebat, odio habebat eũ qui superabat. Neque enim erat omnino quod superaret: & alia præterea innumerabilia, quæ nec verbis quidem possunt explicari, quæ quidẽ magnitudine ea quæ dicta sunt plurimum antecellunt. Honor, inquam, par angelis, apud Deum confidentia, supermundanorum bonorum contemplatio, ineffabili beatæ naturæ pulchritudine E nos quoque honestari, in nobis ostendendo diuinam imaginem in animæ decore relucentem. Illis autem quæ successerunt, sunt tanquam improbum examen calamitatum, & molestiarum mala tãquam vespatum caterua. Quidnam ex vitæ malis primum dicemus? Omnia eundem honoris gradum inter se obtinet, omnia primas tenent in malorum excellentia, omnia præbent patem luctus occasionem. Quid enim miseriæ magis deflebis, & qua ex parte magis quereris de natura? vitæ breuitatẽ & laborem incipere à lachrymis & desinere in lachrymas, miserabilem infantiam, in senectute delirium, iuuentutis inconstantiam, constantis ætatis laborum perpessionem, onera matrimonij, cælibatus solitudinem, in liberorum orbitate deficere radicem, diuitiarum inuidiam, paupertatis molestiam. Taceo multiplicẽ morborum differentiam, damna, mutilationes, putrefactiones, sensuum orbitates, à dæmonibus vexatiões, quæcunque in se continet natura, quæ quidem homo quilibet potestate habet, cùm ea accidant in natura. Mitto autem amoris insaniã, & male olens cænum, in quo volutatur eiusmodi rabies, nec loquor de nutritiõi coniuncta per excreationem molestia, ne videar ratione omnino inuehi in vitam, stercoris effectricem ostendens esse nostram naturam. His omnibus prætermissis, & quæ sunt huiusmodi, illud dico maximè dignũ esse lachrimis iis qui sentiunt, quòd sciãt omnes, cùm hæc vmbratila vita præterierit, nos manere expectationem iudicij, & zelus ignis deuoraturi aduersarios. Qui ergo hæc & quæ sunt huiusmodi reputat, an non semper simul viuet cum luctu & lamentatione? Tempus ergo est hæc nunc mœrere versandi. Ex eo enim quod ad præsentem vitã attinet, mœrere & molestia affecti sumus, vt nihil in ea peccemus, vt est consentaneum, aderit. Hoc autem si rectè fiat promissa lætitiæ gratia per spẽ nobis reponitur. Spes autem pudore non afficit, vt dicit Apostolus. Quod autem subiungitur, est velut repetitio eius quod prius dictum est. Nam cum dixisset lacrymarum & risus opportunitatẽ, subiunxit, Tempus est plangendi & tempus saltãdi, quod quidem nihil est aliud, quàm amplificatio vtriusque eorum quorũ facta est mentiõ. Nã qui facilè mouetur, & est ex interna affectiõe luctus, à scriptura nominatur planctus. Similiter autem & saltatio significat intensam lætitiam, quomodo didicimus in euangelio, cum dicit, Tibia vobis cecinimus, & non saltastis, lamẽtati sumus vobis, & nõ planxistis. Ita dicit historia fuisse quidem planctum apud Israëlitas, cùm migraret Moses, saltasse autem Dauidem arcum in pompa præcedentem, quando eam repetiuit ab alienigenis, non eo habitu quo solebat. Dicit enim eum modos cecinisse harmonicos, pulsantem musicum instrumentum: se autem mouisse ad numerum, & numerosè motu corporis in publicum internam protulisse affectionem. Quoniam igitur duplex quidem est homo, vt qui ex anima constet & corpore, & conuenienter duplex quoque est vita in vtroque eorum quæ fiunt à nobis. bonum fuerit vitæ corporeæ, vt qui plangunt, multas luctuum & lamentationum in hac vita occasiones & adminicula animæ parent ad numerosam saltationem. Nam quo magis vita mærore angitur & contrahitur, eo maiores lætitiæ occasiones congregantur in anima. Arcta & aspera res est continentia, res tristis est humilitas, res est lamentabilis dominum pati: luctus est argumentum, non tãtum habere quantum ij qui dominatum obtinẽt. Sed qui seipsum humiliat exaltabitur, & qui in paupertate exercetur, coronabitur, & qui scatebat vlceribus, & in omnibus ostẽdebat vitam dignam quæ lugeretur, quiescet in sinu Abrahæ. In quo nos quoque sim⁹, misericordia eius qui nos seruat Iesu Christi. Cui gloria in secula seculorũ.

Ex ec-

Hier. 1.

Diruenda sunt vitia vt dei templum ædificetur in nobis.

1. Cor. 3.

2. Cor. 3.

Matth. 5.

Tempus est nunc flendi cum cogitamus quæ perdidimus.

Miseriæ vitæ nostræ.

Quilibet habet potestate quod ei accidit natura.

Dei iudicium maximè dignum lachrymis.

Ex mœrore & molestia promissa lætitiæ gratia nobis reponitur.

Rom. 5.

Planctus est luctus qui ex interna mouetur affectione. Saltatio significat intensam lætitiam.

Matth. 11. Luc. 7. Deut. 3. 1. Paral. 3.

Quò luctus maior est in hac vita & maiore lætitiæ occasiones congregantur in vita futura.

Homilia ſeptima.

TEmpus iaciendi lapides, & tempus cogendi lapides. Per ea quæ oſtendit, auditorum iam vires auait eccleſiaſticarum copiarum præfectus, vt & iam poſſint ferire aduerſarios, & ea comparare quæ ſunt vſui ad feriendum. Ea enim quæ prius didicimus, ex eo quòd omnibus adaptet eam quæ eſt ea tempore menſuram, & eam quæ eſt in vniuerſo opportunitatem, boni & honeſti cōſtituere iudicem edocti ſumus, ad hāc nos deducunt facultatem, vt intelligatur animæ noſtræ eſſe aliquod brachium & rectà mittamus lapides qui occidant inimicos, & rurſus eos reuocemus ad quencunque hoſtem iecerimus. ad hoc vt ſemper eoſdem iaculemur in aduerſariū. Atque ij quidem qui ſolam intuentur literam, & ad ſenſum qui eſt ad manum tantum aduertunt, accommodabunt legem Moſis præſentibus verbis, in qua lex iubet iacere lapides, ſi quidpiam inueniantur aliqui delinquere in legem, ſicut & nos per ipſam didicimus hiſtoriam, tā in iis qui peccant aduerſus ſabbatum, quàm in eum qui ſacra eſt ſuffuratus, & in aliis delictis, quæ lex iuſſit puniri lapidibus. Ego autem, ſi cogere lapides opportunum faceret Eccleſiaſtes, de quo lex nihil iubet, neque vlla ex hiſtoria actio refert ſimile, iis aſſentirer qui verba per legem interpretantur, ꝙ ſcilicet tunc ſit tempus iaciendi lapides, quando quiſpiam vel deliquit aduerſus ſabbatum, vel abſtulit aliquid eorum quæ ſunt dedicata. Nunc autem adiectio eius quod oporteat rurſus cogere lapides, quod quidem nulla lege eſt definitum, nos ducit ad alium ſenſum. Diſcamus autē cuiuſmodi ſit hoc genus lapidum, quod poſt iactum rurſus poteſt poſſideri ab eo qui proiecit. Poſtquam enim lapides in tempore iecerimus, rurſus eos cogere docemur in tēpore. Mihi ergo videtur nō ſatis ſublimiter accipere legē in eo ſenſu qui eſt ad manū. Quid eſt magnū & ꝙ Deū deceat, apparet in nudo ſenſu eorū quæ ſcripta ſunt? Si quis deprehēſus eſſet ſarmentum colligens ſabbato, propterea oportebat hominem obrui lapidibus, cū nulla iniuria appareat in delicto? Quam enim fecerat iniuriam, aliquas feſtucas caſu diſiectas per ſolitudinem ad ignis alimentum apportans? Non enim accuſatur quòd alienum auferat, vt iure videatur puniri iniuria, ſed quod eſt communiter omnibus propoſitum, eſt ei cauſa vt in eum iaciantur lapides. Sed quia hoc fecit in ſabbato, propterea damnatur tāquam maleficus. Quis neſcit, quòd eorum quæ fiunt vnumquodque, propria iudicatur natura, ſit ne bonum an malum? Tempus autem in quo fit actio, conſideratur extra eius quod fit naturam. Quid enim commune habet temporis ſpatium, cum eo quod ex noſtro libero peragitur arbitrio? Si quis nos roget quid ſit dies, Solem eſſe ſuper terram omnino reſpondebimus, & mane & veſperā ſtatuemus eius eſſe menſuram. Hæc autem diei ratio non congruet vni ſoli ex iis qui voluūtur per ambitum hebdomadæ: ſed & primi & ſecundi, & vſque ad ſeptimum eadem eſt ratio. Neque dies ſabbati quicquam differt à cæteris in eo quod ſit dies. Si quis autem examinàbit quid ſibi vult peccatum dicemus

Num. 15.

Sit ne bonū an malum quod fit, propria iudicatur natura.

Tempus conſideratur extra eius quod ſit naturam.

mus omnino nihil facere contra proximum, vt
A Non mœchaberis, non occides, non furaberis, & cætera: quorum lex eſt generalis in ſe ſingula cōplectens, & id quod datum eſt præceptum diligēdi proximum vt ſeipſum hæc quotidie, ſeu rectè & ex virtute, ſeu contra leges fiant, aut ſunt omnino bona, aut intelliguntur eſſe contraria. Nemo autem quod malum eſt hodie iudicatum & pro delicto habitum, ſeu cædes, ſeu quicquam aliud prohibitum, hoc ipſum die ſequenti bonum eſſe & honeſtum cenſuerit. Si ergo malum eſt huiuſmodi quocunque tēpore admittatur, & id quod eſt nulli culpæ affine: ne fieri quidem poteſt vt
B propter tempus ſit aliquid crimini obnoxium. Si ergo ante ſabbatum ligna colligere, & rogum accendere, eſt ab iniquitate remotum, nec eſt puniendum: quomodo hoc ipſum efficitur delictum die ſequenti? Cæterum noui ſabbatum quietis, noui legem nihil agendi, quæ non alligata hominis naturali operatione, eum iubet nihil agere. Si enim iubet quæ fieri non poſſunt, iubens nos nihil agere, quibus etiam abſque cæteris operibus ipſum vitæ genus eſt opus, oculorum quidem viſus, aurium autem ea quæ eſt ſecundum naturam operatio, narium verò odoratus, oris aëris attractus, linguæ ſermo, dentibus nutrimenti admini-
C ſtratio, viſceribus concoctio, pedibus motus, manibus ea quæ vt illa membra operentur nobis à natura eſt inſitum. Quemadmodum ergo fieri poteſt, vt nihil agendi lex confirmetur, ſi vt natura ſit ocioſa minimè admittimus? Quomodo perſuadebo oculo ne videat ſabbato, cuius natura eſt vt ſemper aliquid aſpiciat? Quemadmodum audiendi ſiſtem operationem? Quemadmodum à me perſuadebitur odoratui, vt deponat ſenſum qui apprehendit vapores? Quemadmodum autem non exercebunt viſcera ſuam operationem, legi ſeruientia, ita vt incoctum maneat in corpore nutrimentum, vt in ſabbato naturam oſtendat
D ocioſam? Si itaque reliquæ partes corporis noſtri non poſſunt ſuſcipere legem nihil agendi: neque enim omnino viua erunt quæ non operantur. fieri non poteſt vt omnino non violetur ſabbatum, etiamſi pes aut manus maneat immobilis in eadem figura & eodem loco. Cum ergo nō alicui parti, ſed tibi homini lex lata ſit, non eo magis nihil agentes per vnum ex membris legem ſeruabimus, ſi reliquis ſenſuum inſtrumentis ſecundum naturam operantes, violemus quod iuſtum eſt. Atqui lex data eſt diuinitùs: nihil autem eorum quæ à Deo iubentur, eſt eiuſmodi vt ſit præter naturam, aut ſit extra rationem virtutis.
E Quod autem ratione caret otium, non eſt virtus. Quærendum eſt ergo quid ſibi vult præceptum otij ſabbati. Dico itaque cuiuſlibet legis à Deo datæ vnum eſſe ſcopum, vt à vitij opere mundi ſint qui legem acceperunt, & lex omnis quæ vetita prohibet, iubet ſabbatiſmum agere à malis operibus. Hoc ſunt tabulæ, hoc leuitica obſeruatio, hoc quod accuratè traditum eſt in Deuteronomio, vt ocioſi ſimus, & nihil agamus illorum, quorum opus eſt vitium. Si ergo ita lex accipiatur vt homo ſit ocioſus in vitio, ego quoque aſſentior ſapiētem Eccleſiaſten, aduerſus eum qui ſua ligna colligit, conſtituere tempus ad iaciendum lapides, propter quod prohibetur collectio ſarmentorum

Dies quid eſt mane & veſpera eſt diei menſura.

Dies ſabbati in eo quod eſt dies differt à cæteris.

Quod malū eſt, ſemper eſt malum.

De lege nihil agendū die ſabbati.

Adimpleri lex non poteſt nihil agendi in ſabbato.

Scopus legis à Deo latæ, vt mundi ſint à peccato qui eam acceperunt.

mentorum vitij, quæ colliguntur ad materiam igni suppeditandam. Sed si nuda maneat litera, A non video quemadmodum in lege cogitari possit quod Deo dignum sit. Videndum est ergo quinam sint lapides qui aduersus eum iaciuntur, ne colligendorum sarmentorum studium finem suum assequatur. Sin autem ligna sunt, per quæ ignis ardebit ei qui collegerit, sunt autem ea omnino satis clara ei qui vtcunque sensum induxerit mysticum.

1. Cor. 3.

Pulchrè enim Apostolus ligna stipulam & fœnum malum nominat ædificium, propterea quòd talia ædificia fiunt ignis in tempore iudicij, & sterile sarmentum igni solum esse aptum pronuntiauit: & palea, inquit vox euangelij, paratur B igni: perspicuum est, quòd ligna quæ ad ignem struendum colligunt, sunt inania huius vitæ studia, isque est qui in tempore percutitur lapidibus, quem si quis intellexerit eam quæ ad mala propensa est cogitationem, is à scopo minimè aberrauerit. Est autem omnino intelligendum, quòd quæ vitium perimunt cogitationes, eæ sunt lapides, qui ab Ecclesiaste funda rectè iaciuntur, quos semper mitti oportet & colligi. Mitti quidem ad eum euertendum qui contra vitam nostram erigitur: colligi autem ad hoc vt animæ nostræ sinus plenus sit iis præparatis, vt ad manum sit quod iaci possit in aduersarios, si quando alius nobis fuerit C insidiatus.

Cogitationes quæ vitium perimunt lapides sunt qui iaciuntur & colliguntur.

Vnde ergo colligemus lapides quibus inimicum obruamus? Audiui prophetiam dicentem lapides sancti voluuntur super terram. Ii autem sunt quæ diuinitùs inspirata scriptura ad nos verba descendunt, quæ colligere oportet in sinu animæ, vt in tempore iis vtamur aduersus eos qui sunt nobis molesti: quorum est adeò pulcher iactus, vt & hostem interimant, & ab eius qui iacit manu non separantur.

Zach. 9.

Qui enim lapide temperantiæ impudicam prosternit cogitationem, quæ per voluptates sarmenti igni materiam suppeditat, illam iactu superat, & in manu semper fert arma. Ita etiam iustitia fit lapis aduersus iniu- D stitiam, illámque perimit, & seruatur in sinu eius qui emisit. Eodem modo omnia quæ de eo quod est melius intelliguntur, & deteriora perimunt, & non separantur ab eo qui ex virtute se gerit. Mea quidem sententia oportet ita in tempore iacere lapides, & in tempore colligere lapides, vt & semper bonos mittamus iactus ad profliganda quæ sunt deteriora, & nobis nunquam deficiat eiusmodi armorum copia. Qui autem deinceps sequitur verborum contextus, definit tempus & importunitatem cuiusdam complexus. Sic autem habet contextus. Tempus est complectendi, & tempus est procul se remouendi à complexu. Non e- E rit autem sensus nobis aliter clarus, quàm si contextus per scripturam fuerit prius intellectus: vt nobis perspicuum sit quonam diuinitùs inspirata scriptura voce vti sciat. Atque magnus quidem Dauid hoc in psalmis significauit. Clamat enim dicens, Circundate Sion, & complectimini eam. Hic ipse autem Salomon, quando intrinsecus possitam faciebat coniunctionem eius qui amore captus erat sapientiæ, & alia dicit per quæ fit nobis cum virtute coniunctio, & hoc subiungit, Honora ipsam vt te complectatur. Si ergo Dauid iubet nos Sion complecti: Solomon autem dicit eos qui honorarunt sapientiam, ab ipsa complecti, à

Psal. 47.

conueniente sensu fortè non aberramus, si rem dicerimus cuius est tempestiuus complexus. Sion A enim est quæ Hierosolymorum fastigium supereminet. Qui ergo adhortatur vt eam complectaris, iubet vt sublimi vitæ agendæ rationi coalescas, vt peruenias ad ipsam arcem virtutum, quam sub nomine Sion significat in ænigmate. Qui ergo tecum habitare vult sapientiam, eum qui apud illos sequitur annunciat tibi complexum. Est ergo tempus complectendi Sion, & tempus vt complectatur à sapientia, nomine quidem Sion ostendente sublimitatem vitæ agendæ rationis: sapientia autem ex parte omnem per se virtutem significante.

Complecti Sion, est ad ipsam arcem virtutum peruenire. Sapientia est amplexenda.

Si ergo per ea quæ dicta sunt cognouimus opportunitatem complexus, per ea ipsa didicimus, B à quibusnam separatio sit vtilior coniunctione. Tempus est enim, inquit, longe fieri à complexu. Qui virtuti est coniunctus, necessitudine ac familiaritate, est alienatus ab ea quæ cum vitio est habitudine. Quæ est enim societas, luci cum tenebris, aut Christo cum Belial? Aut quomodo fieri potest, vt qui duobus dominis seruit contrariis, sit vtrisque beneuolus? Vnius enim dilectio odium efficit alterius. Quando ergo dilectionis affectio sibi vendicat id quod est bonum & honestum, hoc autem est opportunum & tempestiuum, verè sequitur C alienatio ab eo quod ei aduersatur.

1. Cor. 6.
Matth. 6.
Vnum fugiendum est, cum sit abalienatio à bono & honesto.

Si verè dilexisti temperantiam, id quod aduersatur odisti. Si ad puritatem oculis aspicis amatoriis, odisti, scilicet fœtorem carni. Si bono adhæsisti, longè omnino ab adhæsione mali te remouisti. Quod si quis etiam complexus significatum deducat: ad complexum diuitiarum, id quoque ostendit, quænam sint amplexandæ diuitiæ, & quarum diuitiarum amplexus sit amandandus. Noui thesaurum qui magno studio quæritur, nempe eum qui est absconsus in agro, non eum qui apparet omnibus. Noui rursus diuitias quæ habentur contemptui, non eas quæ sperantur, sed quæ se offerunt oculis. D Hoc docet vox Apostoli, dicens: Non considerantibus nobis quæ videntur, sunt temporalia, quæ autem non videntur, æterna.

Diuitiæ quænam sint amplectendæ.
Matth. 13.
2. Cor. 4.

Si hæc intelleximus, ea etiam quæ deinceps sequuntur per hæc intellexerimus. Tempus est enim, inquit, quærendi, & tempus perdendi. Qui enim per ea quæ sunt examinata intellexit remouere, semper cognoscet etiam quibusnam se oporteat coniungere, & quorumnam amissio sit lucrum. Tempus est enim, inquit, quærendi, & tempus amittendi. Quid est ergo quod me quærere oportet, vt tempus assequatur conueniens? Sed quidnam quidem quæri oporteat indicat prophetia, dicens: Quærite dominum, E & confirmemini. Et rursus: Quærite Dominum, & in inueniendo eum inuocate, & lætetur cor quærentium Dominum. Cognoui ergo per ea quæ dicta sunt id quod quærendum est: cuius inuentio est ipsum quod semper est quærere. Non enim aliud est quærere, & aliud inuenire: sed exquirendi lucrum est ipsum quærere. Vis etiam scire opportunitatem? Quod est tempus quærendi Dominum? Breuiter dico & compendio, tota vita. In hoc enim solo studij tempus est totum studium. Non enim certo aliquo ac definito tempore Dominum quærere, est bonum: sed non omnino intermittere semper quærere, hoc est vera opportunitas. Oculi enim mei, inquit, semper ad

Quidnam sit quærendum.
Psal. 14.
Quærendus est dominus cuius inuentio est ipse quod semper est quærere.
Dominus est semper quærendus.
Psal. 24.

Domi-

Dominum. Vides quàm diligenter scrutatur oculus quod quæritur, vt qui nullam sibi det remissionem, neque vllũ eius quod quæritur interuallum, neque vllam relaxationem cogitationis. Per adiectionem enim eius quod est semper, ostendit perpetuum, & quod nunquam intermittitur studium. Similiter autem intelligamus & temp⁹. perdendi, lucrum esse indicantes illud perdere, quod si quis habeat, id illi damnum affert. Mala possessio est auaritia: eam ergo perdamus. Malum depositum est acceptæ iniuriæ recordatio. Id ergo amittamus. Mala possessio est effrenata libido, eius maximè ante alios paupertatem teneamus. Beati enim sunt pauperes spiritu, videlicet qui sunt talium egeni diuitiarum, & alias omnes opes diaboli beatum quidem est ne omnino quidem possidere, vt eorum quæ nos inquinant careamus omnino possessione. Non minus autem bonum est ei quem mala inuasit possessio, res eiusmodi quæ ab ipso possidentur perdere, & omnino debere. Sed eorum quidem non esse omnino participes, melius est quàm vt id euenire possit humanæ naturæ, sed cùm acceperit ea abolere, id situm est in hominis potestate. Solius itaque est Domini nihil habuisse eorum quæ possidet aduersarius, qui earum quas nos passi sumus affectionũ fuit particeps, præter peccatum. Venit enim, inquit, princeps huius mundi, & in me nihil inuenit ex propriis. Seipsum autem per diligentem expurgare pænitẽtiam, hoc quoque licet videre in hominibus qui seipsos illustrant virtutibus. Amisit Paulus malã incredulitatis possessionem per eum qui in ipso operatur gratiam prophetiæ: plenus autem fuit thesauro quẽ quæsiit. Perdidit Esaias in diuini carbõis purgatiõe quicquid in se erat sordidum, & verbuorũ, & cogitatũ. Propterea repletus fuit sancto spiritu. Perdit quilibet in eius quod est melius participatione, quicquid intelligitur ei esse contrarium. Sic temperẽs perdit intemperantiam, iustus iniustitiam, modestus superbiam, beneuolus inuidiam, qui est charitate præditus, inimicitias. Quomodo enim qui erat cæcus in Euangelio, inuenit quod non habebat, ex eo quòd perdiderit quod habebat. Ablata enim cæcitate, eius loco successit splendor lucis: Et in leproso, ablato morbo redit gratia sanitatis: & in iis qui surgunt à mortuis, adueniẽte vita mors recedit: ita etiam in proposita nobis philosophia, fieri non potest vt aliquid possideatur eorum quæ sunt excelsa, nisi rerum terrenarum & humilium studium amiserimus. Ea enim inueniendo pereunt nobis quæ sunt præstantiora. Et cõtrà eorum amissio procurabit inuentionem rerum pretiosarum. Hæc didicimus à voce domini: Qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, inueniet ipsam. Quod enim inuẽta anima in iis quorum studium collocatur in materia, causa est vt ipsa non inueniatur in veris bonis. Et cõtra, eorum priuatio & amissio, efficitur substãtia eorum quæ spẽrantur. Quid enim prodest homini si totum mũdum lucretur, iacturam autem faciat animæ? Tẽpus est, inquit, quærendi, & tempus est amittendi. Si ergo scimus quod sit lucrum quod quæritur, quod quidẽ ex eo inuenitur quòd perierint quæ malè possessa fuerant, illud quidem quæramus, hoc verò amittamus: bona quæramus, mala amittamus. Rectè antẽ & appositè iis quæ prius sunt examinata, subiungitur consequentia eorum quæ scripta sunt. Dicit enim, Tempus est seruandi, & tempus est eiiciendi. Quid seruandi? Id scilicet quod à nobis inuentum est ex inquisitione. Quid eiiciendi? Id scilicet cuius amissionem existimatum est conferre. Orta est tibi bona cogitatio, te incessit desiderium videndi deum, sitiuit anima tua ad Deũ, fontẽ viuũ, tibi orta est appetitio vt esses in atriis domini: Atria aũt domini sũt, meo quidẽ iudicio, virtutes cũ quib⁹ habitat ratio, & quicunque sequitur rationem. Hæc custodi, ne tibi effluant diuitiæ mundarum mẽtis possessionum. Ingreditur quæpiã contraria cogitatio, tãquã fur nõ manifestus, q̃ mũdas, pfligat cogitatiões, ea est eiciẽda & à mẽte amãdãda. Ita enim deturbãda, tutò conseruabitur nobis bonorũ thesaurus. Si autem non fuerit eiecta quæ lucrũ perdit, nihil possidebimus, latronum qui muros effodiũt insidiis diffluẽtibus facultatibus. Quoniam ergo tempus quærendi didicimus, omnis autẽ qui quærit, inuenit: vt permaneat quod inuentum est, thesauro diligentem aliquam imponamus custodiam. Omni inquit, custodia serua cor tuum, vt postquam inueneris custodias inuẽtam gratiam: vt, exempli causa, qui ad fidem accessit, puritatem inuenit per lauachrum. Sed maior est labor in custodiendo quod accepit, quàm in inueniendo quod non habuit. Quomodo ergo dicebamus non aliquo tempore circunscribi opportunitatem inueniendi? sed totam vitam esse vnum tempus bonæ illius inquisitionis: ita etiã tempus custodiæ totam vitam metiri pronunciamus, eadem voce prophetiæ nunc quoque adducta, quæ dicit: Oculi mei semper ad dominũ: Quoniam ipse euellet ex laqueo pedes meos. In hoc enim poterimus nobis integram & intactam conseruare bonam possessionem, quòd Deum statuamus nostrarum rerum custodem. Quando enim oculi mei semper fuerint ad dominum, tũc nihil poterũt efficere laquei aduersarij, per quos ille molitur insidias iis quæ sunt animæ pretiosa. Ne des, inquit in commotionem pedem tuum, & non dormitet qui custodit te. Est ergo præsens contextus consequens ei qui præcessit. Ille iussit quærere vt inueniamus: hic suadet cauere ne perdamus. Modus autem seruandi bona est in eiciendis iis quæ intelliguntur ex contrario, quomodo oppidum quod obsidetur, tutius custoditur eiectis proditoribus: quandiu autem sunt intus, magis insidiãtur ij qui latent, quàm ij qui sunt aperti hostes. Tempus est enim, inquit, custodiendi, & tempus abiiciendi. Quod autem deinceps sequitur, animam ad maiorem de rebus quæ cadunt sub intelligentiam deducit philosophiam. Ostendit enim quòd vniuersitas est sibiipsi continens, nec compago eorum quæ cadunt sub intelligẽtiam, vllam habet solutionem sed est quædam eorum quæ sunt inter se inuicem conspiratio. Neque abscissum est vniuersũ ab ea quæ est secũ coniunctione, sed in essentia manẽt omnia, vt quæ contineantur eius quod est potestate. Id autem quod verè est, est ipsa per se bonitas, aut si naturæ in quam non cadit interitus magis significatiuũ nomen possit inueniri. Quemadmodum autem

Perdẽdum est id quod si quis habeat illi damnũ affert.
Matth. 5.
Ioan. 14.
Per pænitentiam se purgare licet homini.
Participatione boni perditur cõtrarium.
Non possidentur excelsa, nisi rerum terrenarum perdito studio.
Matth. 10.
Animam perdere & inuenire quid vocet Dominus.
Matth. 16.
Quid seruãdum, quid eiiciẽdum.
Psal. 41
Thesaurus custodiendus.
Prouerb. 4.
Per baptismum inuenitur puritas.
In custodiendo maior est labor, quam inueniendo.
Psal. 24.
Psal. 120.
Seruandi bona modus est in eiiciendis.
In essentia manent omnia, & quæ contineantur potestate eius quod est.

Phil. 2.
Quid sit nomen quod est supra omne nomen.

autem illius inueniri posset nomen, quod esse suprà nomen dicit diuina vox Apostoli? Cæterùm A quodcunque inuentum fuerit nomen explicans ineffabilem potestatem, & naturam, bonum est omnino significatum. Hoc ergo quod est per se bonum, seu quod est suprà bonum, & ipsum verè est, & per se dedit & dat iis quæ sunt facultatē, vt gignantur, & vt permaneant in essentia. Quicquid autem extra ipsum consideratur, eo redigitur vt nō consistat. Quod enim est extra id quod est, non est in essentia. Quoniam ergo vt charitati aduersum consideratur vitium: Deus autem est perfecta & planè absoluta virtus: extra Deū ergo est vitium, cuius natura nō in eo quod ipsum B sit, sed in eo quod bonum non sit, comprehenditur. Nam extra boni notionem, vitij nomen posuimus: ita cōsideratur vitium esse aduersum bono, vt id quod non est, ab eo quod est, tanquam ei aduersum distinguitur. Postquam verò libera arbitrii nostri appetitiōe à bono excidimus: quomodo qui non sunt in luce, dicuntur videre tenebras: tunc quæ nō consistit vitii natura, in iis quæ à bono defluxerunt accepit essentiam, quæ tādiu est, quandiu nos extra bonum sumus. Si autem noster rursus liber voluntatis motus, abscindatur ab ea habitudine, quæ est illi cū eo quod non potest consistere, & cum eo quod est, coniungatur C & coalescat: illud quidem quod est in me esse non habens amplius, nec quod est in me quidem habebit omnino. Malum enim extra liberum arbitrium, in seipso non est situm. Ego autem cùm ei quod verè est adhæserim, & me ei adsuerim, manet in eo quod est, quod & semper erat, & semper erit, & nūc est. Hic mihi videtur esse sensus eius quod est, Tempus est rumpendi, & tempus consuendi, vt ab illo abrupti cui malè adhæsimus, illi adhæreamus cui bonum est adhærere. Mihi enim, inquit, Deo adhærere bonum est, ponere in domino spem meam. Dici possunt multa quoque alia ad consilium dandum accommoda- D ta, vt, tollite malum à vobisipsis. Hæc iubet diuinus apostolus, iubens eum qui dānatus erat nefarii concubitus, abrumpi à communi conuentu ecclesiæ. Ne paruum, inquit, fermētum vitii eius qui fuerat damnatus, ecclesiasticarum precū cōspersionem totam reddat inutilem. Eum autem qui per peccatum fuerat obrutus, rursus adsuit per pœnitētiam, dicens. Ne nimia tristitia absorbeatur is qui est huiusmodi. Ita sciūt & opportunè abrumpere partē commaculatam tunicæ ecclesiæ: & rursus opportunè adsuere, quando per pœnitētiam ab inquinamento fuerit ablata. Multa autem eiusmodi licet videre tam in antiquis narrationibus, quàm in hac nostra vita, quæ œconomicè fiunt in ecclesiis. Scitis enim à quibus abrupti sumus, & quibus adsuimur. Abscissi enim ab hæresi, pietati ac veræ religiōi perpetuò insuimur: tunc inruentes infractam ecclesiæ tunicam, quando à communione hæresi fuerit quispiam abruptus. Sed siue conuenienter contemplationi quæ prius à nobis fuit examinata, de iis quæ sunt id quod dictum est, philosophatur: siue dato consilio de his erudit: omnino continet cōtextus id quod est conducibile, vt qui & in tempore ea abrumpat, quorum mala est commitio, & in tempore rursus coniungat ea quorum vtilis est vnio. Nos autem pergamus ad ea quæ deinceps sequuntur in contextu, per quæ mihi videtur oratio per sublimiorem considerata philosophiam, maiorem cum verbis habere conueniētiam. Priori enim loco collocatum est tempus tacendi, & post silentium dedit tempus loquendi. Quando ergo & de quibusnam est melius tacere? Dixerit quispiam ex iis qui ad mores aspiciūt, sæpe silentium esse decentius sermone, vt quomodo discernit Paulus opportunitatem silentii & sermonis, aliquando quidem decernens tacere: aliquando autem permittēs loqui. Omnis sermo malus ex ore tuo non prodeat. Hæc est lex silentii. Sed si quis sit bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audiantibus. Hoc est tempus loquēdi. Mulieres taceant in ecclesiis. Rursus dedit tempus silentio. Si quid autem volunt discere ex iis quæ nesciunt, domi maritos suos interrogent. Rursus ostendit opportunitatem sermonis. Nolite mentiri inter vos inuicem. Hæc quoque est silētii opportunitas. Loquatur veritatem vnusquisque cum proximo suo. Rursus datur potestas loquendi. Multa etiam huiusmodi afferri possunt ex veteri scriptura. Dum consisteret peccator aduersum me, obsurdui. & humiliatus sum, & silui à bonis, & Tanquam surdus non audiebam, & tanquam mutus non aperiens os suum. Mutus fit qui ad referenda mala est immobilis, in quibus autem vtendum est sermone, aperit in parabolis os suum, loquitur propositiones, implet os suum laude, linguā suam facit calamum. Sed cùm sint innumerabilia quæ in scriptura sunt exempla, quid op' est subtiliter agere in iis de quibus constat? Quod autem ante hoc mihi primum in os venit, vt pote quod tacendi & loquēdi opportunitas conueniat contemplationi quæ data est de verbo & futura, id volo rursus sumere, & de eo paucis dicere. Nam & illic cùm quæ malè contrario adhæserat animam abrupisset oratio, ad eius quod verè est vnionem eam deduxit per adhæsionem, quod quidem est supra rationem: quæ quidē dicta sunt in his quæ præcedunt. Hîc autem propterea mihi videtur priori loco positum esse tacere, quod illud quod omne nomen superat & cogitationem, quòd à malo abrupta anima & quærit perpetuò, & desiderat insui ei quod est inuentū, id est, altius quàm vt vlla vox id possit interpretari. Quod quidem qui contendit detrahere ad sermonis significationem, imprudens peccat in deum. Quod enim creditum est esse supra vniuersum, omnino est etiam supra orationē. Qui autem comprehendere conatur oratione id quod nullis finibus potest circunscribi, non vtique cōcedit suprà vniuersum esse illud quod cōtrà adducit, vt quisnam orationem talem & tantam esse putet, qualem & quantam comprehendit oratio, nesciens quòd in eo in quo sit creditū Deum esse supra cognitionem, in eo quæ Deum decet comprehenditur eius quod verè est notio: quoniam quicquid est in creatura, intuetur ad id quod est cognatum à natura. Neque quicquam ex iis quæ sunt, ex se ortum manet in essentia. Nō ignis in aqua, non aqua in igne, non in profundo terrenum, non in terra aqueum, non in aëre terrenum, non in terra rursus aërium: sed vnūquodque manens in propriis naturæ terminis, tandiu est

Quid dat gignendi facultatem & permanendi in essentia.
Vitium aduersatur charitati.
Vitium comprehenditur in eo quod bonū non sit.
Vitii natura est in iis qui a bono defluxerūt.
Vt qui non sunt in luce dicuntur videre tenebras.
Malum extra liberū arbitrium in se non est situm.
Cui sit adhærendum & quid sit abrumpendum.
Psal. 72.
Esa. 1.
1. Cor. 5.
2. Cor. 9.
Ecclesia pars cōmaculata abrūpitur & rursus adsuitur.
Silentium sæpe est sermone decentius.
Eph. 4.
1. Cor. 14.
Col. 3.
Psal. 38.
Psa. 37.
Psa. 77.
Deus vt nec comprehendi ita nec verbis potest exprimi & ideo de eo melius est tacere.
Nulla res ex se orta manet in essentia.

est quandiu est intra suos terminos. Quòd si extra se fuerit, erit etiam extra essentiam, & quomodo sentiendi instrumentorum vis, in iis manens operationibus quæ sunt secundum naturam, nõ potest transire ad eam quæ est propè sita. Neque enim oculus operatur ea quæ sunt auditus, neque auris gustat, neque tactus loquitur, neque lingua ea agit quæ sunt visus aut auditus, sed vnũquodque habet terminum suæ facultatis, nempe eam operationem quæ est secundum naturam. Ita etiã omnis creatura extra se esse non potest per comprehendendi cõtemplationem, sed in seipsa semper manet, & quicquid viderit, seipsam intuetur, & si existimauerit se aliquid videre quod sit supra se, non est ea natura vt videat extra se: vt verbi causa, interualli & spatij in mente conceptionem in eorum quæ sunt contemplatione vi conatur transgredi, sed nõ transgreditur. Nam cum omni quæ inuenitur mentis conceptione simul omnino considerat interuallum quod simul cõprehenditur cum substantia eius quod mẽte cõcipitur. Interuallum aũt nihil aliud est quã creatura. Illud autem bonum quod didicimus quærere & custodire, cùm sit supra creaturam, est supra comprehensionem. Nostra enim cogitatio, quæ interuallis disiunctam ingreditur extensionem, quemadmodum per tempus comprehendet naturam quàm nulla dimetiuntur interualla? Quæ quidem cogitatio semper scrutatur per resolutionem antiquiora iis quæ inueniũtur: & omnia quidem quæ cognoscũtur prætercurrit per curiositatem, nullam autẽ rationem inuenit qua possit prætercurrere æternitatis conceptionem, vt se extra eã sistat, & superet id quod ex iis quæ sunt prius cõsideratur, & ipsam æternitatem, sed sicut iuuentus in aliquo promontorio, ponatur autem rupes aliqua leuis & prærupta, infernè in rubra figura in infinitam extensa longitudinem, & supernè habens in altitudine illud promontorium, quod in proiecto supercilio in vastam cadit profunditatem. Quod ergo cõsentaneum est inuenire ei qui summo pede tangit illam veluti dorsi spinam, quæ declinat in profundum, & neque inuenit in quo figat pedis gressum, neque quod manu apprehẽdat: hoc vsuuenit animæ, quæ trãsiit id per quod incedi potest in iis quæ disiũgũtur interuallorum spatiis, in quærendo naturam quæ est ante secula, & quam nulla metiuntur interualla, vt quæ cùm nihil habeat quod apprehẽdat, non locum non tempus, non mensuram, non aliquid aliud eiusmodi, nostræ cogitationis non suscipit ingressum: sed vndique dilabens ab iis quæ non possunt comprehendi, caligat & est perplexa & perturbata, & se rursus conuertit ad id quod est ei genere cõiunctũ; satis habens si de eo quod est super omnia hoc solum cognoscat, quod persuasum habeat, id esse aliquid aliud à natura eorũ quæ cognoscuntur. Propterea quãdo venerit ratio & oratio ad ea quæ rationem superant nec verbis possunt explicari, tunc est tempus tacendi, & ineffabilis illius naturæ inexplicabilitas, habet miraculum in arcano conscientiæ, apud eum qui scit, quòd etiam viri magni, de dei operibus, & non de deo loquebantur, dicentes: Quis loquetur potentias domini, & narrabo omnia opera tua: & generatio laudabit opera tua. Hæc dicunt & de iis differunt; & voci permittũt vt ab ea referãtur quæ facta sunt. Sed quando de eo agitur quod superat omnem mentis conceptionem, per ea quæ dicunt, de silentio apertè legem ferunt. Dicunt enim, magnificentiæ gloriæ sanctitatis eius nõ est finis. ô miraculum. Quomodo timuit oratio accedere ad gloriam diuini miraculi, adeò vt neque alicuius eorum quæ considerantur extrinsecus comprehenderit miraculum? Non enim dixit, dei essentiæ non est finis, nimiæ esse audaciæ iudicans, vel de eo cogitare, sed quæ in gloria cõsideratur verbis miratur magnificentiam. Rursus verò neque ipsius gloriæ videre potuit magnificentiam: sed obstupuit cùm considerasset gloriam eius sanitatis. Quantũ ergo abfuit vt curiosè quæreret quænam sit natura, qui vltimum eorum quæ apparẽt non potuit admirari? Neque enim eius sanctitatem est admiratus, neque gloriam sanctitatis, sed cùm sanctitatis solam proposuisset admirari magnificentiam, etiam ad eam admirandã vires fuerunt imbecillæ. Non enim comprehendit cogitatione finem eius quod admiratur. Dicit itaque, gloriæ magnificentiæ sanctitatis eius nõ est finis. In iis ergo quæ de deo dicuntur, quando quæritur quidem de essentia, est tẽpus tacendi. Quãdo autem de bona aliqua operatione, cuius cognitio ad nos vsque descendit, tunc tempus est loquendi potẽtias, annunciandi miracula, narrãdi opera, hactenus vtendi ratione. In iis autem quæ illa superant, non est permittendum creaturæ vt suos, terminos superet. Sed ei debet sufficere si seipsam norit. Nondum enim seipsam, vt nostri libri est sentẽtia, nouit creatura, neque cõprehendit qualis sit animæ essentia, qualis natura corporis, vnde sunt ea quæ sunt, vndenã mutuæ ex se inuicem fiãt generationes, quemadmodum id quod est, in id quod nõ est resoluitur: quænã sit ex cõtrarus in hoc mundo continua compositio. Si se autem non nouit creatura, ea quæ eam superant quomodo narrabit. Tempus est ergo hæc tacendi. In his enim melius est silentium, tempus autẽ est ea loquendi per quæ vita nostra in virtute accipit incrementum. In Christo Iesu Domino nostro, Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Omnis creatura extra se esse non potest, sed semper in se manet.

Cogitatio nostra non potest comprehendere naturam quam nulla dimetiuntur interualla.

De Deo quid possit cognosci.

De Dei operibus non de dei essentia loqui possumus.

Psal. 105.
Psal. 117
Psal. 144.

De Dei essentia est tempus tacendi, de eius autem operationibus loqui possumus. Creatura seipsam non nouit

Phil. 2.

Quid sit nomen quod est supra omne nomen.

autem illius inueniri posset nomen, quod esse suprà nomen dicit diuina vox Apostoli? Cæterùm A quodcunque inuentum fuerit nomen explicans ineffabilem potestatem, & naturam, bonum est omnino significatum. Hoc ergo quod est per se bonum, seu quod est suprà bonum, & ipsum verè est, & per se dedit & dat iis quæ sunt facultatē, vt gignantur, & vt permaneant in essentia. Quicquid autem extra ipsum consideratur, eo redigitur vt nō consistat. Quod enim est extra id quod est, non est in essentia. Quoniam ergo vt charitati aduersum consideratur vitium: Deus autem est perfecta & planè absoluta virtus: extra Deū ergo est vitium, cuius natura nō in eo quod ipsum sit, sed in eo quod bonum non sit, comprehenditur. B Nam extra boni notionem, vitij nomen posuimus: ita cōsideratur vitium esse aduersum bono, vt id quod non est, ab eo quod est, tanquam ei aduersum distinguitur. Postquam verò libera arbitrii nostri appetitiōe à bono excidimus: quomodo qui non sunt in luce, dicuntur videre tenebras: tunc quæ nō consistit vitii natura, in iis quæ à bono defluxerunt accepit essentiam, quæ tādiu est, quandiu nos extra bonum sumus. Si autem noster rursus liber voluntatis motus, abscindatur ab ea habitudine, quæ est illi cū eo quod non potest consistere, & cum eo quod est, coniungatur C & coalescat: illud quidem quod est in me esse non habens amplius, nec quod est in me quidem habebit omnino. Malum enim extra liberum arbitrium, in seipso non est situm. Ego autem cùm ei quod verè est adhæserim, & me ei adiúxerim, manet in eo quod est, quod & semper erat, & semper erit, & nūc est. Hic mihi videtur esse sensus eius quod est, Tempus est rumpendi, & tempus consuendi, vt ab illo abrupti cui malè adhæsimus, illi adhæreamus cui bonum est adhærere: Mihi enim, inquit, Deo adhærere bonum est, ponere in domino spem meam. Dici possunt multa quoque alia ad consilium dandum accommodata, D vt, tollite malum à vobisipsis. Hæc iubet diuinus apostolus, iubens eum qui dānatus erat nefarii concubitus, abrumpi à communi conuentu ecclesiæ. Ne paruum, inquit, fermētum vitii eius qui fuerat damnatus, ecclesiasticarum precū cōspersionem totam reddat inutilem. Eum autem qui per peccatum fuerat obrutus, rursus adsuit per pœnitētiam, dicens. Ne nimia tristitia absorbeatur is qui est huiusmodi. Ita sciūt & opportunè abrumpere partē commaculatam tunicæ ecclesiæ: & rursus opportunè adsuere, quando per pœnitētiam ab inquinamento fuerit ablata. E Multa autem eiusmodi licet videre tam in antiquis narrationibus, quàm in hac nostra vita, quæ œconomicè fiunt in ecclesiis. Scitis enim à quibus abrupti sumus, & quibus adsuimur. Abscissi enim ab hæresi, pietati ac veræ religiōi perpetuò insuimur: tunc inuenires infractam ecclesiæ tunicam, quando à communione hæresi fuerit quispiam abruptus. Sed siue conuenienter contemplationi quæ prius à nobis fuit examinara, de iis quæ sunt id quod dictum est, philosophatur: siue dato consilio de his erudit: omnino continet cōtextus id quod est conducibile, vt qui & in tempore ea abrumpat, quorum mala est commitio, & in tempore rursus coniungat ea quorum vtilis est vnio.

Quid dat gignendi facultatem & permanendi in essentia.

Vitium aduersatur charitati.

Vitium comprehenditur in eo quod bonū non sit.

Vitii natura est in iis qui à bono defluxerūt.

Vt qui non sunt in luce dicuntur videre tenebras.

Malum extra liberū arbitrium in se non est situm.

Cui sit adhærendum & quid sit abrumpendum.

Psal. 72.

Esa. 1.

1. Cor. 5.

2. Cor. 9.

Ecclesiæ pars cōmaculata abrumpitur & rursus adsuitur.

Nos autem pergamus ad ea quæ deinceps sequuntur in contextu, per quæ mihi videtur oratio per sublimiorem considerata philosophiam, maiorem cum verbis habere conuenientiam. Priori enim loco collocatum est tempus tacendi, & post silentium dedit tempus loquendi. Quando ergo & de quibusnam est melius tacere? Dixerit quispiam ex iis qui ad mores aspiciūt, sæpe silentium esse decentius sermone, vt quomodo discernit Paulus opportunitatem silentii & sermonis, aliquando quidem decernens tacere: aliquando autem permittēs loqui. Omnis sermo malus ex ore tuo non prodeat. Hæc est lex silentii. Sed si quis sit bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Hoc est tempus loquēdi. Mulieres taceant in ecclesiis. Rursus dedit tempus silentio. Si quid autem volunt discere ex iis quæ nesciunt, domi maritos suos interrogent. Rursus ostendit opportunitatem sermonis. Nolite mentiri inter vos inuicem. Hæc quoque est silēni opportunitas. Loquatur veritatem vnusquisque cum proximo suo. Rursus datur potestas loquendi. Multa etiam huiusmodi afferri possunt ex veteri scriptura. Dum consisteret peccator aduersum me, obsurdui. & humiliatus sum, & silui à bonis, & Tanquam surdus non audiebam, & tanquam murus non aperiens os suum. Mutus fit qui ad referenda mala est immobilis, in quibus autem vtendum est sermone, aperit in parabolis os suum, loquitur propositiones, implet os suum laude, linguā suam facit calamum. Sed cùm sint innumerabilia quæ in scriptura sunt exempla, quid opus est subtiliter agere in iis de quibus constat? Quod autem ante hoc mihi primum in os venit, vt pote quod tacendi & loquēdi opportunitas conueniat contemplationi quæ data est de verbo & futura, id volo rursus sumere, & de eo paucis dicere. Nam & illic cùm quæ malè contrario adhæserat animam abrupisset oratio, ad eius quod verè est vnionem eam deduxit per adhæsionem, quod quidem est supra rationem: quæ quidē dicta sunt in his quæ præcedunt. Hic autem propterea mihi videtur priori loco positum esse tacere, quod illud quod omne numen superat & cogitationem, quòd à malo abrupta anima & quærit perpetuò, & desiderat insit ei quod est inuentū, id est, altius quàm vt vlla vox id possit interpretari. Quod quidem qui contendit detrahere ad sermonis significationem, imprudens peccat in deum. Quod enim creditum est esse supra vniuersum, omnino est etiam supra orationē. Qui autem comprehendere conatur oratione id quod nullis finibus potest circumscribi, non vtique cōcedit suprà vniuersum esse illud quod cōtrà adducit, vt quisnam orationem talem & tantam esse putet, qualem & quantam comprehendit oratio, nesciens quòd in eo in quo sit creditū Deum esse supra cognitionem, in eo quæ Deum decet comprehenditur eius quod verè est notio: quoniam quicquid est in creatura, intuetur ad id quod est cognatum à natura. Neque quicquam ex iis quæ sunt, ex se ortum manet in essentia. Nō ignis in aqua, non aqua in igne, non in profundo terrenum, non in terra aqueum, non in aëre terrenum, non in terra rursus aërium: sed vnúquodque manens in propriis naturæ terminis, tandiu est

Silentium sæpe est sermone decentius.

Eph. 4.

1. Cor. 14.

Col. 3.

Psal. 38.

Psa. 37.

Psa. 77.

Deus vt nec comprehendi nec verbis potest exprimi & ideo de eo melius est tacere.

Nulla res ex se orta manet in essentia.

est

est quandiu est intra suos terminos. Quod si extra se fuerit, erit etiam extra essentiam, & quomodo sentiendi instrumentorum vis, in iis maoens operationibus quæ sunt secundum naturam, nõ potest transire ad eam quæ est propè sita. Neque enim oculus operatur ea quæ sunt auditus, neque auris gustat, neque tactus loquitur, neque lingua ea agit quæ sunt visus aut auditus, sed vnũquodque habet terminum suæ facultatis, nempe eam operationem quæ est secundum naturam. Ita etiã omnis creatura extra se esse non potest per comprehendendi cõtemplationem, sed in seipsa semper manet, & quicquid viderit, seipsam intuetur, & si existimauerit se aliquid videre quod sit supra se, non est ea natura vt videat extra se: vt verbi causa, interualli & spatij in mente conceptionem in eorum quæ sunt contemplatione vi conatur transgredi, sed nõ transgreditur. Nam cum omni quæ inuenitur mentis conceptione simul omnino considerat interuallum quod simul cõpreheoditur cum substantia eius quod ment cõcipitur. Interuallum aũt nihil aliud est quã creatura. Illud autem bonum quod dicimus quærere & custodire, cùm sit supra creaturam, est supra comprehensionem. Nostra enim cogitatio, quæ interuallis disiunctam ingredi ur extensionem, quemadmodum per tempus comprehendet naturam quàm nulla dimetiuntur interualla? Quæ quidem cogitatio semper scrutatur per resolutionem antiquiora iis quæ inueniũtur: & omnia quidem quæ cognoscũtur prætercurrit per curiositatem, nullam autẽ rationem inuenit qua possit prætercurrere æternitatis conceptionem, vt se extra eã sistat, & superet id quod ex iis quæ sunt prius cõsideratur, & ipsam æternitatem, sed sicut iuuentus io aliquo promontorio, ponatur autem rupes aliqua leuis & prærupta, infernè in rubra figura in infinitam extensa longitudinem, & supernè habens iu altitudine illud promontorium, quod in proiecto supercilio in vastam caditprofunditatem. Quod ergo cõsentaneum est inuenire ei qui summo pede tangit illam veluti dorsi spinam, quæ declinat in profundum, & neque inuenit io quo figat pedis gressum, neque ꝙ manu apprehẽdat: hoc vsu euenit animæ, quæ trãsiit id per quod incedi potest in iis quæ disiũgũtur interuallorum spatiis, io quærendo naturam quæ est ante secula, & quam nulla metiuntur interualla, vt quæ cùm nihil habeat quod apprehẽdat, non locum noo tempus, noo mensuram, non aliquid aliod eiusmodi, nostræ cogitationis non suscipit ingressum: sed vndique dilabens ab iis ꝗ non possuot comprehendi, caligat & est perplexa & perturbata, & se rursus conuertit ad id quod est ei geuere cõiunctũ, satis habens si de eo quod est super omnia hoc solum cognoscat, quod persuasum habeat, id esse aliquid aliud à natura eorũ quæ cognoscuntur. Propterea quãdo venerit ratio & oratio ad ea quæ rationem superant nec verbis possũut explicari, tune est tempus tacendi, & ineffabilis illius naturæ inexplicabilitas, habet miraculum in arcano conscientiæ apud eum qui scit, quòd etiam viri magni, de dei operibus, & non de deo loquebantur, dicentes: Quis loquetur potentias domini, & narrabo omnia opera tua: & generatio laudabit opera tua. Hæc dicunt & de iis disserunt, & voci permittũt vt ab ea referãtur quæ facta sunt. Sed quando de eo agitur quod superat omnem mentis conceptionem, per ea quæ dicunt, de silentio apertè legem ferunt. Dicunt enim, magnificentiæ gloriæ sanctitatis eius nõ est finis. ô miraculum. Quomodo timuit oratio accedere ad gloriam diuini miraculi, adeò vt neque alicuius eorum quæ considerantur extrinsecus comprehenderit miraculum? Non enim dixit, dei essentiæ non est finis, nimiæ esse audaciæ iudic ns, vel de eo cogitare, sed quæ in gloria cõsideratur verbis miratur magnificentiam. Rursus verò neque ipsius gloriæ videre potuit magnificentiam: sed obstupuit cùm considerasset gloriam eius sanitatis. Quantũ ergo abfuit vt curiosè quæreret quænam sit natura, qui vltimum eorum quæ apparẽt non potuit admirari? Neque enim eius sanctitatem est admiratus, neque gloriam sanctitans, sed cùm sanctitatis solam proposuisset admirari magnificentiam, etiam ad eam admirandã vires fuerunt imbecillæ. Non enim comprehendit cogitatione finem eius quod admiratur. Dicit itaque, gloriæ magnificentiæ sanctitatis eius nõ est finis. In iis ergo quæ de deo dicuntur, quando quæritur quidem de essentia, est tẽpus tacendi. Quãdo autem de bona aliqua operatione, cuius cognitio ad nos vsque descendit, tunc tempus est loquendi potẽtias, annunciandi miracula, narrãdi opera, hactenus vtendi ratione. In iis autem quæ illa superant, non est permittendum creaturæ vt suos terminos superet. Sed et debet sufficere si seipsam norit. Nondum enim seipsam, vt nostri libri est sentẽtia, nouit creatura, neque cõprehendit qualis sit animæ essentia, qualis natura corporis, vnde sunt ea quæ sunt, vndenã mutuæ ex se inuicem fiãt generationes, quemadmodum id ꝙ est, in id ꝙ nõ est resoluitur: quænã sit ex cõtrariis in hoc mundo continua compositio. Si se autem non nouit creatura, ea quæ eam superant quomodo narrabit. Tempus est ergo hæc tacendi. In his enim melius est silentium, tempus autẽ est ea loquendi per quæ vita nostra in virtute accipit incrementum. In Christo Iesu Domino nostro, Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Omnis creatura extra se esse non potest, sed semper in se manet.

Cogitatio nostra non potest comprehendere naturam quam nulla dimetiuntur interualla.

De Deo quid possit cognosci.

De Dei operibus non de dei essentia loqui possumus. Psal. 105. Psal. 117. Psal. 144.

De Dei essentia est tempus tacendi, de eius autem operationibus loqui possumus.

Creatura seipsam non nouit.

In Ecclesiasten Homilia VIII.



TEMPVS amandi, & tempus odio habendi. Quis erit adeò purgatis auribus, vt purè accipiat id quod dicitur de amando, obscæni amoris nihil secum adferens? Fortasse autem nostræ aures opus habent digitis Iesu, vt per diuinum verbi contactum ab omni sorde, quæ obstruit auditum, liberetur vis audiendi nostræ animæ: vt & laudabilem intelligat amorem, & anima accipiat quodnam sit tempus amandi, & quod sit tempus odio habendi. Non puto autem hoc aliud esse tempus præterquam eius quod est vtile. Quæ enim ex vtroque eorum capitur vtilitas, meo quidem iudicio est amborum vsus opportunitas. Nam si ita fiat vt sit remotum ab vtilitate, extra tempus etiam fuerit id quod fit. Atque prius quidem, vt opinor, intelligendum est significatum horum duorum verborum, amandi, inquam & odiendi, vt sic etiam opportunum eorum vsum verbis consideremus. *Amor quid sit. Odium quid sit.* Amor est intrinsecus insita in id quod animo est iucundum, habitudo operans per voluptatem & delectationem. Odium autem est alienatio ab eo quod est iucundum, & auersio ab eo quod molestia afficit. Possumus autem vtraque harum affectionum & vtiliter vti, & contrà, & vt quæ ex virtute vita agitur hinc habet principium. Ad quod enim amore fuerimus propensi, illi familiaritate ac necessitudine animo coniungimur, & ad quod odio affecti sumus, ab eo alienamur. Nam siue ad bonum, siue ad malum fuerit animæ habitudo, in anima quodammodo miscetur quod diligitur. Quicquid autem fuerit, & cui intermedium intercesserit odium, eius facit separationem, seu boni seu mali. Est ergo considerandum quid sit quidem amandum, quid verò sit à natura odio habendum, vt in tempore vtentes hac animi affectione, & à malis alieni euadamus per odium, & cum bonorum natura contemperemur. Et vtinam hoc ante omnia hominum doceretur natura, ad discernendum, inquam, bonum & honestum, & id quod non est eiusmodi. *Sensu non iudicatur bonum & honestum.* Non enim ad vitam nostram aditum haberent animi perturbationes, si id quod est bonum nossemus ab initio. Nunc autem sensum expertem rationis, iudicem boni & honesti primum facientes, simul alimur cum eo iudicio de iis quæ sunt quod inest à principio, & ideo difficiliter auellimur ab iis quæ bona esse sensus existimauit, vt qui firmam ac stabilem nobis fecerimus habitudinem, eo quòd cum iis simul educti & enutriti sumus. Pulchrum videtur hominibus, quod oculis per bonum colorem affert voluptatem, siue inanima materia, siue in animatis spectaculis. Auditui pulchra res est melodia. In saporibus quoque & in odoribus eiusmodi bonum ac pulchrum definit, illud quidem gustus, hoc verò odoratus. *Tactus est res à ratione alienissima.* Omnium autem grauissimum, & à ratione alienissimum est tactus, per quem intemperans voluptas, in eo quod pulchrum est diiudicando primas apud naturam partes tenet. Quoniam ergo sensus cum nascentibus nobis statim oriuntur, & cum eis in primo vitæ initio statim versamur: vi autem sentiendi cum vita à ratione aliena magna est familiaritas. Omnia enim eiusmodi cernuntur etiam in bestiis, mens autem quodammodo impeditur à sua operatione, vt quam non capiat infantia, & aliqua ratione exprimitur à dominatu sensus qui est expers rationis: propterea falsus & aberrans vsus amandi affectionis, & principium est fundamentum vitæ quæ in vitio agitur. *Amandi affectionis vsus aberrans est principium vitæ quæ in vitio agitur.* Nam quoniam duplex est nobis natura, nempe & eo quòd sub intelligentiam: & eo quòd sub sensum cadit contemperata, duplex consequenter est nobis vita, quæ in vtroque inest conuenienter, corporaliter quidem parti sensili, altera autem incorporaliter. Similiter autem & quod est bonum, & quod non est huiusmodi, non idem est vtrique vitæ nostræ generi, sed id quidem quod percipitur intelligentia, ei quæ cadit sub intelligentiam: sensili autem & corporeæ parti tale quale vult sensus. Quoniam ergo sensus quidem simul nascitur cum primo ortu, mens autem expectat vt excurrat ætas ad symmetriam, vt ipsa possit paulatim apparere in subiecto, ea de causa sensus dominatum obtinet in mentem quæ sensim accedit, vt semper assuescit ei quod magis abundat ad ei obediendum, illud bonum vel malum iudicans, quod expetere statuerit vel reiicere censerit. Quò fit vt sit nobis arduum & difficile verum bonum mente comprehendere: quoniam præoccupati sumus sentiendi instrumentis, eò quod delectat & lætitia afficit bonum & honestum circunscribentes. Quomodo enim fieri non potest, vt ad eam quæ est in cælis pulchritudinem aspiciamus, si aërem qui est supra caput caligo interceperit: ita nec oculus animæ ad virtutem aspicit, si per voluptatem veluti quandam caliginem eius obtundatur visus. *Bonum iudicare non possemus quod sensus dominatum obtinet in mentem.* Quoniam ergo sensus quidem aspicit ad voluptatem: mens autem impeditur per voluptatem ne videat virtutem, hoc est principium vitij, quoniam à ratione alienum de bono & honesto iudicium, mens quoque, inquam, sensus obtinet dominatum, suo comprobat suffragio, & si dixerit oculus pulchrum & honestum esse in bono colore eius quod cernitur, eò quoque vergit intelligentia. Et si similiter in aliis, id quod sensum oblectat, bonum esse censetur. Quòd si aliquo modo fieri posset, vt nobis ab initio inesset de bono & honesto iudicium, mente in seipsa probante quod bonum est, non rationis experti, sensui seruiremus, tanquam bestiæ in seruitutem redactæ. Vt ergo talis confusio discernatur in nobis, & id quod est natura diligendum, & quæ aliter se habent rursus citra errorem agnoscatur, hæc nunc dicit in hoc libro Ecclesiastes, Tempus est amandi, & tempus est odio habendi. Per quæ quidem discernit rerum naturam, ostendens quid vtiliter ametur, & quid odio habeatur. Dicit enim iuuentus ætatis feruens affectibus, sibi tempus esse amãdi ea quæ chara sint iuuentuti. Sed iuuentuti contrà clamat Ecclesiastes, definiens aliud esse tẽpus puræ amicitiæ. Non enim hoc esse amicitiã animæ habitudinem

dinem

dinem aberrantem in rebus turpibus & flagitiosis. Quomodo enim si in sanitate recto cursu eat natura, in tempore sitis accedit corpori. Quibus autem morsus Dipsadis talem indit affectionem, nemo dixerit in tempore eam effici sitim. Non enim in his naturalis appetitus, sed vitiosa affectio est sitis.

Amor obscœnus iuuentutis nō est amor.

Ita etiam obscœnus amor iuuentutis, non est amor, sed morbus qui procreator ardenti & Dipsadis minimè absimili morsu iuuentutis.

Amor quis sit opportunus.

Non omnis ergo amor seu amicitia est opportuna: sed ea demum quæ versatur in eo quod est solum amandum. Sed fieri non potest vt de his clara habeatur cognitio, nisi id de quo agitur ita diuidatur in contemplatione.

Bonorum alia vera, alia falsa. Verè bona quænam sint.

Bonorum ergo quorum studio tenentur homines, alia quidem verè sunt talia qualia nominantur: alia autem falsam habent appellationem. Quæ enim sunt eiusmodi vt non se ad tempus fruenda præbeant: neque cùm alicui videantur, aliis sint inutilia: sed semper & per omnia, & in omnibus sint bona quibus fuerint, ea verè sunt bona, semper similiter & eodem modo se habentia, & non admittentia mali commistionem. Quæ quidem iis qui rem accuratè examinant, in sola diuina & æterna considerantur natura:

Bona quæ videntur per errorem

Alia autem omnia quæ sensui sunt pulchra ac bona, pulchra autem videntur per errorem opinionis, neque sunt, neque consistunt natura, sed cùm sint fluxæ & transeuntis naturæ, per errorem quendam & inanem existimationem, verè esse censentur in eruditis. Si ergo amplectentes ea quæ sunt instabilia, ea non appetunt quæ semper sunt, videtur Ecclesiastes veluti in quadam alta stans specula, ad humanam exclamare naturam cùm dicit, Tempus est amandi, & tempus est odio habendi quòd alia sunt verè bona, quæ etiam ipsa sunt pulchra & honesta, & tales faciunt eos qui sunt participes.

Quod participatur transmutatur in id quod participatur.

Quale enim est natura id quod participatur, in id etiam necesse est simul transmutetur id quod participat, vt bene olens fit os eius qui ore accepit aromata, & rursus malè olens eius qui comedit allium, aut aliquid aliud quod est fætidius. Quoniam ergo fœtida quidem est omnis sordes peccati: contrà autem virtus est bonus odor Christi,

2.Cor.2.

amandi autem habitudo naturaliter efficit contemperationem cum eo quod amatur. Quod ergo diligimus per amorem, per illud efficimur Christi bonus vel malus odor. Qui enim quod bonum est & honestum amauit, ipse quoque erit bonus & honestum, bonitate eius quod est in ipso, eum qui accepit in seipsam transmutante.

Cur se nobis comedendū proponit is qui verè est. Ioan.6.

Propterea nobis seipsum comedendum proponit is qui semper est, vt cùm ipsum in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus quod ille est. Dicit enim, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus suæ carnis, & qui in hunc sanguinem est affectus, mundus erit à sensili sanguine.

Caro Verbi & sanguis qui est in hac carne non vnam habet gratiam.

Caro enim Verbi, & sanguis qui est in hac carne, non vnam habet gratiam: sed est & suauis iis qui gustant, & appetendus iis qui desiderant, & iis qui diligunt amabilis. Si quis autem amorem connexerit ad ea quæ non consistunt, cuiusmodi sunt ea natura, tale etiam sit necesse est & quod in illis fuerit. Quoniam ergo in iis quæ sunt, aliud quidem est verum, aliud verò inane, conuenit cognoscere inane, vt ea opponendo & comparando intelligamus naturam eorum quæ verè sunt. Sic enim faciunt omnes sancti, eos qui à recta via aberrarunt, & per non rectam ingrediuntur, reducentes ad viam à qua diuerterunt, procul clamantes, fuge viam in qua ingrederis. In ea enim sunt latrones & prædones & homicidarum insidiæ, vt simul quidem viator periculum declinet viæ perniciosæ: ab illa autem via recessus fit viæ quæ ducit ad eam quæ seruat.

Ita etiam magnus ille Ecclesiastes desuper clamabat humanæ naturæ quæ errabat & inuio & non in via, vt dicit propheta, hæc apertè dicens per ea quæ loquitur. Cur per totam vitam erratis, ô homines, cur amatis vana, & diligitis ea quæ non possunt consistere, & affectione in iis contrahetis quorum nulla est substantia?

Psal. 106.

Alia est via minimè errans & salutaris: in illa ambulate per charitatem, cuius nomen est veritas, & vita, & incorruptio, & lux, & quæ sunt huiusmodi: Hæc autem via per quam nunc curritis, digna est quam odio habeatis & aduersemini: caret enim luce & est intercepta tenebris, ducitque ad præcipitia, & barathra, & ferarum latibula, & ad latronum insidias. Qui ergo dixit, Tempus est amandi, ostendit id quod verè est amabile & diligendum: & qui odio tempus adscripsit, docet quænam sint auersanda. Cùm ergo id quod est natura amandum didicerimus, id complectamur per charitatem, ab eo minimè auersi, ex eo quòd quid sit bonum & honestum iudicare non possimus, amorem in iis consumentes in quibus prohibet magnus Dauid, dicens,

Psal. 4.

filij hominum, quousque graui corde? cur diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Diligendum solum natura id quod est verè.

Est enim vnum solum natura diligendum, id quod verè est, de quo etiam dicit lex decalogi: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua.

Deu. 6.

Odio est habendus vitii inuentor.

Et vnum est rursus verè odio habendum, nempe vitij inuentor, vitæ nostræ hostis. De quo dicit lex, odio habebis inimicum tuum.

Matth.5.

Dilectio dei est fortitudo eius qui diligit.

Dei enim dilectio, est fortitudo eius qui diligit. Ad vitium autem affectio exitium affert ei qui malum diligit. Sic enim dicit propheta: Diligam te domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Psal.17

Psal.10.

De contrario autem dicit, Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueum.

A dilectiōe dei remotus qui mala sequitur.

Tempus ergo diligendi Deum est tota vita, & tempus abalienationis ab aduersario est totum tempus vitæ. Qui autem paruo aliquo vitæ suæ spatio est remotus à Dei dilectione. Eum autem qui est extra deum, extra lucem esse necesse est, quoniam deus est lux: quinetiam extra vitam & incorruptionem, & quancunque mentis conceptionem, & rem quæ consideratur relata ad id quod est præstantius: quæ quidem omnia est deus. Qui enim non est in his, est omnino in contrariis. Eum itaque qui est eiusmodi, excipiunt tenebræ & interitus, & exitium & mors.

mors. Hæc cùm breuiter distinxisset sermo Ecclesiastes, tempestiua amicitia, & odio quod exerceiur in tempore, ostendit aperitque oaturam eorum quæ sibi aduersari intelliguntur. Tempus est, inquit, amandi bonum: & tempus est rursus odio habendi contrarium. Dicit autem, Tu ô homo, existima id quod dicitur, aspicere ad id quod est bonum & honestum, Nã quæ in vtroque horum est peruersa & aberrans animæ affectio, ea est radix & principium peccati. Nemo enim potest, inquit dominus, duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Docet hæc distinctio, quis sit qui malè dominatur, à quo oportet alienari per odium, & quis dominatur eius bono cui imperat, cui oportet coniungi per charitatem. Si quis autem id quidem quod est odio habendum complectatur, contemnat autem id quod est diligendum, is est qui suo malo mutat opportunitatem amoris & odij. Qui enim rem contemnit, is ab ea interibit. Qui autem complectitur perditionem, acquiret sibi id quod amplectebatur. Qui ergo verbis distinxerit ea quæ ex virtute & vitio intelliguntur, cognoscet opportunitatem quẽadmodum se gerere oporteat in vtrisque. Continentia & voluptas, temperãtia, & intemperantia, modestia & arrogantia, beneuolentia & maleuolentia, & quæcunque ex aduerso intelliguntur, tibi ab Ecclesiaste apertè ostenduntur, vt in his rectè affectus, animæ tuæ rectè consulas. Tempus est ergo amandi continentiam & odio habendi voluptatem, ne euadas libidinosus, sed potius religiosus & dei amicus, & alia omnia similiter, contentiosis, lucri & gloriæ amorem, & omnia quæ vsu amoris ad ea quæ non oportet, separani ab ea quæ est ad bonũ habitudine: vt verbi causa, in transitu hoc dogma didicimus, quòd omnis animæ motus ad bonum est conditus ab eo qui nostram fabricatus est naturam: sed si peccauerit horum motuũ vsus, is ad vitium procreat occasiones & adminicula: liberi arbitrij facultas cùm sit res bona, quando ea ad malum exercetur, est malorum extremum. Et contrà, virtutis est instrumentum, vis expultrix eorum quæ sunt iniucunda, cui nomen est odium, quando armatur aduersus contrarium. Sed tunc fit arma peccati, quando bono resistit. Omnis ergo dei creatura, ex iis quæ fuor in nobis, constructa, bona est & non reiiciẽoda, si sumatur cum gratiarum actione: ingratus autem eorum vsus vitium efficit creaturam, per quod recedit quæ est nobis cum Deo coniunctio, ingredientia autem contraria, loco Dei ponuntur: adeò vt per ea vitiosæ affectiones in deos referantur. Sic iis qui gulæ sunt dediti, Deus est venter. Sic auari sibi ex vitio idolum constituunt. Sic ii qui per errorem habent in hoc seculo obscuratos animæ oculos, Deum sibi faciunt vanam gloriam. Et vt semel dicam, Cui rei quispiam suam rationem subiũxerit, & in seruitutem redactam mancipauerit, eam suo vitio Deum fecit: non hoc facturus, nisi per dilectionem malum sibi familiare & necessitudine coniunctum effecisset. Si ergo amoris & odij intelleximus opportunitatem, alterum quidem diligamus, cum altero verò bellum geramus. Tempus est enim, inquit, belli, & tempus pacis. Vides contrariarum affectionum instructam aciem, legem carnis pugnantem aduersus legem mentis, & captiuantem me in legem peccati. Attende multiplicem & varium pugnæ apparatum, & quàm multis atque adeò infinitis modis aduersarius te oppugnet: mittit exploratores, subornat proditores, collocat insidias, adsciscit Belli socios & comparat machinas, per quas quatitur murus animæ, funditores, sagittarios, & eos qui manus conserunt, & copias equestres, & quæcunque sunt huiusmodi, ea omnia aduersus te in acie dimicant. Neque verò ignoras quis sit sensus eorum quæ dicta sunt, quis sit proditor, quis speculator, qui insidiatores, qui funditores qui sagittarij, & qui pugnant cominus manúsque conserunt, & quæ sit turma equitum. Ad omnia ergo aspicientes nos quoque oportet armari, & socios adhortari, & inter eos qui sunt nobis subiecti diiudicare qui faueant hostium partibus, & prospicere ne in via fiant insidiæ, & aduersus telorum iactus, eósque qui nobiscum manus conferunt, clypeis nos protegere, & fossa ab aditu arcere eos qui in nos immittuntur equites. Conuenit autem quibusdam etiam propugnaculis mœnia munire, ne concutiantur machinis. Neque verò opus est vt verbis singula explicemus, nempe quemadmodum inimicus vniuscuiusque nostræ ciuitatis, quæ est à Deo condita in anima, aut per exploratores nostrarum copiarum facit periculum, & quosnam habet ex nostris qui nostrum prodant exercitum. Vt autem sensus apertiatur manifestus, talis est primus tentationis insultus, vnde capiunt initium vitiosæ affectiones. Hîc est exploratur nostrarum copiarum: vt exempli causa, incidit oculorum spectaculum quod renouare potest cupiditatem. Per hoc ergo explorat hostis eas quæ in te sunt copias, sint ne validæ & bene instructæ, an imbecillæ & expugnatu faciles. Si enim non te fregit figuræ aspectus, nec apertè solutum fuit robur tuæ cogitationis, sed citra vllam animi perturbationem transmisisti id quod tibi occurrit, perterrefecisti protinus exploratorem, veluti quadam armatorum phalange hastis horrente, paratis, inquam, & instructis rationibus ostensis exploratori. Sed si ad spectaculum per voluptatem emollitus fuit sensus, & figuræ simulachrum cogitationem subiit per oculos, tunc expugnatur quidem mens, eorum quæ sunt intus imperatrix, vt quæ nihil habeat virile aut iuuenile, sed sit effœminata & dissoluta, & magna manus proditorum, ex populo cogitationum cogitur circa exploratorem. Isti autem sunt proditores de quibus dicit dominus: inimici hominis domestici eius, qui ex corde exeunt & hominem inquinant, quorum nomina aperte disci possunt ex Euangelio. Hinc tibi minimè fuerit difficile ex consequenti intelligere singula quæ pertinent ad bellicum illum apparatum, & qui sunt ij qui clàm collocant insidias, qui incursionem faciunt, qui ex improuiso in via vitæ ingrediuntur. Qui enim prætextu amicitiæ

In amando & odio habendo peruersa affectio est radix & principium peccati.

Matt. 6.

Omnis motus animæ est ad bonum conditus.

Liberũ arbitrium est bonum, sed malũ quãdo ad malũ exercetur.

Odium bonum est & malum.

Creatura Dei est bona si quis ea non malè vtatur.

Deum vitio suo efficit is qui alicui rei subiicit rationem.

Rom. 7.

Apparatus pugnæ aduersarii.

Primus tentationis insultus est instar exploratoris.

Matth. 15.

amicitiæ & beneuolentiæ, eum cui persuadetur attrahunt ad peccati exitium, ij sunt qui in via insidiantur, laudatores voluptatis, qui deducunt ad theatra, qui mali indicant facilitatem, & per ea quæ faciũt, prouocant ad imitationem, se fratres & sorores nominantes ad perniciem eorum qui intereunt. De quibus scriptum est: Omnis frater calcaneo supplantabit: & omnis amicus in dolo ambulabit. *Hier.9.* Si autem insidias intelleximus, poterimus etiam dilucidè perscrutari turmam funditorum, sagittariorum, & iaculatorũ. Qui enim sunt cõtumeliosi & iracũdi & maledici, eò quòd priores lacessunt probris ac maledictis, pro telis aut lapidibus, verba quæ irritant tãquam ex arcu & funda, & instar iaculi iacientes, medium cor sauciant eorum qui absque lorica, & sibi non cauentes transeunt. Superbiæ autem & insolentiæ vitium qui ad equorum transtulerint elationem, minimè aberrauerint. Sunt enim planè equi collum & caput in altum attollentes, inflatis insolẽtiæ verbis, veluti quibusdam vngulis, ens qui sunt moderati pulsantes. De quib⁹ dicit scriptura. Nõ veniat mihi pes superbiæ. *Psal.35.* Machinas antè quibus soluitur muri coagmentatio, auaritiam aut pecuniæ cupiditatem rectè nominaueris. Nihil enim est tã graue, & cui difficilius occurri possit in apparatu hostium, quàm machina auaritiæ. *Auaritia machina difficiliter occurri potest.* Nam etiam si aliæ virtutes per concinnam coagmentationem sint exædificatæ in eorum animis, nihilominus etiam per eas sæpe intrat machina. Videre enim licet etiam per temperentiam irruere auaritiam, & per fidem, & sacramentorum accuratam & diligentem perceptionem, continentiámque & humilitatem, & quæcunque sunt eiusmodi, intrò irrumpere hoc malum graue & inexpugnabile. Quo fit vt nonnulli continentes & modesti & fide ardentes, moribúsque compositi & moderati, huic soli morbo nõ possint resistere. Si ergo intellecta est à nobis caterua hostium, tempus erit belligerandi. Nemo autem confidat se hostium aciem posse fugare & profligare, nisi Apostoli armaturam arripuerit. *Eph.6.* Omnino autem nemo ignorat cuiusmodi sint arma illa, per quæ efficit vt aduersis telis minimè sit vulnerabilis qui hostium resistit phalãgi. *Armatura apostoli est induenda vt confligamus cum vitiis.* Nam cùm Apostolus virtutes diuisisset in genera vnumquodque genus virtutis propria arma effecit, vnicuique eorũ quæ in nobis sunt opportuna & præcipua. Cùm enim cum fide connexuisset & contexuisset iustitiam, per ea armato munit thoracem, rectè & tutè per vtrumque militi pectus muniens. Nõ potest enim fieri, vt alterũ ab altero disiunctũm, ex se tuta præbeat arma ei qui ipsa tractat. Neque em̃ fides absque operibus iustitiæ sufficit ad seruandũ. *Fides absque operibus non sufficit ad salutem.* Neque rursus vitæ iustitia per se tuta est ad salutem si seiuncta sit fides. Et ideo cùm veluti quandam materiã fidem & iustitiam his armis contexuisset, armati militis munit præcordia. In pectore em̃ cor itelligitur. Fortis autem viri caput spe munit, significans quòd conuenit bono militi sublimium rerũ spem, veluti quandam cristam, habere supernè. Clypeus autem qui est arma quibus tegimur, est fides quæ frangi non potest, quam aculeotũ cuspis non potest peruadere. Aculeos autem qui immittuntur ab hostibus, omnino intelligemus varios vitiorum & animi perturbationũ impetus.

A Salutaria autem arma quæ immuniũt dexteram aduersus hostes qui se fortiter gerunt, est sanctus Spiritus, qui est terribilis quidem si sit cõtrarius, salutaris autem si assumatur. Omnis autem doctrina euangelica pedibus affert securitatem, adeò vt nulla pars corporis inueniatur nuda & apta ad ictus accipiendos. Si igitur didicimus cũ quibus sit bellandum, pugnam sic quoque capessite. Altera quoque pars est discenda, nempe cũ quibus fœdus inire & pacem agere oportere restificetur hic liber. Quis est ergo bonus imperator, cui per pacem me reddam iunctum familiaritate? Quis est autem dux huius exercitus? *Luc.2.* Num

B est perspicuũ quòd vtrumque audiuimus à scriptura diuinitùs inspirata? Fuit enim, inquit, multitudo cælestis exercitus laudantium deum. Et Daniel videt decies mille millia eorum qui assistunt, & millies mille millia aspicit inter eos qui ministrant. *Daniel.7.* Propheta quoque id testificans, dominum exercituũ & dominum copiarum vocat dominum vniuersitatis. *Psal.23.* Et ad Iesum naue, potens, inquit, in bello, Ego, inquit, sum princeps copiarum. *Iosu.5.* Si autem intelleximus quænam sint bona in bello auxilia, & quisnam sit qui præest belli sociis, fœdus cum eo ineamus, ad eius potentiam confugiamus, ei simus amici qui tantas

C habet copias. Quisnam sit autem modus ineũdæ cum eo familiaritatis & necessitudinis, docet nos qui hanc amicitiam conciliat magnus Apostolus cùm dicit: *Deus est princeps copiarum cui nos cõiungere oportet.* Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud deum. *Rom.5.* Et rursus, Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo per nos exhortante: rogamus pro Christo: Reconciliamini deo. *2.Cor.5.* Quãdiu enim fuimus natura filii iræ, faciendo quæ nõ conueniunt, fuimus in iis qui aduersantur: ad dexteram autem altissimi fuimus collocati, depositra impietate & secularibus desideriis, viuendo sanctè, iustè, & piè. Per hanc pacem veræ paci co-

D pulabimur. De eo enim sic dicit Apostolus: Ipse est pax nostra. *Eph.5.* Hoc dictum est finis est summa eorũ q̃ fiunt in tẽpore in tẽpore em̃ omnia facere didicimus, vt hoc nobis effectum reddamus, nempe vt pacem habeamus apud deum, propterea q̃ hostili, & infesto animo fuerim⁹ aduersus aduersarium. Omnino autem si quis dixerit virtutes esse exercitum pacis, cum quibus oportet non iungi amicitia, non extra eum qui datus est sensum deducet orationem: *Virtutes sunt exercitus pacis cum quibus nos iungere oportet.* quandoquidem omne virtutis nomen & cogitatum refertur ad dominum virtutum. Quanquam quid in his prolixiori opus est oratione, eùm sufficiant quæ dicta sunt ad aperiendum sensum qui est in verbis? Postea-

E quam autem per hæc excitauit animum eius qui fuit prius eruditus in his altis documentis, ad altum quendam statum sustollet animam eius qui sequitur rationem, & ait: Quæ maior abundantia eius qui facit in iis in quibus ipse laborat? Quod perinde est ac si diceret, Quid ex humanis omnibus laboribus, ex quibus nibil ad eum redit amplius? *Ex humanis laboribus quid ad nos redeat.* Agros colit, nauigat, millitaribus laboribus affligitur, mercaturam exercet, damnum patitur, lucratur, litigat, pugnat, causa cadit, sententia data litem vincit infelix censetur, beatus existimatur, domi manet, errat apud exteros. Omnia quæ ĩ hac vita cernuntur in variis studiis, alia in aliis. Quid ei

 qui

qui per hæc suam consumit vitam amplius affert, quod in iis ponit studium & industriæ? An nõ similaque desiit viuere, omnia recta sunt oblivione: & ab iis quorum studio tenebatur desertus, abit nudus, rerum quæ hîc sunt nihil secum afferens, præter solam actionum suarum conscientiã? à qua hæc vox quodammodo post hoc in cælum mittitur, ad eum qui per huiusmodi occupatiões aberrauit in hac vita. Quid tibi amplius fuit ex multis illis laboribus quos suscepisti? Vbi sunt præclaræ ædes? Vbi sunt defossæ crumenæ? Vbi sunt æneæ imagines, & laudibus celebrãtium voces? Ecce nũc ignis & flagella, & iudicium quod neque muneribus, nec gratia corrumpitur, & quæ falli non potest antè actæ vitæ examinatio. Quæ est ergo maior abũdantia eius qui facit in iis quæ ipse laborat? Et postea, Vidi inquit, distractionem quam dedit Deus filiis hominum, vt in seipso distraherentur omnia quæ fecit bona in tempore suo. Quinetiam æuum dedit in corde ipsorum, ne inueniat homo opus quod fecit deus ab initio vsque ad finem. Cur hæc dicit? Agnoui, inquit vnde nã à vita distracta sit humana natura, occasione accepta ex diuinis beneficiis. Nam deus quidé ad bonum fecit omnia, & iis qui eorum quæ sunt participes, dedit rationem qua discernãt id quod est melius, per quam agnita opportunitas iudicij vniuscuiusque, boni & honesti sensum præbet iis qui vtũtur. Quoniam autem lapsus est à recto de iis quæ sunt iudicio, per malum consilium auersus à constanti ratiõe, recessus à tempore, id quod est in vnoquoque vtile, vertit in contrarium. Vt si quis in mensa proposito omni apparatu conuiuij, & vasis quibusdam aptis ad opem ferendam alimentis, simul etiam ea apposuerit quæ ab iis parantur qui delectantur huiusmodi artificio, aut subtiles gladios per quos conuiuæ sibi diuidant aliquid ex iis quæ sunt apposita, aut argentea cochlearia, quibus quæ in altera eius parte est cauitas, facta est vt aptè & appositè se haberet ad pollentam. Deinde quispiam ex iis qui sunt cõuocati ad cõuiuium, mutato vsu eius quod est propositum, vteretur vnoquoque ad ea quæ non decét, & gladio quidem, vel seipsum, vel aliquem ex iis qui propè accumbunt, secaret: cochleari autem vel proximi vel suum oculum expungeret, diceretur quòd apparatu conuiuatoris ipse quidé rectè est vsus, cùm ipse qui apparuerat causam eorũ quæ erant euentura: sed malus vsus eorum quæ erant apposita, ad hoc malum deduxerit eum qui inconsultè vsus est iis quæ erant proposita. Ita inquit, ego quoque noui, quòd à deo quidem factum est vnumquodque ad omne bonum, si in tempore vt conuenit, eo vtamur: auersio autem à recto de iis quæ sunt iudicio, deduxit bona ad occasionem malorum, vt exempli causa dico, quidnam est iucundius oculorum operatione? Sed quando malè affectus visus est administer eorũ quæ sunt eiusmodi, dicit id quod factum fuit ad beneficium, fuisse causam malorum: quod quidé nihil est aliud, quàm quòd bono malè vtens quispiam, effecit vt vsus esset vitium. Ita etiam alia omnia quæ à deo habet natura, sita sunt in libera electione eorum qui viuunt vt fiant materia vel bonorũ vel malorum. Quamobrem dicit omnia quæ fecit bona in tempore suo. Quinetiam æuũ dedit in corde ipsorum. Æuum autem cùm sit quoddam mentis cogitatum spatiis & interuallis dimésum, significat omnem eius creaturam quæ in ipso fuerit. Ex eo ergo quod continet, vniuersum quod in eo continetur, ostendit oratio. Omnia ergo quæ in æuo facta sunt, dedit deus cordi humano ad bonum, vt per magnitudinem & pulchritudinem creaturarum, per ipsum contemplentur eum qui fecit. Illi autem per ea quæ acceperunt, eo quòd non vnoquoque vt oportet & ad vtilitatem vsi sunt. Et ideo dicit: Ne inuenit homo opus quod fecit deus ad scopum vtilitatis, in omnibus quæ facta sunt ab initio creationis, & vsque ad vniuersi consummationem: cùm in iis quæ sunt nihil sit mali. Neque enim est hoc naturale, vt ex bono aliquid mali nascatur. Si auté bonus est qui est auctor & causa bonorum. bona omnino sunt quæcunque ex bono habét substãtiam. Deinde, noui, inquit, quod non est in ipsis bonum nisi lætari, & facere bonum in vita sua. His verbis in summam colligit quæ dicta sunt. Si enim diuinorum operum vsus in tempore definit bonum humanæ vitæ, vnum fierit bonum, nempe perpetua in rebus bonis & honestis lætitia, q̃ nascitur ex bonis operibus. Mandatorum enim obseruatio, nunc quidem per spem lætitia afficit eum qui bona facit opera: postea auté bonæ spei fructu accepto, proponit propriam iis qui digni sunt lætitiam, quando dicit Dominus iis qui bonum fecerunt, Venite benedicti patris mei, possidere paratũ vobis regnum. Et quod est cibus & potus corpori, per quæ conseruatur natura, hoc est animæ ad bonum aspicere, & hoc est verè donum dei, in deum defixos habere oculos. Hoc est enim nomen, quod in iis quæ deinceps dicta sunt interpretatur. Ita autem habet contextus. Quinetiam omnis homo qui comederit & biberit, & viderit bonum in omni labore suo, hoc est autem donum dei. Nam sicut homo, inquit, carnalis in comedendo & bibendo habet vires: ita qui ad bonum aspicit, bonum autem verum est, qui solus est bonus, donum dei habet in omni labore suo, hoc ipsum ad id quod bonum est semper aspicere. Per dominum nostrum Iesum Christum. Cui gloria & potentia in secula seculorum Amen.

Malus rerũ vsus est causa malorum.

Omnia quæ à Deo habet natura bono arbitrio fiunt materia vel bonorum vel malorum.

Creaturæ conditæ, vt per eas contemplemur eum qui ipsas fecit.

Vt ex bono aliquid mali nascatur, non est naturale.

Matth. 25.

Ad bona aspicere est animæ quod cibus & potus corpori.

D. GREGORII NYSSENI COMMENTARIVS IN CANTICA CANTICORVM SOLOMONIS.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

proœmium.



GRatum & acceptum fuit mihi studium de cantico canticorum quod & coram, & tuis ad nos exposuisti literis, vt quod honestæ tuæ vitæ & puræ animæ conueniat, vt per conuenientem contemplationem aperiatur quæ est in verbis occulta philosophia, ab ea quæ est in promptu dictione, in puris ac sinceris sensibus expurgata. Quamobrem prompto & alacri animo de hac re tuam accepi solicitudinem: non quòd ad tuos mores hoc tibi futurum sit vsui. Est enim mihi persuasum, purum esse tuum animæ oculum, ab omni sordida & obscœna cogitatione, & quæ agitatur ab animi perturbationibus, eumque per diuina hæc verba ad sinceram & ab interitu alienam sponsam intueri citra vllum impedimentum, sed vt qui sunt paulo magis carnales, per eam deducantur ad spiritualem & materiæ expertem statum animæ, ad quem ducit hic liber per sapientiam quæ in eo delitescit. Quoniam autem nonnullis videtur ecclesiasticis, sacræ scripturæ literam & dictionem perpetuò esse sequendam: nec assentiuntur per ænigmata allegoriasque & sensus arcanos aliquid ab ea dictum esse ad nostram vtilitatem, existimo primum esse necessarium, iis respondere qui de iis nos accusant, & ostendere quod nihil absurdũ & alienum facimus, si ex diuina & à Deo inspirata scriptura omni ratione venemur vtilitatem: vt si prosit quidem dictio intellecta vt dicta fuit, promptum & paratum habeant id cuius tenentur studio. Si quid autem occultè dictum in arcanis sensibus & ænigmatibus: ad vtilitatem sit planè otiosum, si spectatur sensus qui est in promptu, se conferant sicut nobis ostēdit liber qui nos erudit per prouerbia, ad intelligendum, vel tanquam parabolam id quod factum est, vel tanquã obscuram orationem, vel tanquam dictum sapientum, vel tanquam aliquod ænigma. Quæ per anagogem autem exitur contemplatio, seu tropologiam, seu allegoriam, seu aliter velis nominare, de nomine nihil contendemus, si à sensu vtili non recedat. Magnus enim Apostolus legem dicens esse spiritualem: legis autem nomine comprehendens etiam historicas narrationes, adeò vt vniuersa à deo inspirata scriptura sit lex iis qui ipsam legunt, nō solum per præcepta, sed etiam per historicas narrationes, erudiēs, & ad cognitionē mysteriorũ, & ad sinceram vitæ institutionē, eos qui ad scientiam accomodatè audiunt. vtitur quidem expositione vt sibi placet, aspiciens ad id quod est vtile, non curat autem quo nomine sit vocandum genus expositionis: sed nunc quidem dicit se mutare vocem, traducturus historiam ad indicandam testamentorum dispositionem. Deinde mentionem faciens duorum filiorum Abrahæ, qui ei nati sunt ex ancilla & libera, appellat allegoriam de iis contemplationem. Rursus autē cùm quædam narrasset ex historia dicit. Hæc in

Sacra scriptura literam esse perpetuò sequendam existimarunt quidam ecclesiastici.

Contemplatio per anagogem dicitur etiam tropologia seu allegoria.

Rom.7.

Paulus historiam sæpe traducit ad allegoriam.

Gal.4.

1.Cor.10.

A figura illis eueniebant, scripta sunt autem ad nostram admonitionem. Et rursus adiecit illud: Nō esse alligandum os boui trituranti, dicens deo nō esse curam de bobus, sed omnino ea esse scripta propter nos. Alicubi autem obscuriorem intelligentiam, & quæ est ex parte cognitionē, speculum nominat & ænigma. Et rursus transitum à rebus corporalibus ad eas quæ cadunt sub intelligentiam, appellat transitum ad dominum, & veli ablationem. In omnibus autem his diuersis locis & nominibus eius quæ est in mente contemplationis, nos vnum docet doctrinæ genus B non oportere omnino manere in litera, vtpote quod quæ est in promptu eorum quæ dicuntur significatio, in multis nos lædat in iis quæ pertinent ad vitam rectè & ex virtute degendam: sed transite ad materiæ expertem, & quæ sub intelligentiam cadit contemplationem, vt sensus qui sunt paulò magis corporales, traducantur ad mētem & intelligentiam, excussa eorum quæ dicũtur aperta significatione. Et ideo dicit: Litera occidit, spiritus autem viuificat: vtpote quòd sæpe historia si hæremus in nudis rebus nobis minimè præbeat exemplum bonæ vitæ. C Quid enim ad virtutem auditori profuerit, quòd Propheta sit procreatus ex fornicatione: & Esaias ingrediatur ad Prophetissam, si non vltra literæ dictionem procedat id quod dicitur: Aut quid ad vitã ex virtute degendam conferunt quæ de Dauide fiunt narrationes, cùm adulterium & cædes eius in vnum concurrerint nefarium facinus? Si autem aliqua inueniatur ratio quæ ostendat id quod per ea dispensatur, in nullam cadere reprehensionē, tunc verum esse ostenditur id quod dicit Apostolus, nempe quòd litera occidit malarum enim rerum in se habet exempla: D spiritus autem viuificat, sensum enim qui apparet & cadit in vituperationem, ad diuiniorem traducit significationem. Scimus autem & ipsum Verbum quod ab vniuersa adoratur creatura, quando in similitudine hominis & figura per carnem diuina tradebat mysteria, sic nobis reuelare legis sēsus & mysteria, vt duos homines quorum est verum testimonium, seipsum dicat esse & patrem: & serpentem æneum sublime elatum, qui populo mortiferis morsibus sauciato, opem ferebat, transferat ad dispensationem in cruce pro nobis factam: ipsorúmque sanctorum suorum Discipulorum ingenii acumen per tectos exerceat sermones, in parabolis, in similitudinibus, in verbis obscuris, in dictis quæ proferuntur per ænigmata quorum seorsum dabat expositiones, eorum soluens obscuritatem. Nonnunquam autem, si non esset ab illis comprehensus sensus eorum quæ dicebātur, reprehendebat eorum ingenii tarditatem, & imbecillitatem vt qui essent rudiores, ad intelligendum. Quando enim iubebat eos abstinere à fermento Pharisaico. Illi verò pusillo & abiecto animo aspiciebant ad corbes in quibus panum commeatum non attulerant, tũc eos insectatur,

Speculum vocat Paulus obscuriorem intelligentiã. 1.Cor.13.

Transitum & veli ablationem quid vocet Paulus. 2.Cor.3.

Non esse manendum in litera.

2.Cor.3.

Historia sæpe non præbet nobis exēplar bonæ vitæ.

Osee.1.

Esa.8.

Christus per parabolas mysteria tradebat.

Testimoniũ duorum significat patrem & filium. Ioan.8.

Serpens æneus significabat dispensationem factã in cruce. Ioan.3.

Matth.13. Luc.8.

Matth.16.

A ctatur, vt qui non intelligerent, quòd esset doctrina, quæ significabatur per fermentū. Et rursus cùm ei mensam apponerēt Discipuli, ipséque respondisset, ego habeo comedendum cibum quem vos nescitis, existimassentque eum dicere de corporali cibo tanquam aliunde ad eum allato, suum sermonem interpretatur, quod sibi conueniens esset cibus, salutaris voluntatis adimpletio. Eiusmodi plurima licet colligere ex vocibus euangelicis in quibus est aliud quod intelligitur ex eo quod est in promptu, aliud autem ad quod intuetur sētentia eorum quæ dicuntur. vt aquam quam promisit sitientibus, per quam fiunt fontes fluuiorum iis qui credūt panem qui B de cælo descendit: templum quod soluitur, & triduo excitatur, viam, ostium, lapidem, qui ab ædificatoribus est reprobatus ac contemptus, & in capite anguli adaptatur. Duos qui sunt in vno lecto. molendinum: molentes mulieres, eam quæ adsumitur: eam quæ relinquitur, cadauer, aquilas: ficum, quæ tenera euadit & ramos producit. Quæ omnia, & quæcunque sunt eiusmodi, nos adhortantur vt diuinas scrutemur scripturas & attendamus lectioni, & omni ratione inuestigemus, sicubi aliqua inueniatur ratio sublimior ea quæ est in promptu, deducens cogitationem ad res magis diuinas & incorporeas. Hac de causa C quod in esu ligni est prohibitum, neque ficū esse credimus, vt nonnulli pronunciarunt, neque aliquam ex frugiferis arboribus. Si enim tunc ficus fuisset lætifera, nec nunc quidem esset omnino esculenta. Simul etiam hoc quoque didicimus à voce domini, quæ hoc decretum pronunciat. Nihil ex eorum quæ per os ingrediūtur quod inquinet hominem, sed in hac lege aliam quærimus intelligentiā: quæ legislatoris digna sit maiestate, & si audierimus paradisum esse opus Dei plantationis, & si lignum vitæ plantatum in medio paradisi, quærimus ex eo qui occulta reuelat mysteria, vt discamus quorumnam agricola D & plantator fuerit pater, & quemadmodū fieri possit vt in medio paradisi sint duo ligna, alterum salutis, alterum interitus. Nam quod perfectè est medium, tanquam in descriptione circuli, omnino vnum est vno centro. Si autem in centro extensum fuerit ex altera parte alterum centrum, necesse est omnino vt cum centro simul transferatur circulus, adeò vt non sit amplius medium id quod erat prius. Cùm ergo illic sit vnus paradisus: quemadmodum dicit Theologus, seorsum quidem considerari vtrunque lignum, in medio autem esse Dei opera. In quibus nisi per philosophiam veritatem fueris contemplatus, videbitur id quod dicitur, esse fabulosum, aut non posse consistere, hominibus nō satis cōsiderantibus. E Longum fuerit ex Prophetis singula colligere, quemadmodum micheas dicit in vltimis diebus, apparere montē super vertices montium, ita nominans pietatis mysterium quod ostenditur ad delendas potestates aduersarias, quemadmodum dicit virgam & florem oriri ex radice Iesse, Domini per carnem ostensionem, significans sublimis Esaias, aut mons caseatus apud magnum Dauid, quem habet sensum qui apparet in dictione literæ, aut currus decem millibus multiplex, aut congregatio taurorum

Ioh. 4. — Multa sunt in euangeliis quæ aliter intelligantur quàm litera præfert. — Ioan.7. Ioan.6. Ioan.2. Ioan.14. Ioan.10. Marc.12. Matth.24. Luc.17. Luc.17. Matth.21. Marc.11. — Scripturæ sunt scrutandæ, vt aliquid eruatur sublimius ex litera. — Quo fructu prohibitus sit Adā vesci. — Matth.15. Gen 2. — In medio paradisi plantatum lignum. — Mich.4. Esa.11. Psal.67.

quæ immittitur in vaccas populorum, aut pes qui tingitur in sanguine: aut canis linguæ, aut instar vituli à cedris diuinitus libanus: & alia præter hæc innumerabilia licet ex reliqua colligere prophetia, & docere esse necessariam verborum contemplationem ex sententia. Quæ si reiiciatur vt placet nonnullis mihi videtur id perinde esse, vt si quis ad humanū in mensa esum non confectas apponat segetes, spicis non tritis, granis ventilabro non secretis à palea, frumento in farinam non comminuto: neque pane parato eo quo par est modo ad hoc vt sit esculentus. Quomodo ergo non confectum frumentum est alimentum iumentorum & non hominū, ita dici potest brutorum potius quàm ratione præditorum animātium esse alimentum per subtiliorem non confecta contemplationem verba à Deo inspirata, non solum veteris testamenti, sed multa etiam doctrinæ euangelicæ, vt pote ventilabrum quod purgat aream, paleam quæ à vento asportatur, & id quod remanet ad pedes eius qui ventilat, ignem inextinguibilem, bonum horreum, arborémque non fert malos fructus, minas securis, quæ intentant terribilem arborum amputationem. Lapides qui in humanam transmutātur naturam. Hæc ad tuam prudentiam sedulò his literis à me scripta sunt, vt sint quædam responsio ad eos qui statuunt ex verbis diuinis nihil amplius esse quærendum, quàm quæ est in promptu literæ & dictionis significationem. Quòd si cùm Origenes plurimum laboris & studii in hunc librum contulerit, nos quoque quod à nobis est elaboratum literis mandare lubenter statuerimus, nemo nos accuset, ad id quod dicit Apostolus intuens, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Non est hic liber à me scriptus ad ostentationem. Sed quoniam multa ex iis quæ dicta sunt in ecclesiis, quidem ex iis qui nobiscum versantur, dicendi studio adnotarunt, aliis quidem ab aliis acceptis quæ consequenter habuit eorum adnotatio, & aliis à me additis, quorum erat necessaria adiectio, ea in formam homiliarum enarraui, ad literæ dictionem statim addita verborum contemplatione, quātum mihi ad hæc datum est otii in diebus ieiuniorum. In his enim hic liber ad aures populi à nobis fuit elaboratus Quòd si temporis spatium nobis dederit vitæ nostræ dispensator Deus, tempúsque pacatum & tranquillum, fortasse cætera persequemur. Nunc enim nobis vsque ad dimidium processit liber & contemplatio.

Psal.28. — Frumentū non confectum scriptura cuius litera non examinatur. — Matth.3. Luc.3. Matth.7. Matth.3. — Origenes scripsit in Cantica. — 1.Cor 3.

In Cantica Canticorum, homilia prima.



Sculetur me osculo oris sui: quia bona sunt vbera tua supra vinum, & odor vnguentorum tuorum supra omnia aromata. Vnguentum effusum nomen tuum. Idcirco adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te. Post te enim curremus in odorē vnguentorū tuorum. Introduxit me rex in sua penetralia. Exultemus & lætemur in te. Diligamus vbera tua supra vinum. Te dilexit rectitudo.

Quis debeat legere cantica canticorum.

QVICVNQVE, congruenter consilio Pauli, veterem hominem, tanquam sordidum aliquod vestimentum, exuistis cum eius actionibus & desideriis, & lucidas Domini vestes, quales ostendit in transfiguratione quæ facta est in monte, induistis per vitæ puritatem, imò vero qui ipsum Dominum nostrum Iesum Christum cum charitate, quæ est eius indumentum, induistis, & estis ei conformati ad impatibilitatem & ad hoc vt sitis diuiniores, vos audite canticum canticorum. Vos, inquam, dum estis intra cubile sponsi, in quod non cadit interitus, induimini mundis & impollutis cogitationibus. Si quis autem perturbationi animi obnoxiam & carnalem inducens cogitationem, & non habens indumentum conscientiæ diuinis conuenientis nuptiis, propriis alligetur cogitationibus, ab interim alienas sponsi & sponsæ voces attrahens ad beluinos & rationis expertes animi affectiones, & per eas obscœnis indutus phantasiis, eijciatur extra eos qui in nuptiis læti sunt & alacres pro thalami lætitia accipiens stridorem dentium & lachrymas. Hæc testificor tractaturus contemplationem mysticam Cantici Canticorum. Nam per ea quæ hîc scripta sunt, ornatur quodammodo anima tanquam sponsa, ad incorpoream & spiritualem materiæque expertem Dei coniunctionem. Nam qui vult omnes esse saluos & venire ad agnitionem veritatis, ostendit hic perfectissimum & beatum modum salutis, eum dico qui fit per charitatem. Nam nonnullis fit etiã salus per timorem, quando intuentes ad minas supplicii gehennæ, separantur á malo. Sunt etiam aliqui, qui propter spem mercedis repositam iis qui piè vixerint, se rectè & ex virtute gerunt, nõ charitate bonum possidentes, sed expectatione remunerationis. Sed qui animo currit ad perfectionem, expellit quidem timorem, est enim eiusmodi seruilis affectio, propterea quòd non propter charitatem permaneat apud dominum, propter flagrorum autem metum nõ aufugiat. Despicit autẽ ipsas quoque mercedes, ne videatur mercedem pluris facere quàm eum qui donat lucrum. Diligit autem ex toto corde & anima & potestate, nõ aliquid aliud ex iis quæ ab ipso fiunt, sed eum ipsum qui est fons bonorum. Qui itaque nos vocat ad sui participationẽ, is hanc in auditorum animis statuit affectionem. Qui autem legem sancit, is est Solomon, cuius sapientia, vt diuinum est testimonium, non habet mensuram, vt quæ ex æquo conferri nõ possit cum omnibus qui antea fuerunt & qui futuri sunt, quem eorum quæ sunt omnino nihil latet. Num me putas dicere Solomonem qui natus est ex Bersabe, qui in monte obtulit mille boues, qui Sidoniæ mulieris consilio vsus est ad peccatum? Sed per hoc alius significatur Solomon; qui ipse quoque natus est ex semine Dauid secundum carnem, cui nomen est pax, qui est verus rex Israël, qui est ædificator templi Dei; qui rerum omnium comprehendit cognitionem cuius est infinita sapientia, imo verò cuius essentia est sapientia & veritas, & quod libet Deo conueniens excellentissimumque nomen & intelligentia. Is vsus Solomone tanquam instrumento, per illum nobis loquitur, primum quidem in

Quis arcendus à lectione cantici canticorum.

Anima in canticis ornatur tamquam ad incorpoream & spiritualem dei coniunctionem.

Salutis modus perfectus per charitatem, salus fit per timorẽ.

Spes mercedis incitat nonnullos ad bene viuendum, nõ charitas.

3. Reg. 4. & 7.

Solomõ author cantici canticorum Christus est, Sidoniæ mulieris consilio vsus est ad peccatum.

Prouerbiis, Deinde in Ecclesiaste, & postea in proposita philosophia, Cantici canticorum, via & ordine rationi ostendens ascensum qui tendit ad perfectum. Quomodo enim in vita quæ est secundum carnem, non omnis ætas omnes naturales complectitur operationes: neque per similia nobis procedit vita in ipsis ætatem differentiis. Nam nec infans adultorum & perfectorum agreditur opera: nec adultus ac perfectus gestatur in vlnis nutricis: sed in vnoquoque tempore ætatis est, aliquid aliud congruens ac conueniens. Ita etiam licet videre in anima proportionem quandam ac conueniẽtiam cum corporis ætatibus, per quas inuenitur ordo & consequentia deducens hominem ad vitam degendam ex virtute. Aliter erudiunt prouerbia: & aliter disserit Ecclesiastes: & quæ per Canticum Canticorum traditur philosophia, vitamque superat dogmatum sublimitate. Nam quæ per prouerbia datur doctrina, ad eum qui est adhuc infans verba facit, conuenienter ætati adaptans admonitionem. Audi, inquid, fili, leges patris tui, & ne repellas instituta matris tuæ. Vides ex iis quæ dicuntur quàm sit adhuc tenera ætas animæ, quemadmodum non possit se pascere, & adhuc opus habeat maternis institutis, & paterna admonitione. Et vt infans prompto & alacri anima attendat parentibus, pollicetur ex disciplinis ei ornamenta fore puerilia. Est enim ornamentum puerile, torques aureus in collo resplendens. Oportet autem omnino hæc intelligere, vt sensus ænigmatis deducat ad id quod est melius. Sic ei incipit variam ac multiplicem describere sapientiam, & ineffabilis pulchritudinis interpretari speciem ac decorem: vt non aliqua necessitate & metu, sed cupiditate & desiderio excitetur ad bonorum participationem. Nam descriptio pulchritudinis attrahit omnem iuuenum cupiditatẽ ad id quod ostenditur, accendens desiderium vt sit particeps venustatis & elegantiæ. Vt ergo ei magis augeatur cupiditas, à materiali traducta affectione ad materiæ expertem habitudinem, ornat laudibus sapientiæ pulchritudinem. Neque solum ornat verbis eius speciem & decorem, sed etiam eius enumerat diuitias: quarum euadet Dominus qui cum eo habitauerit. Considerantur autem diuitiæ in iis quæ ab ipsa proponuntur. Nam dexter quidem est ei ornatus vniuersa secula, cùm ita dicat scriptura, longitudo vitæ est in dextera eius. In alia autem manu habet positas pretiosas virtutum diuitias, quæ simul resplendent cum splendore gloriæ. Dicit enim: In sinistra eius diuitiæ & gloria. Deinde oris quoque eius dicit redolentiam spirantem bonum odorem iustitiæ, dicens: Ex ore eius egreditur iustitia. In eius autem labris, pro rubore naturali legem florere dicit & misericordiam. Et vt huius spõsæ inueniatur omni ex parte perfecta pulchritudo, laudatur quoque eius incessus. Dicit enim: In viis iustitiæ ambulat. Eius quoque pulchritudinis laudibus nec deest quidẽ magnitudo; cum eius incrementum excitetur tanquam planta aliqua bene germinans. Vt autem intelligas huic plantæ assimilari eius altitudinem, Ipsa, inquit, est lignum vitæ, quod est

quidem

Omnis ætas naturalis nõ complectitur operationes.

In anima est quædã proportio & conuenientia cum ætatibus corporis.

Prouerbia conueniunt pueritiæ.

Prou. 1.

In prouerbiis describitur sapientiæ pulchritudo.

Prou. 3.

Lignum vitæ est christus.

quidem nutrimentum iis qui eam apprehendũt, A iis autem qui innituntur columna firma ac stabili & quæ non potest labefieri. Per vtrumque autem intelligi Dominum. Ipse enim est vita & fulcrum ac firmamentum. Ita autem habet dictionis contextus, Lignum est vitæ omnibus qui apprehendunt eam. Comprehenditur autem cum cæteris eius quoque potentia, vt per omnia bona impleatur laus pulchritudinis sapientiæ. Deus enim, inquit, sapientia fundauit terram, Parauit cælos in prudentia, & vnumquodque eorum quæ considerantur in creatione, deducit ad vim sapientiæ, eam ornans variè iis quæ in ipsa intelliguntur, eandem enim esse & sapientiam & intelligentiam, sensum & cognitionem B & prudentiam, & quæ sunt huiusmodi. Post hæc autem incipit tanquam paranymphus deducere iuuenem ad eiusmodi cohabitationem, ad diuinum thalamum iam iubens intueri. Dicit enim: Ne dimittas eam, & retinebit te: dilige eam, & custodiet te, circunualla eam, & te in altum euehet, honora eam vt te amplectatur: vt det tuo capiti coronam gratiarum, corona autem deliciarum te proteget. Cùm his nuptialibus coronis eam iam tanquam sponsam ornasset, iubet ab ea nunquam separari, dicẽs: Quando ambulas, duc eam, & sit tecum. cùm dormies, te custodiat, C vt tecum experrecto colloquatur. Cùm per hæc & quæ sunt eiusmodi, eius qui est adhuc iuuenis secundum interiorem hominem, inflammasset cupiditatem, & illam ipsam sua narrantem oratione ostendisset, per quæ maximè attrahit dilectionis auditorum habitudinem, hoc cum aliis dicens, Ego diligentes me diligo. Spes enim qua speratur fore vt fruamur, amatorem ardentiori afficit desiderio: & cum bis reliqua adduxisset cõsilia in quibusdam dictis inuntiatoriis & minimè circunscriptis, & eum ad habitum deduxisset perfectiorem, & deinde in fine prouerbiorum pronunciasset esse beatam hanc con- D iunctionem, quando mulieris illius fortis perfectus est encomia, tunc adiungit illam quæ est in ecclesiaste philosophiam, vt qui per prouerbialem institutionem satis introduxisset ad desiderium virtutum: & cùm in eo libro reprehendisset hominem ad id quod apparet habitudinẽ, & vanum esse dixisset quicquid est instabile & transiẽs, dicens: Quicquid venit est vanitas, cuilibet quod sensu comprehenditur, præfert naturalem animæ nostræ notionem ad pulchritudinẽ quæ non cadit sub aspectum. Et cùm sic cor expurgasset ab habitudine quæ est ad id quod apparet, tunc per Canticum Canticorum mysticè introduxit cogitationem ad diuina adyta: in quibus id quidem quod inscribitur, est quidem apparatus nuptialis: id autem quod intelligitur, est humanæ animæ cum Deo contemperatio. Propterea is est sponsus qui in prouerbiis nominatur filius & sapientia locum tenet sponsæ, vt deo homo desponsetur casta virgo, & Deo agglutinatus fiat vnus spiritus, per contemperationem cũ eo quod est ab interitu alienũ & impatibile, pro carne Mariæ effectus pura intelligentia. Cùm ergo sit quæ loquitur sapientia, dilige quãtum potes ex toto corde & totis viribus, concupisce quãtum potes capere. Addo autem audacter his

Potentia sapientiæ.

Prou. 4.

Prou. 5.

Prou. 8.

Ecclesiastes cur subiungatur Prouerbiis

Nuptialis apparatus in canticis est humanæ animæ cum Deo contemperatio.

quoque verbis, Ama. Neque enim reprehensioni est affinis, & est impatibilis in incorporeis hæc affectio, vt sapientia dicit in prouerbiis, de amore diuinæ pulchritudinis legem ferens. Sed similia quoque præcepit liber nunc propositus, non de hoc nudum solummodo afferens consiliũ: sed per arcana philosophatur, iis quæ intelliguntur, coniecturem faciens cuiusdem imaginis eorum quæ iucunda sunt in vita, æd construenda dogmata. Imago autẽ est quidem apparatus nuptialis, in quo intercedit desiderium pulchritudinis non humano more sponso incipiente teneri desiderio, sed sponsum virgo præuenit impudenter suum in publicum proferens desiderium, & in votis habens vt in osculando sponso aliquando se oblectet. Nam quoniam boni sponsi pronubi, Patriarchæ, & Prophetæ, & legislatores, diuina dona sponsæ attulerunt, quæ græci solent vocare *hedna*, ita nominantes donationes ante nuptias, hæc autem sunt remissio delictorum, obliuio malorum peccati ablatio, naturæ transformatio, eius in quod cadit interitus, in id in quod nõ cadit, transmutatio, deliciæ paradisi, regni dignitas, lætitia quæ fine caret. Cùm hæc ergo diuina dona virgo accepisset à præclaris paranymphis, & fatetur desideriũ, & festinat frui gratia pulchritudinis eius quem desiderat. Eã auscultant quædam ei familiares & ætate pares, sponsam incitantes ad maius desiderium. Accedit etiam sponsus adducens chorum quotundem amicorum & eidem gratorum. Ii sunt autem administratorii spiritus, per quos seruantur homines, aut sancti Prophetæ, qui sponsi voce audita, lætantur & exultent ob puram & ab interitu alienam quæ consinnatur coniunctionem, per quam anima Deo coniuncta fit vnus spiritus, sicut dicit Apostolus. Rursus itaque in prouerbiis repetam orationem. Nemo ergo perturbationibus animi obnoxius & carnalis, veteris hominis mortuum adhuc olens fœtorem, ad beluinas trahat operationes diuinitùs inspiratarum sententiarum ac verborum significationes: sed vnusquisque ipse à seipso excedens, cùm fuerit extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodãmodo redierit in paradisum, & per puritatem deo similis euaserit, ita procedat ad adytum mysteriorum quæ in hoc apparent libro. Quòd si ad hæc audienda sit aliquibus imparatus animus, audiat Mosem lege canentem, ne ad montem spiritualem audeamus ascendere, priusquam cordium nostrorum lauerimus vestimenta, & conuenientibus cogitationum aspersionibus animas expiauerimus. Quamobrem nunc dum in hac assidemus contemplatione, existimo oportere nuptialium obliuisci cogitationum, conuenienter præcepto Mosis, qui lege cauit, vt qui essent mysteriis initiati, puri essent à nuptiis: & in omnibus suscipere præcepta legislatoris eos qui sunt processuri ad spiritualem montem legis, in quo fœminiñũ genus cogitationum, cum apparatu materiali relinquitur in vita inferiori. Quæuis autẽ rationis expers mentis conceptio, si in hoc monte visa fuerit, rigidioribus cogitationibus, veluti quibusdam lapidibus, occiditur. Nam sic quidẽ vix audierimus vocem huius tubæ, quæ magnũ & valde mirandum edit sonitum, & supra vires eorum

Amando est sapientia

Patriarchæ, prophetæ & legislatores sunt pronubi sponsi.

Chorus amicorum sponsi sunt angeli.

Quis debeat accedere ad legenda cantica canticorum.

Ad montem non accedere iubet Moses nisi lotus vestimentis.

Ascensus in quem descrebit Moses explicatur allegoria.

eorum qui suscipiunt quam emittit ipsa caligo obscuritatis in qua est Deus, qui igne comburit quicquid est in hoc monte particeps materiæ. Iã ergo ingrediamur sanctum sactorum, quod quidem est Canticum Canticorum. Quomodo eñ in sancto sanctorum docemur quandam abundantiam & intensionem sanctitatis per hanc vocem superlatiuam: ita etiam per Canticum canticorum, mysteria mysteriorum nos docere profitetur sublimis oratio. Nam cùm multa sint diuinitùs inspirata doctrina canticorum, per quæ à magno Dauid, & Esaia & Mose, & multis aliis, docemur magnas de deo intelligentias, hoc discimus ab hac inscriptione, quòd quantum à canticis externæ sapientiæ distant Cantica canticorum, tantum superat canticum sanctorum mysterium quod est in cantica canticorum. Quo quid amplius ad mentis comprehensionem, nec inuenire, nec capere potest auris humana, nec natura. Et hac de causa, id quod est vehementissimum eorum quæ ex voluptate fiunt, amatoriam, inquam, affectionem ad dogmatum explicationem ænigmaticè protulit. Vt per hoc discamus, quòd oportet animam oculos defigentem ad diuinæ naturæ pulchritudinem, ad quam non patet accessus, tantum illam amare, quantam habet corpus habitudinem ad id quod est ei cognatum & eiusdem generis, traducta animi perturbatione ad impatibilitatem, & ut extincta omni corporali affectione, solo spiritu amatoriè in nobis mens ferueat, per illum ignem calefacta, ad quem iaciendum super terram venit Dominus. Sed hæc quidem satis esse opinor, ad ostendendum, quemadmodum affectam oportere esse animam eorum qui verba mysticè audiunt. Tempus autem fuerit, ipsas quoque diuinas voces Cantici canticorum, iam deducere ad orationis contemplationem. Et primum quidem consideremus vim inscriptionis. Neque enim mihi videtur otiosa incriptione liber esse adscriptus Solomoni: sed vt qui legerent, cogitarent quòd magnum quidpiam & diuinum in iis quæ dicuntur, contineatur. Nam quoniam apud vnumquemque, est per ipsum, quod ipse de se tulit, testimonium insignis eius ob sapientiam admiratio: ea de causa statim à proœmio nominis assumitur mentio: vt qui legunt, magnum quidpiam, & quæ de eo habetur opinione dignum, per hunc librum speretur. Quomodo autem in scientia picturæ quædam est omnino materia in diuersis coloribus, quæ animalis complet imitationem. Qui autem aspicit ad imaginem, quæ, per colores arte est absoluta, in ea contemplanda non immoratur in coloribus illitis tabulæ: sed intuetur ad solam formam quam coloribus affecit artifex. Ita etiam conuenit in præsenti scriptura, non intueri ad materiam colorum quæ est in verbis: sed aspicere veluti ad quandam Regis formam, quæ in iis exprimitur per puras mentis conceptiones. Album enim, aut fuluum, aut nigrum, aut rubrum, aut ceruleum, aut aliquis alius color sunt hæc verba, si spectentur quæ in promptu sunt significationes, nempe os, & osculum, & vnguentum, & vinum, & nomina membrorum, & lectulus, & adolescentulæ, & quæ sũt huiusmodi. Quæ autem per hæc

Canticum canticorum est sanctum sanctorum.

De libri titulo.

Amatoria affectio in Canticis canticorum calefacta fuit per illum ignem ad quẽ iaciendum super terra venit dominus.

Solomonis titulus non frustra positus in principio.

Simile à pictura.

Intuenda est forma non colores in his Canticis.

efficitur forma, est beatitudo & impatibilitas, & cum Deo coniunctio, & ei quod est verè pulchrum, honestum & bonum assimilatio. Hæ sunt mentis conceptiones & intelligentiæ, quæ ferunt testimonium de illa sapientia quæ exuperat terminos humanæ sapientiæ. Quid enim fuerit admirabilius, quàm idem facere naturam suarum affectionum expurgatricem, per ea verba quæ censentur esse plena affectionibus, lege staruentem ac docentem impatibilitatem. Non eñ dicit oportere esse extra carnis motus abnoxios affectibus, & mortificare membra quæ sunt supra terrã, & ore esse purum à verbis patheticis: sed ita afficit animam, vt per ea quæ videtur esse absurda & indecora, aspiciat ad puritatem, per verba pathetica interpretans mentem ac sententiam in quam non cadit interitus. Hoc quidem vnum nos per proœmia doceat oratio, quod nõ sunt amplius homines qui introducuntur ad adyta mysteriorum huius libri, sed per Christi disciplinam sunt traducti ad id quod diuinius, Sicut suis discipulis testatur verbum, quòd essent homine meliores, quos discreuit ab homine quæ à Domino apud ipsos facta est distinctio, quando dicit: Quem me dicunt esse homines? Vos autem quem me esse dicitis? Reuera enim per hæc verba, quorum quæ in promptu est significatio, iudicas carnales delectationes, nõ delabens ad obscœnam cogitationem, sed rerum diuinarum philosophiam, ad puras deducens mentis conceptiones: ostendit non amplius esse hominem, neque habere naturam carne & sanguine commistam: sed ostendit sanctorum vitam quæ speratur in resurrectione, per impatibilitatem effectus par angelis. Quomodo enim post resurrectionem, corpus quidem in id transmutatum in quod nõ cadit interitus, coniungitur animæ hominis: quæ autem nunc per carnem nobis molestiam exhibant, animi perturbationes, non consistunt in illis corporibus: sed pacificus quidem status vitam nostram excipiet, prudentia carnis non amplius seditionem exercente aduersus animam: neque bello intestino per motus affectionum repugnante legi mentis, & tanquam captiuam peccato victam adducente animam, sed ab omnibus eiusmodi tunc pura erit natura: & amborum vna erit prudentia, carnis, inquam, & spiritus, omni corporali affectione deleta ex natura. Ita per hunc librum iubet oratio iis qui audiunt, vt etiamsi in carne viuamus, nostris cogitationibus ad eam minimè conuertamur: sed ad solam aspiciamus animam, & omnes dilectionis significationes puras & impollutas dedicemus bono Deo qui omnem superat intelligentiam: cui solũ est reuera quod dulce & iucundum expetẽdúmque & amabile: cuius quæ semper existit fruitio, fit materia & occasio maioris cupiditatis, bonorum participatione intendens desiderium. Ita Moses Deum diligebat: ita Elias: ita Iohannes sponsum, diligebat, dicens: Qui habet sponsam est sponsus, amicus autem lætitia afficitur propter sponsum. Ita Petrus rogatus an amet, liberè & confidenter fatetur, dicens: Domine tu scis quòd amo te. Ita cæteri Apostoli. Ita Paulus qui prius persecutor, cùm dilexisset Christum quem non viderat, scripsit dicens, Despondi vos virginem

Forma quæ describitur, beatitudo & impatibilitas.

Marc. 8.

In resurrectione corpus quale sit futurum.

Ad carnem non est conuertẽda cogitatio, sed ad animam & omnes dilectionis significationes Deo sũt dedicanda.

Ioan. 3.

Ioan. 21.

2. Cor. 11.

A ginem castam exhibere Christo. Ita quæ nunc est ecclesia, sponsa sponsum diligebat, conuenienter ei virgini quæ dicit in cantico, Osculetur me osculo oris sui. Sic ille qui dignus est habitus cum Deo loqui facie ad faciem, vt testatur scriptura, eiusmodi osculorum maiori tenebatur desiderio, postquam ei toties Deus apparuisset, rogans vt videret quem desiderabat, perinde ac si nunquam eum esset contemplatus. Ita cæteri omnes quorum diuinum desiderium insidebat in imis penetralibus, nunquam suum sisterunt desiderium, quicquid eis diuinitùs eueniebat quo fruerentur eo qui desiderabatur, materiam arripientes & fomitem maioris desiderii. B Quomodo etiam quæ nunc quoque Deo coniungitur anima satiari non potest fruitione, quò copiosius fruitione impletur, eò vehementiori vigens desiderio. Quia enim verba sponsi spiritus sunt & & vita quicunque autem conglutinatur spiritui, fit spiritus: & qui vitæ coniungitur, transit à morte ad vitam, congruenter voci Domini, propterea desidarat appropinquare animam fonti vitæ spiritualis virgo anima. Fons autem est os sponsi, vnde scaturientia verba vitæ æternæ, implent os ea attrahens, sicut faciebat Propheta per os trahens spiritum. Quia ergo oportet ori addere potum qui attrahitur ex fonte: fons autem est Do- C minus qui dixit. Si quis sitit, veniat ad me & bibat, propterea anima vult suo ori vitam haurienti os admouere, dicens. *Osculetur me osculis oris sui:* & qui omnibus scatere facit vitam, & vult omnes esse saluos, neminem vult eorum qui salui fiunt esse expertem huius osculi, est enim eius osculum purgamentum cuiusuis sordis, Quamobrem mihi videtur Dominus hoc exprobrare Simoni leproso, Osculum mihi non dedisti. Reuera enim fuisset mundatus ab ægritudine, si ore attraxisset puritatem Sed ille quidem meritò id non est expertus, vt cuius caro supra modum excreuisset D per morbum, ob suam cupiditatem ita manens vt exinaniri non posset à vitio. Anima autem expurgata ab omni carnali lepra, aspicit bonorum thesaurum, thesauro autem nomen est cor. Propheta quoque rogabat vt sibi crearetur cor mũdum, à quo lac diuinum suppeditatur vberibus, quo nutritur anima, conuenienter proportioni fidei attrahens gratiam. Quamobrem dicit: *Bona sunt vbera supra vinum*, ex loci positione per vbera cor tacitè significans. Omnino autem qui cor quidem occultam & arcanam diuinitatis virtuté intelligit, non errabit. vbera autem bonas diuinæ virtutis pro nobis operationes merito possu- E mus existimare, per quas vniuscuiusque vitam tanquam nutrix alit Deus, vnicuique eorum qui accipiunt, conueniens largiens nutrimentum. Quoddam etiam aliud dogma discimus obiter per huius libri philosophiam, nempe quòd duplex est in nobis sensus, alius quidem corporalis, alius verò diuin⁹, sicut alicubi dicitur in prouerbiis, Sensum diuinum inuenies. Est enim quædam proportio & conuenientia animalibus motibus cum instrumentis sensuum corporis, & hoc discimus ex præsentibus eloquiis spiritus. Quod enim gustui est lac & vinum: si illa sint eiusmodi, vt cadent sub intelligentiam, quæ ea omnino intelligit & apprehendit, est virtus rationis. Ad

Exod. 33. — *Anima quæ Deo coniũgitur, satiari non potest fruitione.* — *Ioan. 5.* — *Ioan. 7.* — *Cantic. 1.* — *Luc. 7.* — *Bonorum thesaurus est cor.* — *Psal. 50.* — *In nobis sensus est corporalis & diuinus*

A operationem autem deducitur osculum per sensum tactus. Nam se inuicem tangunt labra in osculo. Est autem etiam quidem tactus animæ qui verbum tãgit, deducitur autem ad operationem per quendam corporeum contactum & qui cadit sub intelligentiam, vt dicebat is qui dixit, Manus meæ cõtrectauerunt de verbo vitæ. Similiter autem odor quoque diuinorum vnguentorum, non est odor narium, sed cuiusdem virtutis materiæ expertis & quæ percipitur intelligentia, cum tractu spiritus simul attrahens Christi bonum odorem. Sic enim voti virginalis in præmio habet consequentia: *Bona vbera tua supra vi-* B *num, & odor vnguentorum tuorum supra omnia aromata* Per hæc autem, vt nos existimamus, significatur non parua aliqua neque contemnenda intelligentia. Fortè enim in eo quòd prætulerit per comparationem, lac quod ex diuinis manat vberibus, lætitiæ quæ nobis oritur ex vino, per ea quæ dicta sunt, discimus, quòd omnis humana sapientia & eorum quæ sunt scientia, & omnis virtus contemplatiua, & mente comprehendens phantasia per comparationem non potest exæquari simplici nutrimento diuinarum disciplinarum. Lac enim fluit ex vberibus, est autem lac nutrimentum infantium. Vinum autem C propter vim & calorem datur fiuendum perfectioribus, sed tamen quod est perfectum in externa sapientia, minus est quàm diuini verbi infantilis doctrina. Propterea vino humano meliora sunt vbera diuina. Odor autem diuinorum vnguentorum est melior omni fragrãtia aromatum. Vnde nobis videtur hanc indicare sententiam. Aromata intelligimus virtutes, vinum sapientiam, temperentiam, fortitudinem, prudẽtiam, & quæ sunt huiusmodi, quibus illiti, conuenienter suæ potestati & libero animi sui instituto, vnusquisque, alius aliter sumus in bono odore. Alius quidem ex temperentia aut sapien- D tia. Alius autem ex iustitia aut magni animi virtute, aut aliquo alio ex iis quæ intelligentur ex virtute. Alius autem fortè habet etiam in se bonũ oderem contemperatum ex omnibus eiusmodi aromatibus. Sed tamen hæc omnia nihil sunt si conferantur cum illa perfecta & omni ex parte absoluta virtute, quam Abacuc Propheta dicit cælos comprehendisse, dicens, Operuit cælos virtus eius, quæ est ipsa per se sapientia, & ipsa per se iustitia, & ipsa veritas, & singula eiusmodi ne dicam omnia. Cœlestium vnguentorũ, inquit, odor lætitiam habet incomparabilem, si conferatur cum iis aromatibus quæ à nobis co- E gnoscuntur. Rursus in iis quæ deinceps sequuntur, sublimiorem tangit philosophiam anima sponsa, ostendens humanis ratiocinationibus non dari aditum ad diuinam virtutem, nec illam ab iis posse comprehẽdi, cùm dicit. Vnguentum effusum nomen tuum. Nam per hæc verba mihi videtur hoc significare, quòd immensa natura nominatum perfectè comprehendit, sed omnis vis cogitationum, & omnis significatio verborũ etiamsi videatur habere magnum quidpiam & quod Deum deceat, non eam habet naturam vt tangat id quod est verè Verbum: sed veluti quibusdam vestigiis & illustrationibus ratio nostra Verbum coniicit, per ea quæ comprehenduntur, ex

Tactus animæ qui verbum tangit — *1. Ioan. 1.* — *Odor diuinorum vnguentorum quisnam sit* — *Humana sapiẽtia & scientia non exæquatur simplici nutrimento diuinarum disciplinarum.* — *Aromata quid significent.* — *Abac. 3.* — *Humanis rationibus non datur aditus ad diuinam virtutem.*

tur,ex quadam proportione & conuenientia cōiectans id quod non potest comprehēdi. Quodcunque enim,inquit, nomen fecerimus,quo cognoscatur vnguentum tuæ diuinitatis,per eorum quæ dicuntur significationem non ipsum significamus vnguentum, sed paruas aliquas reliquias vaporis boni diuini odoris theologicis nominibus indicamus. Vt in sanctis quorum effusum fuerit vnguentum,ipsum quidem sanctorum effusum vnguentum sua natura ignoramus quale sit, ex quadam autem exili & obscura ex vaporibus sanctorum excepta qualitate, de effuso vnguento aliquam facimus coniecturam. Hoc est ergo quod dicimus per ea quæ dicta sunt, quòd ipsum
B quidem vnguentum diuinitatis quodcunque sit essentia,exuperat omne nomen & intelligētiam. Quæ autē in vniuerso cernuntur miracula,theologicorum nominum dant materiam, per quæ Deum nominamus sapientem,potētem, bonum, sanctum,beatum & æternum,& iudicem, & seruatorem,& quæ sunt huiusmodi: quæ quidem indicant quandē modicam,diuini vnguenti qualitatem, quam vniuersa creatura per ea quæ cernuntur miracula, instar vnguentarii cuiusdam vasis,in se impressit. *Idcirco,inquit,adolescentulæ dilexerunt te,traxerunt te.* Dixit causam laudabilis cupiditatis,& amatoriæ affectionis. Quis est enim
C qui hanc non amet pulchritudinem,si solummodo habeat oculum quem possit defigere in venustatem & decorem? Non est quidem magna quæ comprehenditur pulchritudo, est autem infinitis partibus maior ea cuius per id quod apparet facimus coniecturam. Sed quomodo amor materialis,non attingit eos qui sunt adhuc infantes:infantia enim non capit effectionem sed nec eos qui extrema confecti sunt senectute, videre licet ita affectos:Ita etiam in diuina pulchritudine,qui est adhuc infans & fluctuat,& omni vēto doctrinæ circumfertur: & qui est verus & senio
D confectus,& non procul ab interitu,ad cupiditatem inueniuntur immobiles. Non enim eos tangit pulchritudo quæ non cadit sub aspectū. Sola autem ea anima,quæ statum transijt infantilem, & ad spiritualis ætatis florem peruenit ac vigorē, nec maculam accepit aut rugam,aut aliquid huiusmodi,& neque propter infantiam caret sensu, neque ob vetustatem est imbecilla,quam adolescentulam hic liber nominat,ea paret magno & primo præcepto legis,toto corde & totis viribus diligens illam pulchritudinem,cuius descriptionem,exemplúmque & interpretationem humana non inuenit cogitatio. Hæ ergo adolescētulæ quæ creuerunt in virtutibus,& puræ iam ingressæ sunt thalamū diuinorū mysteriorum, diligunt sponsi pulchritudinem,& per dilectionem eum ad se conuertunt. Talis enim est spōsus, qui amantibus vicissim reddat desiderium,ita dicens in persona sapientiæ,Ego diligentes me diligo & Diuidam iis qui me diligunt substantiā. Ipse autē est substantia. Et thesauros eorum impleo bonis. Ad se ergo trahunt animæ desiderium sponsi in quem non cadit interitus. Post dominum Denm,sicut scriptum est,ambulo. Dilectionis autē eorum causa est bonus odor vnguenti,ad quem semper currentes,ad ea quæ sunt ante se extendunt,veniētes ad facultatem comprehendendi.

Vnguentū diuinitatis exuperat omne nomē & intelligentiam.

Theologica nomina vt pote sapiēs, bonus & sanctus & cætera sumuntur, à Dei miraculis quæ sunt in vniuerso.

Amor non tangit infātes nec senes.

Quænam anima deum diligat.

Prou. 8.

Osee. 11.

A *Post te enim,inquid,curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Sed eæ quidem quæ virtutis nondum habent perfectionem, & sunt adhuc ætate iuuenes, profitentur se esse cursuras ad scopum quem eis ostendit odor vnguentorum. Dicunt enim: *Curremus in odorem vnguentorum.* Perfectior autem anima vehementius ad ea quæ sunt antè extensa,iam scopum assequitur,propter quem scopus perficitur,& digna censetur thesauro qui est in penetralibus. Dicit enim: *Introduxit me rex in sua penetralia.* Nam illa quidem cum summis labris bonū tangere desiderasset,& pulchritudinis solummodo tantum attigisset, quantum indicat vis optandi, votis petiit quodam veluti osculo digna censeri per verbi illuminationem. Hæc autem assecuta, & adintetnis arcanum cogitatione ingressa, clamat non solum esse cursum in vestibulis bonorū, sed in primitiis spiritus,per cuius gratiam,veluti quoddam osculum,dignum esse habitam quæ scrutaretur profunda Dei, & vt cùm esset in adytis paradisi, vt magnus dicit Paulus,& videret quæ sub oculum nō cadunt, & audiret verba quæ non licet eloqui. Quæ autē deinceps sequitur dictio,ecclesiasticam œconomiam verbis aperit. Nam qui primum fuerunt gratia eruditi, 2. Cor. 12.
C & qui verbum primum viderunt, & ei ministrarunt,non in seipsis bonum circumscripserunt, sed etiam posteris eandem parauerunt gratiam. Propterea dicunt adolescentulæ ad sponsā, quæ prima bonis fuit repleta,& occultis mysteriis fuit dignata: propterea quòd ex ore verbi ea hauserit, *Exultemus & lætemur in te.* Communis enim nostra lætitia est tua exultatio, quoniam sicut tu amas supra vinum vbera verbi: ita nos quoque te Imitemur vbera per quæ tu potas eos qui sunt infantes in Christo. Supra hominem amemus vinum. Et vt sensus fiat dilucidior, tale est id quod dicitur. Verbi amauit vbera qui supra pectus Domini in cœna recubuit, & veluti quandam spongiam, cor suum apposuit fonti vitæ:& ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysteriis, nobis quoque exhibet mamillam à verbo impletam, nósque implet bonis quæ ei à fonte sunt indita,magna voce prædicās quod semper est verbum. Vnde nos quoque meritò illi dicimus. *Diligamus vbera tua supra vinum:* si simus eiusmodi,vt simus adolescentulæ,& neque mente simus infantes ob vanitati coniunctam iuuentutem, neque corrigemur propter peccatum quod in vetustate desinit in interitum. Propterea autem diligimus tuorum documentorū influxum, *Quia te dilexit rectitudo.* Hic est enim
E discipulus, quem diligebat Iesus. Iesus autem est rectitudo Pulchrius autem & Deo conuenientius hic liber nominat Dominum quàm Propheta Dauid. Dauid enim dicit, Rectus est dominus. Hic autem eum vocat rectitudinem, quo quicquid est obliquum corrigitur & deducitur ad rectitudinem. Sed in nobis quoque fiat vt quicquid est obliquum euadat rectum, & aspera deducantur ad vias planas. Gratia Domini nostri Iesu christi: Cui gloria in secula seculorum. Amen.

Qui verbū viderunt posteris eandem parauerunt gratiam.

Ioannes amauit vbera qui recubuit supra pectus domini.

Dominus Iesus est verius recti tudo quàm rectus.

IN CANTICA CANTICORUM Homilia secunda.


Nigra sum & formosa, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Solomonis. Ne me aspiciatis, quia sum nigrefacta quoniam Sol me aspexit. Filii matris meæ pugnauerunt in me: posuerunt me custodem in vineis vineam meam non custodiui. Renuncia mihi, quam diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Ne quando fiam tanquam amicta in gregibus sodalium tuorum. Si non cognoscas teipsam ô pulchra inter mulieres egredere tu in vestigiis gregum: & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum.

Pulchritudo interna maior externa.

NON erat pulchritudo quæ apparebat extrinsecus, par ei quæ occulta erat intus. Vestibula quidem erant ex insignibus texturis, & ex pilis caprarum cortinæ, & ex rubris pellibus ambitus implebant externum ornatum tabernaculi. Neque quicquam magnum & pretiosum apparebat, iis qui videbant extrinsecus. Intus autem auro & argento & lapidibus pretiosis resplendebat totum testimonii tabernaculum columnæ, bases, capitella, thuribulū, altare, arca, candelabra, propitiatorium, lauachra, in introitu vela & aulæa, quibus pulchritudo erat contemperata ex quouis genere bene coloratæ tincturæ filum aureū hyacintho, purpura, bysso, & cocco, artificioso quodam subtilique opere eleganter contextum, & ex omnibus cōtemperatum, faciebat instar iridis lucere splēdorem eius quod erat contextum. Quorsum autem aspiciens hinc exordior, nobis planè fiet manifestū ex iis quæ sunt dicenda. Rursus nobis proponitur Canticū canticorum, ad expositionem vniuersæ philosophiæ, & Dei cognitionis. Hoc est verum testimonii tabernaculum, cuius opercula quidem & vela & atrij ambitus, sunt amatorii quidem sermones & verba, significantia habitudinem ad eum qui desideratur, & descriptio pulchritudinis, & mentio membrorum corporis tam quæ faciei apparent quàm quæ latent, & vestis ambitus. Quæ autem sunt intus, sunt reuera quoddam luminosū candelabrum, & arca plena mysteriis & boni odoris thuribulum, & peccati purgamentum, illud autem veræ pietatis thuribulū: velorum aulæorúmque pulchritudo aptè & eleganter contexta per bonum colorem virtutum, firmæque & immobiles columnæ rationum, basésque dogmatum quæ non possunt trāsmoueri, & pulchritudo capitellorum, per quæ explicatur gratia animæ in ea facultate quæ principatum obtinet, & animarum lauacra & quæcunque aspiciunt ad vitæ administrationem cælestē & incorporeā, quæ per ænigmata hic liber præcipit, licet autem ea inuenire in sententiis quæ latent in dictione, si modo vitæ curam gerentes, nos aptos reddiderimus vt ingrediamur in sancta sanctorum, lauachro Verbi abluti, sordibus obscænæ cogitationis, ne si præter legis præceptum morticinam mentis conceptionem, aut immundam aliquā attigerimus cogitationem, excludamur, nec contemplemur miracula quæ sunt intra tabernaculum. Lex enim spiritus non permittit ut qui mortuam & abominandam tetigerit cogitationem, ingrediatur, nisi, vt præcipit Moses, abluerit vestem suæ conscientiæ. Rationem autem deducit consequentia eorum quæ prius sunt examinata, ad contemplationem eorum quæ à sponsa dicta sunt adolescētulis. Hæc autem sunt: *Nigra sum & formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Solomonis.* Rectè autem incipit magistra, ex iis quæ oportuit, animabus quæ discunt, bonorum præbere explicationem. Nō illæ quidem, per ea quæ profitentur, sunt prompto & alacri animo, vt cuius humanæ rationi, quam tropicè vinum nomināt, præferant quæ ex ratione præditis eius vberibus profluit gratiam, his verbis dicentes: *Diligemus vbera tua supra vinum, quia te dilexit rectitudo.* Ipsa autem discentibus addit miraculum quod in se factum est: vt magis discamus immensā spōsi benignitatem, qui dilectæ per dilectionem indidit pulchritudinem. Nolite inquit mirari, quòd me dilexerit rectitudo: sed quòd cùm nigra essem peccato, & per opera affinis essem & coniuncta tenebris, me pulchram fecerit per dilectionem sua pulchritudine commutata cum mea turpitudine. In se enim translatis sordibus meorū peccatorum, me sua puritate impertiit, effeciés participem suæ pulchritudinis, qui ex deformi primus fecit amabiles, & sic dilexit. Postea adhortatur ipsas quoque adolescentulas vt sint pulchræ, prius suam ostendens pulchritudinem, non secus atque magnus Paulus qui dicit: Estote sicut ego, nam & ego sicut vos. &, Estote mei imitatores sicut & ego Christi. Per hæc enim non sunt, vt quæ à se docentur animæ, ad vitam aspicientes præteritam, desperent ne pulchræ fiant: sed ad ipsam intuentes hoc exemplo discant, quòd præsens sit præteriti operculum, si id nulli sit affine reprehensioni. Dicit enim, Nūc mihi informata fuit pulchritudo, propterea quòd dilecta fuerim à rectitudine, sed scio me à principio non fuisse elegantem ac nitidam, sed nigram. Hanc autem atram ac tenebricosam, quæ in me erat formam mea fecit vita. Sed tamen cùm illud essem, illa nostra tenebrarum similitudo transmutata est in formam pulchritudinis. Et vos ergo ô filiæ hierusalem, aspicite ad vestram matrem supernam Hierusalē. Etiamsi essetis tabernacula Cedar, propterea quòd in vobis inhabitaret princeps potestatis turpitudinis, (dictio enim Cedar significat obscurationem) eritis pelles Solomonis, eritis templum regis, cùm in vobis inhabitarit Rex Solomon. Solomon autem est pacificus, qui à pace nomen accepit. Pelles enim Solomonis ex parte nominauit totum ambitum regii tabernaculi. In hoc sensu mihi videtur magnus ille Paulus proximè constitisse, vbi Dei in nos commendat charitatem, quòd nos peccatores, cùm essemus nigri, luminosos fecerit & amabiles resplendere gratia. Quomodo enim noctu cum tenebris quæ dominantur, simul nigrantur omnia, etiamsi sua natura sint splendida, adueniente autem luce, in iis quæ tenebris & caligine erant obscurata, non manet quæ tenebris erat assimilatio. Ita etiam traducta anima ab errore ad veritatē, tenebrosa quoque vitæ forma simul mutatur ad lucidam gratiā. Hæc

Numer. 91.

Sancta sanctorum nō ingreditur qui mortuā & abominandā tetigit cogitationem.

Christus animam ex turpi effecit pulchram per suam dilectionem.

Gal. 4.

1. Cor. 4.

Præsens operculum præteriti.

Cedar significat obscurationem.

Rom. 5.

Anima ab errore ad veritatem traducta fit lucida.

1. Tim. 1.

Hæc autem etiam ad Timotheum, quæ ad adolescentulas, dicit Iesu Christi sponsa Paulus ex nigro postea factus splendidus, quòd ipse quoque dignus sit habitus qui fieret pulcher, qui prius erat blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, & niger, & quòd Christus venerit in mundum, vt nigros faceret splendidos, non iustos ad se uocans, sed peccatores ad pœnitentiam, quos lauacro regenerationis lucere fecit tanquam luminaria, tenebrosa eorum forma aqua exclusa. Hoc etiam videt oculus Dauid in superna ciuitate, & miratur spectaculum, nempe quemadmodum in Dei ciuitate de qua dicta sút gloriosa, Babylon habitatur, & Rhaab meretrix sponsa efficitur, alienigenaque, & tyrus & populus Aethiopum in ea existit: adeò vt nemo posit amplius huic ciuitati habitatorum exprobrare solitudiné dicés: Nunquid Sion dicet homo, & ipse natus est in ea? Nam illic quoque tribules ciuitatis fiunt alienigenæ, & Hierosolymitani Babylonii, & splendidi Aethiopes, & Tyrus superna ciuitas: Ita hîc quoque sponsa promptas & animo alacres reddit filias Hierusalem, commendans sponsi bonitatem, quòd etiamsi nigram acceperit animam, per eam quæ cum ipso intercedit coniunctionem, reddit pulchram, & si quis sit tabernaculum Cedar, fit habitaculum veri Solomonis, hoc est Regis pacifici in ea habitantis. Propterea dicit, Nigra sum & formosæ, filiæ Hierusalem: vt ad me aspicientes vos quoque efficiamini pelles Solomonis, etiamsi essetis tabernacula Cedar. Deinde iis quæ dicta sunt subiungit ea quæ deinceps dicuntur, per quæ nacessatiò munit & confirmat mentem eorum qui discunt, ne tenebricosæ formæ causam adscribant creatori, sed liberú vniuscuiusque arbitrium huius formæ intelligant iecisse principium. *Ne me, inquit, aspiciatis, quoniam sum nigrefacta.* Non talis, inquit, primo facta sum. Non enim, inquid, erat consentaneum, vt ei quæ lucidas Dei manibus fingebatur, illineretur forma aliqua tenebricosa & nigra. Non eram ergo, inquid, talis, sed facta sum. Non enim facta sum nigra à natura: sed aduentitia in me fuit hæc turpitudo, cùm Sol meam formam ex splandido colore mutarit in nigrum. *Sol enim, inquit, me aspexit.* Quid ergo est quod per hoc dicimus? Dicit Dominus turbis per parabolã, quòd qui verbum seminat, non solum in bono corde seminat, sed etiam si sit quispiam lapidosus, & si spinis luxuriet, & si sit iuxta viam & conculcatus, omnibus ob benignitatem iacit verbi semina. Et vniuscuiusque proprietatem sermone explicans, hoc, inquit, accidit in terra lapidosa, quòd non in profundo radices agit id quod est seminatum, sed protinus quidem per germinationem, quæ oritur in superficie, messem promittit & spicam: sed cùm, Sol calidius solum fouerit, propterea quòd nullus humor subsit in radicibus, exicatur. Tentationem autem interpretendo nominat Solem. Hoc ergo dogma à magistra discimus, quod facta quidem est humana natura simulachrum veræ lucis, procul à tenebrosis figuris fulgens similitudine exemplaris pulchritudinis, tentatio autem ardentem æstum per fraudem iniiciens, deiecit primum germen adhuc imperfectum & carens radicibus: & priusquam aliquem acquisiisset habitum, & per agriculturam rationum in profundo potum dedisset radicibus, statim per inobedientiam viridi & florente forma exiccata, per æstum, nigrum effecit. Si autem Sol nominatur aduersa tentationis irruptio, nulli auditorum id videatur nouum, cùm in multis tale quidpiam nos doceat diuinitùs inspirata scriptura. Etenim in secundo cãtico graduũ, hanc facit benedictionem, ei qui habet auxilium à Domino qui fecit cælum & terram, Ne ipse à Sole comburatur per diem. Propheta quoque Esaias prædicens statum ecclesiæ, describit veluti quandam pompam, Verbi narratione. Dicit enim, Filias gestatas humeris, & filios vectos lecticis, & arcentes æstum vmbellis. Per quæ describit in ænigmate vitam quæ degitur in virtute, per puerilem quidem ætatem, ostendens id quod ast nuper natum, simpléxque & carens malitia. Per vmbellas autem, solatium æstus, quod accedit animis ex continentia & puritate. Per quæ dicimus humeris gestari animam Deo desponsatam, non à carne conculcatam, sed moli corporis insidentem. Audientes autem græcè *Lampinin*, dicimus illuminantem baptismũ, qui etiam illuminatio dicitur gratia, per quam efficimur puri, non amplius in terra figentes vestigium, sed super illam portati ad vitam cœlestem. Vmbrosa autem fit nobis vita & roscida, extincto æstu per vmbellas virtutis. Hic est sol lædans, quando eius æstus non arcetur à nube spiritus, quam eis expandit Dominus ad tegumentum. Hoc est Sol, qui nitidam corporis superficiem accendit insultu tentationum, & formam nigrat deformitate. Deinde narrat vnde principium duxerit, boni coloris ad nigrum transmutatio. *Filii autem, inquid, matris meæ pugnauerunt in me: Posuerunt me custodem in vineis, vineam autem meam non custodiui.* In hoc mihi attentæ præbeantur aures, non in accuratè discutienda dictionis constructione, sed in consideranda sensus connexione. Quòd si is non sit accuratè connexus, id imputetur imbecilitati interpretationis eorum qui linguam hebraicam transferunt in vocem græcam. Ii enim qui studium posuerunt vt erudirentur in sermone hebræo, nihil inueniunt eiusmodi vt videatur non cohærere ac se inuicem dependere. Linguæ autem nostræ figurata locutio, non conueniens elegantiæ linguæ hebrææ, affert quandam confusionem iis qui sequuntur in superficie significationem dictionis. Atque hic est quidem sensus verborum quæ sunt proposita, quantum nos comprehendimus: Factus est homo ab initio nullius diuini boni indigens. Eius erat solum munus bona seruare, non acquirere. Inimicorum autem insidiæ eum iis quæ habebat nudarunt, vt qui non custodierit naturam quæ ei data fuerat à dei benignitate. Hic est ergo sensus verborum. Quæ autem per verba ænigmatica, huius sensus fit traditio, se habet hoc modo. *Filii inquit, matris meæ pugnauerũt in me: posuerunt me custodẽ in vinea vineã meã nõ custodiui.* Multa paucis dogmaticè nos docet oratio, Primũ quidem id quod

Psal. 86.

Tabernaculum Cedar fit tabernaculum Solomonis, id est christi per eam qua est cum ipso coniunctionem.

Forma tenebrosa id est peccatũ non creatori sed libero arbitrio imputandum.

Matth. 13. Luc. 8. Marc. 4. Parabola seminantis explicatur.

Sol significat tentationem.

Psal. 12.

Esa 66.

Anima deo desponsata gestatur humeris nõ autem à carne cõculcatur.

Lampini quod lectică significat deriuatur à lampein quod est resplendere. Baptismus dicitur illuminatio.

Hebræa lingua.

Deum ab initio nullius boni egentem nudarunt inimici.

1. Cor. 8.

Ex deo omnia, & ex eo omnia habent essentiam. Ioan. 1.

magnus enuntiat Paulus, quod omnia sunt ex Deo, & vnus est Deus pater ex quo omnia, & (A) nihil est ex iis quæ sunt, quod non propter illum & ex illo habeat essentiam, Omnia enim, inquit, per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil. Sed quoniam quæcunque Deus fecit valde bona sunt, omnia enim fecit in sapientia, dedit naturæ rationis participi gratiam vt sit sui iuris, & dedit facultatem inueniendi ea quæ sunt sibi grata, vt locum haberet id quod est in nostra potestate, & non esset bonum coactum & inuoluntarium, sed rectè factum esset electionis & liberi arbitrii.

Liberũ arbitrium cur hominis datum.

Cùm hic autem liberi arbitrii motus, imperio & absoluta potestate nos duceret ad id quod videbatur, (B) inuentus est quidem in rerum natura, qui malè vsus est potestate & libero arbitrio, & congruenter ei quod dicit Apostolus, factus est inuentor malorum. Qui quidem, quod ad id attinet quod est à Deo, est frater noster, eo autem quòd sua sponte defluxit à boni participatione, & malorum ingressum innouauit, & factus est pater mendacii, pro hoste seipsum constituit in omnibus in quibus scopus liberi arbitrij tendit ad bonum. Propterea ergo cùm reliqua etiam accessisset occasio & impulsio, vt à bonis excideremus, quod quidem etiam in natura sua humana, (C) rectè quæ aliquando quidem fuit nigra, nunc autem pulchra, causam quòd appareat nigra, tribuit eiusmodi filiis matris suæ, per ea quæ dicuntur nos erudiens, quod omnibus quidem quæ sunt, est veluti quidam pater, eorum quæ sunt causa, & propterea sunt inter se inuicem fraterna, ea quæ in iis quæ sunt intelliguntur: institutâ autem & liberæ electionis differentia, diuisit naturam vt in ea esset amicitia & inimicitiæ. Qui enim abduxerunt ab habitudine ad bonum, & per recessum à bono malum constituerunt, (neque enim est alia mali substantia quàm à bono separatio) (D) adhibent omne studium & industriam vt alios quoque sibi consilium ad malorum societatem. Et ideo dicit, filii matris meæ, (per pluralem enim significationem, ostendit multiplex vitium) in me bellum conflarunt, non externis incursionibus belligerentes, sed in ipsa anima, belli sedem figentes. Est enim in vnoquoque bellum, vt diuinus Apostolus significat, dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, quæ est in membris meis. Cùm hoc ergo bellum intestinum, à meis quidem fratribus, inimicis autem meæ salutis, in me (E) esset conflatum, facta sum nigra vita ab inimicis, & vineam meam non custodiui. Intelligenda autem est vinea idem quod paradisus. Nam illic quoque iussus est homo custodire paradisum. In custodiendo autem negligentia, hominem excludit à paradiso, & efficit vt habitet ad occidentem abductus ab oriente: Propterea occasui apparet oriens. Cantate enim, inquit, Domino, qui ascendit super occasum, vt cùm lux tenebris illuxerit, à radio transmutentur tenebræ, & fiat rursus pulchra quæ erat nigra. Quod autem in dictione

Diabolus malè vsus libero arbitrio. Rom. 1. Deus est pater omnium. fraterna sunt omnia quod attinet ad essentiam. Malo nõ est alia substantia quã separatio à bono. Bellum est in vnoquoque nostrũ. Rom. 7. Psal. 67.

cum sensu innento videtur non cohærere, id hoc modo poterit conciliari. Me, inquit, posuerunt custodem in vinea. Quod quidem perinde est vt quod dicitur, Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. *Psal. 78.* Non enim illi eam constituerunt custodem diuinæ vineæ, vt ex verbis quæ sunt in promptu posset intelligi: sed Deus quidem est qui constituit, illi autem solum in ea pugnauerunt, & posuerunt eam tanquam tabernaculum in vinea, & tanquam fructuum custodiam in cucumerario. Fructibus enim qui custodiebentur priuata propter inobedientiam, relictũ est inutile spectaculum, cùm in ea non esset id quod custodiebatur. Et quoniam Deus posuit hominem ad operandum & custodiendum paradisum, *Gen. 2.* hoc dicit sponsa. Cũ Deus animã meã posuisset ad vitam: deliciæ enim paradisi vita erat, in quo Deus posuit hominem ad operandum & eum custodiendum. Inimici me traduxerunt à custodia paradisi ad studium ponendum in vineam, cuius botrus generat amarorem, & vua bilem. Eiusmodi vinea erat Sodoma. Tale sarmentum Gomorra, *Deut. 32.* quæ in domibus posuit condemnationes, per quas ira draconum immedicabilis, effusa est in malis torcularibus Sodomitarum. Licet autem in hodiernum vsque diem videre multos homines curatores & custodes eiusmodi vinearum, qui diligenter in se sua vitia custodiunt, perinde ac si timeant ne malum perdant. Vides improbos custodes idololatriæ, *Custodes malorum.* quæ exercetur in impietate & in auaritia, quemadmodum vigilant in malorum custodia, damnum esse existimantes priuari iniquitate. In aliis quoque licet videre eos qui vitia susceperunt, voluptatem, aut superbiam aut fastum, aut aliquid eiusmodi, quemadmodum decepti ea mala amplectantur, lucrum esse ducentes, ab huiusmodi vitiis nunquam puram esse animam. Hæc ergo deflet sponsa, dicens: Propterea facta sum nigra, quòd inimici zizania & mala nostra sarmenta custodiens & tuens, meam vineam non custodij. Hæc vox est apertè lamentatio. Lamentatio, quæ prophetarum gemitus & eiulatus mouet ad cõmiserationem. Quomodo facta est meretrix *Thren. 1.* ciuitas Sion plena iudicio? Quomodo relicta est filia Sion tanquam tabernaculum in vinea? Quomodo sedit sola ciuitas plena populo, dominans in regionibus facta est sub tributo? Quomodo obscuratum est aurum, alteratum est argentum bonum? Quomodo facta est nigra, quæ vera luce primum fulgebat? Hæc omnia, inquit, mihi facta sunt, quia vineam meam non custodii, *Vinea quid significet & eius partes.* vinea est immortalitas vinea est impatibilitas, & Deo assimilatio, & ab omni malo alienatio. Huius vineæ fructus est puritas. Hic est splendidus pulchérque & præclarus ille botrus, qui præ se fert formam Solis, & castitate dulces reddit sensus animæ. Capreolus vineæ: est cum vita æterna coniunctio & connexio. Excrescentes palmites, sunt virtutum celsitudines, quæ ascendunt vsque ad altitudines Angelorum. Folia autem quæ germinarunt, & quæ quieto spiritu pulchræ in ramis quatiuntur, sunt multiplex

plex diuinarum virtutum ornatus, quæ simul germinent cum spiritu. Hæc omnia possidens & in his fruendis illustris, propterea quòd vineam non custodiui facta sum nigra, & vitio à puritate lapsa, formam indui atram & tenebricosam. Talis enim formæ est tunica pellicea. Nunc autem propter rectitudinem quæ me rursus dilexit effecta pulchra & luminosa, suspectam habeo meam prosperitatem, ne rursus perdam pulchritudinem, per ignorantiam non assecuta modum eius tutò custodiendæ. Propterea cessans loqui cum adolescentulis, votis rursus reuocat sponsum, ei quem desiderabat nomine indito ex sua in ipsum affectione. Quid enim dicit? *Renuncia mihi quam diligit anima mea, vbi pascis, vbi cubes in meridie: ne quando fiam tanquam amicta in gregibus sodalium tuorum.* Vbi pascis ò pastor bone, qui super humeros tollis ouem, (vna enim est ouis vniuersa humana natura) quam suscepit super humeros, ostende mihi locum herbidum, significa mihi locum quietis: educ me ad herbam bonam ad nutriendum: voca me ex nomine, vt ego qui sum ouis, audiam tuam vocem: & propter tuam vocem da mihi vitam æternam, *Renuncia mihi quam diligit anima mea.* Ita enim te nomino, quoniam nomen tuum superat omnem cogitationem & intelligentiam, nec vniuersa natura particeps rationis id effari potest aut comprehendere. Nomen ergo tuum quo tua cognoscitur bonitas, est meæ animæ ad te habitudo. Quomodo enim te non diligam, qui me sic dilexisti, etiamsi adeo nigra essem, vt animam tuam posueris pro ouibus quas tu pascis. Non potest cogitari hac maior dilectio, quàm tua anima meam permutare salutem. Doce me, inquit, vbi paschas, vt salutari suscepta pastione æterno impleat nutrimento, quod qui non comedit, non potest ingredi vitam æternam: & accurrens ad fontem, diuinum potum hauriam, quem tu tanquam ex fonte præbes sitientibus, aquam profundens ex tuo latere, ferro hac vena aperta: quam qui gustauerit, fit fons aquæ salientis ad vitam æternam. Si enim in his me pascas, me omnino facies cubare in meridie, quando in pace simul dormiens, requiescam in luce quæ caret vmbra, sole lucente super verticem, in qua tu cubare facis eos quos tu pauisti, quando tu pueros tuos excipies tecum in cubile. Nemo autem hac meridiana requie dignus censetur, qui non fuerit filius lucis & filius diei. Qui autem se ex æquo separauit à vespertinis & matutinis tenebris, hoc est vbi incipit malum & in quod desinit is in meridie, vt in eo cubet collocatur à sole iustitiæ. Significa ergo mihi, inquit, vbi oporteat cubare, & pascere, & quænam sit via quietis meridianæ: ne fortè à manus tuæ deductione delapsa veritatis ignorantia, simul congreger cum gregibus alienis à tuis ouibus. Hæc dicit, de pulchritudine quæ ei accedit diuinitùs sollicita, & volens persuadere vt ei in perpetuum maneat prosperitas. Sed voce sponsi nondum est dignata, cùm Deus de ea melius prouidisset: vt ad maius desiderium eius accederet cupiditatem dilatio fruendæ voluptatis: vt cùm desiderio simul augeretur lætitia: sed amici sponsi eam alloquuntur, quomodo sint in tuto futura, quæ ei adsunt bona, consulendo exponentes. Est autem tecta quoque eorum oratio propter obscuritatem. Sic enim habet dictio: *Si non cognoscas teipsam, ò pulchra inter mulieres, egredere tu ex vestigiis gregum tuorum.* Sensus autem horum verborum est manifestus ex consequentia eorum quæ sunt examinata. Constructio autem videtur nescio quomodo, esse minus lucida. Quisnam est ergo sensus? Tutissima nos conseruandi ratio, est seipsum non ignorare, neque aliquid aliud quàm quod in se est videntem, existimare seipsum aspicere, quod quidem iis accidit qui seipsos non considerantes, vires, aut pulchritudinem, aut gloriam, aut potentiam, aut aliquas alias facultates, aut fastum, aut corporis molem ac magnitudinem, aut formæ elegantiam, aut aliquid aliud in seipsis videntes, se tales esse existimant. Propterea sunt sui non tuti custodes, per habitudinem ad alienum proprium negligentes incustoditũ. Quemadmodũ eñ custodierit quispiam id quod nescit? Eorum ergo quæ sunt in nobis bonorum custodiendorum est tutissima ratio, seipsum non ignorare, exactèque & accuratè se scire vnumquemque quid sit, & seipsum discernere ab iis quæ sunt circa se, ne impudens alienum pro seipso custodiat: Qui enim aspicit ad vitam quæ agitur in hoc mundo, & quæ hic sunt existimat digna quæ custodiantur, nescit discernere proprium ab alieno. Nihil enim est nostrum eorum quæ sunt aduentitia. Quomodo enim dominatum obtinueris in id quod transit & fluit? Cùm ergo vna sola quæ intelligentia percipitur & est materiæ expers natura, habet id quod semper similiter & eodem modo se habet, transit autem materia per fluxum quendam & motum semper mutata: necesse est vt qui ab eo quod stat, separatur, omnino circumferatur eum eo quod est instabile & qui persequitur id quod transit, & relinquit id quod est stabile, vtroque frustratur, vt qui alterum quidem dimittat, alterum verò non possit retinere. Propterea amicorum sponsi consilium dicit ea quæ dicta sunt, nempe: *Si non cognoscas teipsam ò pulchra inter mulieres, egredere tu ex vestigiis gregum & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum.* Hoc autem est, quod qui seipsum ignorauit, à grege quidem omnium excidit, simul autem pascitur cum hœdis, quorum statio reiecta est ad sinistram, cùm bonus pastor oues statuerit à dextris, hœdos autem à meliori sorte segregauit ad sinistram. Ex amicorum ergo sponsi consilio discimus, oportere aspicere ad ipsam rerum naturam, & non vestigiis errantibus à veritate aberrare. Sunt autem hæc verba clarius explicanda. Multi homines non iudicant ipsi quemadmodum se habeant res naturæ, sed eorum qui vixerunt intuentes consuetudinem, aberrant à sano rerum iudicio, non prudentem aliquam ratiocinationé, sed rationis experte consuetudinem, boni & honesti cõstituentes iudicem, vnde seipsos impellunt ad imperia & magistratus, honoresque & splẽdores qui sũt in hoc mũdo, & magnificant nondanã potentiã & magnitudinem,

Marginal notes: *Vna ouis vniuersa natura humana.* — *Dei nomen superat omnem cogitationem.* — *Seipsum nõ ignorare quid sit.* — *Nihil est nostrum eorum quæ sunt aduentitia.* — *Ipsa rerum natura est aspicienda.* — *Multi solã attendunt consuetudinem.*

gnitudinem, cùm sit incertum quò sit vnumquodque eorum rediturum post hanc vitam. A Non enim de futuris satis tuto fide iubet consuedudo, cuius finis sæpenumero inuenitur grex hædorum non ouium. Quod autem dico planè intelligis ex voce euangelica. Qui autem aspicit ad id quod est proprium humanæ naturæ, hoc autem est ratio, despiciet quidem rationis expertem consuetudinem, nullum autem bonū eliget quod non afferat lucrum animæ. Non oportet ergo eos ad pecudum aspicere vestigia, quæ per calces eos significant qui vitæ terrenæ sunt affixi, eius enim quod est præsentius, ex iis quæ apparent non est manifestum iudicium, donec ex hac vita excesserimus, & illic cognouerimus quosnam simus secuti. Qui ergo non ex ipsis rebus discernit id quod bonum est & honestum ab eo quod est malum, sed sequens vestigia eorum qui præcesserunt, præteritam vitæ consuetudinem asciscit sibi pro vitæ magistra, sæpe fallitur tempore discretionis, & imprudens hædus pro oue efficitur. Licet ergo audire hæc dicentes amicos: Tu anima, quæ ex nigra facta es pulchra, si est tibi curæ vt longo tempore duret gratia & decor tuæ formæ, ne aberres post vestigia eorum qui præcesserunt: non est enim apertum an sit hædorum semita ea quæ apparet, quam tu sequens propterea quòd à te non cernantur qui vestigiis suis viam triuerunt, postquam vitam transmiseris, & in mortis stabulum descieris, timendum est ne in gregem hædorum adscribaris, quos ignorans eorum vestigiis insistens, secuta es. *Si enim non cognoscas teipsam ô pulchra inter mulieres, egredere tu ex vestigiis gregum.* Quod quidem facilius licet intelligere per alterum exemplar, vt ne verborum quidem constructio videatur non cohærere. Dicit enim. *Si non cognoscas teipsam, ô pulchra inter mulieres, egredere ex vestigiis gregum: & pasces hædos pro tabernaculis pastorum,* adeo vt quæ in his dictis apparet sententia, exacte conueniat ei quam prius posuimus contextus contemplationi. Ne ergo hæc tibi accidant, attende tibi ipsi dicit Verbum: hæc est enim tutissima bonorum conseruandorum ratio Cognosce quantum sis honorata à creatore plus quàm reliqua creatura. Non factum fuit cœlum imago Dei: non luna, non sol, non syderum pulchritudo: neque quicquam aliud ex iis quæ cernuntur secundum naturam. Tu sola facta est effigies naturæ quæ omnem superat intelligentiam, similitudo pulchritudinis, in quam non cadit interitus, expressa figura veræ diuinitatis, vitæ beatæ receptaculum, veri luminis informatum simulachrum, ad quod aspiciens efficeris id quod ille est imitans eum qui in te resplendet, per splendorem ex aduerso refulgentem ex tua puritate. Eorum quæ sunt nihil est adeò magnum, vt suscipiat dimēsionem tuæ magnitudinis. Totum cælum Dei palma continetur: terra & mare pugillo eius manus comprehenditur. Sed tamen qui est tantus & talis, qui vniuersam creaturam palma continet, totus à te capitur, & in te habitat, & non in arctum cogitur in tua versens natura, qui dixit. In eis habitabo & deambulabo.

Ratio est propria humanæ naturæ.

Homo quantum honoratus à creatore.

Si hæc aspicias, in nullam rem terrenam defiges tuum oculum. Quid dico? Imo ne cœlum quidem tibi censebitur admirandum. Quemadmodum enim, ô homo cælos admiraberis, teipsum aspiciens cælis stabiliorem & durabiliorem? Nam cælum quidem transit, tu autem rerum eo quod semper est, simul manes ad æternitatem. Non admiraberis terræ latitudinem, neque mare quod panditur in infinitum, quibus vt præ esses es constitutus, tanquam alicui equorum currui, ad id quod tibi videtur obedientia, & in tua potestate sita habens hæc elementa. Nam & terra tibi suppeditat ea quæ B sunt vsui ad vitam, & mare non secus atque equus qui habenis regitur, tibi dorsum præbet, & suum sessorem arripit hominem. Si ergo te cognoscas, ô pulchra inter mulieres, totū mundum despicies, & ad materiæ expers bonum perpetuò intuens, contemnes errorem eorum quæ in hac sunt vita vestigiorum. Attende ergo semper tibi ipsi: & non errabis circa gregem hædorum, neque efficieris hœdus pro oue in tempore iudicii: Neque segregaberis à statione ad dexteram: sed audies iucundam vocem, que dicit lanigeris & mansuetis ouibus: Venite benedicti patris mei, estote hæredes regni vobis parati ante C constitutionem mundi. Quo nos digni reputemur In Christo Iesu Domino nostro, Cui gloria in secula seculorū Amen.

Leu. 26.

2. Cor. 6.

Matth. 25.

IN CANTICA CANTICOrum Homilia tertia.

Equis meis in curribus Pharaonis assimilaui te propinqua mea. Quid pulchra factæ sunt genæ tuæ sicut turturis. collum tuum sicut monilia. Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti. Donec rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasculus myrrha sororis mea mihi in medio D *vberum meorum commorabitur. Botrus cypri patruelis meus mihi in vineis Engaddi.*

QVÆCVNQVE ante ea quæ nūc lecta sunt, considerata sunt in proœmio Cantici Canticorum, similiter se habent atque splendor qui mane oritur post noctem. Neque enim A ille est lux pura, sed & lucis proœmium. Ea quoque quæ dicta sunt, sunt huiusmodi, vt nobis significent exortum veræ lucis, non tamen in se habeant ipsum orbem Solis clarè apparentem. Nam in illis quidem est sponsa, & amici, & adolescentulæ: nunc autem vox ipsius sponsi, tanquam orbis solis oritur, radiorum splendore abscōdens omnem splendorem astrorum quæ prius apparebant, & matutini quod illuxerat. Illa autem omnia vim quandam habēt purgationum & aspersionum, per quas expiata anima paratur ad res diuinas excipiendas. Quod autē nūc dicitur, est participatio ipsius diuinitatis, ipso deo verbo per propriā vocē impertiente auditorem

Exod. 20. auditorem potestate in quā nō cadit interitus. Et quomodo in mōte Sina purgationibus prius paratus Israël duobus diebus, tertio dignus censetur, vt ei deus appareat, nō ampli⁹ occupatus in lauādis vestibus, sed ipsum deum apertè suscipiens, propter quod animæ sordes per præcedentes abluerat purgationes. Ita etiam nunc, quæ in iis quæ prius dicta sunt fuit contemplatio proœmiorum cantici canticorum duobus diebus præcedentibus, tantum profuit vt ablueret & emundaret à sordibus carnis sensum qui est in iis quæ dicūtur. Ipse autem deus verbum hodie, qui est dies tertius, apparebit post primam & secundam purgationem, non in caligine & procella, & sono tubæ, & terribili igne à radice vsque ad verticem montis ambitum abstergente, apertam & manifestam suam præbens præsentiam: sed iucūdus & affabilis ex specie illi terribili ad sponsæ lætitiā se transmutans & accommodans. Nam cùm sponsa rogauisset vt sciret loca quietis, bonus pastor in te versatur, ne quid amplius tibi accidat propter ignorationem eorum quæ nobis. Deinde cùm amici ei exposuissent quis sit certus iudex veritatis, nempe vt anima ad seipsam aspiciat, & se cognoscat. Seipsam enim ignorare, pronūciauit esse principium & consequentiam nesciēdi quidē aliquid aliud eorum quæ oportet. Quomodo em̄ aliquid aliud discet qui seipsum ignorat? Post hæc tanquam iam satis expurgata, quæ animæ principatum tenet facultate, oritur Verbum sponsæ desideranti, ea quæ sunt præsentia accipiendo, adhortans ad id quod est diuinius. Laus enim rerū rectè gestarum, iis qui rectè gesserunt affert maiorem animi alacritatem ad id quod est melius.

Deus Verbum apparet iucund⁹ & affabilis.

Certus est index veritatis vt anima ad seipsam aspiciat.

Nihil aliud discet qui seipsum ignorat.

Quidnā ergo dicit verum verbum virgini? *Equis inquit, meis in curribus Pharaonis assimilaui te propinqua mea.* Sed quoniā ex eo quod est in promptu, non facilè potest considerari sensus eorum quæ dicta sunt, examinandum est diligēter id quod est propositum, quod eius fieri poterit. Aliam potestatem equis Pharaonis obiectam didicimus ab historia, nempe nubem & virgam & violentum & vehementem ventum, & mare bifariam diuisum, & profundum in puluere, & ex vndis affectum murum, & siccā abyssum per intermedios in aquis muros arefactam & solidatam per quæ omnia salus parta est Israëlitis. Cùm autem Pharao, cum toto exercitu, & cum equis, & curribus vndis fuerit obrutus, nullis copiis equestrib⁹ obiectis Ægyptiorum exercitui, nō facilè fuerit scire, quibusnam equis qui apparuerunt cōtra currus Ægyptios, nūc assimilatur sponsa. Equis, inquit, meis qui in curribus Pharaonis assisterunt victoriam, assimilaui te propinqua mea. At non est hoc manifestum, quod quomodo fieri nō potest, vt nauali prælio sit parta victoria, si nō nauticus exercitus demerserit exercitum hostiū qui est in nauibus: ita nec in equestri prælio vict⁹ fuerit quispiam, si nō aliquæ equestres copiæ inimicorum ex aduerso steterint? Quoniam ergo id quod erat validissimum exercitus Ægyptiorū, vim aduersum illos illatam quæ nō cadebat sub oculos, per quam aduersus Ægyptius parta est victoria, equos verbum nominauit nā illi quoque sentiebant eum belligerantem, & inter se clamabant, dominus bellū gerit aduersus Ægyptios, & fugiamus à facie domini. Est autem perspicuum, quod prout fuerit instructa acies aduersariorum, verus imperator exercitus suas armat copias. *Exod. 14.* Erat ergo quædā virtus non cadens sub aspectum, quæ per miracula quæ fiebāt in mari, Ægyptiis afferebat exitium, quam verbum nominauit equos. Angelicum autem exercitum eum esse existimamus, de quo dicit Propheta. Ascēdes equos tuos, & equitatus est tua salus. *Abac. 3.* Sed dei quoque currus Dauid fecit mentionem, dicens: Currus dei decem millibus multiplex cui subiunguntur millia eorū qui dirigunt. *Psal. 7.* Præterea quæ Eliam sublimē è terra ad locum æthereum tollit virtus, equorum nomine nominatur à scriptura. *4 Reg. 2.* Quinetiā ipsum prophetam dicit historia currum Israëlis & equitē. *Zach. 1.* Eos quoque qui totum orbem terræ obiuerunt, per quos terra habitatur & quiescit, Zacharias propheta nominauit equos differentes cum homine stante in medio montium. Est ergo equus ei qui vniuersitatem possidet, alius quidem sursum tollens Prophetam. Alius autem faciens vt habitetur orbis terræ. Alius autem qui iūgitur currui. Alius autem qui deum accipit vectorem ad salutē hominum. Alius autē qui Ægyptias obruit copias. Cùm ergo in diuinis equis magna sit quæ apparet per operationes differentia, assimilatur equis qui Ægyptias perdit copias, ea quæ per cursum virtutis deo Appropinquauit. Ita enim ei dicit verbum: equis meis in curribus Pharaonis assimilaui te propinqua mea. *Multas autem easque magnas laudes simul Verbum complectitur:* & est quidem laudum catalogus quæ his equis facta fuit assimilatio. Quæcunque enim de Israële commemorantur in regiōe Ægyptiorum, seruitus, paleæ, lutum, lateres, vniuersa circa terram occupatio & afflictio, duri eorum operum præfecti, qui quotidie ab eis luteū exigebāt tributum, propter quos aqua fit sanguis, & lux obscuratur, & ranæ serpūt in domos, & è camino buluis facit pistulas enasci è corporibus: &, vt semel dicam, omnia, locusta, cyniphes, bruchus, grando, quæ acciderunt primogenitis: hæc omnia, & quæcūque melius persequitur historia, per quæ acquiritur salus Israëlitis, est laudum argumentum animæ quæ deo cōiungitur. Nō enim esset assimilata illi virtuti quæ malos perdit Ægyptios, per quam à mala tyrānide liberatur Israël, nisi ea omnia rectè gesta essent, quæ & Ægyptum perdunt, & parant iter ad deum, eorum qui à limo Ægyptio migrāt ad terram promissionis. Igitur quādoquidem, sicut dicit diuinus Apostolus, *Rom. 15.* omnia scripta sunt ad nostram admonitionem, quæ diuinitùs inspirata cōtinet scriptura: nihil aliud nobis consulit verbum per ea quæ dicta sunt sponsæ, quàm quòd nos oportet supra nos suscepto verbo vectore, & deuictis equis Ægyptiis, cum ipsis equis & ascensoribus, & omnibus improbis copiis suffocatis, ita assimilari illis copiis, tanquam quosdam equos qui exercitui aduersantur in aqua quæ visione non potest apprehendi. Vt autē apertius intelligamus quod dicitur, id est eiusmodi. Fieri non potest vt assimiletur quisquam equis, per quos in profundum sunt demersi currus Ægyptiorum, nisi per aquam mysticam liberatus à seruitute aduersarij, omni sensu Ægyptiaco, & omni externo vitio & peccato in aqua relicto, purè emergat, Ægyptiacæ con-

Qui per aquā mysticam nempe Baptismum est liberatus, assimulatur equis per quos sūt demersi currus Ægyptiorum.

Baptismus.

cæ conscientiæ nihil secum adducēs in vitam postea futuram. Qui enim est planè purus ab omnibus plagis Ægyptiis, sanguine & ranis, & pustulis, & tenebris, locustisque & Cyniphib[us], & grandine, & imbre, igni, & cæteris quorū diuina meminit historia. is dignus est qui assimiletur illi virtuti cuius verbum est vector. Omnino autem nō ignoramus ea quæ significantur per plagas, quēadmodum Ægyptiis sanguis fit plaga, & odor ranarum, & lucis in tenebras mutatio, & cætera omnia. Quis enim nescit per cuiusmodi vitam fit sanguis quispiam, ab eo quod prius erat potabile mutatus in diuersum: & quid bibens, domi suæ procreat fœtidum ranarum odorem: & quemadmodum transmutat vitam lucidam in opera amica nocti & tenebris, per quæ fornax gehennæ facit ebullire malas pustulas damnationis? Ita autē vnumquodque ex malis quæ sunt in Ægypto, facile est transinnatare ad eruditionem & castigationem auditoris. Sed fuerit superuacaneum extendere orationem per ea de quibus cōstat. Cum his ergo & quæ sunt huiusmodi euaserimus superiores, & deo appropinquauerimus, ipsi quoque omnino audiemus: *Equis meis in curribus Pharaonis, te assimulaui propinqua mea.* Sed eos qui temperatam & puram vitam exercuerūt, fortasse malè habet illud se equo esse assimilatos: propterea quòd multi Prophetæ nobis prohibēt ne assimilemur equis, cùm Hieremias quidē adulterij rabiem equorum nomine significarit, cùm dicit: Equi in feminas currentes facti sunt: vnusquisque hinniebat ad vxorem proximi sui, magnus autem Dauid rem duxerit esse terribilē, fieri sicut equū & mulum: quorum iubet in chamo & fræno maxillas constringere. Et ideo eo quod deinceps sequitur, eum sensum mitigat, dicens: Nō sunt maxillæ tuæ eiusmodi, vt sicut equus chamo & fræno opus habens vt constringatur: sed per puritatem turturum tibi ornatur gena. Dicit enim: *Pulchræ factæ sunt tibi genæ sicut turturis.* De hac autem aue testantur qui hæc obseruarunt, quòd si separata fuerit à coniugio, manet deinceps solitaria, nec cum vllo coniungitur: adeò vt in ea naturaliter exerceatur temperentia. Propterea ænigmatica laudum significatione à verbo comprehēsa est hæc auis, quòd pro fræno fuerit diuini equi, maxillæ turturis assimilatio, per quā significatur vitā impuram hoic equo conuenire. Propterea admiratiuè ei dicit verbum. Quid pulchræ factæ sunt genæ tuæ vt turturis? huic autem subiungit aliam quoque laudem per similitudinem: *Collum tuum sicut torques.* Nam cum semel incidisset in tropicā significationem, per ea quæ de equis considerantur, sponsæ laudem excogitat. Laudat enim collum, quod in figuram circuli erat in gyrum, quod etiam superbis & ferocibus equis videmus fieri. Torquiū enim mentio indicat circulum: cuius figura in collo ostensa reddit equum seipso decētiorem: Torques autem græcè dicitur *hormiscos*, diminutiuum eius quod est *hormos*, *hormos* autē propriè quidem dicitur in locis maritimis, in quibus littus introrsecus in lanæ formam cauatum, sinu mare excipit & per se facit quiescere eos qui è mari adnauigant. Ex metaphora autem propter figuram ornamentum colli dicitur *hormos*. Quando autē diminutiuè dicimus *hormiscos* pro *hormos*

Assimulari equis bonum ne an malum.

Her. 5.

Psal. 31.

Turtur separata à coniugio manet deinceps solitaria.

Torques dicitur hormiscos.

A B C D E

per hanc vocem propemodum ostendimus ipsā similitudinem. Colli ergo cum torquibus similitudo, ostendit multa encomia quæ sponsæ conueniunt. Primum quidem, quod equus collum in orbē flectens, ad omnes suos gressus aspicit, quo fit vt inoffensus & tutus sit gressus eius, neque ad lapidem offendens, neque in fossam temerè incidens. Hoc non parum facit ad laudem animæ, nēpe ad seipsā inspicere, & tutissimè ad cursum diuinum festinare, quæcunque ex tentationibus illi euenerūt ad cursum impedimenta vitans & superans. Deinde autem ipsum quoque primitiuum *ton hormō* vnde propter figuræ similitudinē colli ornamentum nominatum fuit *hormiscos*, magnas quasdā laudes cōtinet, quando *tois hormois*, id est, naualibus, collum fuerit assimilatum. Quænam autem sunt laudes, quæ nobis per hæc à Verbo significantur? Nauigantibus res iucunda & salutaris est portus, & qui postquam in mari fuerint iactati & vexati, tranquillum aliquem portum occupauerint, in quo afflictionum quas in mari perpessi sunt obliti, toti versantur in quiete longos labores silentio recreantes, non est eis naufragij metus, neque in mari latrociniorum canrium sospitio, nec periculum prædonum, neque à flatibus perturbatio, neque à profundo per ventos tumescit mare: sed remoti sunt ab omnibus eiusmodi periculis qui tempestate iactantur, cùm mare sit in portu tranquillum. Si quis ergo animam suam ita constituerit, vt ipsa sit tranquilla in quiete nō agitata fluctibus, minimè commota à spiritib[us] improbitatis, neque intumescēs per superbiam, neque spumens iræ fluctibus, neque vlla alia vndarum animi perturbatione, vllōue vento lata, qui multos excitat fluct[us] animi affectuū. Si ergo ipsa ita se habeat, & eos qui ī mari vitæ tempestate agitātur, in summis omne genus malorum fluctibus apud se in trāquillo retineat, eis planam & nullis procellis agitatam per virtutē explicans vitā: adeò vt qui in ea fuerint sint extra oīa mala naufragij, rectè assimilatur *hormiscois* id est, torquibus quæ laudantur à verbo plurali, voce significāte perfectionem in vnaquaque virtute, Si enim in vnu solo assimilatus esset torquis, esset omnino laus inutilis, vt quod non idem haberet testimonium in cæteris virtutibus, nunc autem oratione complectitur omne virtutum testimonium, quæ fit torquium multitudini assimilatio. Est hoc quoque consilium, quod à verbo præbetur tori ecclesiæ, non oportere nos ad vnū aliquod bonum aspicientes, in cæteris rectè factis esse negligentes. Sed si fit tibi monile temperantiæ, veluti quibusdam margaritis, pura vita in collo resplendens, fit tibi aliud monile, quod pretiosas gemmas præceptorum in se contineat, & per se in ceruice copiosam suppeditet pulchritudinem. Sit etiam tibi colli ornamentum, nempe pietas rectáque & sana fides, in orbem circūdans collum animæ. Hoc est collare aureū, quod ex sincero auro dei cognitiōis circa collum refulget. De quo dicit prouērbium, coronam gratiarū accipies tuo capite, & torques aureos collo tuo. Atque est quidem eiusmodi consilium, per torques. Tempus est autem deducendi ad contemplationem ea quoque verba quæ amici sponsi faciunt ad virginem. Est autem huiusmodi dictio, simi-

Simile.

Anima nulis improbitatis agitata fluctibus comparatur hormois.

Nō oportet ad vnū bonū aspicientes ī cæteris rectè factis esse negligentes.

Prou. 1.

Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti: donec rex in accubitu suo. Eorum autem, ei quidem qui aspicit ad seriem prius datæ nobis contemplationis, videtur quodammodo perfectus esse sensus & habere consequentiam. Dictionis autem contextus profundas habens tropicas significationes, efficit vt sit intellectu difficile, quod significatur per ænigmata. Nam quoniam pulchritudo animæ assimilata fuit equis qui currus perdunt Ægyptios, hoc est exercitui angelico: illis autem equis dicit bonus ascēsor frænum quidem esse puritatem, quē significauit per hoc quod assimulauit genas turturibus: ornatum autem & collare, varia monilia quæ resplendēt per virtutes, volunt etiam amici aliquam fieri accessionem equi pulchritudini, ornantes phaleras ex auri similitudinibus, quibus etiam imprimūt notas puritatis argenti: vt magis splendeat pulchritudo ornamenti, fulgore argenti contemperato cum nitore auri. Necesse autē fuerit, tropicis relictis significationibus, non dimouere orationem ab eo sensu qui nobis prosit. Illis quidem equis fuit assimilata quæ per virtutes purgata fuit anima. Sed nondum erat verbo subiecta, neque in se portauit eum qui propter salutem vehebatur his equis. Oportebat enim primum per omnia ornatum esse equum & deinde eum regem vectorem accipere. An autem ex alto equum sibi accōmodet, is qui, vt dicit Propheta, equum super nos ascendit, & propter nostrā salutem super nos equitat, an etiam sit in nobis, qui inhabitat & inambulat, & in animæ nostræ profūda permeat nihil refert quod ad sensum attinet. Cui enim est vnū ex ambobus, quod reliquū est etiam se rectè habet. Nam & qui deum supra se habet, omnino etiam in se habet: & qui in se accepit, accepit eum qui in se fuerat. Rex ergo est quieturus super hūc equum. In diuina autem potestate, idē est, vt dictum est, sessio & accubitus, vtrūuis enim ex ambobus in nobis fuerit, par est gratia. Quia ergo regis equum per præcedentia ornamenta aptū fecerūt ad eum excipiendum: idem est autem deū in aliquo esse, & esse super aliquem, relicta consequentia & significatione tropica, ministri qui parant, equum fecerūt lecticā. Oportet nos, inquit, facere auri similitudines, cum notis argenti, quæ equi formam decorant. Vt sit, inquit, rex non in cathedra, sed in accubitu suo. Atque dictiōis quidem consequentia, sicut verbum ostendit, hoc modo se habet. Par est autem hoc nō prætermittere inconsideratum, cur non ipsum aurum assumitur ad ornatum, sed auri similitudines: & non ipsum argentum, sed quæ ex hac materia impressæ sunt notæ auri similitudini. Quod ergo de his nobis venit in mentem, est einsmodi. Vniuersa doctrina de ineffabili natura, & si maximè deo conuenientem & excelsam videatur ostendere sententiam, dei sunt similitudines, non autem ipsum aurum. Nō potest enim fieri vt plenè & perfectè ostendatur bonum quod superat intelligētiam & mentis conceptionem: etiamsi sit Paulus quispiam, qui in paradiso in arcanis mysteriis fuit initiatus etiamsi audierit verba ineffabilia, manēt ineffabiles de deo intelligentiæ. Dicit enim verba esse ineffabilia harum intelligētiarum. Qui ergo nobis afferunt bonas aliquas considerationes de intelligentia mysteriorum, dicere quidem nō possunt quemadmodum se habet ipsorum natura, dicunt autem splēdorem gloriæ, figuram substantiæ, formam dei, verbum in ipso. Quæ quidē omnia nobis qui diuinum illum thesaurum nno aspeximus, videntur esse aurum, iis autē qui possunt aspicere ad veritatem, sunt auri similitudo & non aurum, apparens in subtilibus notis argenti. Argentum autem est verborum significatio, sicut dicit scriptura: Argentum ignitum lingua iusti. Quod ergo per hæc significatur, est huiusmodi, nempe quòd diuina natura superat omnem quæ comprehendit cogitationem. Quæ autem de ea nobis inest intelligentia, mentísque cōceptio, est similitudo eius quod quæritur. Non enim ostendit ipsam illius formam, quam neque nouit quispiam, neque nosse aut videre potest, sed per speculum & ænigma, describit quandam illius quod quæritur apparentem speciem, quæ inest animis ex quadam coniectura. Omnis autem oratio quæ significat huiusmodi mentis conceptiones, habet vim cuiusdam puncti indiuidui, nō valens explicare id quod vult mētis cogitatio: adeò vt omnis quidem cogitatio mentísque conceptio sit infra dei comprehensionem: Omnis autem interpretans oratio videatur esse breuis punctus, vt quæ non possit simul extendi cum latitudine cogitationis mentísque conceptionis. Animā ergo, quæ per huiusmodi mentis conceptiones tanquā manu ducitur ad eorum quæ capi non possunt cogitationem, dicit per solam fidē oportere ad suam introducere habitationem, naturam illā quæ omnem superat intelligentiā. Et hoc est illud quod dicitur ab amicis, Tibi ô anima, quæ rectè equis es assimilata, faciemus quædam veritatis simulachra & quasdam similitudines, quæ non possunt accuratè & exactè ostendere quæ inest mētis cōceptionem. Tu autem his acceptis, fies per fidem subiugale iumentum & habitaculum eius qui in te est habitaturus, per eam quæ est in te habitationem: eius enim eris & sedes & domus. Fortasse autem dixerit quispiam Pauli animā, aut si qua alia ei fuerit similis, dignam esse de qua hæc verba dicātur. Ille enim semel factus vas electionis, supra se & in se habebat dominū, equus quidem factus in eo quod portaret eius nomen ad gentes & reges: in eo autem quòd ipse non amplius viueret, sed illum in se ostenderet viuētem, & daret experimentum Christi in se loquentis, effectus domus continens illam naturam quæ nō potest comprehendi. Cùm amici sponsi hæc puræ dedissent virgini, hi autem sunt administratorii, spiritus, qui mittūtur ad ministeriū, ꝓpter eos qui sunt futuri hæredes salutis, sponsa fit quodāmodo perfectior per gratiarū accessionē. Cùmque ad eum quē desiderabat magis appropinquasset, priusquā eius pulchritudo oculis apparuisset, veluti cuiusdā coloris ꝓprietate ab odorādi facultate animaduersa, dicit se eius cognouisse odorē, nēpe vnguenti suauem odorem, cuius nomen est nardus, hac voce vtens ad amicos, *Nardus mea dedit odorem suum*. Quomodo enim vos, inquit, non ipsum sincerum aurum diuinitatis, sed per gratias mentis conceptionum nobis donatis auri similitudines, non dilucida oratione quæ sunt eius aperientes, sed per exiguas ratione ꝓæditi argenti, notas

Deum vectorē accipere quid sit.

Deus propter nostrā salutem super nos equitat.

Deum esse in aliquo & super aliquem idem est.

Bonū quod superat intelligentiā, ostendi non potest.

2. Cor. 12.

Prou. 10.

Diuina natura superat omnem cogitationē de ea autem cōceptio est similitudo eius quod quæritur.

Anima per solam fidē introducitur ad suā habitationem.

Paulus supra se & in se habebat dominum.

Act. 6.

2. Cor. 13.

Heb. 1.

notas præbentes quaſdam apparãtes ſpecies eius quod quæritur. Ita ego quoque per benè ſpirantem mei vnguenti fragrãtiam, ſenſu percepi illius ipſius bonum odorem. Mihi autem id quod dicitur videtur habere talem ſenſum. Quandoqnidẽ multorum & diuerſorum aromatum, ſed nnn ex alia proprietate bene ſpirãtium, artificioſa & moderata miſtio tale efficit vnguentum, ex iis quæ ſimuliniicinntur vna herba rednlente, cui nomẽ eſt nardus nomen prebens toti compoſitioni: quod autem ex omnibus aromaticis proprietatibus in vnam conciliatur & conflatur fragrãriam, tanquã ipſum ſponſi ſuauem odorem purgatus ſuſcipit ſenſus, hæc per ea quæ dicta ſunt exiſtimam' verbum nos erudire, quod illum quidem quando eſt in eſſentia, quod eorum qnæ ſunt ſuperat omnẽ conſtitutionem & adminiſtrationem, ad id non pater aditus, éſtque intactile & incomprehenſibile. Qui autẽ eſt in nobis bonus odnr inſtar vnguenti compoſitus per puritatem virtntum is nobis exiſtit loco illius, ſua puritate imitans id quod eſt natura ſincerũ & interitui minimè obnnxiũ, & bonitate bonum, & eo quòd non interit id in quod non cadit interitus, & eo qnod mutari & alterari non poteſt, id quod eſt immurabile & inalterabile, & omnibus quæ in omnibus rectè geruntur ex virtute, veram virturem intelligimus, de qua dicit Abacuc propheta, quòd cõprehendit omnes cælos. Quæ ergo hæc diſſerit apud amicos ſponſi, nempe qnod ſuum odorem dederit nardus, hæc & quæ ſunt huiuſmodi mihi videtur philoſophando dicere, nempe quòd ſi quis omnem benè olentem florem, aut aroma collegerie ex variis praris virtutis, & totam ſuam vitam vnũ effecerit vnguentum per bonum ndorem ſingulnrum vitæ ſtudiorum, & ea ratione per omnia fuerit perfectus, ad ipſum quidem dei verbũ, tanquam ad orbem Solis defigere oculos ſua nõ poteſt nsturæ, ſed in ſeipſn tanquam in ſpeculo Solẽ aſpicit. Illius enim veræ & diuinæ virtutis radii, puræ vitæ illuceſcentes per manantem ex illis patibilitatem, efficiunt nnbis aſpectabilem qui eſt inaſpectabilis, & comprehenſibilem eum ad quẽ non patet aditus, in ſpeculo noſtro Snlem deſcribentes. Idem eſt autem dicere, quod ad ſenſum attinet, virtutis flnxus & emanattiones, aut odores aramati cos. Quicquid enim poſuerim' ex eo ad ſcopum verbi, vna eſt quæ ex omnibus fit ſententia, nempe quòd boni ſuperantis omnem intelligentiam per virtutes nobis cognitio ineſt, ſicut per quandam imaginem cogitari poteſt, primaria pulchritudo. Ita etiam Paulus, qni eſt ſpõſa, per virtutes ſponſum imitans, & per ſpeciem in ſe deſcribens eam ad quam non patet aditus pulchrirudinem, ex fructibus ſpiritus, charitate, gaudio & pace, & quæ ſunt huiuſmodi ſpecies, hanc nardum componens tanquam vnguẽtarius, dicit in ſe eſſe Christi bonum odorem, gratiam illam exuperantem, ad quam non patet aditus, in ſeipſo odorans & ſeipſam aliis præbens, tanquam aliquem ſuffitũ liberè ſuſcipiendum, quibus cõuenienter ei quæ vnicuique adeſt affectioni, vel viuificus vel lætifer erat halitus. Quomodo enim idem vnguentum ſi fuerit appoſitum ſcatabeo & & columbæ, non idem efficit in vtriſque. Sed columba quidem per bonum vnguenti halitum fit robuſtior, interit autem ſcarabeus. Ita etiam magnus Paulus in diuino illo ſuffitu, ſi erat quidem quiſpiam aliqna cnlũba, aut Titus aut Syluanus, aut Timotheus, eũ impertiebat bono odere vnguẽti, vt qui in omni bono ſua proficeret doctrina & exemplo. Sed ſi quiſquam erat Demas aut Alexander, aut Hermogenes, non ferentes ſuffitum continentiæ, non ſecus atque ſcarabei fugabantur à bono odore. Quamobrẽ dicebat is qui eiuſmodi bona olebar vnguenta. Christi bonus odor ſumus in iis qui ſeruautur, & in iis qui pereũt, aliis quidem odor à morte ad vitam: aliis autem odor à vita ad vitam. Quòd ſi nardus euangelica habet aliquam affinitatem cum vnguento ſponſæ, licet volenti per ea quæ ſcripra ſunt animo cngitare, quænã eſſet nardus illa piſtica pretioſa, quæ domini quidem capiti infuſa, totã domum repleuit bono odore. Fortè enim non fuit ab vnguento alienum vnguentum, quod ſponſæ quidem dat odorem ſponſi: in euangelio autẽ infuſum ipſi domino, implet bono odore domum in qua erat conuiuium. Mihi enim videtur prophetico quodam ſpiritu per vnguentnm ſignificaſſe mulier mortis myſteriũ, quomodo iis quæ ab ipſa dicuntur, fert dominus teſtimonium, dicens, præoccupauit ad me ſepeliendum. Domum antem bono odore repletam, pro toto mundo & vniuerſo orbe terratum admonet eſſe intelligendum, dicens: Vbicunque prædicatum fuerit hoc euãgelium in toto mundo, odor vnguenti ſimul diſtribuetur cum prædicatinne euangelij, & mominentum, inquit, etit eius euangelium. Quoniã ergn in cantico cantiorum, nardus dat ſponſæ odorem ſponſi, in euangelio autem totius corporis eccleſiæ, in vniuerſo orbe terrarum & in toto mundo, vnctio fit bonus odor, qui tunc domum impleuit, fortaſſe per hæc inuenitur in vtriſque aliqua coniunctio & ſocietas, vt duo videantur vnum. Et hæc qnidẽ hactenns. Quæ autem ſequitur dictio, videtur quidem congruere argumento epithalamij, tanquam ab ea dicatur quæ paratur in thalamo: iudicat autem maiorem & perfectiorem philoſophiam, quam rectè exequi eorũ eſt ſolùm qui iam ſnnt perfecti. Quid eſt ergo quod dictum eſt? *Faſciculus myrrhæ patruelis meus mihi, in medio vberum meorum commorabitur.* Aiunt ſtudio eſſe ſui ornandi cupidis mulieribus, nõ ſolum externis procurare ornamentis vt ſint amabiles iis qui cum ipſis viuunt, ſed etiam dare operam vt per quandã ſuaueolentiam, corpora quoque ſuis maritis congruenter videantur agere, ad eum vſum aroma intra ſuæ veſtis ambitum occultãtes, quo ſuum emittente vaporẽ, corpus quoque bono odore halitus ſimul afficitur. Cùm hæc autem ſit in eis cõſuetudo: cuiuſmodi eſt canticũ quod canit fortis & excelſi animi virgo? Mihi, inquit, eſt faſciculus, quẽ à collo ſuſpendo ſupra pectus, per quem bonum odorem præbeo corpori. Nullum antem aliud ex benè ſpirãtibus aromatibus, quàm ipſe dominus effectus myrrha, ſitum eſt in faſciculo conſciẽtiæ, in ipſo meo corde commorans & habitãs. Localis enim cordis poſitura ab iis qui ea ſunt ſpeculati, dicitur eſſe in medio vberum. Illic autem dicit ſpõſa ſe habere faſciculum, vbi bonum tanqnam theſaurus reconditur. Sed & cor dicunt eſſe quendam fontem nobis innati caloris,

Abac. 2.

2. Cori. 12.

Christi bonum odorem quomodo in ſe dicit eſſe Paulus.

2. Cor. 2.

Ioan. 12.

Per vnguentum ſignificatur mortis myſterium.

Mulieres ſui ornandi cupidæ.

Cor vbi ſit ſitum.

Cor est fōs innati nobis caloris. caloris, à quo per arterias in vniuersum corp⁹ calor distribuitur: per quem fiunt calida & vitalia membra corporis, vt quæ foueantur ab igne cordis. Quæ ergo principatum tenente animæ facultate suscepit bonum Christi odorem, & cor suum fecit fasciculum huius suffitus, se ita comparat, vt omnia singulatim vitæ studia, tanquam alicnius corporis membra ferueant spiritu qui ex corde permeat, nulla iniquitate vllo mēbro corporis refrigerante dilectionem in deum. Sed trāseamus ad id quod deinceps sequitur. Audiamus quid diligens vitis de suis dicit fructibus, quæ in

Psal.127. omnibus lateribus domus, sicut dicit Prophetā, extenditur, & per pampinos dilectionis diuina b circūmuoluitur vita, & in quā nō cadit interitus. *Botrus, inquit, cypri patruelis meus mihi in vineis Engaddi.* Quis est adeò beatus, imò verò quis adeò omnem superat beatitudinem, vt in se suum fructum videns, suæ animæ botro videat vineæ dominum? Vide enim quantum creuit, quæ in sua nardo sponsi bonum cognouit habitum, myrrha quæ seipsam fecit odoriferam, & cordis fasciculo complexa aroma, vt sibi perpetuo permaneat bonum nunquam expirādum, fit mater diuini botri, qui ante passionem quidem *κυπρίζει* id est, flore-

Vinum cor lætificans fit & nominatur sanguis vuæ. bat, in passione autem vinum effundebat. vinum enim cor lætificans, fit & nominatur sanguis vuæ c post passiōis æconomiam. Cùm autē botro fruamur dupliciter, nempe & cùm flos bono odore sensus delectat, & cùm fructu iam perfecto eum comedendo voluptatem capimus, aut cùm in cō-

Botro fruimur dupliciter. uiuio vino exhilaramur, hic spōsa accedit ad botrum florentem vt fructificet, cyprum nominans, florem vitis. Qui enim natus est puer Iesus, qui in iis qui ipsum susceperunt diuersè proficit sapientia & ætate & gratia, nō est idem in omnibus, sed pro modo eius in quo est, quatenus is qui ipsum capit est idoneus talis apparet, aut infans, aut proficiens, aut perfectus, conuenienter botri naturæ: qui non semper cernitur in vite in eadē forma, sed formam mutat cum tempore, florēs, perfectus, maturus, vinum factus. Profitetur ergo vinea fructui suo, quòd nondum sit matura & tēpestiua ad vinum, sed expectat plenitudinem tēporum: non tamen tanquam omnino expers fruendarum deliciarum. Pro gustu enim delectat odoratum, bonorum expectatione, spei vaporibus leniens sensus animæ. Certa enim & indubitata fides de gratia quæ speratur, est fruitio iis qui per patiētiam expectant id quod expectatur. Hic est ergo botrus cypri, vinum promittens, nōdum autem factus vinum, sed per florem, spes autem est flos, de futura gratia fidem faciens. Adiectio autē vocabuli Engaddi, significat locum pinguem, in quo radices agens vitis opimum & suauem edit fructum. Sic enim qui de locorum scripserunt historia, dicunt fortem Sad esse appositam ad alendos botros. Quoniam ergo qui legi domini voluntatem habet conuenientem, diu & noctu in ea meditans, efficitur arbor semper germinans, aquarum fluxibus pinguis euadens, suóque tempore fructum præbens, ea de causa sponsi vinea, in Engaddi agro pingui actis radicibus, hoc est in profunda cogitatione, quæ per diuina documenta irrigatur & augetur, florentem hunc botrum produxit, suum intuens agricolam & plantatorē.

a Quàm beata est hæc agricultura, cui⁹ fructus spōsi formæ assimilatur? Nam quoniam ille est vera lux, & vera vita & iustitia vera, sicut dicit sapientia, & quæ sunt huiusmodi, quando quispiam per opera fit ea quæ ille est, sic aspiciens botrum propriæ conscientiæ ipsum sponsum, eum aspicit lucida & immaculata vita veritatis lucem intuens. Propterea dicit vitis illa fertilis, meus est botrus qui floret & germinat. Ipse est ille verus botrus, qui seipsum super ligna ferebat, ostēdens, cuius sanguis iis qui salui fiunt & lætantur fit poculentus & salutaris, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen. *Sanguis Christi iis qui salui fiunt poculentus & salutaris.*

IN CANTICA CANTICORVM Homilia quarta.

ECCE pulchra es, propinqua mea, Ecce pulchra es; Oculi tui columba. Ecce pulcher est patruelis meus & formosus. Lectus noster vmbrosus. Trabes nostra cedri, laquearia nostra cupressi. Ego flos cāpi lilium conuallium. Sicut rosa inter spinas, sic soror mea c *inter filias. Sicut pomū in lignis syluæ: sic patruelis meus inter filios. Sub vmbra eius desideraui & sedi, & fructus eius dulcis in gutture meo. Introducite me in cellam vinariam: ordinate in me charitatem. Fulcite me vnguentis, sternite mihi torum in malis: quia sum sauciata dilectiōe. Sinistra eius sub capite meo, & dextra eius amplexabitur me. Adiuraui vos filiæ Hierusalem in potestatibus & virtutibus agri, si excitetis & expergisci faciatis charitatem, donec velit.*

AIVNT eos qui aurum arte expurgāt, si per aliquam sordidiorem materiam de industria permistam, obscurata fuerit pulchritudo splēdoris, per ignis fusionem colori afferre remedium, & hoc sæpe facere, & in qualibet fusione considerare, quodnam aurum post priorem in sequentibus fuerit coloratius, neque prius cessare igne materiam expurgare, quàm ipsa auri species sibi ipsi ferat testimonium, quod sit pura & minimè adulterina. Quanam autem de causa, eorum quæ lecta sunt præsentem tractantes contemplationem, horum meminerimus, fiet nobis manifestū ex ipso sensu eorum quæ scripta sunt. Aurea ab initio erat humana natura, & resplendens similitudine, quæ ei intercedebat bono sincero & in q nō cadit interitus: sed decolor & nigra postea facta est per admistionem vitij, quomodo in principio cantici audiuimus sponsam dicentem quòd nigram eam fecerit negligentia custodiæ vineæ, cuius curans deformitatem qui in sapiētia omnia fabricatur deus, non machinatur in ea nouam aliquam quæ non prius erat pulchritudinem, sed per solutionem ad priorem reducit gratiam, eam quæ vitio fuerat nigrefacta, fundendo ac cōflando deducens ad sinceritatem in quam non cadit interitus. Quomodo ergo periti & diligentes aurifices, post primam fusionem considerant quanta pulchritudini facta sit accessio materiæ cuius sordes igne fuerāt consumptæ, & rursus facta secunda fusione, considerant an non addita in prima fa-

Igne quomodo purgetur aurū.

Natura humana ab initio aurea cùm decolor facta esset, admistione vitij à deo quomodo expurgata.

enim vnquam videbit faciem Domini, & viuet. Venisti ergo speciosus, sed talis effectus vt te possemus suscipere. Venisti adumbratis radiis diuinitatis integumento corporis. Quemadmodum enim potuisset mortalis natura & in quam cadit interitus, coniungi eum ea quæ interitui minimè est obnoxia, & ad quam non patet aditus, nisi nobis viuentibus in tenebris, vmbra corporis fuisset interiecta inter lucem? Lectum autem nominat vt sponsa, tropica significatione interpretans humanæ naturæ cum diuina contemperationem, Quomodo etiam magnus Apostolus despondet nos virginem Christo, animámque ornat tanquam sponsam, & deducit duorum coniunctionem ad vnius corporis vnionem: & magnum dicit esse mysterium ac sacramentum vnionem Christi cum Ecclesia. Cùm enim dixisset, Erunt duo in vnam carnem, subinogit: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Propter hoc ergo sacramentum, lectum anima virgo nominauit cum Deo coniunctionem ac societatem. Fieri autem benè non poterat vt ea esset, nisi per hoc quòd Dominus vmbrosus per corpus nobis apparuit. Qui non solum est sponsus, sed etiam ipse ædificator in nobis fuit domus, & totius artis artifex. Tectum enim imponit Domui, opus ornans per materiam quæ nequit putrefieri, talis est autem cedrus & cupressus, quarum virtus quæ inest lignis, est potentior quauis causa putrefactionis, non tempori cedens, non tineas procreans, non situ veniens ad interitum. Ex his, Cedri, propterea quòd sunt proceræ, latitudinem domus tecto occupant. Cupressi autem per ea quæ dicuntur laquearia sunt decori internæ operis constructioni, Dictionis autem ita habet contextus. *Trabes nostræ cedri. Laquearia nostra cupressi.* Quæ autem per ligna significantur ænigmata, sunt planè manifesta iis qui sensus consequuntur seriem. Imbrem vocat Dominus in euangelijs varios insultus tentationum, dicens de eo qui rectè domum ædificat super petram: Venit imber, flauerunt venti, & irruerunt fluuij, & ab iis illæsum mansit ædificium. Propter malam ergo hanc pluuiam, opus est nobis huiusmodi trabibus. Eæ autem fuerint virtutes, quæ tentationum insultus in se non admittunt, vt quæ sint firmæ ac solidæ, nec facile cedant, & hoc fecuerunt, vt in tentationibus minimè emolliantur à vitio. Quod autem dicitur didicerimus, si cum eo quod est propositum simul examinauerimus dictionis contextum qui est in ecclesiaste. Illic enim dicit: In pigritiis humiliabitur contignatio, & in otio manuum perstillat domus. Quomodo enim si ligna quæ tectum continent, sint infirma & imbecilla, ad domus autem curam gerendam, fit piger paterfamilias, tectum nihil profuerit cùm imber per stillas influat. Tectum enim necessariò cauatur cedens aquæ ponderi: nec lignorum imbecillitas resistit, fracta ab insultu ponderis. Propterea subit interna, quæ in concauitatibus intercipitur aqua: ipsæque stillæ, vt est in prouerbiis, hominem domo expellunt in tempore pluuiæ. Ita nobis in ænigmate parabolæ præcipit, per virtutum robur ac firmitatem non cedere fluxionibus tentationum: ne per animi motuum emolliri incursionem, eiusmodi aquarum extrinsecus in cor influentium influxum admittamus intra penetralia, per quas nobis pereunt quæ sunt reposita. Hæ autem cedri libani, quas plantauit domious, in quibus nidificant volucres. inter quas præcipuus est nidus Erodij. Hæ ergo cedri, nempe virtutes, muniunt domum nuptialis thalami, in quibus nidificant animæ effectæ volucres, inter quas principatum tenet Erodij nidus, quem dominum vocat scriptura. Aiunt autem hanc auem odio habere coitum, & quadam naturæ necessitate inter se copulati clamantes, & ægreferentes, & tristitiam significantes. Vnde mihi videtur scriptura per hoc nomen in ænigmate, significare puritatem. Has ergo trabes, super tecta puri thalami aspicit sponsa. Vide autem & qui est ex cupresso ornatum, qui per bene leuigatam & concinnatam compositionem illustrat eam quæ videtur pulchritudinem. Cupressum enim dixit ea quæ sunt in tecto laquearia, apta quædam & concinna celata asserum compactio, tecti varians pulchritudinem. Quid ergo per hæc discimus? Benè olet naturaliter cupressus, ea ipsa autem nullam admittit putredinem, & est apta ad vniuersum fabrile artificium. vt quæ sit leuis & concinna, & ad ea quæ per celaturas fiunt ornamenta apposita, Per ea ergo quæ dicuntur existimo nos hoc erudiri, quòd non solum quæ sunt in animâ virtutes, in habitu non euidenter rectè se gerunt, sed neque eam negligunt venustatem quæ est in eo quod apparet. Sunt enim prouidenda bona coram deo & hominibus: & quod oportet deo quidem esse manifestum hominibus autem persuadete, & bonum habere testimonium apud eos qui foris sunt & splendidis lucere operibus coram hominibus, & decorè honestéque ambulare apud eos qui foris sunt. Hæc sunt laquearia per bonum Christi odorem, cuius ænigma est Cupressus, in vitæ honestate artificiosè elaborata, sicut ea rectè & concinnè sciebat componere sapiens architectus Paulus dicens, Omnia in vobis ordine & honestè fiant. His ita rectè gestis, fit incrementum eius quæ est in nobis pulchritudinis, ampla & lata nostra natura edente florem odoriferũ & purum. Flori autem nomen est lilium. In quo naturaliter consideratur splendor, tacitè significat iubar temperentiæ. Hæc enim sponsa apud se persequens dicit. Ego postquam fui ad lectum sponsi nostri corpore adumbrati, qui sibi ædificauit domum, mihi legens ædes virtutum cedris, odore cupresso-

m i. rum

Marginalia, left column: *Vnio Christi cum ecclesia mysterium & sacramentum.* — *Eph.5.* — *Matth.7.* — *Luc.7.* — *Trabes sunt virtutes.* — *Ecclesia.10.*

Marginalia, right column: *Prou.19.* — *Erodius odio coitum.* — *Laquearia quæ sint.* — *Cupressus bene olet naturaliter & nullam admittit putredinem & est apta ad fabrile artificium.* — *2.Cor.8.* — *Bona opera debent esse lucere corã hominibus.* — *1.Cor.8.* — *Lilium tacite significat iubar temperentiæ.*

rum exornans rectum, ex campo oaturæ orta sum flos, & colore & odore reliquorum florum præstãtissima. Nascitur enim lilium in vallibus. Sic autem habet cootextus dictionis. *Ego flos campi, lilium vallium*. Reuera enim si per ea quæ sunt à nobis prius considerata, campum iotellexerimus naturæ amplitudinem, propterea quòd ea sit apta ad suscipiendas multas & infinitas intelligentias seu meotis cooceptiooes, résque & disciplinas, quæ eo quo diximus modo ab eo qui nostram colit naturam elaborata est anima, exoritur ex nostro campo flos beoè olens, nitidúsque & purus. Hic campus etiamsi nominetur vallis, cum vita cælesti comparatus, nihilo secius est campus: nec obstat quo minus quæ in ipso culta est flos rectè fiat: Ex concauo eoim in altum oriens, assurgit germen, sicut licet videre fieri in lilio. Magoa enim ex parte cùm io rectum à radice iostar arundinis excurrerit herba lilij, tunc florem edit ex vertice, oon modico intercedente interuallo à terra tantùm distans, quantùm, vt opioor, satis sit ad hoc vt maneat pura io sublimi pulchritudo, non inquinata mistione cum terra. Propterea etiam iustus oculus, eam quæ hoc facta est, vel fieri desiderauit (vtrumque enim ex iis quæ dicta suot intelligimus, nempe quòd vel gloriatur se iam factam esse quod desiderauit, vel quòd rogat Agricolam vt flos fiat per illius sapientiam, ex vallibus humanæ vitæ ad lilij assurgens pulchritudinem) Siue ergo vult hoc fieri, seu facta est qood voluit, rectè iustus sponsi oculus eius bono aonuit desidetio quæ ad eius formam aspicit, vt ipsa fiat lilium, minimè suffocata à spiois vitæ, quas nominauit filias, tacitè, vt arbitror, osteodens inimiras vitæ humanæ potestates, quarũ nominatur pater is qui est benefactor vitij. *Sicut rosa, ergo inquit inter spinas, sic soror mea inter filias*. Quantum videmus ascensum in altum, tantum videmus esse animæ profectum. Primus ascensus est assimilari equis, qui copias perdiderunt ac destruxerunt. Secuodus ascensus est, quòd ea facta sit propinqua, & quòd fecerit oculos columbæ. Tertius est ascensus, quòd ooo amplius propinqua, sed soror sit oominata. Qui enim inquit, fecerit voluntatem patris qui io cælis est, hic est frater, soror & mater. Postquam ergo facta est flos, neque à spinosis læsa fuit tentatiooibus quo minus esset lilium, oblita populi & domus patris & matris suæ, aspexit ad verum patrem: & ideo vocatur soror domini, spiritu filiorum adoptioois io hanc adoptata cognationem & liberata à societate & coniunctione cum filiabos patris qui falsò oomioatur, seipsa rursus fit sublimior, & aspicit mysterium per oculos columbæ, per spiritum inquam prophetiæ. Hoc est autem quod aspicit: *Sicut pomum in lignis syluæ, sic patruelis meus inter filios*. Quid est ergo quod vidit? Syluam solet oomioare scriptura, syluestrem hominum vitam, in qua luxurianr varia geoera animi perturbationum, in qua tanquam io antro insident & delitescunr feræ exitiosæ quàrum natura io luce & Sole est otiosa & vim non habens operandi, vires haber in tenebris. Nam postquam Sol occidit, nocte adueniente, propheta dicit bestias syluæ in ea ex antris emergere. Quoniam ergo singularis ferus qui pascitur in sylua, grauissimum attulit damnum pulchræ viteæ humanæ naturæ, sicut dicir propheta, Eam vastauit aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam propterea in sylua plantatur malum, quod in eo quidem quod est lignum, est eiusdem essentiæ cuius sylua humana, teotatus est enim in similitudinem absque peccaro: in eo autem quod talem fert fructum, vt per eum dulces reddantur sensus animæ, habet maiorem à sylua differentiam, quàm ea quam habet lilium à spinis, vsque adeò vt cum forma habeat etiam boni odoris delectationem. Pomi autem gratia tribus sensibus aptè & coooenienter distribuitur, vt quæ & oculos delectet specie aspectabili, & bono odore odoratus seorsum recreet, & effecta nutrimeotum dulcedine afficit sensum gustus. Rectè ergo vidit sponsa quæ sit sui à domino differentia: quoniam ille quidem & nobis fit lætitia oculorum, vt qui eis sit lux & vnguentum odoratui, & vita comedentibus. Nam qui eum comederit, viuet, sicut dicit euangelium. Humana autem natura perfecta per virtutes, solum fit flos, non agricolam nutriens, sed seipsam exornans. Ille enim ooo est boooorum nostrorum egens, sed nos illius boois egemus, sicut dicit propheta. Quooiam bonorum meorum non eges. Propterea sponsum aspicit purgata anima, in lignis syluæ, factum malum, vt sibi inserens omoes agrestes ramos syluæ, efficiat vt similes fructus producant. Quomodo ergo filias, quòd sint spinis similes, intelleximus filios patris qui falsò dicitur: quæ quidem simul cum flore exortæ, processu temporis ipsæ quoque transeunt ad gratiam lilij: Ita hîc quoque cùm audiuissemus assimilatos lignis syluæ, non existimaoimus significari amicos sponsi, sed aduersatios, quos cùm sint filii tenebrarùm & iræ, per fructus communionem transformat in filios lucis & filios patris. Propterea dicit anima quæ sensus haber exercitatos, Fructus eius dulcis in guttute meo, supra meliori meo. *Vt malum in lignis syluæ, sic patruelis meus inter filios. Sub vmbra eius desideraui & sedi, & fructus dulcis in gutture meo, supra mel ori meo*. Tunc enim verè verbo dulces fiunt sensus animæ, quando nos ab æstu tentationum mali nos vmbra separaotrit, vt nõ ab hoc Sole vramur qui ardet imminens meo capiti. Non aliàs autem licet sub vmbra arboris vitæ refrigerari, qoàm si cupiditas ad eã deduxerit animam.

Natura amplitudo dicitur campus.

Lilium quo modo crescat & florem producat.

Matth. 12. Luc. 8.

Syluã vocat scriptura syluestrẽ hominũ vitam.

Psal. 103.

Psal. 79.

Malum seu pomum est christus.

Pomi gratia tribus distribuitur sensibus

Ioan. 6.

Psal. 15.

Cur sit insita cupiditas.

animam. Videtur tibi sic insita cupiditas, nempe vt tibi pomi afferat desiderium, ex quo ei qui appropinquarit multiplex fruenda existit voluptas. Nam & oculus recreatur aspectabili pulchritudine, & nasus benè spirantem percipit odorem, & corpus alitur, & os dulcedine afficitur, & æstus auertitur, & vmbra fit sedes cui insideat anima, quæ abnegauit cathedram pestilentiæ. Deinde dicit: *Introducite me in cellam vinariam, Ordinate in me charitatem, fulcite me vnguentis, malis torū mihi sternite: quia sum sauciata dilectiōe.* Vt ad diuinum currat cursum quæ rectè prius equis assimilata est anima, tanquam densis & ordinatis saltibus ad anteriora tendentibus extenditur, ad posteriora autem non conuertitur, quantum licet occupando. Quinetiam sitit. Vsque adeò autem augetur sitis, vt è sapientiæ cratere non hauriat, neque ad sedandam sitim satis esse putet si totum craterem in os infundat: sed rogat vt deducatur ad ipsam cellam vinariam, & ipsis torcularibus os subiiciat, & dulce vinum scatens aspiciat, botrúmque qui exprimitur in torcularibus, & vitem illam quæ hunc botrum alit. & veræ illius vitis Agricolam qui adeò opimum & suauem efficit botrum. Quorum vnumquodque superuacaneum fuerit explicare, cum sit manifesta quæ in vnoquoque eorum consideratur tropica significatio. Illud autem omnino vult videre mysterium, quemadmodum sponso calcanti torcular rubræ fiant

Esa. 3.

vestes. De quo dicit Propheta, Quamobrem rubra sunt vestimenta tua, & indumenta sicut eius qui calcat torcular? Propter hæc & quæ sunt huiusmodi, cupit ingredi domum, in qua

1. Ioan. 4.

est vini mysterium ac sacramentum. Deinde ingressa ad maius rursus existit. Rogat enim vt subijciatur charitati. Charitas autem est Deus, vt vox est Ioannis, cui subiectam esse animam, esse salutem Dauid pronunciauit. Quoniam ingressa sum, inquit, in cellam vinariam, subucite me charitati, seu ordinate in me charitatem. Quomodocunque enim vtaris verbi inuersione, idem est quod per vtrumque significatur, nempe & ex eo quod subiecta sit charitati, & ex eo quod charitas ordinetur. Num autem & scitum aliquod dogma ex hac voce fortè docemur, nempe cuiusmodi sit Deo tribuenda charitas, & quemadmodum in se inuicem affectos esse oporteat. Si enim oportet omnia ordine & honestè fieri, multo magis in his est ordo con-

Gen. 4.

ueniens. Neque enim condemnatus esset Cain propterea quòd malè diuideret, si eum eo quod rectè obtulisset, etiam id quod decet in ordine seruasset, tam eorum quæ restabant ad vsum, quàm eorum quæ Deo consecrabantur. Cùm enim oporteret ex iis quæ primo nata erant Deo diuinas offerre primitias, ipse repletus iis quæ erant prætiosiora, reliquiis Deum excipiens est prosecutus. Oportet ergo scire ordinem charitatis, quam per legem exponit, nempe quemadmodum Deum oporteat diligere, & vxorem & inimicum, ne fortè inordinata & à charita-

Ordinatam esse oportet charitatē.

te separata sit legis adimpletio. Oportet enim Deum quidem diligere ex toto corde & anima & potentia & sensu, proximum autem tan-

Eph. 5.

Vxor quomodo diligenda.

A quam seipsum, & vxorem, si purioris quidem est animæ, sicut Christus ecclesiam. Sin autem est animæ paulo magis obnoxiæ animi perturbationibus, sicut corpus proprium. Sic enim iubet qui hæc ordinat Paulus. Inimicum au-

Inimicus quomodo diligendus.

tem, in eo quòd non reddat malum pro malo, sed pro iniuria referat beneficium. Nunc autem licet videre confusam & inordinatam in multis charitatem, per non congruentem inconcinnitatem erraticè incedentem. Nam aliqui quidem pecunias & honores & vxores, in eas fortè ardentius affecti, ex tota anima diligunt & totis viribus, vt etiam animam pro eis velint

B profundere: Deo quantum videtur: proximo autem vix tantam ostendant charitatem quanta debetur inimicis. In eos autem qui odio habent hæc est affectio, vt maiori malo vlciscantur eum qui prior affecit iniuria. Ordinate ergo in me, inquit, charitatem, vt Deo tantum tribuam quantum debetur, in vnoquoque autem aliorum, ab ea quam par est mensura non aberrem. An forte per hoc etiam licet intelligere, quòd quoniam quæ primò fuerat dilecta, per inobedientiam inter inimicos fuit reputata, nunc ad eandem reuersa est vitam, per charitatem Domino coniuncta, ea nunc dicit, con-

C firmate mihi hanc gratiam, eámque stabilem facite & immobilem, vos amici sponsi, studio & diligentia mihi conseruantes propensionem ad id quod est melius. Hæc autem cùm dixisset,

Gratia vt confirmetur petit anima ad vitam reuersa.

transit rursus ad id quod est sublimius: *Fulcite me*, inquit, *vnguentis*. ô admirabiles columnas & noua fulcra. Quemadmodum fiunt vnguenta columnæ domus: quemadmodum sanctissima tecti constructio nititur bene spiranti odore, si est planè perspicuum quòd quæ multifariam à multis exercentur virtutes pro varietate operationum etiam nominantur: virtus enim est non solùm bonum intueri, & esse partici-

D pem eius quod est melius, sed etiam immutabilitatem in bono conseruare. Qui ergo vult fulciri vnguentis, quærit sibi adesse firmitatem in virtutibus. Virtus enim est vnguentum, quoniam est seiuncta ab omni tetro odore peccatorum. Admirabitur autem etiam quispiam consequentiam eorum quæ dicta sunt, per quænam cupit sibi sterni domum. Nam hic non rubis & spinis & stramine & arundine & fœno, quibus construuntur domus materiatæ: sed domus sternendæ materia sunt poma. *Sternite*, inquit, *mihi torum in malis*. Vt sit omnino ei hic fructus, pulchritudo, vnguentum, dulcedo, nutrimen-

E tum, per vmbram refrigeratio, sedes in qua quiescitur, columna, quæ stabilit tectum quod tegit. Nam vt pulchritudo quidem cernitur cum desiderio vt vnguentum, delectat odoratum, vt nutrimentum, pinguefacit corpus, & dulcedine afficit gustum, vt vmbra refrigerat æstum: vt sedes recreat laborem: vt columna præbet immutabilitatem: vt malum euidens decorat te-

Pomorum compositio pulchrum spectaculū.

ctum. Quod enim potest excogitari pulchrius spectaculum quàm malorum compositio, quando benè dispositus fructus continenter in aliquo loco supino & æquabili sibi vnitus, per coctionē variatur, rubore fructus admisto cuidā cādori.

Si ergo fieri:posset vt in supetficie collocata malorum positura videretur desuper io altum sublata, quid hoc aspectu videri posset elegantius? Quod quidem non est eiusmodi vt fieri non possit in desiderio bonorum quæ cadunt sub intelligenriam. Neque enim est graue illud genus fructus, neque in terram trahens & deprimens, sed suapte natura fertur virtus & in altum aspicit. Quamobtem horum malorum pulcbritudine desiderat sponsa suæ domos tectum decorari. Non enim mihi viderut principale Verbi hoc esse studiú & institutú, vt aliquod humi stratum ostẽdatur spectaculũ per malorũ cõpositionem. Quænam enĩ per hæc esset ratio ducendi ad ad virturem, nisi aliqua nobis vtilitatem afferens intelligentia consideraretur in iis quæ dicta sunt? Quid est ergo quod coniicimus? Qui in nostra naturæ sylua germinauit prupter suam in homines beneuolentiam, ex eo quod fuit particeps carnis & sanguinis, factus est malum. Ad vtrumque enim eorum licet videte in hoc fructu per colorem assimilationem. Nam quodam quidem candore imitatur carnis proprietatem. Et autem illitus rubor, per suam testatur speciẽ se quandam habere cognationem cum natura sanguinis. Quòd etgo rerum diuinatum deliciis se oblectans anima, ea iutta tecta aspicere desiderauerit, hoc ænigmate erudimur. Ex eo enim quòd sursum aspicientes, poma attendamus, ad conuersationem cælestem licet deduci per documenta euangelica. Quæ quidem qui desuper venit & est super omnia, nobis ostendit per suam in carne manifestationem, vt qui omnium bonorum vitæ institutorum & actionum in se exempla indicarit, sicut dicit domious: Discite à me quòd sum mitis & bumilis corde. Hoc ipsum autem Apostolus quoque humilitatem oobis exponeos, dicit. Per vnam enim contemplarionem licet Verbi vniuersam confirmare veritatem. Dicit enim eis qui sursum aspiciunt: Hoc sentite, inquit, in vobis quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma dei esset, noo rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed serui formam accepit, qni per carnem & sanguioem est in hac vita versatus, & pro ea quæ sibi erat proposita lætitia, & nostræ bumanitatis voluntariè particeps factus est, & vsque ad mortis venit experientiam. Propterea dicit sponsa: *Sternite mihi torum in malis*, vt semper in altum aspiciens, attentè & firmiter videam exempla bonorum quæ ostenduntur in sponso. Illic est leuitas: illic iræ vanitas: Illic obliuio iniuriarum acceptarum ab inimicis: & humanitas in eos qui molestiam afferunt, & pro malo teferre beneficium: Illic est temperentia, puritas, patientia, & inani glotia nihil esse per mistum fraudéque quæ versatur in iis quæ ad hanc vitam pertinent. Post hæc laudat sagittarium quòd scopum rectè attingat, vt qui telum pulchrè io ipsam dirigat. *Vulnerata*, inquit, *sum à dilectione*. Osteodit verbo telum, qood cordi altè insidet. Qui telum autem iaculatur est dilectio seu charitas. Charitatem autem esse deum didicimus à sacra scriptura, qui electam suam sagittam, nempe deum voigenitum, emittit in eos qui seruantur spiritu vitæ illita triplici aculei cuspide. Aculeus autem est fides, vt quæ io quo fuerit, cum sagitta simul adducat sagitarium, vt dicit domious: Ego & pater voum sumus, & mansionem apud eum faciemus. Videt ergo quæ per diuinas ascensiones in alrum sublata est anima, dulce telum charitatis, quo ipsa fuit sauciata, & de eo vulnere gloriatur, dicens: Vuloerata sum ego à dilectione, vtpote quòd sit pulchrum vulnus & dulcis plaga, per qnam plagam subit interna, vt pote quòd quæ à telo facta est diuisio, quoddam ostium & aditum apetuerit. Nam simul atque telum accepit charitatis, ad nuprialem lætitiam protinus transmutata fuit iaculatio. Vides enim quemadmodum manus arcum tractant, dispertitæ ad vsum eius operarionis. Nam sinistra quidem arcum, dextera verò neruum ad se attrahit, per sagitiæ concauitatem tælum ad se attrahens, quod adhibita manu sioistra ad scopum dirigitur. Quæ ergo ad paucos teli facta est scopus, nunc seipsam pro telo aspicit io manibus sagittarij, cum aliter dexrera, & aliter sioistra telum apprebeodat. Sed quooiam per ttopum ex thalamo sumptum producũtur ex consequenri theoremarum significariooes, noo fecit aculeum teli sustineri à sinistra, neque dexreram tenere alteram partem vt sit anima relum in mano potentis directum sursum ad scopum, sed fecit sinistram quidem subiicete capiti pro aculeo: dexteram autem teoere id quod restat, vt simul, vt opinor, duplici ænigmate philosophetur oratio de diuina assensione, osteodens quod idem sit sponsus & sagittarius, eadem oostra sponsa & sagitta, nempe pura vtens anima, & tanquam iaculum ad bonum scopum dirigens: ranquam sponsam sursum deducens ad participationem æternitatis in quam non cadit ioteritus, vitæ loogitudioem & animos vitæ per dexteram elargieos, per sinistram autem, æternorum bouorum diuitias & Dei gloriam, cuius non possunt esse parricipes qui quærunt gloriam mundi. Proprerea dicit, *Sinistra eius sub capite meo*, per quam iaculum dirigitur ad scopum. Dextera autem eius eam apptehendens & trabeus, efficit lenem vt sursum feratur, vt quæ illuc mittatur, & à sagittario minimè separetur. Adeò vt & simul feratur per iaculatiooem, & in Domini manibus conquiescat. Harum manuum ptoprietates dicit pruuerbium, nempe quòd longitudo vitæ & anni vitæ sunt in dextera sapientiæ, in eius autem sinistra diuitiæ & gloria. Deinde conuertit orationem ad filias supernæ Hierusalem. Est autem oratio adhortario quæ adhibetur cum adiuratione, vt multiplicetur & augeatur semper charitas, donec ad effectum suam deduxerit voluntatem, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis. Hæc sunt autem eius verba: *Adiuraui vos filiæ Hierusalem in potestatibus & veritatibus agri, si excitetis & expergisci faciatis charitatem*. Iusiurandum est oratio per se confirmans veritatem. Est autem duplex iuramenti operatio. Aut enim quispiam ei qui audit facit fidem veritatis, aut alius per iuramentũ affert necessitatẽ vt minimè mentiatur vt iurauit Dñs Dauid veritatẽ, & nõ frustrabitur

eum

Christus factus est malum seu pomum ex eo quod factus est particeps carnis & sanguinis.

Matth. 11.

Phil. 2.

De⁹ emittit electam sagittam nẽpe filium vnigenitũ qua sauciatur anima.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Prou. 3.

Iusiurandũ quid sit.

Iusiurandi duplex operatio.

Psal. 131.

Gen. 24.

eum hic fides promissi confirmatur iureiurando. Quando autem curam gerens Abraham ingenui coniugij filij sui vnici, ne aliquam ex iis qui sunt ex genere Chanaam, qui damnati sunt ad seruitutem coniungat matrimonio cum filio suo Isaac, ne successionis generis nobilitas corrumpatur mistione seruilis generis: sed ex patria sua terra & cognatione filio suo accipiat coniugem, affert necessitatem me in iussu exequendo sit negligens, propterea quòd eum adiurauerit, si eum mittat, propter ipsum esse facturum quæ censuit de filio. Adiuratur ergo famulus ab Abrahamo, vt Isaac quam par est coniugē accipiat. Ergo cū iurisiurandi duplex sit operatio, hic anima ad tantam conscendens altitudinem, quātam contemplati sumus in iis quæ fuerunt prius examinata, animabus discunt exponens progressum ad id quod est perfectum, non præbet audientibus per iuramentum vt sint remotæ ab omni dubitatione de iis quæ ipsa est assecuta: sed declinans deducit ad vitam ex virtute degendam per adiurationem, & vt eo vsque insopitam & vigilantem habeat charitatem donec ad finem venerit bona eius voluntas. Ea autem est vt omnes homines salui fiant, & ad agnitionem veniant veritatis. Adiurario autem sicut illic facta est in fæmore Patriarchæ, ita hîc fit in potestatib^ & virtutibus agri, verbo sic dicente: *Adiuraui vos filiæ Hierusalem in potestatibus & virtutibus agri, si excitetis & expergisci faciatis charitatem donec velit.* In his primùm considerandum est quis sit ager: deinde quæ sit virtus & potestas agri, & an hæc inter se differant, aut sit vnum vtriusque significatum. Præterea quid sit excitare, & quid expergisci facere. Illud enim: Donec velit, prius fuit explicitū per ea quæ dicta sunt. Atque quòd per agrum quidem mundum significet vox domini, ex euangeliis, cuius est perspicuum. Quod autem transeat figura mundi huius, & quod in natura instabili nihil firmum ostendatur & stabile, est euidens ex magna & sublimi voce ecclesiastæ, qui quicquid apparet & transit, inter ea q̄ sunt vana annumerauit. Quænam est ergo potestas huius agri qui est mundus, aut quæ virtus eorum, quotum memoria efficitr filiabus Hierusalem vt non sit transiliendum præceptum? Nā si ad id quod apparet aspiciamus, hanc existimationem describit Ecclesiastes, quasi in eis nulla sit vis potestatis, vanum nominans quicquid in eis ostenditur, & in quod studium confertur. Nam quod est vanum non consistit. Quod autem in essentia non consistit, non habet virtutem. An forte per pluralem significationem huius potestatis, inueniri potest aliqua sensus conrectura? In sacra enim scriptura talem nominis differentiam in huiusmodi nominibus, vt quando singulariter dicitur virtus, ad deum referatur sententia huius vocis. Quando autem per figuram pluralem enunciatur, ostendit naturam angelicam, vt Christus dei virtus & dei sapientia. Hic singulare deum significat. Laudare dominum omnes virtutes eius. Hic plurale virtutum, indicat significationem naturæ angelorum quæ cadit sub intelligentiam. Nomen autem potestatis simul acceptum cum virtute habet clariorem sententiæ expressionem: sic scriptura per iteratam repetitionem verborum quæ habent eādem vim, firmius ac stabilius id quod vult exprimere: vt illud, dominus virtus mea, dominus firmamentum meum. Idem enim est quod per vtrumque verbum significatur. Sed compositio eorum quæ parem vim habent, indicat intensionem eius quod significatur. Pluralis ergo virtutum significatio, & simili modo merūti potestatum, videtur mentem auditorum deducere ad angelicam naturam. Quo fit vt adiuratio, quæ à magistro adhibetur animabus quæ discunt ad confirmationem eorum quæ sunt occulta, non sit aduersus hunc mundum qui prætterit, sed aduersus semper permanentem Angelorum naturam, ad quos iubetur aspicere, vt confirmet exemplo stabilitatem & constantiam vitæ quæ ex virtute agitur. Nam quoniam vitam post resurrectionem angelicæ naturæ similem futuram est pollicitus, non est autem mendax is qui promisit, consequens fuerit etiam eam, quæ est in mundo vitam præparari ad eam quæ postea est futura, vt qui in carne viuunt, in agro mundi degentes non viuant secundum carnem, neque conformentur huic mundo, sed præmeditentur eam vitam quæ speratur, per vitam quæ agitur in hoc mundo. Propterea sponsa affert animis eorum qui discunt hanc per iusiurandum confirmationem, vt eorum vita quæ in hoc agro rectè degitur, aspiciat ad virtutes, per impatibilitatem vitam imitans angelicam. Sic enim excitata & experrecta charitate, id est, in altum sublata, & semper per additionem ad maiorem aucta amplitudinem, bonam dei dixit voluntatem perfici, sicut in cælo & in terra. Hæc excogitauimus in illud, Adiuraui vos filiæ Hierusalem, in potestatibus & virtutibus agri. Si excitetis & expergisci faciatis charitatem donec velit. Quòd si aliqua alia inueniatur sententia, quæ magis accedit ad veritatem eorum quæ quæruntur, accepta erit gratia, & gratias agemus ei qui reuelat occulta, mysteria, per sanctum spiritum In Christo Iesu, quem decet gloria in secula seculorum. Amen.

Agrum mundum significat. Matth. 13. Mūdus instabilis. Virtus est deus. Virtutes sūt angeli. Rom. 1. 1. Cor. 1. Psal. 148. Psal. 117.

IN CANTICA CANTICORVM HOMILIA quinta.



Vox patruelis mei. Ecce hic venit saltans supra montes, & per colles transiliens. Similis est patruelis meus capreæ aut hinnulo ceruorum, super montes Bethel. Ecce hic stat post parietem meum, prospiciens per fenestras, apparens per cancellos. Respondet patruelis, & dicit mihi: Surge, veni propinqua mea, pulchra columba mea. Quoniam ecce hiems præteriit, imber abiit & se recepit. Flores visi sunt in terra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vites florent, dederunt odorem. Surge, veni propinqua mea, pulchra mea, columba mea, in tegmine petræ iuxta propugnaculum. Ostende mihi faciem tuam, & fac vt audire vocem tuam. Vox enim tua est dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes, quæ sunt quidem paruas,

paruæ, demoliuntur autem vineas, florent enim vineæ nostræ, sed ego patrueli meo, & patruelis meus mihi, qui pascit inter lilia, donec perspirarit dies, & motæ fuerint vmbræ. Reuertere citò ô patruelis, sis similis capreæ, aut hinnulo ceruorum supra montes concauos.

QVÆ per lectionem nunc nobis sunt proposita ex philosophia cantici canticorum, addu..nt etiam nobis desiderium cõtemplationis eorum quæ suprà sunt, & animis nostris ægritudinem afferant quæ efficit vt quodammodo desperemus de iis mente percipiendis quæ non possunt comprehendi. Quéadmodum enim non ægreferat quispiam si consideret, quòd in tantis in altum sublata ascensionibus per charitatem, ad bonorum participationem, purgata anima, nondum, sicut dicit Apostolus, comprehendisse videtur id quod quæritur: quanquam aspiciens quidé certè ad illas ascensiones quæ fuerunt peractæ in prioribus orationibus, de superno ascensu eã ducebat beatam, quando agnouit dulce malum, ipsum separans à syluæ sterilitate, & tanquam concupiscendam eius putabat esse vmbram: & fructus dulcedine affecta, erat in lætitiæ penetralib⁹. Vinum autem nominat lætitiam, quæ lætificat cor eorum qoi sunt eius participes, & in charitate collocata tanqoam in amictu vnguentorum, & tanquam in corde accepta charitatis sagitta, rursus ipsa quoque in manibus sagittarij sit iacolum ad scopum veritatis directum in manibus potentis. Hæc & quæ sunt huiusmodi aspiciens, existimabam eam quæ erat adeò sublata in altum, apprehendisse summum beatitodinis. Sed, vt videtur, quæ prios sunt peractá, sunt adhuc procemia ascensus. Omnes enim illas ascensiones, non nominat contemplationem & euidentem veritatis comprehensionem: sed vocem eios qui desideratur, qoæ per auditum exprimitur in proprietatibus, non autem mentis comprehensio cognoscitur & lætifiERT. Si ergo illa in altum vsque adeò euecta, sicut discimus de magno Paulo, qui super tres cælos fuit sublatus, nondum accuratè comprehẽdisse ostenditur id quod desideraror: quid cõsentaneum est nobis vsu venire, aut in quibusnam esse nos reputare, qui ad adytorum contemplationis vestibula nondum propè accessimus? Licet autem per ea quæ ab ipsa dicta sunt videre, quam sit contemplatu difficile quod quæritur. *Vox patruelis mei*, inquit, Non forma, non facies, non figura expressam ostendens naturam eius quod quæritur, sed vox magis afferens coniecturam quàm firmam cognitionem quis sit is qui loquitur. Quod enim id quod dicitur propius accedat ad coniecturam, quàm ad certam & indubitatam comprehensionem, ex hoc est perspicuum, quòd non in vna quapiam hæreat verbi cogitatione, neque vnam aspiciat formam, sed ad multa feratur visione, alias alium videre existimans, & non semper in eadem permaneat figura eios quod est comprehensum, *Ecce enim inquit, hic venit*, non stans, neque permanens, vt per diuturnam mansionem possit agnosci ab eo qui fixis intuetur oculis, sed se ob oculis surripiens priusquam ad perfectam veniat cognitionem; *Saltans*, enim inquit, *super montes, & transiliens colles*. Et nunc quidem existimatur caprea, rursus autem assimilatur hinnulo ceruorum. *Similis est*, enim inquit, *patruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel.* Ita quod semper comprehenditur, est alias alia figura. Hæc sunt quæ mihi ex eo sensu qui est in promptu, afferunt molestiam, & efficiunt vt desperem plenè & perfectè posse assequi comprehensionem eorum quæ suprà sunt. Verumenimuero tentandum est, in deum spe collocata, qui dat verbum euangelizantibus virtute multa, in serie aliqua per consequens adaptare contemplationem iis quæ comprehensa sunt intelligentia. *Vox patruelis mei*, inquit. Et statim subiunxit: *Ecce hic venit.* Quid ergo in his intelligimus: Aspiciunt fortasse quæ dicta sunt nobis ad per euengelium manifestatam dei verbi dispensationem, quæ per prophetas quidem prius fuit annunciata, manifestata autem per domini in carne apparitionem, Nam de voce diuina testimonium ferunt opera: & verbo promissionis cõiungitur euentus, sicut dicit Propheta. Sicut audiuimus sic vidimus. *Vox patruelis mei*, inquit, hoc est, quem audiuimus. *Ecce hic venit*: hoc quod oculis accepimus. Multifariam multísque modis olim deus locutus patribus in prophetis. Hæc est auditio vocis: In nouissimis diebus locutus est nobis in filio. Hoc est id quod dictum est, Ecce hic venit salians supra montes, & per colles transiliens. Apposité ac conuenienter & capreæ ex propria aliqua ratione, & rursus hinnulo ceruorum alio sensu assimulatus. Caprea significat visus acumé perspicacitatem. Hoc quilibet viderit. Aiunt enim hoc animal egregiè & mirandum in modum intuens, nomen habere ex operatione. *dorcas* enim dicitur *apotou dorquesthe* quod est videre. Atqui *dorquesthe* idem est quod *threasaste*, quod significat idem quod videre & aspicere. Qui ergo omnia aspicit & intuetur, ex eo quod omnia intueatur, nempe *apotou threasaste* nominatur Deus vniuersorum. Quoniam ergo Deus in carne fuit manifestatus, qui ad aduersarias delendas potestates in mundo apparuit, propterea assimilatur capreæ, vt qui è cælis in terram aspexerit. Hinnulo autem ceruorum, qui montes & colles saltibus comprehendit. Hoc est, qui conculcat frangitque & euertit improbas vitij Dæmonum altitudines. Nam montes quidem dicit, eos qui conturbantur in eius fortitudine, vt dicit Dauid, Qui transferuntur in cor maris, & qui in cognatum eis abyssi locum demerguntor. De quibus dicit Dominus suis discipulis: Si habeatis fidem sicut granom sinapi, dicetis huic monti (hoc verbo ostendens illud improbum lunare dæmonium) extollimini & proiicimini in mare. Qooniam igitur est proprium naturæ hinnulorum ceruorum, vt & beluas consumant, & halitu colorisque sui ꝓprietate serpétes fugét, ꝓpterea capreæ quidé assimilatur qui oĩa intuetur hinnulo autem ceruorum, vt qui conculcet & consumat aduersariam operationem, quam tropica significatione nominauit montes & colles. Fuit ergo vox sponsi per Prophetas in quibus Deus est locutus: & post vocem venit Verbum saliens supra montes aduersos, & in colles transiliens

Desideriũ contemplationis eorũ quæ sunt supra.

Psal. 3.

Psal. 126.

Per multas ascensiones deus non comprehenditur.

2. Cor. 12.

Psal. 67.

Psal. 47.

Hebr. 1.

Caprea est visus perspicacissimi.

Dorcas id est caprea sic dicta apotou derquesthe, derquesthe idem est quod theasasthe quod idẽ est ac videre & aspicere.

Theos id est deus apotou theasasthe.

Psal. 45.

Verbũ cur dicatur hinnulus ceruus per allegoriam.

siliens, ex æquo omnem quæ ab ipso defecit potestatem sibi reddens subiectam tam quæ est superior, quàm quæ est inferior & minor. Hæc est enim collium à montibus differentia, Quod quidem tacitè significat quòd id quod excellit inter aduersarios, æquè deletur & eadem virtute ac potestate conculcetur, atque id quod est inferius. Similiter enim conculcatur Leo & Draco, atque serpens & scorpius qui videntur inferiores. Cuiusmodi est quod dico: In turbis quæ eũ sequebantur erant montes, Dæmones, aut in synagogis, aut in regione Gerasenorum, aut in aliis multis, qui erigebantur & extollebantur aduersus humanam naturam. Ex iis sunt & colles & montes excellentes & inferiures, Sed hinnullus ceruorum qui consumit serpentes, & qui etiam discipulos perficit in naturam ceruorum, cùm dicit: Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios, ex æquo Christus imminet omnibus, hæc & fugans, & ab his ad alia transiliens, vt per hæc appareat magnitudo eorum qui in altum tolluntur ex virtute, non amplius obscurata à collibus vitii. Vidêtur enim montes Bethel ex interpretatione nominis, ostendere excelsam & celestem vitam. Nam donum Dei hâc significare dictionem, dicunt ij qui sciunt linguam hebræam. Dicit itaque, *Super montes Bethel.* Eos vidit purgatus & perspicax animæ oculus, qui cum diuinis illis saltibus qui fiunt aduersus aduersos colles simul transilit: & de eo quod postea est futurum, tanquam de iam præsente verba facit: propterea quòd sit certa & indubitata quæ speratur gratia, spem tanquam opus iã factum intuens. Dicit enim quod qui nobili celeritate saltat aduersus montes, & à collibus in coles transilit, ostendit, manentibus nobis immobilibus, se esse post parietem. Sic autem habet dictio. *Ecce hic stat post parietem meum, prospiciens per fenestras, apparens per cancellos.* Atque quod corporaliter quidem describitur ab oratione est eiusmodi. Cum sponsa intus custodiẽte domum, per fenestras amator differit & pariete intermedio vtrumque arcente, citra vllum impedimentum fit sermonis communicatio, per fenestras quidem se demittente capite, per cancellos autem qui sunt in fenestris, interius oculo despiciente. Anagogica autem contemplatio sequitur sensum prius examinatum. Via enim consequentiæ humanam naturam Deo coniunctam reddit Verbum, primum quidem ipsam illustrans per prophetas & præcepta legis. Sic enim intelligimus, fenestras quidem Prophetas qui lumem introducunt. Cansellos autem, legalium præceptorum connexionem: per quæ ambo intro subit splendor veri luminis. Post hæc autem est perfecta lucis illuminatio, quando apparuit vera lux iis qui sedent in tenebris & in vmbra mortis, per contemperationem cum nostra natura. Prius ergo splendores propheticarum intelligentiarum animæ illucescentes, per à nobis mente intellectas fenestras & cancellos, immittunt desiderium videndi Solem sub dio. Deinde sic id quod desideratur procedit ad effectum. Audiamus autem quænam dicit ecclesiæ is qui nondum est intra parietem. *Respondet enim, inquid, patruelis, & dicit mihi: Surge, veni propinqua mea, pulchra columba mea. Quoniam ecce hiems præteriit, imber abiit & se recepit. Flores visi sunt in terra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vites florent, dederunt odorem.* ô quàm eleganter nobis describit veris amænitatem creator veris, cui dicit Dauid: Estatem & ver tu finxisti ea. Soluit hiemis tristitiam, dicens transijsse hibernam mœstitiam, & imbrium molestiam. Ostendit prata scatentia & decorata floribus. Flores autem dicit esse in suo vigore, & iam esse tempestiuos ad putendum, perinde ac si plexum coronæ aut vnguenti compositionem omnino tollent ij qui legunt flores. Tempus autem lætius reddidit verbũ auium quoque cantibus in syluis resonantibus, suaui voce turturum sonãte in auribus. Ficum autem dicit & vitem, quæ ex eis futuræ sunt delicias in iis quæ apparent exordiis: illam quidem grossos producentem, hanc autem edentem flores vt ex bono odore voluptatem affatim percipiat odoratus. Atque sic quidem luxuriat oratio in describendo verno tempore, & tristitiam repellens, & lubenter versens in iucundis narrationibus. Nun oportet autem, vt arbitror, cogitationem permanere in his luculentis descriptionibus, sed per eas deduci ad ea quæ per hæc eloquia significãtur mysteria, vt aperiatur thesaurus Intelligentiarum qui occultatur in verbis. Quid est ergo quod dicim⁹? Frigore idolatriæ aliquando concreuerat genus humanum, mobili hominum natura conuersa ad cultum rerum immobilium. Similes enim, inquid, fiãt qui faciunt illa, & omnes qui confidunt in eis. Consentaneum autem erat hæc ita fieri. Quomodo enim qui veram aspiciunt diuinitatem, in se accipiunt diuinæ naturæ proprietates: Ita qui simulachrum attendebat vanitati, transformabatur in id quod aspiciabatur, lapis factus ex homine. Quoniam ergo quæ per cultum idolorum lapiduerat, ad id quod est melius erat immobilis natura, cõcreta frigore idolatriæ, ea de causa propter asperam hanc hyemem oritur Sol iustitiæ, & ver efficit, meridiano spiritu hanc soluente concretionem, simul cum ortu radiorum fouente quicquid est subiectum, vt spiritu excalefactus qui per gelu homo lapiduerat, & fotus radio verbi rursus fiat aqua saliens in vitam æternam. Flabit enim spiritus eius, & fluent aquæ, conuersa petra in lacus aquarum, & rupe in fontes aquarum. Quod quidem est aperiendum. Iudeis baptizatus clamauit, dicens hos lapides esse suscitandos, vt fierent filii patriarchæ Abrahæ ei assimilati per virtutem. Hæc ergo à verbo audit ecclesia, per fænestras propheticas & legales cancellos accipiens splendorem veritatis, quod cùm consisteret doctrinæ paries typicus, lex, inquam, quæ faciebat vmbram futurorum bonorum, non autem ostendebat ipsam rerum imaginem, postquam stabat veritas hærens figuræ primum, quidem per prophetas verbum illustrans ecclesiæ: postea autem Euangelij manifestatione consumente omnem vmbraticam figuræ visionem, per quam destruitur quidem paries intermedius, coniungitur autem qui est in domo aer luci ætheree, adeò vt non amplius opus habeat vt ei illucescat per fenestras, cùm ipsa lux vera per radios euangelicos omnia quæ sunt illuminet, propter ea verbum

m iiii. clamat

Luc. 10. — *Montes Bethel quid significent.* — *Gratia quæ speratur certa & indubitata.* — *Humanam naturam quomodo deo coniunctam reddit verbum.* — *Veris elegans descriptio.* — *Psal. 73.* — *Psal. 134.* — *Qui veram aspicit diuinitatem in se accepit diuinæ naturæ proprietatem.* — *Qui simulachrorum attendit vanitati fit lapis ex homine.* — *Ortus est Sol iustitiæ vt frigore idolatriæ concretam solueret naturam.* — *Ioan. 4.* — *Psal. 47* — *Psal. 113.* — *Matth. 3.*

clamat Ecclesiæ per fenestras, erigens clisos, & dicens: Surge quæ lapsa es in lubrico peccati cæno, quæ à serpente fuisti impedita & cecidisti in terram, & fuisti in lapsu inobedientiæ, surge. Nō autem tibi sofficit, inquit à lapsu solum erigi, sed etiam progredere per virtutum perfectum, cursum peragens in virtute. Quod quidem didicim⁹ in paralytico. Non ei verbum facit solum surgere onus illud lecti, sed etiam ipsum iobet ambulare. Quo mihi videtur verbū, per trāseuntis motū, significare progressū & augmentū in bono. *Surge, inquit, & veni.* ô vis iusti & imperii, est reuera vox virtutis. Ipse dixit & facta sūt, mandauit & creata sunt. Ecce nunc quoque dixit iacenti. Surge & veni: & statim ad opus deducitur quod iobetur Nam simul atque accepit vim verbi, stat & assistit, & ad lumen propè accedit, vt testatus est ipse qui eum vocauit. Cùm sic dixisset verbum. *Surge, veni propinqua mea, pulchra mea, columba mea,* quis est hic ordo verbi, quemadmodū cohæret alterum alteri, quemadmodum cooseruatur per seriem, tanquam in aliquo nemore, seosum consequentia? Audit iussum: verbo confirmatur ac roboratur, excitatur, accedit, appropioquat. Pulchra redditur, columba nominatur. Quomodo enim potest fieri vt in speculo pulcher sit aspectus, si non pulchræ alicuius formæ acceperit simulachrum? Ergo humanæ quoque naturæ speculum, non prius euasit pulchrū, quàm pulchro appropinquauit, & informatum fuit imagine diuinæ pulchritudinis. Quomodo enim serpentis habuit speciem quando humi iacuit, & ad ipsū aspexit: eodem modo vmbra facta à tergo, conformatur etiam illi ad quod aspicit. Aspicit autē ad primariam & exemplarem pulchritudinem. Propterea cùm luci appropioquarit, lux efficitur In luce autem tanquam imago effingebatur species columbæ, illius, inquam, columbæ cuius species significauit aduentum sancti spiritus. Cùm ergo sic eam allocutum esset verbum, & ipsum quidem nominasset pulchram propter propinquitatem, columbam autem propter pulchritudinem, persequitur id quod deinceps sequitur, dicens nun amplius dominari hyemis animatum tristitiam. Neque enim frigus resistit radio. *Ecce enim, inquid, hyems præteriit imber abiit & se recepit.* Malo multa tribuit nomina, vt quod nominetur ex differētiis operationum. Idem enim & hyems & imber & stillæ, & conuenienter vnicuique nomini tentatione aliqua ex proprietate significata, dicitur hyems propter multiplicē malorū significationem. Nā hyeme & quæ germinarēt, marcescunt, & arborum pulchritudo, quæ naturaliter suam venustatem ac decorem accepit à foliis, excidit à foliis & miscetur terræ. Musicarum auium silet concentus. Fugit luscinia, torpet hirundo, à nido peregrinatur turtur, imitantur omnia tristitiam mortis, interit germen, moritur herba, quomodo ossa separata à carnibus, ita rami nudati foliis deforme euadit spectaculum, pro specie ac decore qui ei aderat ex germinibus. Quid autem dixerit quispiam ea quæ in mari hyeme accidunt, quemadmodum ab imo euersum & tumefactum scopulos imitatur & montes in rectam figuram instar verticis aqua fastigiata: quemadmodum in terram irruit non secus atque hostis, erumpens vltra fines suæ habitudinis, & frequentium vndarum ictibus, tanquā aliquibus machinarum insultibus, ipsam quatiens? Sed has & quæ sunt huiusmodi hyemis affectiones omnes mihi mente versa ad tropicā deducens significationem. Quid sit quod hyeme deflorescit & marcescit. Quid sit quod in terram ex ramis resoluitur. Quænam sit vox quæ silet canorarum auium. Quodnam sit mare quod rugit fluctibus. Quisnam deinde sit imber. Quæ sint imbris stillæ, Quemadmodum imber abeat & se recipiat. Per hoc enim, id quod est animatum & libero arbitrio præditum, tacitè significat ænigmate huius hyemis. Fortè enim & si singula nō explicarit oratio, auditori erit manifesta sententia quæ se ostendit in vnoquoque eorum: quemadmodū in initio humana germinauit natura, quādiu fuit in paradiso, aqua illius fontis irrigata & germinens: quando erat per foliis germen immortalitatis, naturam decorens: sed cùm hyems inobedientiæ radicem exiccasset, flos in terram excussus est, dissolutus, & nudatus fuit homo à pulchritudine immortalitatis, & exiccata fuit herba virtutum, refrigerata in deum charitate, propterea quòd abundasset iniquitas, vnde variæ affectiones aduersis flatibus in nobis sunt in aliū excitatæ, per quas fiunt mala animæ naufragia. Sed cùm venisset qui ver in nostris animis indidit ac procreauit, qui, cùm malus ventus mare aliquando excitasset, & ventos increpat, & dicit mari, Tace, compesce, & ad serenitatem & trāquillitatē redacta fuōt omnia, & rursus incipit nostra natura propriis ornari floribus vitæ autem nostræ flores virtutes, ounc quidem florem fuum autem fructum præbent suo tempore. Propterea dicit, *Hyems abiit, se recepit. Flores visi sunt in terra, tempus putationis aduenit.* Vides inquid, pratū florens virtutibus. Vides temperentiam: hoc est splendidū & summè olens lilium. Vides pudorē rosam. Vides violam Christi bonum odorē. Cur ergo per hæc nō texis coronam? Hoc est tempus in quo his collectis oportet huiusmodi coronis ornari *Tempus putationis aduenit.* Hoc testificatur vox turturis: Id est vox clamantis in deserto. Ioannes enim est turtur. Is est præcursor præclari huius veris, qui ostendit pulchros flores virtutis & porrigit iis qui volūt flores colligere: per quas ostendebat florem qui exit de radice Iesse, nēpe agnum Dei qui tollit peccata mundi, & suggerebat de malis pœnitentiam, & vitam degendam ex virtute. *Audita est enim, inquid, vox turturis in terra nostra.* Terram fortè nominat eos qui sunt damnati in vitio, quos publicanos & meretrices dicit euangelium, à quibus auditum est verbum Ioannis, cùm reliqui minimè admisissent prædicationem. Quod autem dictum est de ficu. *Protulit grossos suos,* ratione sic intelligimus. Ficus ob calorem, est prædita vi insigni attrahendi humoris ex profundo. Cùm autem multus humor cōsistat in medula, necessario natura per humorū concoctionem in planta, expellit ex ramis inutilem & terrestrem humorem. Idque sæpe facit, donec sincerum & ad nutriēdum aptum humorem apto proferat tempore, ab inutili expurgatum qualitate. Quod ergo ante dulcem & perfectum fructum, à ficu instar fructus producitur, grossos

Matt. 9. Marc. 2. Psal. 32.

Humana natura speculum non prius euasit pulchrum, quam pulchro appropinquauit.

Malū multis nominibus appellatur per allegoriam.

Hyemis descriptio.

Humana natura quomodo allegoricè fuerit primis in vere, deinde in hyeme, & rursus in vere.

Matth. 8. Marc. 4.

Matth. 3. Marc. 1.

Ficus ob calorem habet vim attrahendi humoris ex profundo.

Grossus quid sit.

grossus dicitur,quod quidem est ipsum quoque esculentum nonnunquam volentibus : non est tamen ille fructus præminm.Qui ergo ea vidit, fructum mox futurum omnino expectat.Sunt enim signum fructuũ esculentorum grossi,quos dicit ficum protulisse. Quia enim ver spirituale sponsæ describit verbum, est autem hoc tempus in confinio duorum temporum,nempe & tristitiæ hiemalis , & fructuum qui colliguntur æstate participationis : propterea mala quidem præteriisse dilucidè annunciat : perfectos autem fructus virtutis nondum apertè ostendit. Sed hos quidem recondit ac reseruat in tempus oportunum quando æstas institerit. Scis autem omnino quid significetur per æstatem ex voce Domini, nempe quòd messis est seculi consummatio,nũc autem ostendit florentes spes virtutum, quarum fructus, vt dicit Propheta, apparet in tempore suo.Cùm igitur humana natura,congruenter ficui de qua hîc fit mentio,per à nobis intellectam hyemem malum colegerit humorem , rectè qui animæ ver in nobis efficit, & conuenienti agricultura, in nobis plantat id quod est humanum, primum quidem à natura expellit quicquid est terrenum & inutile,à ramis per cõfessionem expelleris excrementa. Deinde quæ speratur beatitudinis quendam characterem per honestiorem viuendi rationem inducens,vitæ,vt luti quibusdã grossis,fructuũ futuram annunciat dulcedinem.

Ver inconfinio duorũ temporum.

A

B

Matth.13. Psal.1.

C

Per cõfessionem extolluntur excrementa.

Et hoc est quod dicitur, *Ficus protulit grossos suos.* Ita mihi intellige etiem florentem vitem , cuius vinum quidem quod lætificat cor hominis, implebit ipsum craterem sapientiæ : & proponetur conuiuis vt ex sublimi prædicatione , liberè misceatur ad bonam & sobriam ebrietatem. Illam dico,per quam hominibus ex rebus materialib⁹ fit examinatio ad id quod est diuini⁹.Nunc quidem florer vitis,& ex ea per florem emittitur vapor quidem bene olens & suauis, contemperatus eum ambiente spiritu. Nosti autem omnino spiritum , qui efficit hunc bonum odorem iis qui salui fiunt , vt qui hoc didiceris à Paulo.Hæc sponsæ Verbum prius ostendit, indicia & notas boni veris animarum,& eam incitat vt fruatur iis quæ sunt proposita, verbis eam excitans,Surge, dicens , veni propinqua mea,pulchra mea , columba mea.Quàm multa autem dogmata paucis his verbis nobis ostendit Verbum?non enim inani aliqua & superuacanea oratione in iisdem verbis lubenter immorari diuinitùs inspiratã doctrinam est consentaneum.Sed magna aliqua & Deo conueniens intelligentia ostenditur nobis per hanc prolixam orationem. Quod autem dicitur est huiusmodi. Beata & æterna & omnem intelligentiam comprehendens natura, omnia quæ sunt in seipsa coërcens,à nullo termino circundatur. Nihil est enim quod circa ipsam consideratur,non tempus,non locus, non color , non figura, non magnitudo,non quantitas, non interuallum,neque vllum aliud nomen pertinens ad circunscriptionem,aut res , aut intelligentia, sed omne bonum quod circa ipsam intelligitur, procedit in infinitum,& minimè circunscribitur Vbi vitio nullus est locus, nullus est boni finis. In mutabili enim natura, propterea quòd pariter inest potestas & libera eligendi voluntas ad

D

2.Cor.2.

Diuina natura omnia in se coercẽs nullo termino circũdatur.

A

In mutabili natura bonum & malum sibi inuicem succedunt.

inclinationem ac propensionem ad vtraque contraria,quod est in nobis bonũ & malũ ita desinũt vt sibi inuicẽ succedant: & boni est terminus vitium adueniẽs:& omnia animarũ nostrarũ studia & instituta,quæ sibi inuicẽ aduersãtur inse inuicem desinũt,& à se inuicẽ terminantur.Simplex autem & pura & vniformis & immutabilis & inalterabilis, & quæ semper similiter & eodem modo se habet natura,& à seipsa nunquam excedit:proptetea quòd non sit capax societatis cum malo,manet in bono minimè circunscripta, in se nullum videns finem,propterea quòd in se nullũ videat contrarium.Quando ergo trahit humanam animã ad sui participationem, æquali semper mensura , in ea quæ ad id quod est melius ac præstantius fit exuperatione , assurgit supra eam quæ est particeps.Nam anima quidem seipsa sẽper fit maior & angetur per participationem ei⁹ quod exuperat : bonum autem quod participatur, semper manet in æqualitate, vt quod ab ea quæ semper est amplius particeps : sempet inuenitur in æquali exuperatione. Videmus ergo tanquam in scalarum ascensu per virtutis ascensiones sponsam à Verbo deduci.Immittit primo Verbum radium per fenestras propheticas aut cancellos præceptorum legis, & eam aduocat vt appropinquet luci, & pulchra fiat instar columbæ formata in luce. Deinde cùm rerum pulchrarum tantum fuisset quantum potuit capere particeps,rursus deintegro vt quæ bonorum adhuc non esset particeps, eam attrahit ad participationem boni supereminẽtis,adeò vt id ipsum quod semper apparet congruenter proportioni profectus, simul etiam attrahat desiderium & propter exuperationem bonorum quæ semper consideratur in eo quod supereminet, videatur primò tangere ascẽsum. Propterea ergo ei excitatæ rursus dicit, *Surge*,& ei cùm venisset dicit,*Veni.* Neque enim ei qui verè surgit vnquam deerit semper surgere: neque ei qui currit ad Dominum, vnquam consumetur amplum & latum campi spatium ad diuinum cursum conficiendũ.Oportet enim semper surgere & excitari,& per cursũ appropinquando nunquam cessare. Quamobrẽ quoties dicit: Surge & veni toties ad id quod est melius ascensioni , ea quæ deinceps sequuntur, à Verbo adiiciuntur.Nam qui pulchram ex pulchra iubet fieri, apertè admonet & suggerit illud Apostolicum, iubens eandem imaginem à gloria transformari in gloriam : adeò vt semper videatur esse gloria quod accipitur & quod sẽper inuenitur , & licet sit magnum & excelsum, credatur esse minus eo quod speratur. Sic ergo cùm esset columba iis quæ prius rectè gesserat, nihilominus eam rursus iubet fieri columbã per transformationem in id quod est melius. Et si hoc factum fuerit, deinceps ostendet verbum per nomen , id quod est superius. Dicit enim: *Et huc veni columba mea , in tegmine petræ iuxta propugnaculum.* Quis est ergo ascensus ad perfectionem , aut quid significatur in iis quæ nunc dicta sunt? Non amplius aspicere ad studium eorum quæ attrahunt , sed ad id quod est melius ducem habere cupiditatem. Hoc,inquit ipsi , veni,nõ ex ægritudine, sed ex charitate,propriis tuis rationibus confirmans cupiditatem ad id quod est

B

Sponsa à Verbo deducitur per virtutis ascensiones.

C

D

Ei qui verè surgit nũquam deest surgere.

2.Cor.3.

Ascensus ad perfectionem.

Virtus caret domino & est voluntaria.

est honestum, non ducente necessitate. Domino A enim caret virt⁹, & est voluntaria, & ab omni necessitata libera. *Psal.50.* Talis erat Dauid, qui ex iis quæ ab ipso facta erãt ea sola esse deo grata & probata animaduertebat quæ erant voluntaria, & se voluntariè sacrificaturum promittebat. Talis est vnusquisque sanctus qui se Deo offert, non actus necessitate. Et tu ergo ostende perfectam in te accepisse constitutionem cupiditatem ascensus ad id quod est melius. Cùm autem talis, inquit, euaseris, venies ad petram tegminis iuxta propugnaculum. Quod autẽ dicit est eiusmodi. Oportet enim ab ænigmatibus abduactam orationem tractare dilucidius. *Euangeliũ est vnum tegmen humanæ naturæ.* Vnum tegmen humanæ ani- B mæ est euangelium, in quo cùm fuerit vmbrosa doctrina per typicas & symbolicas intelligentias, non amplius opus babet veritate quæ apperiat operta præceptotum ænigmata. Petram autem gratiam nominare euangelicam nemo contradixerit ex iis qui sunt vtcunque fidei participes: Ex multis enim locis scripturæ disci potest petram esse euangelium Quod ergo dicitur est eiusmodi. Si in lege fuisti exercitata ô anima, & per fenestras propheticas splendores aspexisti, ne maneas amplius sub vmbra muri legalis: murus enim facit vmbram futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem, sed ex eo quod est prope mu- C rum transit ad petram. Petra enim est propinqua propugnaculo seu antemurali: quandoquidam lex fuit propugnaculum seu antemurale fidei: & sibi inter se cohærent dogmata, vt quæ virture sunt propinqua. Quid enim præcepto, Nõ mœchaberis, est propinquius, quàm: Non concupisces? & præcepto quod iubet se cæde non contaminare, quàm ne ira quidem cornificere? Quoniam ergo cohæret propugnaculo tegmen petræ, est tibi indubitatus transitus à muro ad petram. Circuncisio est in muro, & circuncisio est in petra. Ouis & ouis, pascha & pascha, & eadem ferè omnia, & sibi inuicem cohærentia, nisi quòd D petra quidem est spiritualis, murus autem est terrenus, quòd simul cum corporali terrenum quoque est effictum. Petra autem Euãgelica habet carnem lutum sententiarum. Quinetiam accipit homo circuncisionem vel totus sanus, figmento naturæ nullam accipiente mutilationem. Obseruat quoque sabbatum à malis cessationem & non admittir quietem à bonis, cum didiceris quòd sabbato licet bonum facere. Facit etiam in- *Matth.15.* distinctam cibi participationem, & immundum non tangir. Docet enim petra nihil esse commune ex iis quæ per os ingrediuntur: sed corporalibus omnino reiectis obseruationibus, traducit E verborum sententiam ad id quod est incorporeum & quod cadit sub intelligentiam, sic dicen- *Rom 7.* te paulo, Lex est spiritualis, vt quæ sic legem eiecerit sub tegmem petræ euangelicæ, quæ est proxima corporali propugnaculo. Cùm verbum sic ei clamasset per fenestras, pulchrè respondet columba, illuminata splendore intelligentiarum & petrã intelligens quæ est Christus. Dicit enim. *Ostende mihi faciem tuam, & fac me audire vocem tuam. Vox enim tua est dulcis, & facies tua decora.* Quod autem dicit est eiusmodi: Non amplius per sermonem documentorum propheticorum & legalium, sed vt possum videre, ita teipsum mihi A aperte ostende, vt sim intra petrã euangelicã, relicto legis antemurali: aut vt meæ capiunt aures, ita cõcede vt vox tua meis auribus insonet. Si enĩ vox quæ emittitur per fenestras est adeo dulcis, multo magis tua in cõspectu præsentia erit amabilis. Hæc dicit sponsa, cùm intellexisset mysterium quod est in petra euangelica, ad quod eam deduxit verbum, quod multifariam multísque modis extitit in fenestris: & tenetur desiderio eius aduentus in carne, nempe vt verbum fiat caro, & de⁹ in carne appareat, & diuinas voces nostris auribus exhibeat, quæ dignis promittũr beatitudinem. Vides quemadmodum voto sponsæ B conueniunt voces Symeonis, Nunc dimittis ser- *Luc.2.* uum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ille enim vidit ipsum, vt desiderauit videre. Dulcem autem eius vocem agnoscunt qui acceperũt gratiam euangelii, qui dixerunt. Verba vitæ æternæ babes, Propterea in suum sponsæ votum suscipit *Ioan.6.* purus sponsus, & seipsum apertè ostensurus primum incitat venatores ad venandas vulpes, ne amplius ab eis impediatur vinea propter flores, dicens: *Capite nobis vulpes, quæ sunt quidem paruæ, demoliuntur autem vinias. Florent enim vineæ.* Fieri ne potest vt pro dignitate assequamur maiestatem C sententiarum, & diuinæ magnitudinis miraculum quod continet oratio, & diuinæ virturis amniculum quos significat sensus eorum quæ dicta sunt, nempe quemadmodum ille de quo bæc dicuntur, homicida, qui potens est in malitia cuius lingua tãquam nouacula acuta, de quo dicit Propheta, Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoris, & Insidiatur tanquam Leo in spelunca sua, Draco ille magnus Apostata, infernus dilatans os suum, Rector huius mundanæ potestatis tenabrarum, qui habet imperium mortis, & quæcunque ex persona eius narrat prophetia: *Dæmoniũ imperator vocatur vulpes & qui sunt sub eius potestate vulpeculæ.* Qui aufert terminos gentium, quos constitu- D it, nempe altissim⁹, pro numero angelorum suorum: *Psal.119.* Qui comprebendit orbem terræ sicut nidũ & ea tollit tanquam arundinem: *Psal.9.* Qui dicit se positurũ thronum suum super nubes, & futurum similem altissimo, *Psal.103.* *Abac.2.* & quæcunque scriptura de eo persequitur in Iob, *Eph.6.* quæ planè sunt terribilia, cuius latera quidem sunt ænea, *Hebr.2.* aurum autem fusile spina, intestina autem lapis smyrites: *Es.14.* & quæcũque sunt huiusmodi, *Iob.40. & 41.* per quæ terribilem illam naturam describir scriptura. Hic ergo talis & tãtus Imperator legionum Dæmonum, quemadmodum à vera & sola potestate nominatur parua vulpes, & omnes qui eum circunsistunt, & vni- E uersus qui est sub eius potestate exercitus, omnes ex æquo despectui habiti nominantur vulpeculæ ab eo qui incitat venatores ad eos venandos. Ii autem fortè fuerint angelicæ potestates, quæ in aduentu Domini in terram deducunt ipsum regem gloriæ, in mundum adducentes, & ipsum ostendentes ignorantibus. Quis est iste rex glo- *Psal.23.* riæ? Fortis & potens in prælio. Fortè autem dixe- xerit quispiam etiã spiritus administratorios qui mittuntur ad ministerium propter eos qui sunt futuri hæredes salutis. Fortasse etiam autem dixerit quispiam venatores esse sanctos Apostolos *Venatores sancti apostoli.* qui mituntur ad has feras venandas. Quibus dixit, Faciam vos piscatores hominum. Non enim *Matth.4.*

fecisset

fecisset piscatores hominum,in brutorum sagena eorum:qui salui fiunt animas irretientes, nisi prius è speluncis beluas eiicerent,nempe paruas vulpes ex cordibus in quibus delitescebant,vt filio & deo locum facerent,in quo caput suum reclinaret, nullo genere vulpium delitescente amplius in cordibus.Cæterùm non esse quos ponit verbum venatores, magnam & ineffabilem diuinam virtutem,discimus,per ea quæ ipsis inbétur.Non enim dixit,Venamini aprum,qui ex silua vineam Dei depopulatur,aut singularem ferū aut rugiētem leonem, aut magnam balenam,aut marinum leonem. Vim enim aliquā eorum quæ contra despugnant. per ea ostenderet Verbum venatoribus. Sed illæ omnes, inquid, terrestres potestates,aduersus quas est colluctatio hominibus,principatus,potestates, & rectores tenebrarum mundi huius,& spiritus nequitiæ, sunt paruæ vulpes dolosæ & infelices,si cum nostris conferantur viribus.Si illas deuiceritis,propriam accipietis gratiam.Vinea nostra est humana natura quæ fert botros per flores vitæ quæ agitur ex virtute.Capite nobis paruas vulpes,quæ demoliuntur vineas, & vinæ nostræ florent,Diuinum iussum audiuit vinea,nēpe mulier de qua dicit David,Vxor tua sicut vitis abundans. Et vidit eam, virtute eius qui iussit,ab exitio & depopulatione harum ferarum expurgatam, & statim dat seipsū agricolæ qui sæpis intermedium diruit parieté. Neque enim amplius arcetur pariete legis, quo minus coniungatur cum eo qui desideratur. *Sed ego,inquit patrueli meo, & patruelis meus mihi, qui pascit inter lilia donec perspirarit dies, & motæ fuerint vmbræ.*Hoc autem est,vidi facie ad faciem eum qui semper manet,& qui propter me ex sorore mea synagoga in humana natura est exortus, & in eo requiesco,& fio eius habitaculū. Hic enim est pastor bonus,qui non fœno pascit gregem, sed puro lilio pascit oues.Is est enim tenera qui fœno non amplius nutrit fænum. Naturæ enim expertis rationis proprium nutrimentum est fœnum.Homo autem cum sit particeps rationis,vero nutritur Verbo.Quod si huiusmodi fœno fuerit faturatus,ipse quoque sit fœnum.(Omnis enim inquit,caro est fœnum)si sit caro. Sin autem fiat spiritus qui natus est ex spiritu,non amplius cibum depascet ex fœno, sed spiritus erit eius alimentum,quod quidem tacitè significat lilii puritas & bonus odor.Erit ergo ipse quoque lilium purum & benè olens,mutatus & alteratus ex alimenti natura.Hoc est dies qui radijs diffunditur seu perspirat,sicut diuina nominauit scriptura,eā quæ per radios spiritus facta est diffusionem,nominans perspirationem,vnde mouentur vmbræ vitæ:quas diligenter & studiosè intuentur, qui luce veritatis animæ oculum non illustrarunt, vmbram & id quod est vanum ac inane tanquam quod consistat aspicientes,& quod verè est tanquam quod non sit non rectis cernentes oculis. Sed qui nutriuntur per lilia, hoc est,quotum in puto & bene olenti nutrimento impinguatur anima, cùm ab omni fallaci & vmbrosa visione eorum in quæ studium in hac vita consertur, se abduxerint, ad rerum veram aspiciunt substantiam, effecti filii lucis & diei.Hæc aspicit sponsa, & vrget verbum vt quàm citissimè spem bonorum deducat ad affectum:dicens:*Reuertere età ô patruelis, sis similis capreæ aut hinnulo ceruorum supra montis concauitatem.* Vide vt caprea tu qui aspicis cogitationes hominum,tu qui cordium legis disceptationes. Dele peccati generationem,sicut hinnulus delet serpentes, qui consūmit genus serpentum.Vides concauos montes vitæ humanæ,quorum ea quæ assurgunt, non sunt vertices sed valles.Currit ergo quàm cellerrimè Verbum ad montes concauos.Quicquid enim extollitur aduersus veritatem est baratrum & non mons concauitas & nō assurgens fastigium.Si ergo inquit,ad hæc accurrerit, omnis vallis implebitur & omnis mons huiusmodi humiliabitur. Et hæc dicit omnia quā pascit Verbū,non aliquibus spinis aut fœno,sed bono odore liliorum puræ vitæ administrationis. Quibus etiā nobis detur satiari pastis à Verbo.In Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria & potentia cum sancto spiritu nunc & semper & in secula seculorum.Amen.

Psal.127.

Legis paries dirutus.

Christ^o pastor bonus.

Homo vero nutritur Verbo.

Esa.40.

Es.40.
Luc.3.

IN CANTICA CANTICOrum Homilia Sexta.



N lecto nostu quæsiui quem diligit anima mea.Quæsiui eum & non inueni. Vocaui eum & non audiuit me. Surgam autem & circuibo ciuitatem, in foris & in plateis: & quæram quem diligit anima mea. Quæsiui eum & non inueni eum.Inuenerunt me qui custodiunt circumeuntes ciuitatem.Num quem diligit anima mea vidistis?Quamprimum parum ab eis transij donec inueni eum quem diligit anima mea, tenui eum, & non dimisi eum,donec eum introduxi in domum matris mea, & in conclaue eius qua me concepit. Adiuraui vos filiæ Hierusalem in potestatibus & virtutibus agri, si excitetis & expergisci faciatis charitatem, Donec velit.Quæ est ista quæ ascendit in desertum sicut virgultum fumi ex suffitibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris aromatarii?Ecce lectulus Solomonis:sexaginta fortes circa eum ex fortibus Israël,omnes tenentes gladium, periti pugnæ,vniuscuiusque ducis super femur suum propter stuporem nocturnum.

Cap.iij.

OMNIA magna & excelsa dogmata à Cantico canticorum per hanc docemur lectionem.Philosophia enim est sponsæ narratio per ea quæ de se recenset, statuendo quemadmodum in Deum se gerere oporteat amatores supramundanæ pulchritudinis. Quod autem dicimus per ea quæ sunt proposita,prope est huiusmodi. Oportet enim,vt arbitror, prius exponere sensum qui inest in verbis:Deinde verba diuinitùs inspirata accommodare iis quæ sunt prius considerata.Est ergo, vt semel dicam, huiusmodi dogma per ea quæ dicta sunt:Bifariā diuiditur id quod est ex suprema eorum quæ sunt diuisione. Nam aliud quidem est sensile & materiale:aliud autem quod intelligentia percipitur, & est expers materiæ. Atque sensile quidem dicim^o quicquid sēsu comprehenditur.Quod intelligentia autē percipitur,id quod omnem superat sensus comprehensionem, nec vllis continetur finibus. Nam cùm omnis materia à quanto & quali sit comprehensa vnus est mentis cōprehensionis ea quæ sunt in ipsa considerantis, finis in forma & superficie

Diuiditur quod est in sensile, & intelligibile.

Sensile quid sit.

Intelligibile quid sit.

per fine & figura, adeò vt qui scrutatur materiam nihil possit comprehendere extra id quod est in phantasia. Id autem quod percipitur intelligentia, & est expers materiæ, purũ ab omni eiusmodi comprehensione, effugit terminum vt quod in nullo finiatur. Rursus autem cùm quæ intelligentia percipitur natura, bifariam sit diuisa, alia quidẽ est increata, & eorũ quæ sunt sẽper efficiens, & quæ est id quod est: & semper similiter & eodẽ modo se habet, & quauis additione & diminutione est superior, nec bona valet accipere, alia autẽ quæ per creationẽ deducta ad generationẽ, semper aspicit ad primam eorum quæ sunt causã, & participatione eius quod supereminet semper conseruatur in bono, & quodammodo creatur, per incremẽtum in bonis mutata ad id quod est melius. adeò vt ne in hac quidem consideretur finis, neque vllo terminò circunscribatur eius incrementum, ad id quod est melius sed sit sẽper quod præsens est bonũ, etsi maximè videatur esse magnum & præstabile principium eius quod supereminet, & est maius: adeò vt in hoc verum sit quod dicit Apostolus, Per extensionem ad id quod est antè, obliuioni datis iis quæ prius sunt perfecta. Nam quod semper est maius, & quod inuenitur in bonorum exuperatione, apud se detinens affectionem eorum qui sunt participes, non sinit aspicere ad ea quæ sunt præterita, in iis fruendis quæ sunt præstentiora, excutiens memoriam eorum quæ sunt deteriora. Atque sensum quidem qui à philosophia sponsæ narrationis nobis statuitur, talem esse existimamus. Tempus autem est primum quidem meminisse cõtextus verborum diuinorum eloquiorum deinde iis quæ prius sunt considerata adaptare sensum qui situs est in verbis, *In lecto noctu quæsiui ipsum, & non inueni ipsum vocaui, & non audiuit me. Surgam autem & circuibo ciuitatem, in foris & in plateis, & quæram quem diligit anima mea. Quæsiui eum non inueni eum. Inuenerunt me qui custodiunt circumeuntes ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Quam primum parum ab eis transii, donec inueni eum quem diligit anima mea, tenui eum & non dimisi eum, donec eum introduxi in domum matris meæ & in cõclaue eius quæ me concepit.* Quomodo ergo in iis quæ dicta sunt, inuenimus sensus qui dogmaticè per periphrasim à nobis sunt expositi? In præcedentibus ascensionibus, fuit pro ratione eius quod semper fit incrementi, semper mutata ad id quod est melius, & in bono comprehenso nunquam sistens, nunc equis comparata, qui Ægyptium euerterunt tyrannum. Rursus autem torquibus & turturibus assimilata in colli ornamẽto. Deinde his non contenta procedit adhuc superius. Nam per suauem nardum diuinum agnoscit bonum odorem, & nec in his quidem manet, sed rursus eum quem desiderat, veluti quoddam benè olens aroma, suppendit inter sua ratione prædata vbera, vnde scatent diuina documẽta, in amplo cordis spatio eum induens. Post hæc fructum suum facit Agricolam, ipsum botrum nominãs, suauem & gratum odorem emittentem propter florem. Et his viis & rationibus sic aucta, pulchra dicitur, & fit propinqua: & quæ est in ipsis oculis pulchritudo assimilatur columbis. Deinde procedit ad id quod est maius. Facta enim perspicatior illa quoque verbi dicit decorem: & miratur quemadmodum adumbratus descendit ad lectum vitæ materialis, humano corpore obumbratus. His accedit quod virtutis domum verbis describit, cuius qua tegitur materia est cedrus & cupressus, quæ putredinem non suscipit & corruptionem, per quæ verbis explicat stabilitatem & immutabilitatem habitudinis ad bonum. Præterea per comparationem ostenditur eius ab eo quod est melius differentia. & videtur esse lilium inter spinas. Et rursus in illis cernitur sponsi ab aliis discrimen. Nominatur enim pomum in sylua sterili bono fructus odore decoratum, cuius vmbram ipsa subiens, existit in domo vini. & fulcitur vnguentis, & electa sagitta in corde suo accepta, per dulcem plagam ipsa rursus fit sagitta in manibus sagittarii, sinistra quidem dirigente caput ad scopum supernum: dextra autem ad seipsos sagittam conuertente. Post hæc, vt quæ iam peruenerit ad id quod est perfectũ, cæteris suam in eum quem desiderat, enarrat charitatem, ratione cuiusdem adiurationis eas excitans ad dilectionem. Quis non dixerat animam quæ est adeò sublata in altum, peruenisse ad sũmum terminum perfectionis? Sed tamen finis eorum quæ prius sunt confecta, fit principium deductionis, ad ea quæ supereminent. Nam illa omnino sunt existimata sonus vocis per auditũ animam conuertentis ad naturalium rerum contemplationẽ, & incipit videre eum quem desiderat, in alia specie apparentem oculis. Nam capreæ euadit similis, & assimilatur hinnulo ceruorum et nec est in nostro visu, nec in eodem loco quod apparet: sed salit in montes, in promontoriis saltans super vertices collium. Et rursus in meliori statu sponsa constituitur, cùm ad eum venerit vox secunda, per quam incitatur vt relinquat vmbrã quæ procedit ex pariete, & sit sub dio, vt quiescat supra petram, quæ est iuxta propugnaculum, & se verni temporis expleat deliciis, colligens flores huius temporis, qui sunt pulchri & elegantes, & apti ad secandum & quæcunque alia tempus fruenda exhibet iis qui se explent deliciis in musicatũ auium vocibus: per quæ sponsa rursus euadens perfectior, se dignam cẽset eo qui loquitur. Rursus est consentaneum propter hæc beatam esse animam, quæ in alta ascensione peruenit ad summum eorum quæ desiderantur. Quid enim ad beatitudinem maius potest excogitari quàm videre Deum? Sed hoc quoque est quidem finis eorum quæ sunt prius confecta, fit autem principium spei eorum quæ super eminent. Rursus enim audit vocem, quæ iubet venatoribus vt pro salute vinearum ratione præditarum, venantur animalia quæ fructus lædũt, nempe paruas illas vulpes. Eo autem facto duo in se inuicem transeunt. Nam & Deus est in anima, & rursus anima migrat in Deum. Patruelis, inquit, meus mihi, & ego illi pascenti inter lilia, & humanam vitam trãsferenti à visis vmbrosis ad eam quæ verè est ueritatem. Vides in quantam ascenderit altitudinem anima quæ iuxta id quod dicit Propheta, ambulat à virtute in virtutem, vt videatur esse assecuta summũ spei bonorum. Quid enim est altius, quàm esse in ipso qui desideratur, aut eum qui desideratur, in seipsum suscipere? Et tamẽ cùm in eo fuerit, rursus

Phil. 3.

Quibus gradibus ascendat anima ad perfectionem.

Psa. 83.

sus lamentatur vt quæ boni sit indigēs. & vt quæ nondum habeat propositum desiderii, agitur & est perplexa, eámque perplexitatem animæ, narratione sua profert in publicum. Hæc autem omnia discimus per contemplationem verborū in contextu nobis propositorum, per quæ apertè docemur, quod neque vllo fine terminatur magnitudo diuinæ naturæ, neque vllus modus cognitionis, sit terminus intellectionis eorum quæ quæruntur, quo oporteat se sistere ne progrediatur ac promoueatur ad altos montes, sed ita se gerat is qui per supereminentium intellectionem supernè habet mētem, vt omnis perfectio cognitionis quā humana potest assequi natura, sit principium desiderii eorum quæ sunt excelsiora.

Thalamus est verbi corporalis descriptio.

Mihi autem consideranti id quod est propositum ad contemplandum, si hoc prius mente comprehenderis, quod thalamus est verbi corporalis descriptio & nuptialis apparatus materiam dat contemplationi, à quibus philosophia, ad id quod est purum & expers materiæ sententiarū & mentis conceptionum transferens significationes per ea quæ in ipsis peraguntur producit dogmata, vtens iis quæ fiunt in ænigmatibus ad declarāda ea quæ significātur.

Anima sponsa vocatur.

Quoniam ergo verbū animam posuit esse spōsam. Qui autem ex toto corde & anima & virtute ab ipsa diligitur Deus vocatur sponsus, consequenter quæ venit ad summum, vt existimabat, eorum quæ sperantur, & iā est contemperata cum eo qui desideratur, lectum appellat perfectionem boni participationem, & noctem dicit tempus cubandi, per nomen autem noctis, ostendit contemplationem eorum quæ non cadunt sub aspectum, ad similitudinem Mosis qui fuit in caligine in qua erat Deus. In qua cū fuerit docetur quòd tantum abest vt ascēderit ad perfectionem, vt ne principiū quidem attigerit. Iam enim, inquit, iis quæ sunt perfecta dignata, & tanquam in lecto quopiam eorum quæ sunt cognita comprehensionis requiescens, quando eram intra ea quæ non cadunt sub aspectum relictis sensibus, quando continebat diuina nocte, quærens eum qui latebat in caligine: tunc quidē habebam dilectionem in eum qui desiderabatur idipsum autem quod diligebatur euolabat vt id apprehendere non possent cogitationes. Quærebam eum ipsū in lecto meo noctu, vt nossē quæ sit eius essētia, vnde venerit, quid desinat, in quonam suam habeat essentiam. Sed non inueni ipsum: vocaui ipsum nominatim, quoad eum à me fieri poterat vt inuenirē in nomine eius qui nō potest nominari. Sed non erat nominis significatio quæ pertingeret vsque ad id quod quæritur.

Nominis dei significatio non pertingit vsque ad id quod quæritur.

Quomodo enim qui est supra omne nomen, efferri posset per vocationē nominis? Quamobrem dicit vocaui ipsum, & nō audiit me. Tunc cognoui quòd magnificentiæ gloriæ sanctitatis eius nō est finis. Quamobrem ipsa rursus exurgit, & obit cogitatione supramondanam & quæ intelligentia percipitur naturam quā vocat ciuitatem, in qua sunt principatus & celebres conuentus quod forū nominat, & incomprehensibilem numero multitudinem, quā significat numero plateæ, an in eis inueniatur id quod diligitur. Atque illa quidem scrutās obit omnē angelicū exercitum, & cum in bonis inuentis non vidisset id quod quærebatur hoc apud se cogitauit. Num cōprehēdi potest illud quod à me diligitur? & dicit eis. Nūquid vos quem diligit anima mea vidistis? Cū autē illi tacuissent ad eā interrogationē, & silentio indicassent illis quoque esse incomprehensibile id quod apud eos quæritur, postquam nimis curioso studio cogitationis egressus est illam supermondanā ciuitatem, tunc relicto vniuerso quod inueniebatur ita cognouit id quod quærebatur, cuius omne signum ac iudicium comprehendens, sit impedimentum iis qui quærunt ad eius inuentionem. Propterea dicit. Quamprimum parum ab eis trāsij, relicta omni materia, & prætermisso vniuerso quod intelligitur in creatura, & dimissa omni via & ratione comprehendendi, inuenit eum qui diligitur: & non amplius dimittam eum ansa fidei apprehensum, donec fuerit intra meum cōclaue, sit autē omnino est conclaue, quod tūc fit capax diuinæ eius habitationis, quando redierit ad illū statum in quo fuit ab initio quando fuit effecta ab ea quæ concepit.

Deum esse hoc solo cognoscitur, quòd quid sit non cōprehēdatur.

Non aberrabit autem omnino quisquis intelligit matrem primam causā nostræ constitutionis. Tempus est autem exponendi voces diuinas in ipso verborum contextu, vt verba conueniant iis quæ sunt considerata. *In lecto meo noctu quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui eum & non inueni eum. Vocaui eum & non audiuit me. Surgam autem & circuibo ciuitatem in foris & plateis, & quæram quem diligit anima mea. Quæsiui eum & non inueni eum. Inuenerūt me qui custodiunt circumeuntes ciuitatem. Num quē diligit anima mea vidistis? Quamprimum parum ab eis transij donec inueni eum quem diligit anima mea. Tenui eum & nō dimisi eum donec eum introduxi in domum matris meæ, & in conclaue eius quæ me concepit.* Post hæc rursus propter benignitatem alloquitur filias hierusalē quas antea assimilauit cōparationi spōsæ pulchritudinis & per adiurationē potestatū quæ sunt in mundo, facit assurgere ad parē modū charitatis, vt volūtas spōsi fit in eis firma. Dictū est autē in iis quæ præcesserunt quis sit mūdus in quo sunt virtutes ac potestates, & quæ sit volūtas eius qui ex toto corde diligitur, adeò vt nō sit opus de iisdē prolixius dicere, cum quæ in verbis prius fuit cōsiderata sētentia, satis declaret id quod in hoc loco intelligitur. Sed procedamus ad id quod deinceps sequitur, quēadmodū fieri possit in nobis vt cōscendamus. proprius quidā vitæ illucescit character alius factus ex alio, & apparēs per augmentum bonorū. Quamobrē mihi vidētur amici spōsi tanquā rem nouā admirati id quod apparet, qui prius quidē eam cognouerūt pulchrā, pulchrā, inquā, inter alias mulieres. Postea autē auri quoque murenulis cū notis argenti eius decorarunt pulchritudinem mirantur non solùm ascensū, sed etiam vnde ascenderit, Hoc est enim quod maiorē affert stuporem, quòd vna sola cernatur ascendere comparata nemori procerarū arborū, cerni enim caudices in altum ascendere & crescere. Quod autem alit caudices, nō sit terra pinguis & mascula, sed squallida, arida & deserta. In quōnā ergo radices agūt hi trunci, & vnde agentur? Radix quidē eius est puluis aromatū. Irrigatio autē est vapor ex suffitibus, irrorās hoc nemus per bonū odorē. Quantā autē habet laudē id quod dicitur ei de qua latū fuit de his testimoniū? Nā & quæ se inuicē interro-

gant de ea quæ apparuit, tanquam in alia quæ ostenditur forma, & non in ea quæ prius erat, est encomium eius, quæ ex profectu in virtute efficitur perfectionis, testans magnam eius esse differentiam & mutationem in eo quod est melius. Est enim vox stupentium & perculsorum admiratione, quod præter solitum forma floreat, nempe quemadmodum ea quæ ascendit ex deserto, cùm prius videretur nigra, tenebrosam formam abluerit: quemadmodum ei niuea refulget pulchritudo. Num desertum, vt videtur, est causa quòd ipsa sicut virgultum assurgat in altum, ipsa in eam mutans pulchritudinem. Non enim casu fortuito, neque aliqua meliori sorte factus est hic in altum ascensus: sed ex suis laboribus per continentiam & diligentiam acquisiuit pulchritudinem. Ita etiam aliquando Prophetæ anima, fuit sitiens diuinum fontem, postquam caro quæ ei euaserat deserta, nullum habens aditum aridáque & inaquosa diuinam in se suscepit sitim. Quòd ea ergo ascendit in desertum, hoc perhibet testimonium, quod per industriam attentionémque & continentiam in altum ascenderit, adeò vt & amicis spōsi id sit admirationi, qui multis exemplis eius explicant pulchritudinē quandoquidem vno non poterat vniuersa comprehēdi. Nam primum quidem caudici aut virgulto assimilant eius pulchritudinem. Nec huic vni solū, sed & arborum quoque multitudini comparatur eius pulchritudo admirabilis, vt descriptione nemoris ostendatur virtutum varietas. Deinde fumus ex suffitibus assumitur ad imaginē pulchritudinis, nec hoc absolutè, sed suffitibus myrrhæ & thuris simul contemperatorum, vt ex vtrisque vna sit vaporis gratia, per quem sponsæ describitur pulchritudo. Alia laus est mistio aromatum. Myrrha est apta ad corporum sepulturam. Thus autem est quadam ratione consecratum honori Dei. Qui se vult ergo Dei dedicare cultui, nō erit bonum thus ex eo consecratum, nisi prius fuerit myrrha, hoc est nisi mortificauerit membra quæ sunt supra terram, cōsepultus cum eo qui pro nobis mortem suscepit, & myrrham illam quæ adsumpta est ad domini sepulturam, in propria carne ad mortificanda sua membra acceperit. Quæ cùm facta fuerint, omne genus aromatum ex virtute, in vitæ circulo, tanquam in aliquo mortario in subtiles partes comminutorum, suauem illum efficit puluerem. Quem qui accepit, simul cum eo conuersatur plenus fumo diuini spiritus. Post de pulchritudine latum testimonium, amici spōsi, & qui parant thalamum puræ sponsæ pronubi, ostendunt ei pulchritudinem diuini illius lecti. Ei autem ostendunt regalis lecti pulchritudinem, vt sponsam maiori accendant desiderio diuinæ & immaculatæ cum eo vitæ consuetudinis. Hæc autem est lecti Regis descriptio, quæ in oratione demonstratiua per ea quæ differunt ei aliquid relinquunt existimandum. Dicunt enim: *Ecce lectus Solomonis, sexaginta fortes circa eum ex fortibus Israël, omnes tenentes gladium, periti pugna, vnusquisque ensis super fæmur suum propter stuporem nocturnum.* Atque quòd ex historia quidem de lecta verba fiant, cuius fuerit perspicuum per ea quæ de Solomone scripta sunt historicè ac corporaliter. Cuius & regnum & mensam reliquum in regno apparatum vitæque totius diligentissimè & accuratissimè descripsit liber regum. Propterea autem quòd dixit nouum quidpiam & alienum de lecto, consentaneum est omnino esse necesse expositionem nō manere in litera, sed aliquam accuratiorem comprehendere intelligētiam, mente abducta à materiali significatione ad spiritualem verbi contemplationem. Quis enim lecti nuptialis fuerit ornatus ex sexaginta armatis? Quis verè, si dicerimus quæ sunt belli terribilia? Et quis ornatus est ensis quo accinctum est corp'? Quid verò qui circa eos est stupor nocturnus? Terribilem etiam stuporem fieri ex quibusdam nocturnis terroribus, per stupotis vocabulū ostendit oratio, quem his dicit euenire armatis. Est ergo omnino per hæc verba quærendus sensus consentaneus ac consequens iis quæ prius sūt considerata. Quis est ergo sensus? Est consentaneum ostendi diuinam pulchritudinem in terrore habere aliquid amabile, ex iis quæ sunt contraria corporeæ pulchritudini. Nam hîc quidem attrahit ad cupiditatem id quod est visui iucundum, quod blandū & ab omni terribili iratique animi affectione separatum. Pulchritudo autem illa in quam non cadit interitus, est magni & excelsi animi virtus terribilis & quæ non potest conturbari aut stupore affici. Nam quoniam animi moribus obnoxia & sordida corporum cupiditas, membris carnis insidens, veluti quædam prædonum turma, mentis insidiatur, eam sæpenumero captiuam ad suam arripiens voluntatem Deo autem euadens inimica, sicut dicit Apostolus, quòd prudentia carnis Deo est inimica: propterea est consequens vt diuinus amor fiat ex iis quæ sunt contraria corporali cupiditati. Quo fit vt si huius dux fuerit dissolutio, remissio, mollisque & eneruata diffusio, illic vehemens & quæ perturbari non potest animi magnitudo fit materia diuini amoris. Cùm enim ira fortis ac viris insidientes voluptatis turmas perterruerit, & in fugam verterit, tum existit pura animæ pulchritudo, nullo motu maculata corporalis cupiditatis. Necessariò igitur nuptialis regis lectus ab armatis circundatur, quotū belli peritia, eo quòd super fœmur paratum habeant ensem, terrorem affert & stuporem iis qui noctu & in tenebris insidiantur & sagittis appetunt rectos corde. Quod enim obscænas voluptates deleat ac perimat eorum qui lectum ambiūt armatura, perspicuum fuerit ex eius quod est in contextu descriptione, quod ita habet: *Omnes periti pugna, vnusquisque ensis supra fæmur suum.* Reuera enim vt bellum geratur aduersus voluptates, oportet carni & sanguini, tanquam fœmori, ensem habere accomodatum. Omnino autem intelligit is qui scripturæ ænigmatum non est ignarus, ex mentione fœmoris id quod significatur, & quòd gladius est verbum. Qui ergo fert arma dico autem temperentiæ gladium accinctum, is est amabilis lecto in quem non cadit corruptio & interitus, vnus ex fortibus Israël, & dignus qui referatur in catalogum sexaginta. hunc autem numerum aliquam mysticā habere rationē nō dubito: sed id iis solum est manifestū quibus occulta reuelat mysteria gratia spiritus. Nos autem rectè habere putamus, si cùm quæ sunt

Psal. 41.

Diuina pulchritudo in terrore habet aliquid amabile.

Rom. 9.

Diuinus amor fit ex iis quæ sūt contraria corporali cupiditati.

Psal. 10.

Exod. 1.

Exod.11. In paschate carnes non coqui. sunt in promptu verbi sententias non coxerimus sed sicut in Paschate præcipit Moses, ex carnibus ea quæ apparent comederimus, dimittamus, nec curiosè scrutemur id quod sub verborum latet obscuritate. Si quis autem desiderat occultas verbi medulas, quærat ex eo qui dignis reuelat occulta. Ne tamen videar id quod dicitur prætertire, non excusum, & diuinum negligere præceptum, quod diuinas iubet scrutari scripturas, ita consideremus de eo quod dicitur de sexaginta. *Ioan.5.* Duodecim virgæ, pro numero tribuum Israël, ex præcepto diuino accipiuntur à Mose, sed pares numero tribubus Israël lapides accipiuntur ex Iordane, quorum omnium nullus reiicitur, pari honore ad sumpti ad ferendum testimonium de mysterio quod factum est in Iordane. Magna est autem consequentia in iis quæ referuntur. Quendam enim populi profectū ad id quod est perfectius ostendit oratio, vt pote in initio quidem legis latæ, inuentam fuisse vnam virgam viuentem & germinantem: cæteras autem fuisse reiectas vt siccas & infertiles. Cùm autem plus processisset temporis, & legalia eius præcepta diligentius & accuratius fuissent examinata, secundo etiam accepisse circuncisionem Iesu eis illatam, gladio petrino eis auferente omnino quicquid erat immundum (Intelligit autem omnino prudens auditor petræ & gladii significationem) & fuisse consentaneum post confirmationem ipsius vitæ quæ & ex lege & ex virtute agitur, nullum ex iis lapidibus qui adsumpti sunt sub nomine tribuum Israëliarum inuentum fuisse reiiciendum. Quoniam autem oportet omnino augere bonorum incrementa, quando tempus processit, & fuit amplior modus Israëlis. Sic enim dicitur in verbis quæ sunt nobis proposita quòd tunc in Israël non amplius ex tribu lapis aut virga vna sumitur: sed omnino pro virgis aut lapidibus in vnaquaque tribu viri cellicosi rei militaris periti, ex fortibus Israël. quorum vnusquisque ensem habebat supra femur, diuinū lectum in orbem circundabant. Quorum propterea nullus fuit reiiciendus, quoniam cuiuslibet tribus primitiæ sunt quinque, quorum numerus duodecies multiplicatus efficit sexaginta. Oportet ergo ex vnaquaque tribu terribiles armatos milites esse custodes lecti Regis, adeò vt si deficiat numerus quinque, id quod restat minimè sit admittendum. Num autem in hoc incæpto est aliquid audendum, vt dicamus quemadmodum in vnaquaque tribu armantur quinque vt sint custodes lecti Regis, & quéadmodū vnusquisque hotū quinque sit terribilis aduersariis, & cur quilibet armatus ensem suū habet impositum super fœmur: An non est manifestum, quòd vnus lapis, nempe ii quinque armati sunt vnusquisque sensus, conuenientem suum ensem educens ad terrorem inimicorum? Oculi quidem & ensis perpetuò aspicere ad dominum, & recta intueri & nullo turpi spectaculo inquinari. Audirus arma sunt similiter, diuinorum documentorum auditio, & nunquam vanum in se admittere sermonem. Ita etiam licet armare gustum & tactum & odoratum gladio continentiæ vnumquemque sensum tegendo congruenti lorica, per quæ tenebrosis hostibus stupor fit & terror, quorum etiam ad insidias struendas aduersus animas nox sunt tenebræ. In ea enim dixit Propheta bestias agri malum sibi prouidere esum ex pecoribus Dei. Posuisti enim, inquit, tenebras, & facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, catuli rugientes. *Psal.103.* Quoniam autem est Israël quicunque fit saluus: non enim quicunque sunt ex Israël, sunt Israelitæ: sed quicunque Deum propriè aspiciunt ex bona operatione, hanc habent denominationem, proprium est eius qui Deum videt, nullo sensu aspicere ad peccatum. Nemo enim potest ad duos dominos aspicere: sed & omnino vnus odio habendus, si est alter diligendus. Ea de causa fit lectus Regis quicquid seruatur. Si enim omnes deum videbunt qui fuerint corde mundo: qui autem Deum videntur, Israël propriè fiunt & nominantur: in duodecim autem tribus diuiditur hoc nomen arcana quadam ratione, rectè plenitudo eorum qui salui fiunt, numero sexaginta in summam redigitur cùm vnum quidem sumatur in vnaquaque parte, in quinque autem armatos pro numero sansuum hoc vnum diuidatur. Omnes ergo qui diuina induti sunt armatura, vnum regis lectum circumeunt, effecti omnes vnus Israël, & cùm per duodecim tribus intelligatur quæ est vbique Optimatum & se fortiter gerentium respublica, fortium virorum plenitudine redacta in summam numeri sexaginta, vna acies, & vnus exercitus, & vnus est lectus, nempe vna ecclesia, & populus vna sponsa. Qui omnes erunt sub vno tribuno militum, & concionatore & sponso, compacti & concinnati in vnam corporis coniunctionem. Quòd autem lectus sit requies eorum qui salui fiunt, docemur etiam ex voce domini, qui dicit ei qui noctu ostium pulsabat impudenter: Clausum est ostium, & pueri mecum sunt in cubili. *Luc.11.* Rectè autem eos qui per arma iustitiæ, sibi compararunt impatibilitatem, pueros nominat, exponentibus nobis dogmatibus quòd bonum quod nobis accedit ex industria & diligentia, non est aliud bonum ac honestum quàm id quod ab initio natura est nobis repositum. Quando enim qui fœmori accinxit ensem, attendendo vitæ ex virtute agendæ expullit animi perturbationem, tunc infans ætate est expers sensus eiusmodi animi perturbationis. Idem est ergo dicere & armatos esse circa lectum, & infantes, ex quibus hi non admiserunt, illi verò eiecerunt animi perturbationem. Nam illi quidem nondum nouerunt: hi verò ad hunc statum se redegerunt, conuersi, & impatibilitate effecti pueri, adeò vt beatus in his inueniatur, vel infans, vel armatus, verus Israëlita in puro corde Deum videns, vt armatus quidem, in puritate impatibilitatis, Regis lectū, id est, cor suum custodiens, vt infans autem, in beato lecto quiescens, In Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria in secula seculorum. Amen.

IN CANTICA CANTICORVM HOMILIA Septima.



Ferculum sibi fecit Solomon ex lignis Libani, columnas sibi fecit argenteas, & reclinatorium suum aureum, Ascensus eius purpureus. Intra ipsum est pauimētum charitate stratum ex filiabus Hierusalem. Exite filiæ Sion, & videte regem Solomonem in corona qua coronauit eum mater eius, in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui. Ecce pulchra es propinqua mea, ecce pulchra es. Oculi tui columbæ, præter id quod in te reticetur. Coma tua velut greges caprarum quæ sunt reuelatæ de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, & omnes geminos pariunt & sterilis nō est inter eas. Sicut lilium coccineum labia tua, & sermo tuus pulcher. Tanquam cortex mali punici gena tua extra silentium tuum. Sicut turris Dauid collum tuum quæ est ædificata in Thalpioth, mille clypei in ipsa pendent, omnes hastæ fortium. Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec perspiret dies & moueantur vmbræ. Ibo ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es propinqua mea, & macula non est in te.

Cap. iiii.

IN multis rex Solomon assumitur In typum veri in multis, inquam, quæ à sancta scriptura de ipso recensentur, relata ad id quod est melius. Nam & pacificus dicitur, & immensam habens sapientiam: & templum ædificat, & populum iudicat in iustitia: & est ex semine Dauid. Sed & ad ipsū venit regina Æthiopum. Nam hæc quidem omnia, & quæ sunt huiusmodi, de eo quidem dicuntur typicè, describunt autem futuram virtutem euangelii.

Rex Solomon assumitur in typū veri.

Quis est hic pacificus? Is qui interemit inimicitias, cruci autem suos affixit inimicos, nósque, imo verò totum mundum sibi reconciliauit, & sæpis intermediam soluit maceriem vt duos in seipso conderet in vnum nouum hominem, qui facit pacem, & qui prædicat iis qui longe, & iis qui propè, pacem eorum qui annunciant bona. Quis est autem hic ædificator templi? Is qui fundamenta quidem iacit in montibus sāctis, hoc est, in Prophetis & & Apostolis qui ædificat sicut dicit Apostolus super fundamentū Apostolorum & Prophetarum, per se viuentes & animatos lapides ad compactionem & cōnexionem parietum, iuxta id quod dicit Apostolus, vt connexi & compacti in vnitate fidei & vinculo charitatis, per se crescant in templum sanctum, vt fiant habitaculum in spiritu.

Solomon pacificus est christus. in cruce.

Eph. 2.

Psal. 86.

Eph. 2.

Quòd autem sua sapientia Solomon veram significet sapientiam, nemo contradixerit, ad historiam aspiciens & veritatem. Testatur enim Propheta, quòd ille excessit terminos humanæ sapientiæ, vt qui omnium rerum cognitionem in sui cordis latitudine cæperit, adeò vt & priores præterierit, & qui deinceps sunt consecuti, eum non possint assequi, Dominus autem sua natura, id ipsum quod est, est essentia veritatis, sapientiæ & potentiæ ac virtutis. Propterea cùm dixisset Dauid: Omnia in sapientia facta sunt: Prophetam interpretans diuinus Apostolus, in ipso dicit creata esse omnia, vt potè quòd Propheta eum significet per sapientiam.

Solomō significat veram sapientiam.

Psal. 103.

Ro. 11

Quòd autem rex Israël sit dominus à regno quoque eius, quoniam ipse est rex Iudeorum, accipimus testimonium, etiamsi de magnitudine potestatis censeatur detrahere, dum regno Israëlitarum terminat dominum. Non enim ita habet: sed ex parte imperium in omnes ipsa in cruce inscriptio tribuit, quòd non adiecerit quòd is sit solum rex iudeorum. Nam cùm ei oratio absolutè tribuerit suo testimonio Iudeorum imperium, etiam imperium in omnes tacitè eo sermone comprehendit. Rex enim vniuersæ terræ etiam in partem dominatum obtinet: Solomonis autem studium in verum iudicium, significat verum iudicem totius mundi, qui dicit: Pater neminem iudicat, sed iudicium omne dedit filio: quoniam non possum ex me facere quicquam: sed sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est. Hæc est enim iusti iudicii definitio, non ex se aliqua affectione dare responsum iis qui in iudicio contendunt: sed primum audire eos qui subeunt iudicium, & deinde in eos ferre sententiam. Quamobrem se quædam non posse dei fatetur potentia. Nam extra iustum peruertere iudicium minimè potest veritas.

Christus nō est solum rex Iudeorum.

Ioan. 5.

Christus iudex totius mundi.

Quòd autem sit ex semine Dauid, de eo prætermittemus prolixiori vti oratione vt de quo satis constet. Aethiopissæ autem mysterium, quemadmodum relicto regno Aethiopum, & transmisso tanto quod intercedebat spatio, accedit ad Solomonem propter faciem sapientiæ, gemmis & auro vnguentísque prætiosis regem honorificè prosequens, manifestum fuerit animū aduertenti ad quodnam euengelicum aspicit miraculum. Quis enim nescit, quòd quæ ex idololatria ab initio est ex gentibus ecclesia, priusquā fieret Ecclesia, longo interiecto ignorationis interuallo, procul habitabat à veri cognitione? Sed quando apparuit, gratia Dei & illuxit sapientia, & lux vera ad eos qui sedebāt in tenebris & vmbra, misit radium, tunc Israële ad lucem claudente oculos, & seipsum abducente à bonorum participatione, ueniūt Aethiopes ii qui ad fidem accedunt ex gentibus, & qui aliquando longè erant, propè accedunt, nigrore abluto aqua mystica: adeò vt Athiopia præuenerit, manus Deo, eo quod obtulerit dona Regi pietatis, aromata, & aurum Dei cognitionis, & gemmas præceptorum, & virtutum operationis.

Aethiopissa reginæ Saba mysterium quomodo Christo adaptet.

Nempe baptismo.

Sed quorsum aspiciens, hinc incipio à nobis proposita verborum contemplatione, iam declarabo, si prius posuero dictionem diuinorum eloquiorum quæ sic habet: *Ferculum sibi fecit rex Solomon ex lignis libani, columnas sibi fecit argenteas, & reclinatorium suum aureum, Ascensus eius purpureus. Intra ipsum est pauimentum charitate stratum ex filiabus Hierusalem.* Quomodo in iis quæ prius sunt examinata dictum est per quænam ex templi domini constructione significatur de nobis dispensatio, multis modis est Deus in iis qui sunt se digni, prout fert vniuscuiusque facultas, & sic vnoquoque est dignus. Fit enim aliquis locus dei, alius verò domus, alius autem se-

Deus est multis modis in iis qui sunt se digni.

des,

des, & alius scabellum. Est etiam aliquis, qui effectus currus & equus qui habenis facile regitur, A suscipiens bonum suum sessorem, prout videtur ei qui dirigit, cursum suum conficit. Vt autem nunc docemur, fit etiam quispiam eius ferculum, qui ex illius sapientia non solum construitur ex lignis libani, sed etiam auro & argento & purpura & gemmis conuenienter ornatur in vnaquaque parte, per quæ fit, non omnibus capientibus charitatis operationem, filia supernæ Hierusalem quæ est libera & cognoscitur per viam.

Dei est ferculum, qui in se fert deum. Atque quòd is quidem qui in se fert Deū sit ferculum eius qui in ipso insidet, manifestum fuerit etiam priusquā de eo loquamur. Qui enim, iuxta sanctum Paulum, non amplius viuit ipse, sed *Gal. 2.* in se viuentem habet Christum, & dedit experi- *1.Cor.13.* mentum Christi qui in ipso loquitur, is dicitur & fit ferculum eius qui ab ipso portatur. Sed nō est hoc quod quæritur. Illud potius oportet dili- *1.Cor.3.* genter attendere, quid sibi vult varia & multiplex materia. Quomodo ergo ad aurum argentū & purpuram & gemmas adsumitur ligni natura ad constructionem ferculi? Atqui sapiens Architectus Paulus assumit lignum cum fœno & stipula ad domus ædificationem, vt quod cōsumatur vi ignis consumente quæ opus probat. Sed scimus esse aliquam ligni naturā quæ in eo quod est non permanet, sed seipsam mutat in autū aut *2.Tim.2.* argentum aut aliquid aliud præriosum. In magna enim Dei domo ait Apostolus esse vasa natura *Vasa aurea & argentea quid significent.* aurea & argentea, nempe creaturam incorpoream & intelligentem. Propterea tacitè significans fortasse per hæc nos esse vasa lignea & fictilia, & quos reprobos fecit inobedientia, & fictilia per lignum fecit peccatum, nos fecit vasa lignea ex fictilibus. Pro dignitate autem materiæ diuisus est etiam vsus vasorum. Nam quæ sunt ex pretiosiori materia, ordinata sunt & deputata ad honorem: alia autem sunt abiecta ad turpe & ignominiosum ministerium. Sed quid de his dicit Paulus? Est in vasis potestate ex sua liberi arbitrii electione, vel aureum ex ligno, vel *2.Timo.2.* argenteum fieri ex fictili. Si quis enim, inquit, seipsum emundauerit, erit vas Domino in honorem, ad omne opus bonum paratum. Fortè ergo per ea quæ dicta sunt adducimur ad propositam eius quod lectum est contemplationem.

Mons libanus in multis locis scripturæ indicat aduersariam potestatē. Mons libanus in multis locis sanctæ scripturæ commemoratur ad indicādam aduersariam potestatem, vt quando dicit per prophetam, Conteret dominus cedros libani, & comminuet eas, & libanum & vitulū illum, qui scilicet fuit à Mose comminutus in deserto, & propter subtilitatem fact⁹ fuit potabilis Israëlitis. Hic enim signi- *Psal.28.* ficatur per prophetiā, quòd nō solùm mala quæ orta sunt ex aduersaria potestate, sed etiam ipse mons prima mali radix libanus, conuertens eiusmodi cedrorum materiam, ad nihilū redigetur. Nos ergo fuimus quidem aliquando ligna libani, vt qui in illo radices egissemus, per malam vitam & per fraudem dæmonū: sed postquā illinc à rationis participe securi excisi sumus, & fuimus in manibus artificis, is non suum fecit ferculum, transmutata ligni natura per regenerationem in argentum & aurum, & florentem purpuram, & in splendores gemmarum, & sicut dicit Apostolus, conuenienter vnicuique diuisit Deus dona sancti spiritus: & alii quidam dat prophetiam conuenienter proportioni fidei: alii verò a- *Rom.12.* liquam aliam operationem, prout est vnusquisque aptus natura, & potest suscipere gratiam, vt qui vel ordinetur oculus ecclesiæ, vel locum teneat manuum, vel loco pedis fulciat ac stabiliat. Ita etiam in ferculi constructione aliud quidem est columna, aliud verò ascensus, aliud verò est ea pars quæ est ad caput, quam vocauit reclinatorium, alii autem sunt collocati intus. Quorum omnium quadam ratione compositionem artifex nō vniformiter excogitat solummodo ad ornatum: sed exornārut quidem omnia pulchritudine: di- B uersa autem & vnicuique eorum cōueniens excogitatur elegantia & decor. Sunt ergo argenteæ quidem ferculi columnæ: eatum autem purpurei ascensus: aureum autem est reclinatorium quod sustētat caput, in quo caput suū reclinat sponsus, gēmis autem & lapidib⁹ prætiosis variatur quicquid est intus. Sunt ergo columnæ quidē intelligendæ, columnæ ecclesiæ quibus planè purum & igne examinatum argentum est eloquiū. Purpura autem sūt, qui ad regalis reipublicæ summū gradum ascenderunt. Præcipuum enim regni signum censetur esse purpura. Principatum autem obtinens facultas, in qua caput suum reclinet is C qui construxit ferculum, est ex auro puro. Quæcunque autem latent, & non apparent, decorantur pura gemmarum conscientia, per quæ omnia consistit charitas ex filiabus Israël. Si quis autem velit ferculum quidem dicere vniuersam ecclesiam, diuidit autem ex differentiis operationum in personas aliquas, partes ferculi, vt iam de eo dictum est antea, sic quoque est facillimum vnicuique ordini eorum qui sunt in Ecclesia adaptare partes ferculi: quomodo dicit Apostolus: Posuit, inquit, Deus in ecclesia, primum apostolos, secūdo Prophetas, tertio do- *1.Cor.12.* D ctores, & singulatim omnia ad perfectionem sanctorum, ita vt per has voces, quæcunque ad opificium ferculi pertinent, sacerdotes ac doctores intelligantur, & venerandam virginitatem esse statuamus, quæ in ferculo virtutum puritate, tanquam radiis quibusdam pretiosorum lapidum fulgeat. Ac de his quidem hactenus. Quæ sequuntur verba, prolata ab ipsa sponsa, exhortationem ad filias Hierusalem continent. Nam quamadmodū magnus ille Paulus pro dāno ducebat, si non cum vniuersis bona sua communicasset, eáque de causa verbis hisce vtebatur: Velim vos tales fieri, qualis ego sum, cùm & ipse A aliquando talis fuerim, quales vos estis. Item, ve- *1.Cor.7.* lim vos fieri imitatores mei, quemadmodum ego Christi sum imitator: sic & benignissima *1.Cor.11.* hæc sponsa diuinorum sponsi mysteriorum particeps facta, posteaquam cubile conspexit, ac regis ferculum effecta est, ad iuuenculas clamat, (& fuerint fortitam hæ illorum animæ, qui salutem consequuntur) & Quousque tandem, ait, intra vitæ speluncam abditæ latetis? Progredimini extra naturæ velamenta, factæque filiæ Sion admirandum hoc spectaculum aspicite. Intuemini decentissimam in capite regis coronam, quam mater ipsius ei circumposuit, quemadmodum vates ille loquitur, *Psal.20.*

Posuisti in caput ipsi⁹ coronā de lapide prætioso factam. Neque quisquam eorum, qui aliquo in oraculis diuinis iudicio valent, de vocabuli vi argutabitur, quòd pro patre matris hæc fiat mentio. cùm vtrisque vocis sensus idem sit. Nam cùm in natura diuina neque masculus neque fœmineus sexus esistat, (quo enim pacto in deitate nobis quiddam eiusmodi venire in mentem possit, cum sexus discrimen ne quidem in nobis hominibus perpetuò duraturum sit, quippe qui id temporis, cùm omnes vnum in Christo efficiemur, signa discriminis huius vna cum toto veteri homine esuturi sumus?) idcirco in naturæ illius ineffabilis indicatione vox quæuis parem vim obtinet: neque maris, neque fœminæ vocabulo significationē illius purissimæ naturæ polluente. Propterea in Euangelio quidem pater filio nuptias facere dicitur, vates autem ille deum compellēs, Posuisti (ait) in caput ipsius coronam de prætioso lapide factam: hæc denique corona sponso à matre imposita dicitur. Quia verò vnæ tantùm nuptiæ sunt, & vna sponsa, & ab vno corona sponso imponitur: omnino nihil discriminis est, siue quis Dei filium vnigenam Deum vocet, siue filium dilectionis eius, quemadmodum Paulus loquitur, cum eadem potestas vtroque vocabulo indicata exornet ipsum vt sponsum ad cohabitationem nostram. Egredimini ergo, inquit, ad iuuenculas, sponsa, & filiæ Sion efficiamini: vt de sublimi specula (hoc enim vox Sion significat) spectaculum admirandum videre possitis, videlicet sponsum corona redimitum. Est autem corona huius ecclesia, quæ sponsi caput viuis & animatis lapidibus vndique circundat. Atque hanc coronam dilectio cunnesuit. Nam siue quis hoc matri, siue dilectioni tribuat, non aberrabit. Etenim Deus est dilectio, quemadmodum Ioannes ait. Atque hac ex corona voluptatem eum capere ait sponsa mirificè gaudentem ornatu illo sponsalitio. Reuera enim lætitia afficitur is, qui ecclesiam coniugem sibi fecit, redimitus illorum virtutibus, qui in ea sunt esimii. Fuerit autem fortasse melius hæc ipsa verba collocari, quæ quidem huiusmodi sunt. *Egredimini & videte filia Sion Solomonem regem in corona, qua coronauit eum mater ipsius illo die, quo despondebatur, & die lætitia cordis ipsius*. Hanc sponsæ benignitatem verbum escipiens, quòd ea domini ad imitationem velit omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire: pulchriorē porrò efficit, factus & præco & pictor quasi quidam venustatis eius. Non enim simpliciter ipsius forma laudatur, generatim prædicata: sed sigilatim membra considerantur, ac peculiare quoddam membro cuique per comparationem ac similitudinem encomium tribuatur. Sunt autem hæc ipsius verba: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es.* Nam posteaquam imitata benignam heri sui voluntatem egredi iussit puellas ad exemplum Abrahami quamlibet de terra sua, à cognatione sua, quam cum sensuum organis habet, vt purum illum sponsum videant redimitum corona, quæ est ecclesia: reipsa propius ad bonitatem herilem accedit, facta iā Deo propior per dilectionem proximi. Quapropter ad eam inquit verbum, *Quàm pulchra es*, posteaquam bono animi instituto ad pulchritudinem accessisti. Laudis autem repetitio, minimè falsum hoc testimonium esse demonstrat. Nam testimonio duplici veritatem confirmari diuina lex pronunciat. Eam ob causam ait: *Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra es.* Quia verò vniuersa ecclesia vnum Christi corpus est, & hoc vno in corpore, quemadmodum Apostolus inquit, membra multa sunt, quæ quidem omnia minimè vnius sunt ordinis: (quippe quòd alium Deus in hoc corpore tanquam oculum creauerit, alium tanquam aurem, aliis facultatum effectione manuū locum obtinentibus, aliis pedum, qui videlicet onera sustinent, nō omissis neque gustatu, neque odoratu, neque quoque omnium, ex quibus humanum corpus constat: & possunt certè in communi ecclesiæ corpore labra, dentes, lingua, vbera venter, collū reperiri: atque vti Paulus ait, etiā partes corporis eæ quæ esse indecoræ vidētur, pl⁹ honoris habent (idcirco elegans illæ formæ spectator & esplorator membris singulis, quæ toto in corpore ipsi placuerunt, peculiarem quandam & conuenientem laudem tribuit. Orditur autē hæc encomia de membris præcipuis. Quid enim inter membra nostra præstantius est oculis? per quos nimirum lucis fit perceptio, quibus & amica & hostilia agnoscimus, per quos ab alienis nostra secernimus, qui nobis omnium operum magistri sunt & doctores, nobiscùmque nati ac inseparabiles espertis omnium errorum itineris duces, quorum denique situs ipse, collocatorum videlicet supra reliquorum sensuum organa præstantiorem in vita nobis vsum horum esse demonstrat. Atque hæc qui audiunt, omnino perspicere nullo negotio possunt, ad quænam ecclesiæ membra hæc oculorum laus pertineat, Erat Samuel ille videns, (sic enim appellabatur) reuera oculus: erat oculus Ezechiel, qui à Deo in specula collocatus erat ob salutē illorum, qui ab ipso custodiebantur: erat oculus Michæas ille videns, & Moses ille spectans, qui quidem eandem ob causam etiam Deus appellatus fuit: sunt denique oculi, omnes illi, qui ad populum ducendum ordinati sunt, quos homines illi prisci videntes nominabant. Itidem hoc tempore quotquot in ecclesiæ corpore locum illorum esplent, & ad inspectionē constitutii sunt, propriè oculorum nomine censentur, si quidem accuratè Solem iustitiæ intuentur, ac nequaquem in operibus tenebricosis cæcutiunt, si ab alieno rectè nostra secernūt, dum agnoscunt id omne à natura nostra alienum esse, quod sub aspectum cadit, & momentaneum est: propriè verò nostrum, quicquid per spem nobis est propositum, cuius possessio nobis adimi nunquam potest. Etiam ad oculos pertinet agnitio amici nominis vt infesti, & verum quidem amicū toto corde atque animi facultate diligamus, odium vero perfectum aduersus hostem vitæ nostræ exerceamus. Præter hæc quisquis rex agendas præscribit, & ea docet, quæ expediunt, & dux est itineris ad Deū: is puri ac sani oculi munere præclarè fungitur, dū instar corporeorum oculorū sublimi quadā viuēdi ratione cæteris præ lucet. Has ob caussas sponsæ pulchritudinē verbū ab hac parte prædicare incipit, cū ait: *Oculi tui columba*

Matth. 22.

Sion quid.

Chap. iiii.

1. Cor. 12.

Oculi membrum præstantissimū

Quinam sint oculi ecclesiæ.

columbæ: Cũ eñ videat eos, qui oculorũ munere fũ
guntur, innocuos in bono esse: amplexus illorum A
& simplicitatem & innocentiam in moribus, co-
lumbas appellat. Etenim innocens quædam sim-
plicitas columbis peculiaris ac propria est. Vel
fortassis etiã huiusmodi quædam laus oculis tri-
buitur. Nimirum cùm imagines rerum omnium,
quæ sub aspectum cadunt, puram in pupilam in-
cidentes, vidẽdi actũ absoluant: necesse est prot-
sus quicquid aliquis intueatur, eius formã ipsum
recipere per oculum, exprimentem visæ rei spe-
ciem, sicut in speculo videmus accidere. Quare
cùm is qui munus hoc videndi consequutus est
in ecclesia, nullam ad rem crassam & corpoream a
respicit: perficitur in eo vita spiritualis, & ab ex-
teris crassísque rebus aliena. Ea verò per spiritus
sancti gratiam cõformatur. Quamobrem laus o-
culorum perfectissima est, esse horum hominum
vitæ speciem conformatam ad columbæ, hoc est,
sancti spiritus gratiam. Prædicatur autẽ vterque
oculus, vt tot⁹ homo laudis fiat particeps, tum is
qui apparet extrinsecus, tum quem mente intel-
ligimus. Etenim illam ob caussam in hac lauda-
tione mentionem facit etiam alterius cuiusdam
excellẽtiæ, cùm ait: *Præter id quod in te reticetur.* Nã
vita bona partim hominum oculis exposita est &
nota, partim occulta & neminis oratione expli- c
cabilis, deo nimirum solo eam intuẽre. Quapro-
pter is, qui quod necdum factum est, videt, & ab-
dita perspicit, testimonium perhibet personæ il-
li, quæ commendatur, amplius esse id quod reti-
ceatur, quàm quod extrinsecus appareat, cùm ait:
Oculi tui columbæ præter id quod in te reticetur. Nimirũ
id quod tacitè in admirationem venit, non con-
tinetur illo, quod hactenus celebratum est. Cæ-
terùm via quadam vlterius pulchritudinis enco-
mium profert ad comas sermone translato, cùm
inquit: *Coma tua sicut greges caprarum, quæ sunt reue-
latæ de monte Galaad.* Primum autem consideran-
dum est, quæ comæ natura sit: atque ita deinde
laus hæc intelligetur, quæ per comas sponsæ tri-
Quid coma buitur. Capillum Paulus capitis muliebris gloriã
1. Cor. 11. appellat: & comam pro velamẽto mulieri datam
ait. Idem verecundiam & pudicitiam velamen-
tum mulieres decens esse tradit, his verbis vsus:
Quemadmodum decet feminas, quæ religiosam
erga deum pietatem pollicentur, vt cùm verecũ-
dia & pudicitia sese ornent. Quibus in verbis per
capillos capitis, quos alit fœmina, verecũdiam &
pudicitiam accipienda esse, Paulus pro sapientia
sua significare voluit. Nec enim conuenit aliam
quandam gloriam statuere in anima, quæ religio- a
sam erga deum pietatem polliceatur, quàm vere-
cundiam & pudicitiam, comæ appellatione indi-
catam: quasi cãteat, dehonestat caput suum, vt i-
dem Apostolus loquitur. Hac de capillis disputa-
tione Pauli considerata, conferenda erit omnino
Apostoli sententia cum hac ecclesiæ laude, quæ
illi verbis hisce comam prædicantibus tribuitur.
Greges Galaad quid. *Coma tua velut greges caprarum quæ reuelata sunt de
monte Galaad.* Nam per hæc virtuti consentanea
viuendi ratio laudatur. Quanquam & hoc addi
ad hæc de capillis verba conuenit, nimirum co-
mas omnis vitalis sensus expertes esse. Nec enim
parum hoc auget encomia, quod in capillis ne-
que molestiæ, neque voluptatis vllus sensus exi-
stat. Corpus quidem ipsum, vnde nascũtur, si vel-
licetur dolorem percipit: verùm capillus ipse, ne- A
que si resecetur, neque si deuratur, quicquam eo-
rum, quæ fiunt sentit. Carere autem sensu, mor-
tuis est peculiare. Quamobrem quicunque nihil
eorum, quæ in hoc mundo magni æstimantur,
sentit: neque propter gloriam & honorem fastu
quodam elat⁹, neque ob iniurias & ignominiam
dolens, sed in vtroque horum aduersantium sibi
pari quadam ratiõe semet gerens: is verò est hæc
spõsæ coma tantopere laudata, planè mortui ho-
minis & immobilis ad mundi negotia speciem
præ se ferens, quocunque tandem pacto res ip-
sius comparatæ sint. Quòd autem capillorũ exi- a
mia pulchritudo caprarum ad greges de Galaad
reuelatos comparetur: de hoc quid accuratè sta-
tuendum sit, equidem adhuc percipere non po-
tui. Vtimur tamen hac coniectura, quòd quem-
admodum de libani lignis in aurum, argẽtũ pur-
puram commutatis ferculum sibi rex confecerit:
sic præclarus ille pastor, acceptis caprarum gregi-
bus, nouerit caprilia montis Galaad in ouilia cõ-
mutare. Atque hoc exteri montis nomen est, qui
gratiam talem reuelat, vt ij qui ex gentibus præ-
clarum illũ pastorem sequuti sunt, in ornatu spõ-
sæ capillorum nomine cẽseantur. Et per capillos
pudicitiam, & pudorem, & continentiã, & mor- c
tificationem corporis intelligi, iam antè declara-
tum est. Fortassis & Ælias aliquid nobis ad hanc
caprarum considerationem conferet, qui longo
tempore versatus in monte Galaad, insignia vitæ
continentis exempla præbuit: forma squalidus,
capillis hirsutus, p veste molli pelle capræ tectus.
Itaque omnes, quotquot ad exemplũ vatis illius
vitam suam instituunt, ornamẽtum ecclesiæ fiũt,
gregatim (qui philosophandi mos hoc tempore
in vsu esse cæpit) virtutem in conuersatione mu-
tua colentis. Iã quod de Galaad huiusmodi gre-
ges reuelentur, id verò miraculum ipsum auget:
nimirum quòd ex ethnica vita ad commentatio-
nem veræ de deo doctrinæ accesserimus. Nec eñ
à Sion monte sancto factum est huiusmodi vitæ
initium, sed addicta simulacris natio tãtopere vi-
tam suam immutauit: vt præclaris virtutibus spõ-
sæ caput exornet. Secundum hæc in laudẽdo p-
gressus ad dentes sese cõfert, oris ac labiorum en-
comiis omissis: id quod minimè relinquendum
nobis est non peruestigatum. Cur tandem in hac *Quid per*
cõmendatione dentes labiis anteponuntur? For- *denses significetur.*
tasse quis dixerit, in demonstratione pulchritudi-
nis elegantioris etiam oris risum per dẽtium de-
scriptionem tacitè indicari. Ego verò respiciens
a aliò, dentium pulchritudinem alia de causa lau-
dari prius, quàm os, existimo. Nam laudatis his,
ne labrum quidem sine commendatione præte-
rit, cùm ait ipsius labra esse instar funiculi cocci-
nei, & loquelam eius esse elegantem. Quænã est
igitur hac in parte coniectura mea? Ordo in dis- *Disciplinæ*
ciplinis optim⁹ est, primùm doceri, ac deinde lo- *cibi animæ.*
qui. Disciplinas autem qui cibos animi esse dixe-
rit, à vero nõ aberrabit. Vt autem corporeum a-
limentum dentibus comminuendo paramus ita,
vt visceribus nostris idoneum fiat: eodem modo
facultas quædam est in animo, quæ doctrinas cõ-
minuit, & per quam vtilis illi fit doctrina, qui eã
recipit. Quapropter eos doctores, qui doctrinas

cum iudicio tradunt & partiuntur, quorúmque opera percipi commodè doctrina potest, & vtilis est: signatè dentes hîc appellari dico. Eáque de causa prius etiam dentes laudantur, atque ita deinde labiorum encomium infertur. Nec enim labia sita in loquendo pulchritudine florerent ornata, nisi dentes per studiosam disciplinarum contemplationem labiis hanc ipsam in loquendo gratiam conferrēt. Hanc nos causam proferimus obseruati in his laudationibus ordinis. Nunc tēpus fuerit, vt in laudationem ipsam inquiramus, quî fiat, vt dentium pulchritudinem cum tonsis gregibus conferat, quæ recens de lauacro egressæ gæmellis fœtibus pariter omnes exsultent. Verba encomij hæc sunt: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ de lauacro ascenderunt, & omnes geminos pariunt, neque sterilis inter eas vlla est.* Iam si ad corpoream huius exempli rationem respiciamus, haud scio quî possit aliquis dicere laudari dentes per comparationem institutam ad fœcundas greges. Erenim dentium posita laus est in soliditate, & in situ apto atque elegante: itémque in eo, vt firmiter à natura æquabili quadam seriei concinnitate gingiuis infixi sint. At verò greges de lauacro cū fœtibus gemellis ascendentes, perque saltus dispersi, qualem dentium pulchritudinē nobis depingant, non est in procliui perspicere. Nam dentes certa serie cōsistunt, concinna quadam ratione sibi inuicem contigui: cùm greges illi sparsim à se inuicem discedant, passim rarescentes vt necessarium sibi pastum quærant. Præterea non cōuenit dentem à natura nudum cum hoc animali, quod lanam gerit, comparari. Quapropter inuestigādum nobis est, quî fiat vt encomiis pulcherrimam dentium concinnitatem celebrans, hanc illorum elegantiam cum gregibus gemellos parientibus, quibus detonsæ lanæ sint, quæque lauacro sordes corporis abluerint, conferat. Quid ergo de his nos indagauimus? Quicunque diuina mysteria perspicua quadam enarratiōe quasi cōminuunt vt alimentum spirituale facilius accipi à corpore ecclesiæ possit, hi dentes opus conficiūt, crassúmque & consistentem Verbi panē, suo ore sumentes, & per subtiliorem contemplationem parantes animis eorum qui suscipiunt, vt exempli causa, (melius est enim exemplis sensum exponere) Beatus Paulus nunc quidem simpliciter & absque vlla præparatione, tāquam frustum quoddam non confecteum, nobis proponit legis præceptum, dicens, Non obturabis os boni triturāti. Rursus cùm id comminuisset per expositionem, facit vt legis voluntas facile possit accipi, dicens, Num boues curæ sunt deo, an propter nos omnino scripta sunt? & alia multa eiusmodi vt Abraham duos habebat filios, vnū ex ancilla: & vnum ex libera. Hic panis est non confectus. Sed quando eum deinde comminuens, facit esculentum iis qui nutriuntur, ad duo testamenta transfert historiam, vnum quidem generans ad seruitutem, alterum autem liberans à seruitute. Sic & vniuersam legem, ne in singulis immoremur, cùm eam accepisset crassum corpus cōminuit per cōtemplationem, eam ex corporali efficiens spiritualem, dicens: Scimus quòd lex est spiritualis. Quod ergo in paulu animaduertim⁹, eum in ecclesia implere vsum dentium in comminuendo

Dentium ad greges cōparatio.

1.Cor.6.

Gal.4.

Ro.7.

dogmatum claritatem, hoc etiam dicimus in illo, qui ad eius imitationem nobis declarat mysteria. Sunt ergo dentes ecclesiæ, qui non confectā diuinorum eloquiorū herbam nobis comminuūt & ruminant. Quomodo ergo eorum qui bonum opus episcopatus desiderant singula diuinus describit paulus, conuenit eum qui munus accipit episcopatus, cum omnibus habere etiam docendi gratiam. Sic hic eos qui ad ministerium dentium ordinati sunt in ecclesia, vult verbum quidē primum esse tonsos, hoc est nudatos pōdere, materiali, deinde lauachro conscientiæ esse puros ab omni inquinamento carnis & spiritus, præterea semper per profectum ascendere & nūquam retro trahi ad barathrum. Postremo autem duplici bonorum conceptione profiteri generationē in omni genere virtutis, & in nullo honesto studio & exercitio esse sterilis. Duplex autem conceptus existit ænigma approbationis vtriusque eorum quæ considerantur in nobis, vt eiusmodi dentes gemellos pariant, animæ quidem impatibilitatē, vitæ autem corporali procreantes honestatem subiungit his consequenter laudem labris cōuenientem, filo coccineo assimilans pulchritudinem, cuius interpretationem eis subiunxit, pulchrum sermonem filium nominans. Hoc autē in iis quæ processerunt iam est prius consideratum, nempe quemadmodum ministerio dentium, quæ est in labris ornatur pulchritudo. Per dentes enim, cū expositione doctorum simul loquitur os ecclesiæ. Propterea primum tondentur dentes, & lauantur, & non sunt steriles, & geminos pariunt, & tunc florent labra specie coccinea, quando vniuersa fuerit ecclesia in boni concentu labrum vnum & vox vna. Est autem duplex ostensio pulchritudinis. Non solum enim absolutè filum dicit esse labra: sed addidit etiam florem boni coloris, adeò vt per vtrumque ornetur os ecclesiæ, nēpe & per filum & per coccinum quod in vtrique parte est proprium ac separatum. Nā per fila quidem docetur consensionem ac concordiam, vt ea tota in filo sit vna & eadem catena, ex diuersis filis contexta: per coccinum autem, ad sanguinem per quem redempti sumus aspiciat & doceat, & confessionem ipsam habeat in ore eius qui nos suo redemit sanguine. Nam per hæc ambo labris ecclesiæ impletus est suus decor, quando & fides prælucet confessionis, & charitas cum fide contexitur. Cùm sit autem opus veluti quadam definitione comprehendere exemplum id quod dictum est sic definiemus. Coccineum filum est fides quæ operatur per dilectionem, adeò vt fidē quidem significet: coccinum, charitatem autem interpretetur filum His ornata esse labra sponsæ testatur veritas. Pulcher autem sermo subtiliori aliqua contemplatione, alia autem interpretatione nō indiget. Antea enim declarauit Apostolus, quòd hic sermo est fluentum fidei quod prædicamus, dicens. Si confessus fueris ore tuo dominū Iesum & credideris in corde tuo, quòd deus ipsum suscitauit à mortuis salu⁹ eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hic est pulcher sermo, per quem labra ecclesiæ decoro sūt florida filo illo purpureo est oris autem speciem ac decorem, delectatur etiā sponsus rubore genæ. Illam autem partem faciei

Episcopi dentes sunt ecclesiæ qui non confectam diuinorum eloquiorum herbam nobis comminuunt & ruminant.

Dentes ecclesiæ quales esse oporteat.

Pulchritudinis duplex ostēsio

Ro.10.

per

per abusum vocat, *milon* id est malum seu pomum, consuetudo. Assimilat ergo genæ malum A cortici mali punici, eius laudem scribens his verbis: *Tanquam cortex mali punici gena tua extra silentiũ tuum.* Atque quòd pudor quidem sit id quod laudatur, cuius facile est considerare ex consequentia eorum quæ sunt considerata. Nam cùm verbum corporasset ecclesiam in formam sponsæ, & singularum curam gessisset virtutum conuenienter descriptioni vultus pulchritudinis, nunc per ruborem qui aptè fit uet in genis, laudat temperentiam, eam ornans pudore sub ænigmate mali punici. Hic enim fructus ad stringit, & delicatissima nutritur superficie. Quamobrem pulchrè & B conuenienter sumitur per contemplationem re-

Mali punici virtus.

cta actio téperentiæ. Quomodo enim nutrit adstrictio corticis mali punici, & cõseruat dulcedinem fructus qui in eo continetur: ita austera continénsque & aspera vita fit custos bonorum temperentiæ. Est hîc autem duplex laus virtutis, népe & per ea quæ apparét in vita honesta, & per ea quæ rectè geruntur in animæ impanbilitate: cuius laus est, sicut dicit Apostolus, nõ ex hominibus, sed ex Deo. Nam qui relucet splendor, propriam quidem habet laudem ex iis quæ sunt manifesta, sunt autem extra ea, quæ tacentur, & sunt occulta miracula, quæ solum cernuntur illo oculo qui occulta aspicit. Per ea autem quæ postea C sequũtur discimus, quòd quæcunque scripta sunt ab iis qui à Deo erant inspirati, fuerunt quidam typus & doctrina eorum quæ rectè fiunt ex virtute. Nuptiæ, migrationes, bella, ædificiorum extructiones, præfigurabant omnia ad admonitionẽ vitæ postea futuræ. Scripta sunt enim, inquit, hæc ad nostram admonitionem, ad quos fines seculorum peruenerunt. Nam bellũ quidem quod gestum est aduersus alienigenas, consulit vt nos fortiter geramus aduersus vitia. Studium autem contrahendi matrimonii, per ænigmata nos admonet vt cohabitemus cum virtutibus. Similiter autem migratio denotat migrationem ad vitam ex virtute agendam, per domorum autem extructiones in quas ab eis confertur studiũ, iubemur curam gerere nostrarum domorum quæ ædificatur per virtutem. Quamobrem mihi videtur insignis illa turris in qua opima spolia suspendit Dauid aspiciens ad profectum ecclesiæ, præfigurare opus eorum qui studium in virtutem conferunt. Quæ quidem apparet extensa in altitudinem alicuius promontorij, apta autem illo tempore fuit existimata ad custodienda spolia, quæ subiungatis & in seruitutem redactis alienigenis, cum cæteris bonis rex sibi lucrifecit. Ostẽdit ergo rex per suam sapientiam, ad quodnam bonum aspiciens Dauid humanæ vitæ, futuræ vitæ velut quoddã consilium prius exposuerit per turris cõstructionem. Nam totius corporis ecclesiæ singulorum membrorum, per comparationem & similitudinem laudat pulchritudinẽ, describens quales esse oporteat eos qui in populo eminent, locum colli. Meminit autẽ turris quæ nominatur Dauid, cognoscitur autem etiam ex propugnaculis. Nominantur autem propugnacula Thalphioth ita autem habet *contextus orationis: sicut turris Dauid collum tuum quæ est ædificata in Thalpioth mille clipei in ipsa pendent omnes hastæ fortium.* Corporalis

Rom. 15.

Bellum aduersus alienigenas quid sibi vult. &c. Turris dauid quid significet.

ergo turris constructio ex hoc est insignis & suspiciãda, quòd sit opus regis Dauid, & ex loci superbia, & ex armis in ea suspensis, nempe clypeis & hastis, quarum multitudinem ostendit contextus nomine millenarij. Est autem noster scopus considerare vim diuinæ orationis, quemadmodũ huic turri cõparatur pars illa ecclesiæ cui nomen est collum. Primum ergo conuenit examinare, quænam pars in nostro appelletur colli nomine, deinde membro ecclesiæ nomen accommodare. Quod ergo medijs humeris immittitur, in se autẽ caput sustinet, & fit pro basi eius quod illi imponitur, collum nominatur. Cuius id quidem quod B est retrò fulcitur ossibus: quod autem est circumpositum, est liberum ab ambitu ossium. Ossis autem natura non est sibi ipsi continens & indiuidua, sicut cubiti & tibiæ, sed dorsi vertebris multifariam figura diuisis per neruos & medullas & ligamenta eis adnata, ipsarum ad se inuicem fit vnio: & per medullam tibiæ similem per medium peruadentem, quæ continetur quidem membranis, id autem quod est intus vnitum est cerebro, antè autem continet collum asperam arteriam, & est receptaculum spiritus qui intro admittitur & influit, per quem ignis cordis ventilatur & reducitur ad operationem secundum naturam. Continet autem cibi quoque meatus, per gulã & fauces, quicquid per os introducitur transmittãs ad cõcauitatem quæ est eorum capax. Habet autem collum quicpiam eximium præter cætera membra. In superiori enim positura asperæ arteriæ, est in eo officina vocis, in qua sunt præparata omnia vocis instrumenta, per quæ generatur sonus spiritu, qui redditur, in orbem circumacta arteria. Sic autem à nobis descripto membro corporis, facile fuerit ex iis quæ hîc sunt considerata, considerare collum corporis ecclesiastici, quidnam sit per conuenientes operationes quod hoc nomen suscipit & collum nominatur, & turri Dauid D ipsum assimilatur. Primum ergo, si quis in se portat caput vniuersi, illud inquam, caput quod est Christus, ex quo omne corpus compingitur & coniungitur, iis in se propriè fert hoc nomẽ. Præterea autem si est capax spiritus qui cor nostrum reddit igneum & calefacit, & si per sonorem vocem deseruit orationi. Non enim alia de causa deus humanam vocem naturæ hominum est fabricatus, quàm vt esset instrumentum orationis, per se cordis motus explicans & distinguens. Habeat autem hoc quoque collum nutriẽdi operationem, doctrinam inquam, per quam toti corpori ecclesiæ conseruatur virtus. Adueniente enĩ nutrimento conseruatur corpus in essentia. Sin autem deficiat, tabescit, & interit. Imitetur autẽ, & concinnam vertebrarum posituram, eo quòd singuli qui sunt in populo, per ligamẽtum ac vinculum pacem efficiant ac dirigant. Tale collum erat paulus, qui portauit quidem nomen domini, factus domino vas electionis: & ei adeò accuratè adaptatum fuit caput, vt & quæcunque diceret non amplius esset ipse loquens, sed caput eius loqueretur: quomodo indicauit Corinthiis Christum esse qui in ipso loquebatur, & qui spiritu verbum dirigebat veritatis. Ita diuinis eius eloquiis omnino dulces fiebant fauces, vt qui per se totum nutriret corpus diuinis illis documẽtis.

Collum & quid sit eius descriptio.

Ecclesiæ collum quis dicatur.

2. Cor. 13.

Quod

Quòd si etiam quæris de vertebris, quis ita omnes cõpegit in vnum corpus in vinculo pacis & charitatis? Quis sic docuit collum inclinare in iis quæ sunt humilia & abiecta, & se in omnẽ simul partem versare, & rursum cogere, ea quæ supra sunt cogitando, & in obliquum circunspiciendo se immobiliter conuertere, in declinandis & cauendis variis Diaboli insidiis? Tale ergo collum fuit ædificatum à Dauide. Intellige autem etiam per Dauid regem, patrem regis, qui ab initio cõstituit hominem vt esset turris, & non vt caderet, & per gratiam eum rursus ædificauit multis munitum clypeis, vt inimicorum insultibus non facilè amplius posset inuadi. Latentes enim clypei, non in terra siti, sed aerij in ipso considerari, & cũ eis etiam hastæ potentium afferunt terrorem hostibus: adeò vt ne omnino quidem audeant turrim inuadere. Existimo autem eam turrim clypeorum multitudine in orbem circundatam, significare angelicum præsidium. Ostendit autem etiam hastarum mentio eum sensum. Non enim absolutè dixit hastas, sed fortium adiectione ostẽdit eos qui pro nobis depugnant, adeò vt quod

Psal. 33. dicitur, conueniat ei quod est in Psalmis: Castrametabitur angelus in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Numerus autem mille videtur planè significare denarium centenariorum: sed acceptus fuit à scriptura ad indicandam multitudinẽ. Solet enim per abusum scripturæ hoc numero significari multitudo, sicut Dauid dicit pro multitudine, Mille abundantes. Collum autẽ animaduertimus radices agere super humeros: Humeros autem quibus est adnatum intelligimus studia agẽdi & operandi, per quas nostra brachia ad suã operantur salutem. Ad id autem quod maius est augmentum animæ quæ in altum erigitur, intelligit quicquid est sponsæ charum, assimilatum esse equis qui tyrannum expugnarũt Ægyptium, & ad monilia propensam esse perfectionem, & quòd nõ aliquibus colli monilibus & torquibus assimilat colli pulchritudinem: sed turris esse dicitur propter magnitudinem. Insignem autem facit & suspiciendam iis qui procul absunt considerantibus, non solum ædificij magnificentia, & quòd in maximam excitata sit altitudinem, sed & loci positura quæ naturaliter assurgit supra loca vicina. Quãdo ergo regis quidem opus est turris, ingreditur autem super excellam vitæ agẽdæ rationẽ, tunc firmum ac stabile esse ostẽditur quod à domino dicitur, non potest absconsa esse ciuitas

Matth. 5. quæ sita est supra montem. Intellige autem turrẽ pro ciuitate. Temp' autem fuerit etiam duos capreæ hinnulos considerare, qui vocantur à verbo vbera quæ morantur circa cor sponsæ, sicut dicit, *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli qui pascuntur in liliis*, propterea quòd intra duo sit situs cordis, quorum pascua non sunt fœnũ & spina, sed quæ toto pascendi tempore flores porrigunt, & non certo tempore florent, & certo tempore marcescunt, sed perpetuum his hinnulis per se præbent nutrimentum, vt non amplius dominentur vmbræ erroris, cuius in hanc vitam confertur studium: sed cùm lux iam omni ex parte illuxerit, illustrantur omnia per diem qui lucẽ perspirat. Sic enim dicit verbum: *Donec perspirauerit*

Ioan. 3. *dies, & mota fuerint vmbræ.* Scis autem omnino te didicisse ex euangelio, quòd est spiritus sanctus,

A qui per id quod spirat vbi vult, lucẽ affert iis qui surgunt. Deus venit, & quò recedis? de quo nunc loquitur contextus huius orationis, dicens: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ qui pascuntur in liliis, donec perspiret dies & moueantur vmbræ.* Sed quòd dies quidem dicatur spiritus sanctus, iis quibus fuerit lux noua, neminem esse arbitror ex iis qui sapiunt qui dubitet. Fiunt enim filij lucis & filij diei qui generantur ex sancto spiritu. Quid ergo aliud intelligere oportet spiritum sanctum quàm lucem & diem? Cuius spiratio expellit vmbras vanitatis. Omnino enim necesse est, vt cùm sol apparuerit, vmbræ non maneant, sed *Dies dicitur spiritus sanctus.*

B transeãt & discedant. Mysterium autem de duobus capreæ hinnulis, opportunũ fuerit adiicere verborum contextus examinationi quorum geminus quidem fuit partus, nutrimentum autem lilium, Pascuæ autem locus bonus & pinguis. Ea *Matth. 13.*

autem est cor, conuenienter ei quod dicit parabola: In eo pascentes, & puratum cogitationum ex eo flores legentes, pinguescunt. Flos autem lilij habet duplicem à natura gratiam, vt pote suaui odore simul misto cum colore, adeo vt is in vtroque sit gratus & amabilis hominibus vt qui, siue moueantur olfactu, siue oculis, eius se possint abundè oblectari pulchritudine. Odoratu quidẽ *Lilij duplex gratia, nẽpe suauis odor cum colore.*

C repletur bono odore Christi: per formam autem ostenditur puritas & nulla esse inquinatum macula. Fortè autem eorum quæ dicta sunt declarabitur obscuritas, si hoc significet oratio, quòd cũ duo homines cõsiderentur in singulis, vnus quidem corporalis & apparens, alter verò qui intelligentia percipitur, & non est aspectabilis, geminus quidem est amborum ortus: cùm ipsi simul inter se coniuncti, veniant in vitam. Nam neque anima est ante corpus: neque ante animam construitur corpus: sed in vita simul conueniunt ac consentiũt. Alimentum autem eis secundum naturam quidem est puritas & bonus odor, & quæcunque sunt eiusmodi quorum fertiles sunt virtutes. Quidem autẽ nonnunquam tenentur maiore studio veneni quàm nutrimenti, qui virtutũ floribus non pascuntur, sed spinis delectantur & tribulis. Nam parabolam Euangelij audiuimus sic nominantem peccata, quorum malum germẽ serpentis fabricata est maledictio. Cùm ergo discernẽdi vi præditi oculi accuratè exactéque possint discernere lilium & spinam, & eligere quidẽ id quod est salutare, amandare autem id quod est exitiale, propterea eum qui est instar nutricis infantibus, & lacte nutrit eos qui recens nati sunt in ecclesiis, duo vbera simul congenita nominanit id quod est assimilatum hinnulis capreæ, per omnia testificãs quòd ei curæ sit probatio ecclesiæ: quod rectè deducatur puritas ad pascua purorum liliorum, acutè cernens & discernens spinam ab eo quod alit: & quod versatur in ea animæ facultate quæ obtinet principatũ, cuius cor est signum, quod per se alit vbera: & quod in eis non in se includit gratiam, sed præbet egentibus verbi mamillam, & tãquam nutrix suos fouet filios, sicut faciebat & dicebat Apostolus. Cùm autem hucusque verbum laudem produxisset mẽbrorum ecclesiæ in iis quæ deinceps sequuntur, totius eius corporis simul facit encomiũ, quando

Anima non est ante corpus, neque ante animam cõstruitur corpus.


Matth. 13.

per

per immortalitatem enim deleuerit, qui mortis habet imperium & seipsum reduxerit ad suã gloriam, gloriam diuinitatis quàm habuit ab initio prius quàm esset mundus. Nam cùm dixisset: *Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem turris*, adiecit diuinitatis gloriam quæ indicatur, *Tota pulchra es propinqua mea, & macula non est in te*, & docens per ea quæ dicta sunt primũ quòd nemo ab ipso tollit animã, sed habet potestatẽ ponendi eã, & habet potestatẽ rursus accipiẽdi eã, & quòd sibi proficiscens ad montem myrrhæ, non gloriabitur ex nostrorum operum curationibus, sed ex sua gratia. vt qui susceperit mortem pro peccatoribus. Deinde quòd nõ aliter licet humanæ naturæ purgari à macula, quàm si agnus qui tollit peccatum mũdi, per se vniuersum deleuerit vitium. Qui ergo dixit, *Tota pulchra es propinqua mea, & macula non est in te*, & subiunxit mysterium quod est in passione ex eo quòd & myrrhæ ænigmatis, & deinde thuris meminerit, per quod ostenditur diuinitas, eo nos docet, quòd qui cũ ipso fuerit myrrhæ particeps, omnino erit etiam particeps thuris. Nam qui fuerit cum eo passus, simul etiã conglorificabitur. Qui autem semel fuerit in gloria diuina, totus fit pulcher, remotus ab omni macula aduersa. A qua nos quoque separemur, per eum qui pro nobis mortuus fuit & resurrexit, cui gloria in secula. Amen.

Humana anima non aliter purgatur à macula quã si agnus qui tollit peccatum mundi vniuersum per se delerit vitiũ.

IN CANTICA CANTICORUM HOMILIA VIII.



HVC à libano sponsa, huc à libano venies, & transibis ab initio fidei, à capite Sanir & Hermõ, è speluncis leonum, è montibus pardorum. Cordificasti nos soror nostra sponsa. Cordificasti nos vno ex oculis tuis, & in vna torque colli tui.

MAGNVS Apostolus, qui magnas ad Corinthios recẽsuit visiones, de sua natura dicit se dubitare essetne corpus an intelligentia tẽpore traditæ illi' ad mysteria introductiõis. Hæc inquit, testificor, quod me nondum arbitror cõprehendisse, sed ad ea quæ sunt anteriora extendor, eorum quæ prius peracta sunt obliuiscens, scilicet etiam post tertium illud cælum quod ipse solus nouit. (Neque enim Moses de eo narrauit in mundi creatione) adhuc altius cogitat, & non cessat ascendere, bonum quod comprehenditur nunquam esse ducens terminum cupiditatis, per hæc vt opinor, nos docens, quòd beatæ illius bonorum naturæ multum quidem est quod inuenitur: infinitis antẽ partibus est maius quod restat quolibet quod comprehenditur, & huc fit perpetuò ei qui est illi' particeps, cùm in vniuersa seculorum æternitate, per ea qui sunt maiora semper fiat augmentum iis qui sunt participes. Nam ille quidem mũdo corde, congruenter voci domini, deum semper videt, conuenienter virium proportioni quantum potest capere, tantũ suscipiẽs animi cogitatione. Id quidem certè diuinitatis quod non cadit sub aspectum, & est incomprehẽsibile, manet vltra omnem mentis cõceptionem. Magnificentiæ enim eius gloriæ non

Psal. 3.

Matth. 5.

est finis, sicut testatur Propheta. Hoc omnino similiter se habet perpetuò cõsideratum in eadem altitudine. Quomodo etiam magnus Dauid in corde pulchras disponens ascensiones, & à virtute ambulans in virtutem, hoc ad deum exclamauit: Tu autem altissimus in æternum es domine, per hanc vocem, vt arbitror, significãs, in vniuersa seculi quod nũquam desinit æternitate, qui ad te quidẽ currit semper seipso maior fit & excelsior, per bonorum ascensum conuenienter suæ proportioni semper crescens. Hæc ergo de ineffabilium bonorum natura statuere existimamus Apostolum dicentem, bonum illud quod oculus non vidit, etiamsi semper videat quantum capere potest oculus, Et auris non audiuit, licet audiat quantum id quod significatur, & auditione verbum potest omnino comprehendere: Et in cor hominis non ascendit, etiamsi sit mundo corde qui potest aspicere. Nam quod semper comprehenditur, est semper maius iis quæ sunt comprehensa, non tamen in se terminat id quod quæritur: sed finis eius quod est inuentum, fit principiũ ascendentibus ad inuentionem eorum quæ sunt altiora. Neque vnquam se sistit ascendẽs, ex principio sumens principium neque in se perficitur eorum quæ sunt semper maiora principiũ. In iis enim quæ sunt cognita, nunquam ascendentium manet desiderium sed per maius rursus desiderium ad aliud subiectum deinceps ascendens anima, omnino ascendit per altiora ad id quod est indefinitum. His autem nobis sic distinctis ac diuisis, tempus est addendi contemplationem diuinorum eloquiorum: *Huc à libano sponsa, huc à libano sponsa venies & transibis ab initio fidei, à capite Sanir & Hermõ, à lustris leonũ à mõtibus pardorum.* Quid ergo in his nobis venit in mentem? Semper fons bonorum eos qui sitiunt ad se attrahit, sicut fons dicit in euangelio, Qui sitit, veniat ad me & bibat. In his enim neque sitis, neque vehementiis ipsius appetitionis, neque eius quæ in bibendo capitur delectationis dedit terminum, sed extensione præcepti in perpetuum, facit adhortationem & sitiendi & bibendi & impetu ad eũ contendendi. Iis autem qui iam gustarunt & experientia didicerunt quòd bonus sit dominus, fit quædam veluti adhortatio ad vineæ participationem. Propterea ascendenti nunquam deficit quæ ipsi fit adhortatio, ad id quod est maius omnino attrahens. Reuocemus enim in memoriam iam sæpe sponsæ factam in iis quæ precesserunt verbi adhortationem, dicentis: Veni propinqua mea. Et rursus veni huc columba mea, & veni huc in tegumentum petræ. Cúmque has & huiusmodi alias adhortantes & attrahentes ad maiorum desiderium ad animam voces emisisset verbum, & ei iam ad ipsum ascendenti testificatus esset quòd esset omnino immaculata, dicens, Tota pulchra es, & macula non est in te, ne hoc testimonio elata & facta insolentior impediretur quominus ascenderet ad altiora, per hanc adhortandi vocem rursus adhortatur ad desiderium rerum supernarum, dicens: *Huc à libano sponsa.* Hoc autem quod dicitur est eiusmodi, Secuta es, inquit, in præcedẽtibus, secuta es venisti mecum in montẽ myrrhæ. Consepulta enim fuisti mecum per baptismum in mortem. Simul mecum etiam ascendisti in col-

Psal. 144.

Psal. 83.

1. Cor. 2.

1. Corin. 2.

Fons bonorum eos qui sitiunt ad se attrabit.

Ioan. 7.

Venire in montem myrrhæ, est cum christo sepeliri per baptismũ.

in collem thuris. Nam cunsurtexisti, & in altum fuisti sublata in communione diuinitatis, quam ostendit nomen thuris. Ascende ergo mihi etiam ab his montibus in alios montes, proficiens & in altum euecta per cognitionem. Huc, inquit, à libano, non amplius ad nuptias petita, sed sponsa potius vel nupta. Non eoim fieri potest vt mecũ vitæ habeas consuetudinem, nisi per mortis myrrham trãsmutata sis ad thuris diuinitatem. Quoniam iam ad hanc peruenisti altitudinem, ne stes ascendeos, vt quæ iam propterea ascenderis ad perfectionem. Fidei enim principiũ tibi est hoc thus, cuius fuisti particeps per resurrectiouem, principium, inquam, ingressa ad bona excelsiora. ab hoc ergo principio, quod est fides, venies & transibis. Hoc est, Et nunc venies, & non cessabis semper transire per huiusmodi ascensiones. Sic autem habet verborum contextus. *Venies & trãsibis ab initio fides, à capite Sanir & Hermon.* Per hoc autem subindicat mysterium supernæ cognitionis. Hinc enim dicuut manare fontes Iordanis, supra quos situs est hic mõs qui diuiditur in duo cacumina, quibus imposita sunt hæc nomina Sanir & Hermon. Quoniam ergo quud ex his fontibus manat fluentum, fuit oobis principium in deum transformationis, ea de causa audit vocem eius qui vocat ad ipsum, dicens, Huc à libano, & ab ioitio fidei, & à capite Sanir & Hermon, à capite, inquam, horum montium vnde tibi orti sunt fontes mysterij: Pulchtè autem addit mẽtionem leonum & pardorum, vt per additionem eorum quæ sunt molesta, suauiorem reddat quæ ex rebus delectantibus præcipitur voluptatem. Quoniam enim homo qui creat* fuerat ad verbi imaginem, cùm aliquando formam diuinã exuisset, fuit efferatus, malis studiis effectus pardus & leo. Qui enim attractus fuit à leone qui insidiatur in spelunca, sicut dicit propheta, & est eius laqueo irretitus, transformatur in illius naturam. Similes enim, inquit, eis fiaot qui faciunt ea, & omnes qui confidunt eis. Similiter autem fit etiam pardus. qui per vitæ maculas notauit & compunxit animam. Cùm ergo aliquando in his fuisset homo, errans per idololatriam & iudaicum errorem, & varium peccatorum vitium postea autẽ per Iordanem & myrrham & libanum adeò in altũ esset euectus, vt iam cũ ipso deo sublimis incederet: ideo Verbum præsentium bonorum multiplicat lætitiam adductis quæ olim fuerunt molestiis, afferens in quibusoam esset anima ante libanum & initium fidei, & ante à nobis cognita in Iordane mysteria. Quomodo enim quæ io pace agitur vita, post bellum fit dulcior, suauior reddita tristibus narrationibus: & bonum sanitatis maiori afficit dulcedioe nostros sensus, si ex tristi aliqua ægritudine ad se redeat oatura. Eodẽ modo augmentum & multiplicationem lætitiæ quæ est in bonis, dispẽsans bonus sponsus animæ ad ipsum asceodenti, nõ solùm sponsæ suam ostendit pulchritudinem, sed verbis etiam eã admonet horrendæ formæ ferarum, vt in præsentibus bonis maiorem capiat voluptatem, discens per comparationem quæoam quibusnam mutauit. Fortasse autem etiam aliquod aliud bonum per hæc spõsæ conciliat à procemiis. Quoniam enim Verbũ vult nos qui sumus mutabiles secundum naturã,

Fides est principiũ.

Sanir & Hermon cacumina montis à quo fluunt fontes Iordanis.

Psal. 9.

Psal. 114.

Pardus allegoricè quis dicatur.

Post bellũ pax dulcior, & sanitas post morbum.

A minimé defluere ad malum per mutationem, sed per incremẽtum quod semper fiat ad melius, adiutricem habere mutationem, ad ascẽsum ad res excelsiores, vt nos rectè geramus per naturæ nostræ conuersionem à mutatione ad malum, ea de causa, tanquam pædagogus quispiam & amicus, ad nos à malis alienandos, adduxit Verbum mẽtionem ferarum quæ aliquando dominatum obtinuerunt, vt per auersionem ab iis quæ sunt deteriora, stabiles & immobiles maneamus in bonis, neque sistentes ad id quod est melius mutationem, neque nos cõuertentes ad malum. Propterea iubet sponsam venire à libano, & ei in memoriam B reuocat speluncam leonum in qua volutabatur: & montes pardorum ei adducit, in quibus versabatur quando vitam degebat simul cũ bestiis. Sed quia vox verbi est omnino vox virtutis: & quomodo in prima creatione lux illuxit simul cum iussu, & rursus verbo imperante constitit firmamentum, & similiter vniuersa creatura simul apparuit cum verbo efficienti. Eodem modo nunc quoque cùm verbum iussisset ad se venire animam, absque vlla dubitatione iussu confirmata ac corroborata, talis fit qualem eam vult sponsus, traducta ad id quod est diuini*, & à gloria in qua erat ad superiorem transformata glo- C riam per pulchram mutationẽ: adeò vt esset admirationi choro Angelorum qui est circa sponsum, & omnes bonis verbis ac laudibus eam prosequentes, hãc vocem emitterent admirabundã: *Cordificasti nos nostra sponsa.* Nam character impatibilitatis ei similiter illucescens atque angelis, eã ducit ad cognationem & fraternitatem rerũ incorporearũ, vt quæ io carne se ita gesserit vt nullis afficeretur animi perturbationibus. Propterea dicunt ei, *Cordificasti nos soror nostra sponsa.* Propriè vtroque nomine eam honestantes. Sororem quidem nostram, propter impatibilitatis cognatiooem: sponsam autem, propter cum verbo coo- D iunctionem. Huius autem vocabuli, *Cordificasti*, talem existimamus esse significatiooẽ, *Cordificasti*, id est, aoimasti, periode ac si diceret: Cor nobis indidisti. Perspicuitatis autem gratia, vt quod dicitur sit nobis dilucidius, assumem* diuinũ Apostolum ad hæc ioterpretenda mysteria. Ille enim dicit alicubi, de seipso scribens ad Ephesios, quãdo nobis narranit magnam illam quæ per carnẽ extitit dei apparitionem, quòd non solum humanæ naturæ, sed etiam principatibus & potestatibus quæ sunt ĩ cælis nota euasit multiplex & varia dei sapientia, manifestata per dispensationem Christi ioter homines, Ita autẽ habet contextus: E Vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit io Christo Iesu Domino nostro. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Reuera enim per ecclesiam portatur ad supramundanas potestates varia & multiplex Dei sapiẽtia, quæ per contraria res efficit magnas & admirabiles Quomodo enim facta fuit vita per mortem, & per peccatum iustitia, & per maledictionem benedictio, & per ignominiam gloria, & virtus per imbecillitatẽ? Nã in prioribus, solã simplicem & vniformẽ Dei sapientiã tẽporibus nouerant supramundanæ potestates, congruenter

Cur à Deo tanquam à pædagogo fiat mentio ferarum quæ aliquando dominatum obtinuerunt.

Animam sororẽ vocant Angeli quòd nullis affecta sit animi perturbationibus in carne.

Cordificare quid significet.

Eph. 3.

Sapientia olim sola, simplex & vniformis.

gruenter suæ naturæ facientẽ miracula. Nec in iis q̃ cernebãtur erat quicquã varium, in eo q̃ cùm A esset virtus ac potestas natura diuina, liberè omnẽ faceret creaturam solo motu & impulsu voluntatis, & rerum naturã deducens ad generationẽ, omnia faceret valde pulchra manãtia ex fonte pulchritudinis. Varium autem hoc ac multiplex genus sapientiæ, q̃ constat ex connexione cum contrariis, nunc apertè ostensum est per ecclesiã, nẽpe quemadmodum suo liuore suisque vibicibus nostra sanauit vulnera: quẽadmodum imbecillitate crucis vires expugnat aduersarij: quemadmodum in carne manifestatur id quod nõ cadit sub aspectũ, quemadmodum redimit captiuos, cùm B ipse sit qui emit, & sit ipse pretium: seipsum enim dedit p̃ nobis morti pretium redemptiõis: quemadmodum & est in morte, & à vita non recedit: quemadmodum & miscetur seruituti & manet in regno. Nã cùm hæc omnia & q̃ sunt huiusmodi cùm sint varia & multiplicia, per ecclesiã didicissent, amici sponsi, cordificati sunt, vt qui alium diuinæ sapientiæ charecterem animaduerterint in mysterio, & si nõ sit nimium audacis dicere, illi fortè cùm per sponsam sponsi vidissent pulchritudinem, admirati sunt id q̃ omnibus q̃ sunt, est inaspectabile & incomprehensibile. Deum nemo vidit vnquã, vt dicit Ioãnes, nec potest aliquis videre, sicut testatur Paulus. Is verò corp⁹ suum fecit ecclesiã, & per accessionem eorum qui salui fiunt, ipsam ædificat in charitate, donec occuramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nam si ecclesia est corpus Christi, Christus autem est caput corporis, suo charectere formans faciem ecclesiæ, fortè per hoc ad eam aspicientes amici sponsi cordificati sunt: quoniam per ipsam clarius aspiciunt sponsum qui non cadit sub aspectum, & quomodo ii qui ipsum orbem Solis non possunt videre, per aquæ splendorem ipsum vident: Ita illi quoque in mundo speculo, nempe facie veritatis, vident D Solem Iustitiæ, qui per id quod apparet mente comprehenditur. Ea de causa non semel tantum dictum est sponsæ ab amicis sponsi, Cordificasti nos, quod est, animam quandam & cogitationem, ad lucis cõprehensionem, per teipsam nobis indidisti: sed rursus eandem repetunt orationem, per eorum quæ dicuntur iterationem id quod dicitur fide dignum facientes. Dicunt enim repetentes, *Cordificasti nos vno ex oculis tuis.* Hoc est quod amicis admirationis in sponsam maximam attulit affectionem. Nam cùm sit duplex animæ videndi operatio, & altera quidem videat veritatem, altera verò versetur in rebus vanis, quandoquidem circa solam boni naturam apertus est purus sponsæ oculus, alter autem ei imperat, vni ex oculis amici laudem tribuunt, per quæ solum illum contemplatur, illum, inquam, solum qui comprehenditur in immutabili & æterna natura, nempe verum patrem, & vnigenitum filium, & sanctum patrem: Solum enim verè est id quod est, quod i vna consideratur natura, nullam afferente separationem aut alienationem dif-

Christus est in morte, & à vita nõ recedit.

1. *Ioan.* 4.

Christus corpus suũ fecit ecclesiam. *Eph.* 4.

Anima est duplex videndi operatio: altera qua videt veritatem, altera qua fert vanas.

ferentiæ quæ est in hypostasibus. Sunt enim nõnulli qui in diuersis oculis malè sunt acris visus, in id quod non potest consistere, in multas differentes naturas id quod est in peruersorum oculorum visiõibus, ij sunt qui dicuntur multa videntes, qui propterea quòd multa aspiciunt, nihil vident, & quatenus nunc quidem deũ vident, rursus autem materialibus oberrant visionibus, sunt indigni quos laudibus prosequantur Angeli, vt qui euanescant, in phantasiis eorũ quæ nõ possunt esse. Qui autem ad deum solum acriter intuetur, est cæcus in aliis omnibus, ad quæ vulgi dirigitur aspectus. Propterea vno oculorum amicis affert sponsa admirationem. Est ergo cæcus quidem is qui multos habet oculos, qui multis oculis ad vana aspicit. Ille autem est acris visus & perspicax, qui per vnum animæ oculum ad so'um bonum aspicit. Quænã sit autẽ illa vna, aut quid sit torques colli sponsæ, nun est difficile considerare per ea quæ fuerunt prius examinata, etiamsi videatur dictionis contextus esse obscurior. Ita enim habet: *Cordificasti me in vna, in torque colli tui*, adeo vt illud quidem, *In vna*, cõueniat ei quod *Vni ex oculis tuis*, intelligentibus nobis ex adsumptione illud, *In vna anima.* Multæ enim sunt in vnoquoque ineruditorum animæ, in quibus animi C perturbationes per dominatum quem obtinent, transeunt in mores animæ, ad dolorem & voluptatem aut iram & metum ac formidinem & confidentiam mutato charactere animæ. Qui autem aspicit ad vniformem rationem vitæ quæ agitur ex virtute, quod vna anima viuat, latũ est testimonium. Sic ergo distinguenda est oratio, quod illud quidẽ, in vna, coniunctè ei quod præcessit, sit ex mentis conceptione nobis intelligentibus, aut in vna anima, aut in vno statu. Id autem quod deinceps sequitur alium habet sensum, nẽpe torques colli tui: vt si quis dicat, rotum traducens ad sensum clariorem: Et vnus est tibi oculus & anima vna, propterea quòd non cognoscatur ex diuersis affectionibus. Et torques colli tui diuinum habet iugum, cùm susceperis in te perfectionem. Nam visus in colli quidem torque videt Christi iugum: in affectione autem in eũ qui est verè bonus, vnum oculum & vnam animam. Propterea confitemur quòd tuis miraculis cordificasti, vnum ostendens oculum & vnam animam in torque colli tui Torques autem colli tui est iugum quoddam, sicut diximus. Atque hæc quidẽ est laudatio Angelorum qua sponsam sunt prosecuti propter pulchritudinẽ, eos enim comprehẽdimus esse amicos sponsi. Ne videatur autem esse temeraria & falsa laus sponsæ, confirmat Verbum amicorum de sponsæ pulchritudine iudicium, id suo suffragio comprobans, & testimonio pulchritudinis maiora ipse addit miracula, oratione describens elegantiam ac decorem qui tribuitur ipsis membris, quem deo dante adiiciã in iis quæ deinceps sequuntur, si à diuino auxilio datæ nobis fuerint vires ad comprehendendum mysterium, ad agnitionem gratiæ dei, In Christo Iesu, Cui gloria in secula. Amen.

IN CANTICA CANTICOrum homilia VIIII.



VID pulchra facta sunt vbera tua soror spōsa? Quid vbera tua facta sunt speciosiora vino, & odor vestimētorum supra omnia aromata? Fauum distillant labia tua sponsa mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorū tuorum tanquam odor thuris. Es hortus conclusus soror mea sponsa. hortus conclusus. fons obsignatus. Emissiones tua paradisus malorum punicorum, cum fructu pomorum, & cypri cum nardis. Nardus & crocus fistula & cinamomum, cum omnibus lignis libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis. Fons horti puteus aquæ viuæ & impetu fluentis ex libano.

Col. 3.

SI cū Christo consurrexistis, q̃ sursum sunt q̃rite, nō q̃ supra terrā, hæc dicit qui hîc nobis loquitur mortui em̃ estis, inquit, & vita vestra abscōsa est cū Christo in deo. Quādo Christus manifestatus fuerit vita nostra, tūc vos quoque manifestabimini in gloria. Si ergo inferiori naturæ eu asim⁹ mortui, spe vitæ trāslata in cælum à terra & si q̃ per carnem est vita, est in nobis absconsa, cōgruenter ei ꝙ dicitur in prouerbiis, Sapientes celabunt sensum, expectemus fore vt vera vita in nobis manifestetur quæ est Christus, Ita vt & nos per gloriam transmutemur & manifestemur transmutati ad id quòd est diuinius Sic ergo præsentia audiamus, tanquam mortui corpore, ad non carnalem autem sensum ex iis q̃ dicūtur attracti. Qui em̃ est mortuus animi perturbatiōibus & desideriis, verborum traducit significationes ad id ꝙ est purū ac sincerū & interitui minimè obnoxium. Quæ suprà sunt mente agito vbi est Christus sedens in dextera dei patris, in quo nulla est affectio animíque ꝑturbatio, obliuiscens eorū q̃ sunt humilia & abiecta Audiam⁹ ergo verba diuina, per q̃ describit verbum immaculatæ virginis pulchritudinem. Audiam⁹ autem vt qui iam sumus extra carnem & sanguinem, in spiritualem autem trāsmutari naturam. *Quid pulchra facta sunt vbera tua soror sponsa? Quid vbera tua facta sunt speciosiora vino: & odor vestimentorum tuorum supra omnia aromata?* Atque quòd omnis quidem qui facit volūtatem Domini, est eius frater & soror & mater: & quod quæ est desponsa ac coniūcta Dño casta virgo, ad immaculati thalami participationem, sponsa ꝓpriè nominatur, cuius fuerit perspicuum qui non ignorat scripturas à deo inspiratas. Ego autem perscrutans sensum horum diuinorū verborum, nō video solam spōsæ à verbo tribui laudem ex eiusmodi appellatione, sed dico sponsum persequi causas ꝙ ad tātā creuerit pulchritudinem: vt potè ꝙ ipsa non euasisset pulchra in fontibus bonorū dogmatū, quos nominat vbera per tropicā significationem, nisi ipsa primū esset soror domini per bonorū operū effectionē, & renouata ad virginitatē per supernā generationē facta esset spōsa eius qui ipsam despōdit. Qui ergo eā nominauit sororē & sponsam suā, causam dicit eius vberū mutationis ad id ꝙ est melius & perfectius, ex quibus lac non amplius manat nutrimētū infantiū, sed vinū fluit immortale ad lætitiā perfectiorū, ꝙ non corrupit aqua cauponatorū. Seruatur autē quodammodo in iis q̃ dicuntur, tanquā in nuptiali lætitia, quædā charitatis benignitas, ab vtrisque sibi inuicē amatoriā largientibus affectionem. Similibus em̃ vocibus vicissim sponsus excipit ecclesiā, quibus illa antea illius in ꝓemiis laudauit pulchritudinē. statim enim in primis vocibus, quādo verbum ꝙ procedit ex ore diuino, desiderauit esse in ore suo hoc significans per os osculi, dixit causam huius desiderij, nēpe ꝙ bona eius sint ipsa vbera, liberali eius suppeditatione vincentia vini naturā, & superantia omnē bonū odorē vnguentorū & aromatum, hæc his verbis dicens, *Bona sunt vbera tua supra vinum, & odor vnguentorum tuorum supra omnia aromata.* Quoniā ergo in aliis omnibus hoc dogma discimus à diuina philosophia, ꝙ talis fit nobis deus quales nos Deo ostenderimus per liberā arbitrij nostri electionē Eū enim bonis esse bonum testatur Dauid in sua prophetia, eos autē qui vita sunt efferati, alius ex prophetis vrsum dicit & pardū, per ænigmata ex iis q̃ sunt proposita, euangelica significans documenta, in quibus alius à dexteris cernitur. alius à sinistris character verborū regis, aliis quidē bon⁹ & suauis, aliis verò terribilis & insuauis, seipsum cōgruenter adaptans liberi arbitrij electiōi eorū qui iudicantur. Ea de causa nunc quoque à verbo sponsæ par refertur, vbi domini celebrauit laudibus pulchritudinē, cum ipsa in similibus domini vicissim laudē rependerit. Nam ipse quoque eius admittit mammā, nēpe q̃ per operationē ad melius facta est mutationē, quoniā cessantes lacte nutrire, vinū & nō lac ꝓfundunt. Quāobrem perfectioribus cordibus oritur lætitia, qui iuuentutis nō amplius agitur fluctibus, sed possunt ore impleri ex cratere sapiētiæ, & bona attrahere. Post vbera ergo propter vini abūdātiā addit etiā laudē boni odoris, dicens: *Et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.* Oportet autē hāc laudē intelligere, cū ex sancta scriptura didiceris naturā eorū quæ nominātur aromata. Quoduis benè spirans aroma fit voluptas sensus odoratus. Intelligamus ergo verbum illa dicere aromata, q̃ benè spirare didicim⁹ à scriptura. Vt Noë offert Deo sacrificium, & odoratus est Deus odorē suauē. Est ergo deo aroma frequens sacrificiū, & ꝓpterea Deo per legem offeruntur propitiatoria sacrificia, & pro gratiis agendis instituta, & expiatoria, & ꝓ peccato. Hæc omnia pone inter aromata, & holocausta, & singulares eorū q̃ sūt ablata cōsecratiōes, pectusculū hostiæ, lobū iecoris, adipē q̃ est in renib⁹, & præterea thus ꝙ est oleo madefactū, senulā, suffitū cōpositiōis, & alia oīa q̃ cū igne habuerunt affinitatē, referuntur in numero aromatum. Qn̄ ergo audiuerimus vnguētum spōsæ, ꝙ supra oīa aromata dignum censetur ꝙ suscipiatur, his verbis intelligimus, ꝙ mysterium veritatis euāgelicæ doctrinæ ꝙ peragitur, est solùm Deo odoriferum. præpositum omnibus legalibus aromatibus, vt quod nō tegatur amplius vlla figura & vmbra, sed manifestatione veritatis reddatur benè olens. Nam & si aliquid ex iis quæ præcesserunt aromatibus olfecit odorem suauitatis, ex verbo ꝙ in iis quæ fiebāt apparebat vnumquodque eorum dignum est habitum quod susciperetur, non ex corporali ope-

Moriendū est inferiori naturæ, vt vera vita, nempe christus in nobis manifestatur.

Prou. 10.

Gal. 3.

Matth. 12.
Mar. 3.
2. Cor. 11.

Cur anima à domino soror & sponsa.

Talem se deus nobis ostendit, quales nos deo ostenderimus per liberū nostrum arbitrium.

Aroma quid sit.

Gen. 8.

Sacrificia.

Solum mysterium veritatis euangelicæ est deo odoriferum.

rali opere eorum quæ fiebát,& ꝙ erat in próptu. Hoc autẽ est perspicuũ ex magna voce Prophe- A
Psal. 49. tæ,qua dicit:nõ accipiã de domo tua vitulos,neque ex gregibus tuis hædos. Non enĩ comedero carnes taurorũ,neque sanguinẽ taurorũ potauero,etiamsi multa sæpe facta sint taurorũ sacrificia. Sed & si ea facta fuerint,aliud tamẽ est quod per hæc in ænigmate tibi lege cõstituitur,nẽpe oportere interimi quæ in te sunt vitia & animi per-
Psal. 50. turbationes, Sacrificium enim,inquit, deo spiritus cõtritus:cor cõtritũ & humiliatum Deus nõ
Sacrificium laudis. despiciet. Vnde fit nostrũ sacrificiũ laudis, ꝙ glorificat eũ qui talẽ odoratur odorẽ. Quoniam ergo superatis legis typicis aromatibus, quæ spiri-
2. Cor. 2. tualiter iuxta Paulũ,qui erat bonus odor Christi, benè spirabat anima,ipsa per vitã erat, & vnguẽtũ sacerdotij & suffitus cõpositionis, benè spirãs per variã virtutum compositionẽ & mistionem, cui vita,sponsi odoratui olfecit in odorem suauitatis:propterea sensus diuinus,sicut nominat Solomon corporalium legis aromatum,addit illum materiæ expertem & purum odorẽ qui per virtutes conficitur ac componitur, dicens: *Et odor vestimentorum tuorum supra omnia aromata.* Id autẽ quod deinceps sequitur,ad laudẽ deducit altiorem,quæ ei accedit ex meditatiõe & attentione, verbis testans ei adesse copiam donorum spiritualium. Nam quoniam ad apem sapientiæ discipulum ventitare vult id quod scribitur in prouerbiis. (Intelligis autem omnino ex disciplinis quænã sit doctrina) dicens amatoribus sapiẽtiæ,
Eccl. 11. Vade ad apem & disce quòd sit operaria,eiúsque opificium mercatur tanquã præclarũ,cuius labores & reges & priuati adhibent ad sanitatẽ & eã dicit omnibus desiderabilem & insignẽ, vt quæ sit viribus quidem imbecilla,honorauerit autem sapientiam,& ideo vias virtutis studiosis producta sit in exẽplum. Producta est enim, inquit, vt quæ honorauerit sapientiam. Cõsulit autem per ea quæ dicta sunt,à nulla bona abstinere discipli- D na,sed stantem in prato inspiratorum à Deo eloquiorum, colligendo aliquid tanquam florẽ ex
A nulla bona abstinendum disciplina. vnoquoque eorum ad procreatiõẽ sapientiæ,sibi fabricari ceram in corde suo tanquã in alueo, reponendo hanc industriã & laborẽ, multiplicium disciplinarũ in confusis in memoria loculis, tanquam quibusdam in fauo mellis fistulis fabricatis:& sic instar sapiẽtis illius apis,cuius fauus quidẽ est dulcis,nõ pũgens autẽ stimulus, perpetuo mercari hãc præclarã virtutũ operatiõnẽ. Verè enim mercatur bona æterna,laboribus qui hîc suscipiũtur ea permutãs, & suos labores ad sanitatẽ animæ distribuẽs regib⁹ & priuatis:adeò vt spõsa fiat hæc anima desiderabilis, claráque & insignis angelis. In infirmitate aũt perficitur virt⁹ propter honorẽ sapiẽtiæ. Quoniã ergo eruditiõis & diligẽtiæ sunt exẽpla,quæ de sapiẽti illa ape sũt narratiões,& spiritualiũ charismatũ variæ diuisiões, cõueniẽter studij & diligẽtiæ proportiõe accedũt iis qui laborarũt,propterea dicit spõsæ, Cor tuũ sit plenũ fauis omne genus eruditiõis, vnde proferes ex bono thesauro cordis suaues stillas rationũ:adeo vt tibi sit oratio mel mistũ cũ lacte. *Fauum enim, inquit, distillant labia tua spõsa,mel & lac sub lingua tua.* Est enĩ tibi paratus sermo,auditoribus nõ vniformẽ ostẽdẽs vtilitatẽ,sed cõgruẽs viribus eorũ qui ipsum suscipiũt,adeò vt & perfectionibus cõueniat & infantibus. Perfectis quidẽ mel erat Paulus,lac autẽ infantibus,vt qui verbis quidẽ mollibus aleret recens natos, sapiẽtiã autẽ loqueretur perfectis, in mysterio, absconsam à seculis,quã nõ capit hoc seculũ, neque principes 1. Cor. 2.
huius seculi. Hanc ergo mellis & lactis præparationẽ dicit esse sub lingua,nẽpe recõditũ & opportunũ vsum sermonis per hãc vocẽ indicãs. Nã qui scit quẽadmodũ oporteat vnicuique respondere,sub lingua habẽs hũc variũ vsum sermonis, aptè pbet in tẽpore vnicuique ex auditoribus id ꝙ est ei vsui. Cũ hãc aũt dedisset laudẽ ori & linguæ spõsæ,trãsit rursus ad maiora encomia,dicẽs, B
Odor vestimentorum tuorũ tanquã odor thuris. Hoc ꝙ dicitur est quædã philosophia,indicãs quidnã intueatur hominibus vita quæ ex virtute agitur. Nam Vita quæ ex virtute agitur finis.
vitæ quæ ex virtute agitur finis est Deo assimilari, & ea de causa animæ puritas, & nihil habere admistũ omniũ animi motuũ ac perturbationum, à viris bonis diligenter exercetur,vt per meliorem vitam fiat in eis quædã figura & character naturæ supereminentis. Quoniã ergo non est vniformis neque vnius modi vita quæ ex virtute agitur, sed quomodo in telo aut panni textura,per multa fila,quorũ alia quidẽ in rectũ sunt extensa, alia autẽ per transuersum diuisa,ars texendi facit vestẽ: C
Ita etiã in vita quæ ex virtute agitur, multa oportet cõcurrere per quæ bona texitur vita: sicut diuin⁹ Paulus hæc fila enumerat, per quæ consistit textura bonorũ operũ, charitatẽ dicens & gaudiũ & pacẽ,longanimitatẽ & benignitatẽ, & quæcunque sunt huiusmodi,quibus ornatur qui cælestem induitur incorruptionẽ ex vita terrena in quã cadit interitus. Propterea accipit qui in veste est orna- Gal. 5.
tũ spõsæ,vt qui odore sit similis thuri. Atqui prius dixi omnibus aromatibus antecellere vnguenti spõsæ bonũ odorẽ:adeò vt hoc videatur omnia tollere encomia,siquidẽ quod cuius prælata fuit aromati,nũc per cõparatiõẽ vni assimilatur aromati,cũ sic dixerit verbũ, Sicut odor thuris est bonus odor tuarum vestiũ. Sed quoniã peculiari quadã ratiõe Dei honori deputatus erat thuris suffitus,ea de causa quòd fuit prælata omnibus aromatibus,dignũ cẽsetur quod assimiletur vni aromati ꝙ deo est dedicatũ. Quo fit vt sit hic sensus ænigmatis. Tuũ ô spõsa, virtutũ indumentũ imitatur diuinã beatitudinem,per puritatem & impatibilitatem assimilata naturæ ad quã nõ patet aditus. Talis est enĩ,inquit,odor tuorũ vestimentorũ, vt sit similis thuri,ꝙ dei honori est dicatũ. Rursus p laudes quæ deinceps sequuntur discimus, quem- B
admodum fiat quispiam soror & coniunx Domini per hoc quod dicit, *Et hortus conclusus soror mea sponsa.* Si quispiam ergo hoc sibi vendicat, vt fit quidem sponsa, propterea quòd coniungatur domino, soror autem, propterea quòd eius faciat, voluntatem, sicut dicit Euangelium, fiat hortus floridus & benè germinans, omnium habens in se arborum pulchritudinem, nempe & dulcem ficum, & fertilem oleam: & alticomam palmam, & abundantem vineam, non spinosum quempiam rubum, neque conizan seu pulicariam, sed pro eis cupressum & myrtum. Sic enim talem ortum decorare nouit, & magnus Dauid, & sublimis Esaias. Ille quidem Quomodo fiat quispiam soror & sponsa domini.

Psal. 91. dicēs, Iustus vt palma florebit, & Ego autem ranquā alma ferrilis, & vxor tua ſicut vitis abundās. A
Nā & ab aliquo alio ꝓphera beatus iudicatur qui ſub ſua ficu quieſcit. Eſaias aurē dicit futurū vt ꝓ rubo quidē cupreſſus, ꝓ coniza aūt floreat myrtus. Singula autē de his arboribus ænigmara, quæ
Pſ. 127. nobis oſtenſa fuerint à prophetia, fuerit ſuperuacaneū accuratē exponere, cū ſit omnibus perſpi-
Mich. 4. cuum, quis ſit ſuauis fructus ficus ex ſucco acer-
Eſa. 55. rimo maturat⁹, qui ab initio quidē eſt amarus & minimē eſculentus, poſtea aurē dulcis fructus effectus ſenſus animæ afficit dulcedine. Quid autē nobis confert procreatio fructus oleæ per acerrimum & amariſſimum ſuccū qui ab initio in eo alitur, poſtea autē per conuenientē maturationem B
Oleæ fruct⁹ quid conferat. & culturam mutatur in naturam olei? Quòd fiat lucis materia, recreet laſſitudinē, relaxet laborem, caput exhilaret, & ad certamina opē ferat iis qui certant legitimē. Quomodo autē efficit palma, vt
Palmæ fructum fures non facile ſurripiunt. fructum ſuum fures difficiliter aggrediantur, vt quæ eum tanquam theſaurum ſurſum recondat, nec vicinū terræ ei ferat, & vitis eſt gratia ac decor, éſtque odorifera cupreſſ⁹, & eſt myrti ſuauitas? Hæc omnia per contemplationē tropicā ad virtutis traducta rationē, euidens eſt omnibus ſapienter audientibus quorſum intueantur. Huiuſmodi eſt ergo arborum ortus qui bene germinat C
& eſt bene conſitus, & mandatorū vallo omni ex parte munitus, vt furibus & beſtiis nullum ad ſe præbeat aditum. Nam qui mandarorum ſæpi eſt omni ex parte circundatus, adiri non poteſt à fero ſingulari, nec eum depaſcit ac populatur aper ex ſylua. Si quiſquam ergo eſt ortus iſque munitus, is fit ſoror & ſponſa eius qui dixit huic animæ, *Es hortus concluſus ſoror mea ſponſa.* Sed huic horto opus eſt etiam fonte, vt maneat nemus florens ac bene germinās, aqua peremni irrigatū: propterea in laudibus horto adiunxit fontem, dicēs: *Hortus concluſus, fons obſignatus.* Fontis autem rationem
Pro. 5. per ænigma nos docet prouerbium, cùm dicit, D
Fons aquæ ſit dulcis, & ſit tibi ſoli, neque vllus alienus eius ſit tecum particeps. Quomodo enim
Cogitatiua animæ noſtræ facultas fons dicitur. illic prohibet ne in alienos cōſumatur aqua fontis, ita hic teſtatur fontem minimè effundi in alienos, dicendo, *Obſignatus*, quod perinde eſt ac ſi dicas, Cuſtoditus. Tale eſt autem quod dicitur, fons mea quidem ſententia, propriè nominatur cogitatiua noſtræ animæ facultas, quæ omne genus ratiocinationes in nobis facit ſcatere & emanare. Sed tunc noſter fit motus cogitationis, quādo omnis noſtra mouetur operatio ad ea quæ ſūt nobis cōducibilia, & bonorū exhibēt ꝓcreationem. Quando autem conuerterit quiſpiam cogitationum operationem ad excogitandū vinū, ſūe in alienos conſumitur fluētū: adeò vt bene alatur quidē ſpinoſa vita, irrigata ope cogitationū, exſiccetur aūt & marceſcat melior plāta, nullo humore cogitationū nutriēte radicē. Quoniam ergo ſignaculū ei ꝙ per ipſum cuſtoditur hoc donat vt minimè ſurripiatur, ſigno furem deterrēs. Quicquid aūt nō ſurripitur, domino manet integrū, videtur hīc laus ſponſæ de ſumma virtute ferre teſtimoniū, nēpe ꝙ ab inimicis intacta ei manet cogitatio, cuſtodita ī puritate & impatibilitate. Domino ſuo obſignat hūc fontē puritas, nullo limo cogitationū cōturbās id ꝙ eſt cordis lucidū & æ-

reū. Vt aūt fiat clarior ſentētia, tale eſt ꝙ dicimus. Quoniā eorū quæ ſunt in nobis, alia quidā ſunt verè noſtra, q̄ ſunt animæ propria: alia aūt tāquā noſtra ad noſtrā adiungimus proprietatē, ea, inquā, q̄ ſunt corporis & q̄ ſunt externa, falſa quadā exiſtimatiōe exiſtimātes ꝓpria quæ ſunt aliena. Quid eīn materiæ experti noſtræ cōmune eſt cū materiæ craſſitudine? Ea de cauſa ꝓuerbialiter nobis cōſulit Verbū, ne in ea quæ ſunt à nobis aliena, in corpus inquā, & ea quæ ſunt externa cōſumatur fons cogitatiōis, ſed in ſuo verſetur horto, dei irrigans plantationē. Didicimus aūt virtutes eſſe dei plātationē, in quibus occupata cogitatiua animæ noſtræ facultas, & ad nihil externum defluēs, obſignatur charactere veritatis, informata ad bonū beatitudine. Videamus autē earū quoque q̄ deinceps ſequuntur laudū virtutē. *Emiſſiones tuæ*, inquit, *paradiſus malorum punicorū, cū fructu pomorum, & cypri cū nardis. Nardus & crocus fiſtula & cinamomū, cū omnibus lignis libani, myrrha & aloē, cū omnibus primis vnguentis. Fōs horti, puteus aquæ viuæ & impetu fluentis ex libano.* Atque quod in iis quidē quæ dicta ſunt eſt quidā lōgè maximus ac præclariſſim⁹ ſenſus, per quē eius quæ ex deo eſt in altū euecta in admiratione habetur pulchritudo, vanis & modum exuperātibus celebrata laudibus, eſt perſpicuum vel ex contextu eorū quæ dicta ſunt quæ nunc habemus in manibus. Quiſnam ſit autem verus ſenſus quē hæc verba ſignificāt, eius ſolius fuerit apertē ſcire, qui, iuxta diuū Paulū, ſpiritu ſcit loqui diuina myſteria. Quēadmodū eīn ꝙ emittitur à ſponſa, eſt paradiſus malorum punicorum quemadmodum autē ex malis punicis ꝓducitur fruct⁹ pomorū? Quēadmodū verò poma fiunt catalogus vnguētorū & aromatū? In pomorū eīn fructibus eſt cyprus nardus & crocus, & fiſtula, & cinamomū, & omne lignū libani, quaſi nulla in aromatibus libani differētia definat in iis q̄ ſunt enumerata. Quibus additur myrrha & aloē, & oīa prima vnguēta. Et q̄ prius hortus à laudāte ſuprà eſt nominata, nūc fons dicitur hortorū, & pute⁹ aquæ viuæ, & impetu fluentis ex libano. Sed de his quidē q̄ dicta ſunt veritatē videtur, vt pri⁹ dixi, ij qui poſſūt pſcrutari ꝓfūditatē diuitiarū & ſapiētiæ & ſciētiæ dei. Nos aūt, ne omnino relinquamur expertes guſtus bonorum q̄ in hoc loco ſita ſunt, & iis minimè fruamur, paucis accedemus ad cōtextū orationis ipſo deo verbo adhibito vt ſit dux noſtri ſtudij & diligentiæ. Vniuerſus laudum qui ante dictus fuit catalogus, & quæ nunc de ipſa adduxit oratio, non videntur intueri præcipuè ad quandam nudam ac ſolam laudationem, ſed per ea quæ dicuntur vim quandam ac virtutem afferre ad cordis aſcenſum ad ea quæ ſunt maiora & excelſiora: vt pote nominatur ſoror & ſponſa verbi: ſed vtrumque horum nominum ſponſam coniungit ſponſo, ſponſæ quidem ſignificatione eam, vt nominat Paulus, faciente concorporalem ſponſo qui non poteſt corrumpi, & in quem non cadit interitus: ſtudio autem quod verſatur in voluntate, ad fraternam deducente affinitatem & coniunctionem, conuenienter voci euangelij. Deinde laudatur natura vberum quæ pro lacte vinum effundit, & manifeſtum eſt quod laus opus efficitur. Non enim id quod non eſt

Noſtra ſūt quæ ſunt animæ propria, aliena ea quæ ſūt corporis & externa.

Laudes vim habēt aliquam præter laudationem.

Eph. 3.

Matth. 12.
Marc. 3.
Luc. 8.

non est laudatur. Prærètea eius vnguentum iudi-
catur esse superius omnibus aromatibus, quod A
quidem non ita habere fuisset iudicatum, si non
reuera ad illam peruenisset altitudinem per pro-
fectum in eo quod est melius. Habẽtur postea in
admiratione faui orationis qui distillant ex eius
ore, & contemperatio paratur sapientiæ subiecta
linguæ, cõtẽperato lacte cum melle. Et hæc quo-
que sunt virtus, non verba, vt quæ à verbo ad al-
tiorum deducta ascensum adeò aucta sit, vt os fa-
ciat fontem mellis, & linguam promptuarium sa-
pientiæ, qua consideratur terra promissionis quæ
fluit melle & lacte. Cùm autem verbum per ascẽ-
sus eam adeò extulisset, ducit adhuc altius, dicens B
eius vestem benè spirare thuris odore, per quod
testatur Verbum eam Christum induisse. Cuiusc-
uis enim vitæ quæ ex virtute agitur finis est Dei
participatio. Per thus enĩ deus ostenditur. Et nec
in iis quidem se stitit anima, quæ semper à verbo
deducitur ad id quod est altius. Sed postquã as-
similata fuit thuri in bono odore, fit hortus instar
paradisi. Hortus, non sicut erat inter primos ho-
mines, laxus & incustoditus, sed vndique muni-
tus memoria mandari. Vides quantam acceperit
virtutem ad hoc vt sursum fertetur. Rursus vide
mihi eum qui pro eo fit ascensum. Nõ solũ enim
facta est hortus conclusus, proprium ferens fru- C
ctum, sed fit etiam potabilis sitientibus, translata
Vita quæ ex virtute agitur finis est dei participatio.
in naturam fontis, idque obsignati. Et nec in his
constitit: sed ad hoc vsque stitit suum in maius
incremẽtum, vt ex ore eius germinaret paradisus.
Qui enim accuratius attendit emphasim dictio-
nis hebraicæ dicit pro eo quod dicendum erat
Emissiones tuæ ex ore tuo, Paradisi malorũ puni-
corũ. Quod quidẽ perinde est ac si diceret, Ser-
mo tuus qui per os tuum emittitur, est paradisus
malorum punicorũ. Mala autem punica produ-
cunt omne genus fructuum, poma cyptum cum
nardo, & crocum, fistulam & cinamomum, & o-
mnem aliam speciẽ libani, & myrrham & aloẽn, D
& prima vnguenta. Postquam ergo conuenien-
ter ei quæ est in Psalmo beatitudini, ipsa dei freta
auxilio, disposuit in corde has pulchras ascensio-
nes, semper à virtute ambulans in virtutẽ, pulchrè
in statu perfectiori, malorum punicorum paradi-
sus nominãtur oris eius emissiones. Appositè au-
tem subiectæ sentẽtiæ adaptata fuit dictio emis-
Apostoli, id est missi.
sionis. Nam quod emittitur abeo qui mittit, trã-
sit ad eum qui suscipit. Idque licet dicere ex con-
sueto vsu verbi, quod vt dicit Euangelium, eos
qui mittuntur ad prædicandam veritatem, Ver-
Os sponsæ emittit verbum fidei.
bum nominauit Apostolos, id est missos, Quid est
igitur quod emittit os sponsæ? Verbum scilicet E
fidei: quod cùm est in iis qui suscipiunt, fit para-
Paradisus quid sit.
disus qui plantatur per auditionẽ cordis. Nemus
autem plantatum & frequens arboribus, paradi-
sum solet vocare consuetudo. Vt ergo discamus
etiam genus arborum, quæ per verbum colun-
tur in hortis animarum eorum qui crediderunt,
malos punicas nominat arbores, quas verbum
plãtat & colit, quod emittitur ex ore sponsæ. Ma-
lum autem punicam difficiliter fur aggreditur, vt
Malus punica à fure non facile inuaditur.
quæ spinosos proferat ramos, & quodam in gu-
stu austero & amarescenti propugnaculo fructũ
cõtineat & auertat. Qui suo tẽpore, postquã ma-
turuerit, fracto cortice intus apparet, visu quidẽ

iucundus & benè affectus, gustu autẽ mellitus
& nihil afferens molestiæ, qui sapore quodam vi-
ni simili gustus instrumẽta afficit dulcedine. Pro-
pterea mihi videtur paradisus malorũ punicarũ,
nempe sermo qui emittitur in animas auditorum
ex ore sponsæ, efficere, vt doceamur per ea quæ
dicuntur, non per dissolutionem aliquam & de-
litias in vita præsenti emolliri ac eneruari, sed per
Non per delitias, sed per continentiam quæ est dura & aspera peruenitur ad fructum virtutis.
continentiam, duram & asperam vitã eligere. Ita
enim ad fructum virtutis furibus non patebit a-
ditus, vt qui sit obsepius Austero cõtinentiæ am-
bitu, & per seueram ac rigidam vitæ constitutio-
nem, veluti quasdam spinas, eos pungens, qui vt
malo afficiant, accedunt propius. Sed quando tẽ-
pus præbuerit opportunitatem fruẽdi fructibus,
malus punica fit omniũ fructuũ delitiæ & quó-
uis genere malorum, non quod in primis & glã-
dibus, aut aliquibus aliis eiusmodi sit fruẽdũ: sed
varia & multiplex natura atomatum inuenitur in
malis, est enim cyprus cum nardis pulchrum cõ-
iugium, illa quidem calida, hæc verò odorifera.
Calor quãdo sit laudabilis.
Non est enim calor per se laudabilis, quando ca-
lor est fœtida inflammatio: sed oportet puritatem
per bonũ odorem ferre testimoniũ de calore, vt
sit sancto spiritu feruẽs, qui est à tetro calore ex-
purgatus. In his malis inuenite licet etiam alia a-
romata nardum, inquit, & crocũ. Sed nardi qui-
dem suauem odorem didicimus in iis quæ suprà
dicta sunt: restat autem vt croci ostendamus æni-
Crocus habet mediũ inter calorem & frigus.
gmata, Dicunt ergo qui huius floris virtutem cõ-
siderarunt, eum habere medium inter calorem &
frigus, & in vtrisque fugere immoderationem, &
habere vim leniẽdi dulores: adeò vt per hoc for-
tè verbum in ænigmate philosophetur de virtu-
Virtus est media inter duo vitia.
te. Propterea quòd virtus est media inter duo vi-
tia, nempe inter defectum honesti & exuperatio-
nem. Sicut dicunt magni animi virtutem & libe-
ralitatem, illam quidem consideari in medio ti-
miditatis & audaciæ: hãc verò in medio auaritiæ
& profusionis & timiditatem quidem & auari-
tiam dicunt esse in vitio propter defectum eius
quod decet: profusionem autem & audaciam
in excessu & superabundantia. Medium autem
eius quæ est in vtroque immoderationis no-
minent virtutem. Habet ergo id quod de croco
dicitur, quod ad virtutẽ attinet aliquid cõsequẽs,
Croci ænigma assumitur ad orationem fidei.
mediocritati facultatis, vt quod interpretatur ni-
hil virtuti deficere & effluere, Ego autem dico, e-
tiamsi rudius & agrestius videatur id quod dici-
tur, croci ænigma forte magis assumi ad rationẽ
fidei. Nam flos quidem versatur in triplici inuo-
lucro. Ipsum autem inuolucrum est flos in colere
aëteo. Inuolucri autem exuto amictu, tres omni-
no inueniũtur flores benè olẽtes, & vtiles ad cu-
ratiões, operti inuolucris, qui similiter & eodem
modo inter sese habẽt pulchritudine & magnitu
dine & bono odore, & proprietate virtutis, & tres
p omnia vnus ostẽdũtur, coloris bonitate, odoris
suauitate, & qualitate virtutis. Quib[us] agnati sunt
etiã tres alij, visu quidẽ flaui, ad omnem aũt vsum
salubrẽ nulla qualitate prædiri. Quo fit vt impe-
ritos in iis contingat errare, qui propter bonum
colorem pro bono decerpunt adulterinũ. Quod
nunc quoque faciunt qui errant circa fidem,
qui suscipiunt omnes falsas & arte sophistica cõ-
fectas opiniones, & eas præferunt bonis & sanis

dogmatibus. Eligat auditoris iudicium quod velit, siue alterum ex iis, siue vtrúque, siue perfectæ A virtutis, siue diuinitatis acquisitionem. Non est enim virtus extra diuinitatem. Nos autem transeamus ad contemplationem cæterorum aromatum, quibus consequenter facta est mentio in oratione. *Fistula*, inquit, *& cinamomum, & poma.* Poma autem sunt quæ producũtur ex malis punicis paradisi sponsæ. Sed fistulam quidem dicũt bono odore cæteris antecellere, adeò vt à lege assumatur ad suffitum sacerdotalem: cinamomi autem variam & multiplicem operationem exultare per quandam naturalem facultatẽ, ex quibus multa fidem superant. Aiunt enim aqua bul- B lienre in lebete, si eam solum tangat aroma, aquã refrigerare protinus, & illatũ in feruens lauachrũ ardorem qui est in aëre transmutare in algorem, & habere naturam perimendi ea quæ generãtur ex corruptione, & alia huiusmodi de eo narrant, quæ sunt supra fidem auditorum. Aiunt enim si fuerit positum in ore dormiẽtis, eum qui dormit minimè impediri quominus respondeat ad ea quæ interrogãtur: sed & eum manere in somno, sobriásque & ad verbum expressas reddere responsiones? De quibus nõ est quidem necesse affirmare ita habere: eum autem qui per experientiam non didicerit eorum quæ de eo narrantur C veritatem, de eo dicere, temerarium fuerit & inconsideratum. Sed quoniam ratione quadã mystica, hoc quoque aroma retulit in numerum pomorum, non verè nascens ex malis punicis (neque enim sensiles paradisos emittit ex ore sponsæ) sed vt consulendo suggerat aliquam sentẽtiã, ex iis quæ sponsæ conferunt ad laudem, non rectè existimo se habere si ea reiiciantur quæ narrãtur de cinamomo hæc inquam, quæ nunc narrãtibus videntur persequenda. Ex iis enim quæ dicuntur videtur aliquid posse conferri ad laudem virtutis, vnoquoque ex iis quæ sũt relata, sumpto D ad indicandam vitæ quæ ex virtute agitur perfectionem. In iis enim qui sunt eruditi & considerati, licet inuenire cinamomum in anima, quãdo quispiam vel feruens cupiditate, vel ira accensus, ratiõe extinxerit animi perturbatiões: aut in somno vitæ in ore habens sobrium huius ratiõis cinamomum, ostendit inerrantem & inconfusum sensum eorum quæ dicuntur, per sermonis veritatem imitans insomnem Angelorum naturam, quos necessario nulla phantasia ac visio dimouet à veritate, ex eius ore dici potest scatere cinamomum: per quod & ardor cupiditatis extinguitur, & iræ circa cor ebullitio, & ipse est pu- E rus ratione ab omni quæ est instar somnij cõfusa visione, quæ versatur in eo quod non est. Nemo verè aspiciens quòd non sint probabilia quæ dicuntur de cinamomo, verbum reprehendat, vt quod ex iis quæ non sunt vera sponsæ laudẽ tribuat. Scit enim sæpe sancta scriptura etiã ab externis fabulas accipere ad opẽ suo scopo ferẽdã, & citra pudorem meminisse aliquorum nominũ ad sensum propositum euidentius indicandum: sicut in filiabus Iob, quarum pulchritudinẽ verbum supra modum admiratum, etiam per nomina ostendit excellens earum miraculum, dicens vnam quidem dici diem, alteram verò Casiam, tertiam autem cornu amaltheæ. Hoc autem est

De cinamomo narrantur multa quæ sunt supra fidem auditorum.

Filiarum Iob nomina quid significent

cuiuis perspicuum, quòd de Amalthea fabulosè A græcam confinxit narrationem, quam cùm esset capra, fabulãtur fuisse nutricem illius arietis, cuius cùm cornu cecidisset, fabula fecit ex concauo fluere omne genus frugum ac fructuum copiam. Sine ergo sistit sancta scriptura, in iis quæ narrãtur de Amalthea? Nequaquam, sed filiæ Iob ferẽs testimonium, quòd esset feracissima omniũ quæ sunt ex virtute bonorũ, per hoc nomen id ostendit, adeò vt qui est consideratus, audiens scripturam, solum laudis scopum intelligat ex nomine, fabulosas autem nugas iubeat valere, & audientes casiam & diem neque aromaticam materiã, B neque solis cursum supra terram, per hæc nomina didicimus: sed vitæ earum ex virtute agendæ ostensionem dicimus nomina comprehendere. Quorum casia nobis ostendit studiorum vitæ puritatem & bonum odorem: Dies autem honestatem ac decorem, sicut dicit Apostolus eos qui purè viuunt nominari filios lucis & filios dei. Ita *Eph. 5.* hîc quoque ad laudem sponsæ non sunt inutilia, *1. Thessal. 5.* quæ dicuntur de cinamomo per tropicam expositionem, si sumantur ad argumentum encomiorum. Qui autem iam tacitus euasit, & ad hãc encomiorum iam peruenit altitudinem, diuinæ imaginis in se ostendit per omnia figuras & cha- C racteres. Hoc enim ostendit, dicens: *Ex omnibus lignis libani.* Non esse enim vniforme lignum libani dicunt qui hæc obseruarũt, vnde thus fluit, figuram aromatis simul mutans cum forma ligni. Qui ergo in omnibus vitæ studiis in se significat diuinæ formæ similitudinem, in se ostendit pulchritudinem omnium lignorum libani, per quæ exprimitur forma diuina. Nemo autem fit dei gloriæ particeps, qui non fuerit primùm conformis similitudini mortis. Propterea hoc quoque dicit laus in catalogo aromatum, quòd malorum punicarum poma sunt cætera aromata quæ verbum recensuit, & cum eis est myrrha & aloë, & D prima vnguenta. Videtur enim, dicens cum myr- *Io. 20.* rha & aloë ostendere sepulturæ societatem: sicut alium dicit euãgelium, quod per hæc facta est sepultura eius qui gustauit pro nobis mortem. Per *Amos. 6.* prima autem vnguenta verbum ostendit puritatem & sinceritatem ab omni prauitate canponarona, sicut Amos iis qui se huiusmodi explẽt delitiis hæc obiicit, dicens, Qui vinum bibunt per colatum & vnguntur primis vnguẽtis, & antea, Qui comedunt, inquit, hædos ex grege, & vitulos lactentes ex medio armento, & saltant ad vocem organorũ: adeò vt neque fex vinũ cõturbet, ne- E que in vnguẽto mistio corrũpat sinceritatẽ boni odoris. Sed illic quidẽ omnino oportet existimare Prophetã exprobrare Israëlitis, quod ferentes merũ verbũ scripturæ omnino defecatũ ac p colatũ, & bonũ habẽtes odorẽ vnguentorũ minimè conturbatum, & spiritualis epuli delitiis se omnino explentes, ex iis commodi nihil omnino ceperint: malo eorum instituto transmutante vini perspicuitatem in turbidam peruersionẽ, & per prauorum cogitatorum admistionem perdente puritatem primorum vnguentorum. Hîc autem verbum tribuit sponsæ pura & minimè adulterina dogmata per productionẽ fructuũ primorũ vnguentorum. Sed hæc in his substitit sponsa quominus se extenderet ad altiora, neque verbũ

Lignum libani non est vniforme.

quo

quominus ei opem ferret ad ascensum. Cuius enim ex ore sunt emissiones malorum punicarum & paradisi aromatum, ea nunc fit fons, irrigans hortos qui ex ea orti sunt. Non sicut de Paulo & Apollo didicimus quòd alter quidem plantaret, alter verò irrigaret. Sed ipsa dno operatur, vt quæ simul & plantet hortos & irriget: Fortasse autem sublimiorem quoque aliquam rationem laus cõtinet. Dicit enim eum esse fontem non fluenti quod profluit, sed hortorum non aliquas aquarum effluxiones, sed hortos irrigantem. Ita animatos hortos emanare fecit diuinus Apostolus, eos apud quos fuit, per doctrinam enasci faciens hortum Ecclesiæ. Deinde Verbum laudibus ad summum sponsam euehit, eam nominari puteũ aquæ viuæ, & cum impetu fluẽtis ex libano. Quæ enim à sancta scriptura de natura didicimus viuifica, nunc quidem prophetia dicente ex Dei persona: Me reliquerunt fontem aquæ viuæ, & rursus domino dicente samaritanæ: Si scires donũ Dei, & quis sit qui dicit tibi, Da mihi potum, tu petiisses abeo, & ipse tibi dedisset aquam viuam, &: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui enim credit in me, sicut dixit scriptura, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ, hæc autem dicebat de spiritu quem accepturi erãt qui credebant. Cùm ergo diuina natura vbique intelligatur per aquã viuam, hîc verum verbi testimonium, statuit spõsam esse puteum aquæ viuæ, qui cum impetu fertur ex libano. Hoc autẽ est omnium maximè admirabile. Nam cùm omnes putei aquam simul habeant consistentem, sola sponsa aquam in se habet permeantem, adeò vt putei profundum habeat fluuij perennem motionem. Quis autem pro dignitate verbis posit assequi miracula quæ ostenduntur, per eam quæ nunc facta est eius assimilationem? Fortasse non habet amplius quo altius se extollat, assimilata exemplari pulchritudini. Exactè enim & accuratè est imitata, fonte quidem fontem, vita autem vitam, aqua autem aquam. Viuum est verbum Dei, viuit etiam anima quæ verbum suscepit. Aqua illa fluit ex Deo, sicut dicit Apostolus, Ex Deo exit & venio. Ipsa autem eum continet qui influit in puteum animæ, & propterea fit promptuarium aquæ illius viuæ quæ fluit ex libano, vel potius fluit cũ impetu, sicut verbum nominant. Cuius nos quoque simus participes possidentes illum puteum, vt congruenter præcepto sapientiæ bibamus nostram aquã & non alienam. In Christo Iesu Domino nostro: Quẽ decet gloria in secula. Amen.

1. Cor. 3. — *Diuina natura intelligitur per aquam viuam.* — *Hier. 2.* — *Ioan. 4.* — *Io. 7.* — *Verbum Dei est viuum. Anima viuit quæ deum suscepit.*

IN CANTICA CANTICORVM HOMILIA Decima.



Surge aquilo, & veni auster, & persla hortum meum & fluant aromata mea. Descendat patruelis meus ad hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum. Descendi in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi panem meum cum melle meo. Bibi vinũ cum lacte meo. Comedite amici & & bibite, & inebriamini fratres mei. Ego dormio, & cor meum vigilat.

CVM diuinorum verborum nobis proposita contemplatio ex consequentia cãtici cãticorum, quãdã quas difficile est assequi, & quæ sunt tectæ propter obscuritatem, in arcanis contineat sententias, nobis maiori opus est attentione, imò verò maiori per preces auxilio, & sancti spiritus deductione: ne idipsum nobis accidat in stupẽdis his miraculis, quod solet accidere in stellis. Nam procul illarum admirantes pulchritudinem, nullam possumus inuenire rationem ad cognoscendam earum creaturam: sed pulchritudine solum frui possum, propterea quòd dicamus nos teneri earum admiratione. Sunt enim reuera quædam stellæ, splendores diuinorum horum eloquiorum & fulgores oculorum animæ, carnis oculis præfulgentes & præcellentes, secundum altitudinem cæli à terra, vt dicit propheta. Quòd si id nostræ animæ vsu eueniat quod audimus vsu euenisse Eliæ: & in igneo curru assumpta quoque mens nostra sublimis transferatur ad cælestes pulchritudines. (Spiritumsanctum autem ponemus esse ignem, quem dominus venit vt mitteret in terram, qui in specie linguarum diuidebatur discipulis) non planè desperabimus nos his astris posse appropinquare, diuinis, inquam sententiis & intelligentiis, quæ per cælestia & spiritualia eloquia in nostris fulgent animis. Aspice eum animæ oculo, te alloquor, ô auditor, vocem quæ à domino emissa est ad Patriarcham, Aspice ad hoc cælum, & vide has stellas, si potes metiri altitudinem ipsarum intelligentiatum. Aspice reginæ potestatem, ex rebus eius virtutem considerans quanta per se imperans certatur auctoritas in iis quæ dicuntur. Non enim precibus & votis id quod vult efficit, sed conuenienter voci eius qui promisit, qui quidem dicit fidelem & prudentem dispensatorem factũ esse dominum omnium quæ habet dominus. Hac accepta potestate, regis instar duos ventos regit & dispensat vt sibi videtur: aquilonẽ quidem à se illius separens, austrum autem benignè vocans, & vrgens vt ad se veniat. Ita autem habet cõtextus dictionis. *Surge aquilo & veni auster.* Licet fortasse inuenire in verbis Centurionis, aliquid quod aliquam habet cognationẽ & coniunctionem cum iis quæ hîc dicuntur. Quæ quidem verba Centurionis, ipse Deus verbum est admiratus, sicut Euangelista narrauit, dicens: Quæ cum audisset Iesus, miratus est, & vocem Centurionis prætulit fidei Israëlis. Non enim mihi videtur conferre Centurionem cum populo Israëlitico in ratione fidei, sed cũ ipso Israële: qui in lucta cum aduersario, cum Dei auxilio vix euasit ne caderet, nec abiit penitus illæsus ab aduersario: læsus enim fuit in femore. Hic autem Centurio regia potestate pro imperio amandat id quod est alienum: asciscit autem & ad suam admittit familiaritatem id quod est sibi gratum. Is enim propterea maximè videtur consecutus esse miraculum, quòd dicit se in his qui in eius sunt potestate militibus, sua auctoritate liberè quem velit amandare, & accersere eum qui est sibi gratus: & seruo quod conuenit imperat ministerium. Nam illic quoque quædam philosophia est vox Centurionis, quòd eum qui fuit amandatus non amplius ad se reducit, sed

Stellas admirantes carum non possumus cognoscere creaturam. — *Psal. 102.* — *Gen. 15.* — *Luc. 12.* — *De centurione euangelico.* — *Matth. 8.*

cùm is abiisset, pro ipso domum admittit alterú. Nam cùm ei dixisset, vade, & vadit, dicit se alium [a] accersere, non eum quem amandauit, verbo, vt opinor, docente tale dogma, quòd quæ sibi inuicem aduersantur, non eius sunt naturæ vt possint simul versari. Nulla est enim societas luci cú tenebris, ait apostolus, sed necesse est omnino, vt si tenebræ recesserint, sit lux quæ pro eis cernitur: & si vitium fuerit amandatum, pro eo virtus introducatur, & si hoc ritè factum fuerit, prudentia carnis non amplius resistat spiritui neque enim potest morte affecta eius resistédi potestate, sed ad omne quod par est ministerium sit apta & parata, vt quæ pareat & subiiciatur dominatui spiritus. Quandu enim expulsus quidem fuerit miles vitii socius, eius autem loco ingressus fuerit miles virtutis, lorica iustitiæ indutus, & in manibus ferens gladium spiritus munitus autem aptis ad tegendum armis, nempe galea salutari & scuto fidei, & in se ferens omnem spiritualem armaturam, tunc timet suum dominum, nempe mentem, seruus scilicet corpus, promptóque & alacri animo exequitur imperium eius qui dominatur, quo fit vt ministerio corporis virtus rectè administretur. Hoc enim indicat id quod dicitur à Centurione: Nam & seruo meo dico, fac hoc, & facit. Sed audiamus [c] quemadmodum regina surgere facit Aquilonem & à se amandat, eius flatum auertens in aduersum. Non enim eam iubet quiescere, quomodo in maris tempestate iussit dominus fluctibus quiescere & silentium agere: sed imperat vt recedat & fugiat, vt absque vllo impedimento fluat Auster, nullo aduerso flatu obsistente eius impetui, dicés: *Surge Aquilo.* Quænam est autem causa cur amandatur hic ventus: Aquilo est durus & asper ventus, vt alicubi dicitur in prouerbio. Vocatur autem dexter nomine. Sed non est dexter Aquilo, nisi quis à tergo habeat orientem, peragens cursum ad occidentem. Omnino autem [d] intelligis ænigma eorum quæ dicuntur, quòd scilicet qui recessit ab oriente, sic enim nominatur Christus à Prophetia, & se protrudit ad occasum lucis vbi est potestas tenebrarum, sibi dexterum habet aquilonem, improbis insultibus eum excipientem, per quos cursus conficitur ad tenebras. Ita sibi dexterum Aquilonem inuenit impudicus & intemperens, conspirantem affectui & perturbationi ignominiæ. Ita auaro fit dexter spiritus nequitiæ, quando materiam auaritiæ, tanquam arenam aliquam & puluerem ei congerit. Ita ad vnumquodque peccatum suum præbens auxilium fit dexter. Cùm autem sit qui- [a] dem durus natura, duritiem autem occultet, voluptatibus, propterea à suo imperio fugat Aquilonem, vt aduersus animi perturbationes & vitia obtineat dominatum, Aquiloni dicens: *Surge.* Cur autem hoc nomine significetur potestas aduersaria, cuius fuerit perspicuum qui considerauerit naturam rerum aspectabiliú. Quis enim non nouit Solis motum, quòd scilicet ab ortu per austrum cursum conficiens, declinat ad occasum Terra autem figura cùm sit sphęrica, vt dicunt qui in his suum studium posuerunt, in qua parte à Sole illustratur, in eius aduersa necessariò obtenebratur, vt quæ adumbretur ob-

2.Cor.6.

Matth.8.

Luc.8.

Zach.6.
Luc.1.

Qui recedit ab oriente, nempe à Christo tẽdens ad occasum dexterum habet Aquilonem.

Cur potestas aduersaria vocetur Aquilo

structione eius quod est intermedium. Quoniam [a] ergo locus ille perpetuò manet luce carens & frigidus, vt qui à radiis Solis neque illuminetur neque foueatur. Propterea principem potestatis tenebrarum, qui mollem animarum naturam instar aquæ concrescere facit & duram reddit, nominat verbum durum Aquilonem, effectorem tristitiæ hyemis, in qua dicit Euãgeliú nulla ratione effugi posse pericula, In ea eñ marcescit decór eorú qui florét ex virtute. Rectè antẽ sua auctoritate vox eum expellit reginæ, accersit autem spiritum meridianum, qui est calidus & semper lucidus, quem nominat Austrum, per quem fluit torrens deliciarum, dicens: *Et veni Auster, per-* [b] *fla hortum meum, & fluant aromata mea:* adeo vt violento spiritu, sicut audimus factum fuisse in cænaculo discipulis, plantas inspirans animatas, moneat Dei plantationem ad aromatum productionem, & efficiat vt per os fluat odorifera propheria & salutaria fidei dogmata, per omne genus linguæ effundens citra impedimentum bonum odorem documẽtorum. Sic centum viginti Discipuli, qui plantantur in domo dei, flatu huius austri, quæ per linguas traditur doctrinam fecerunt efflorere. Propterea ergo huic Austro dicit sponsa: *Perfla hortum meum:* quando quidem horto fuit mater à voce sponsi qui ipsam fecit, sicut idem continet hortum & fonté. Quamobrem vult suum hortum, nempe ecclesiam, quæ scatet arboribus animatis, etiam perflari, vt ex eis fluant aromata. Nam propheta quidem dicit, Flabit spiritus eius & fluent aquæ. Sponsa autem regiis ornata diuitiis, mutat fluenta ad maiorem amplitudinem & magnificentiam, faciens aromatum fluuios effluentes per vim spiritus ex arboribus horti. Quo fit vt per hoc discamus veteris testamenti à nouo differentiam, quoniam communis quidem fluuius propheticus impletus fuit aquis euangelicus autem aromatibus. Talis fluuius aromatum ex horto ecclesiæ fluens per spiritum, erat magnus Paulus, cuius fluentum erat Christi bonus odor. Talis alius fuit Ioannes, Lucas, Mathæus, Marcus, & alii omnes irrigantes plantas horti sponsæ, qui perspirati lucido Austro meridiano, facti sunt fontes aromatum, scatere facientes bonú odorem euangelii. *Descendit patruelis meus ad hortum, comedat fructus pomorum suorum.* ò vocem liberam & confidenter prolatam. ô animam liberalem & splandidam, quæ omnem quantumuis magnam superat magnificentiam. Quémnam ad conuiuium suis excipit fructibus? Quódnam per bona propria parat epulum? Quémnam vocat ad vescendum iis quæ sunt parata. Eum ex quo sunt omnia, & per quem omnia, & ex quo omnia, qui dat omnibus alimentum in tempore suo, qui aperit manum suam, & implet omne animal bona voluntate, pané qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, qui ex proprio fõte ad omnia quæ sunt vitam facit emanare. Ita sponsa apponit mensam. Hortus autem est mensa, plantatus per arbores animatas. Nos autem sumus arbores, quandoquidem nos quoque sumus qui ei cibum apponimus, saluté nostrorum animarum, cùm sic dixeris is qui conuiuio nostram accipit animam Meus est cibus vt faciam volun-

Auster spiritus sanctus dicitur.

Act.2.

Hortus est ecclesia.

Psal.147.

Differentia testamẽti veteris à nouo.

Quámnam mensam paret sponsa

Io.4.

A volútatem pattis mei. Est autem manifestus scopus diuinæ voluntatis, qui vult omnes homines saluos fieri, & venire ad agnitionem veritatis. Hic est ergo ei paratus cibus vt uos salui simus. Fructus autem noster est liberi arbitrii electio, Deo qui nos metit ac decerpit, tanquam per quédam ramum tradens animam. Per hæc autem videodum est quòd sponsa prius afficitur dulcedine fructus pomi, vt quæ dixerit. *Et fructus eius dulcis in gutture meo*, & tunc ipse quoque fructus est pulcher, & dulcedine afficiens, & agricolæ propositus ad lætitiam. Illud autem vocabulum, *Descendat*, habet optandi significationem, eo mo-

Fructus noster quisnam sit.

B do prolatum quo illud, Sanctificetur nomen tuum: & fiat voluntas tua. Quomodo enim illic optandi significationem continet illorum verborum figura, ita hic quoque illud Descendat est votum sponsæ, Deo ostendentis lætitiam pomorum virtutis. Descensus autem significat opus benignitatis & charitatis in homines. Quoniam enim fieri nó potest vt aliter assumamur ad altissimum, nisi inclinetur ad humilitatem ac depressionem, qui mites assumit dominus, propterea sublime ascendens sponsa, accersens deductionem faciendam ab eo qui inclinatur, optat vt ipse descendat à sua magnitudine.

Sanctificetur nomen tuum continet optandi significationem.

Descensus quid significet.

C Qui autem dixit per prophetam: Te adhuc illic loquente ecce adsum: priusquam exiret votum sponsæ, audiuit ea quæ est precata, promptóque & parato corde eam præuenit, & in horto fuit perflatus ab Austro, & fructus aromatum decerpsit, & impletus fuit pomis virtutis, & narrationem instruxit conuiuium, sponsæ sic dicens: *Descendi in hortum meum soror mea sponsa. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi panem meum cum melle. Bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite propinqui mei, & bibite, & inebriamini fratres mei.* Vides quemadmodum doni magnitudine exuperat petitionem. Optauit spó-

Is. 58.

D sa fieri sibi fontes aromatum, suas in horto plantas perflari austro qui flat à meridie, & fructu pomorum Agricolam excipere. Hoc autem census est perspicuum, quod omnis bonus odor est voluptas sensus olfactus. Poma autem sunt ad esum imbecillioris virtutis quàm sit panis, quod attinet ad bonam eorum qui aluntur habitudinem. Ille verò cùm in suum hortum descendisset, & in id quod est maius & prætiosius fructuum mutasset naturam, decerpit quidem ex horto myrrham inuentam cum suis aromatibus. Ab ipso enim esse si qui sit pulchrum ac honestum, in quocunque fuerit inuentum, sermo prædicanit propheticus. Pro pomis autem efficit vt arbores panem ferant mistum cum melle suo. Et sic explicetur Propheticum illud, quòd eius mel, & cætera pulchra ac bona, & vinum ab ipso sumitur contemperatum lacte eius. Ex ipso enim, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. ô beatos illos hortos, quorum plantas tales fructus producere testatum est, vt in omne genus nutrimenti, pro fruendi desiderio congruenter transformentur. Ei enim cui bonus odor sunt delitiæ, fit myrrha cum aromatibus, per terrenarum rerum commistionem significando per metaphoram purum & odoriferum vnguentum, contemperatum ex variis & diuersis virtutis aromatibus. Ei autem qui

Fruct⁹ horti ecclesia transformantur in omne genus nutrimenti.

A quærit nutrimentum perfectius fit panis, qui nó amplius commeditur cum lactucis agrestibus vt lex iubet: in eo enim quod adest, est fundaméntum, sed ex seipso mel efficit, quando in suo fauo est fructus virtutis & sensus animæ afficit dulcedine, cuius rei certum argumentum est panis qui post resurrectionem Domini apparuit Discipulis in fauo mellis conditus. Ei autē qui sitit fit crater vini & lactis, non spongia felle & aceto imbuta, quam hebræi suam ostendentes munificentiam per arundinem porrigunt benefactori. Omnino autem non ignoramus ænigmata eorú quæ dicta sunt: nempe quemadmodum arbor

Exod. 12.

Luc 24.

B myrrham ferens erat Paulus, qui quotidie moriebatur, & ipse sibi dabat responsum mortis, & per puritatem & diuinam vitæ institutionem aromatizans, fiebat quodammodo odor vitæ iis qui salui fiunt, quemadmodum animatæ horti plantæ Domino horti panem faciunt, & testatur qui sedet in sede sua, dicens: Esuriui, & dedistis mihi ad comedendum. Panis enim lætitiæ est benificentia, conditus melle præcepti: quemadmodum autem rursus, sponso potum præbent animatæ horti plantæ, quibus hoc dicit, Sitiui, & potum mihi dedistis. vinum lacte temperatú, non aqua vt mos est cauponum. Lac autem est

Paulus erat arbor myrrham ferens.

1. Cor. 15.

2. Cor. 2.

Matth. 25.

C primum nutrimentum humanæ naturæ purum & molle, & verè infantile & sine dolo, & expurgatum ab omni mala causa. Hæc cum verbú dixisset sponsæ, apponit propinquis mysteria Euangelii, dicens: *Comedite propinqui mei, & inebriamini fratres mei.* Apud eos enim qui sciunt mysticas voces euangelii, nulla est differentia eorum quæ hîc sunt verborum ab ea quæ illic exhibetur Discipulis mystagogia, nempe mysteriorum seu sacramentorum institutione. Nam similiter & illic & hîc dicit verbum, Comedite & bibite. Adhortatio autem ad ebrietatem quā hic fratribus fecit verbum, poterit videri mul-

Sacramentum eucharistia.

Mystagogia seu sacramentum eucharistia.

D tis, habere aliquid amplius quàm euángelium. Sed si hoc diligenter & accuratè fuerit examinatum, inuenietur consonare verbis euangelicis. Quod enim hic verbo iussit amicis, hoc reipsa fecit, quandoquidem omnis ebrietas solet efficere vt mens excedat à vino superata. Quod ergo hic adhortatur, hoc tunc quoque factum est per diuinum illum cibum & potum, & semper fit, simul conueniente cum cibo & potu mutatione & excessu à deterioribus ad ea quæ sunt meliora. Sic inebriantur, vt dicit Prophetia, qui bibunt ex vbertate domus, & potantur torrente deliciarum. Quo inebriatus aliquando fuit etiam

Cuiusmodi ebrietas est non solum in veteri testamento sed etiam in euangelio.

Cibus & potus Eucharistia quid efficiat.

Psal. 35.

E diuinus Dauid, vt qui cùm à se excessisset, & fuisset in ecstasi, vidit pulchritudinem quæ non cadit sub aspectum, insignémque & celebrem illam exclamauit vocem: Omnis homo mendax: orationum ineffabilium benè dispensans interpretationem. Sic inebriatus quoque fuit nouus noster Beniamin Paulus, quoniam fuit in ecstasi cum diceret: Siue enim excessimus Deo (ad illú enim erat excessus) siue sobrii sumus, vobis sicut cùm in iis quæ dicebat Aggrippæ, se non insanire enunciaret, sed loqui verba sobrietatis & iustitiæ. Noui etiam beatum Petrum in hoc genere ebrietatis, simul & propinantem & inebriantem. Priusquam enim corporale esset ei allatum

Dauid in ecstasi.

2. Cor. 5.

Petrus in ecstasi.

Act. 1.

latum nutrimentum, cùm esuriret & vellet gustare suis & parentibus mensam, fit ille diuina A & sobria visio, per quam ipse à seipso excedit, & euangelicum contemplatur linteum. quatuor initiis ab alto demitti in terram, omne genus hominum in se continens formatorum in formis innumerabilibus volucrum quadrupedum & reptilium bestiarum, pro multiplici variorum cultuum & superstitionum diuersitate. Ex quibus iubet Petro verbum vt id sacrificet quod est beluinum & expers rationis, vt eis purgatis, quod restat sit esculentum, quando traditur nudum verbum pietatis, cùm non semel dixerit vox diuina, Non esse malum quòd Deus purgauit. Hac facta prædicatione vt vna voce discamus Deum purgantem esse patrem, & in alia similiter Deũ purgantem vnigenitum esse Dei filium & in alia similiter, quòd quoduis immundum purgans deus est spiritus sanctus. Cùm ergo sit ex vino huiusmodi ebrietas, quam conuiuis apponit Dominus, per quam animæ fit excessus ad ea quæ sunt diuiniora. rectè iubet Dominus iis qui propè sunt per virtutes, non iis qui longè absunt. *Comedite propinqui mei & inebriamini.* Qui enim in-

1. Cor. 11. dignè comedit & bibit. iudiciũ sibi comedit & bibit. Rectè autem appellauit fratres eos qui digni sunt vt comedant. Nam qui facit voluntatẽ C patris, nominatur à verbo frater & mater & soror. Ebrietatem autem consequenter sequitur somnus, iis quorum per concoctionem digesta

Somnus sponsæ qualis sit post ebrietatem. fuerit ad bonam habitudinem ciborum facultas. Propterea post illud epulum sponsa tenetur somno. Est autem alienus quidem somnus, & à consuetudine naturali remotus. Nam in consueto quidem somno qui dormit non vigilat, & qui vigilat, nõ dormit: sed vtrumque in se inuicem desinit, nempe somnus & vigilia sibi inuicem succedendo sedantia, & vicissim ad vnumquemque accedentia. Hîc autem noua quædam & admirabilis mixtio & coitio cõtrariorum in ea cernitur. *Ego enim inquit dormio, & cor meum vigilat.* Quænam ergo est de his rebus accipienda sententia? Somnus est mortis similitudo. In eo enim

Somnus est mortis similitudo. soluitur omnis sentiens corporum operatio, cùm nec visus, nec auditus, nec odoratus, nec gustus, nec tactus, somni tempore suo fungatur munere, procreat etiam obliuionem solicitudinem & curarum quæ sunt in homine, sopit metum, & iram lenit, & eorum qui sunt acri & exacerbati animi remittit vehementiam, & efficit vt nullus sit omnium malorum sensus, quandiu dominatur corpori hoc ergo dicimus per ea quæ dicta sunt, quòd seipsa euasit excelsior, quæ sic magnificè gloriatur & dicit, *Ego dormio & cor meum vigilat.* Reuera enim quandiu sola anima in se viuit, à sensibus minimè perturbata, tanquam sub soporifero aliquo impedimento tenetur natura corporis, & verè dici potest quòd dormiat visus per cessationem ab opere, contemptui habitis illis spectaculis, quæ puerorum oculis solent afferre stuporem. Non ea inquam, sola quæ sunt naturæ terrestris, vt aurum & argentum, & gemmæ quæ pulchro aliquo colore oculorum mouent auiditatem, sed & miracula illa quæ mouentur in cælo, & stellarum splendores, & orbis Solis, multiplexque & varia lunæ forma, & si quid aliud affert voluptatem oculis, propterea- A quod nihil temerè moueatur, sed simul moueatur & circumagatur cum motione & mensura temporis. His omnibus despectis propter verorum bonorum contemplationem otiosus est oculus corporis, cùm ad nihil eorum quæ ab ipso ostenduntur perfectio attrahatur anima, propterea quòd cogitatione ea sola aspiciat quæ sunt superiora iis quæ videntur. Ita etiam mortuus est auditus & cessans ab operatione, cum in iis quæ sunt supra rationem occupetur anima. De sensibus autem magis beluinis non conuenit aliquid dicere, quòd scilicet tanquam morticinis quis- B piam fœtor ab anima sit abiectus, & naribus odores captans odoratus, & ventris tanquam Dei seruitio assidens gustus, & præterea tactus cui seruile & cæcum est sentiendi instrumentum quod quidem forte propter cæcos fecit natura. Quæ omnia cùm propter cessationem ab opere, tanquam somno aliquo sint victa & oppressa pura est cordis operatio, & rursum aspicit cogitatio, vt quæ à sensus motione sunt libera & minimè perturbata. Nam cùm in hominum natura duplex sit voluptas, altera quidem quæ exercetur *Duplex* in anima per impatibilitatem, altera vero per *voluptas* perturbationem animi in corpore, quam ex *in hominũ* ambabus liberum elegerit arbitrium, ea domi- *natura,* natur in alteram. Qui enim aspicit ad sensum, *nempe per* qui per se innatus est corpori, is tractus à volu- *impatibilitatem &* ptate, transibit expers gustus diuinæ lætitiæ. Qui- *per animi* bus autem desiderium ad Deum est propensum, *perturbationem.* iis obscuratur quidem oculus corporis propter boni appetitionem, & censetur esse fugiendum quicquid veluti quibusdam magicis carminibus delinit ac descipit sensum. Propterea anima quãdo delectatur sola eius quod est contemplatione ad nihil dicitur vigilare eorum quæ ad voluptatem fiunt per sensum sed omni sensu corporali exuta, nuda & pura mente, per diuinam vi- D giliam, Dei suscipit apparitionem. Quam nos quoque digni censeamur assequi per somnum prædictum rectè gerentem animæ vigiliam. In Christo Iesu, cui gloria in secula Amen.

IN CANTICA CANTICORVM HOMILIA Vndecima.


Ox patruelis mei pulsat ad ostium. Aperi mihi soror mea, propinqua mea, columba mea, perfecta mea: quoniam caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctis. Exui B *tunicam meam, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Patruelis meus misit manũ suam per foramen, & venter meus commotus est in ipsum.*

HOC est vnum ex magnis dei præceptis, per quæ mens discipulorum verbi, tanquã quodam puluere, à se excusso vniuerso quod in natura particeps materiæ, ad supernorum attollitur *Vigilare* desiderium. Hoc autem est oportere esse somno *oportet eos* potentiores eos qui ad vitam aspiciunt supernã *qui ad vi-* & mente perpetuo vigilare, velut quandam ani- *tam supernam aspi-* marum deceptricem & veritatis insidiatricem *ciunt.* expellentes dormitationem. Illum dico somnum

& dor-

& dormitationem, per quæ iis qui in vitæ errorum profundo immerguntur, finguntur hæc visa somnorum, nempe magistratus, diuitiæ fast⁹ prestigiæ voluptatum, gloriæ cupiditas, deliciis fruendi desiderium, ambitio, & quæcunque in hac vita iis qui sunt minus considerati frustrà vehementi studio appetuntur sunt effluentia cùm labente ac transeunte temporis natura suam habent essentiam in eo quòd esse videantur, vt quæ neque sunt quod existimantur, neque perpetuò permaneant in eo quod existimantur: sed simul & fieri videantur & pereant, instar fluctuum qui in aquis assurgũt in verticem, & ad tempus motu ventorum inflati, non habent firmam ac stabilem tumoris durationem, vt qui cùm breui momento temporis simul assurrexerint, rursus planam & æquabilem ostendant maris superficiem, vt qui simul cum flatu defecerit. Vt ergo procul sit mens nostra à visis eiusmodi, hunc somnũ iubet excuti ab oculis mentis, ne dum in ea quæ non sunt studium conferimus, excidamus ab iis quæ consistunt & verè sunt. Et ideo nos admonet vt vigilemus, dicens, Sint lumbi vestri succincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nam & lux apparens in oculis, ab eis expellit somnum: & lumbus accinctus efficit per lumbum vt corpus somnum non possit admittere, sensu laborum non admittente somni relaxationem. Quæ autem dicit planè sunt ea quæ significantur per ænigmata: nempe quòd qui est accinctus temperentia, in luce puræ conscientiæ lucerna vitam illustrat præsentem, per quam apparente veritate, anima manet insõnis, & deceptioni minimè obnoxia, vt quæ nullius horum falacium somniorum sit particeps. Vt autem congruenter verbi explicationi hoc rectè geratur, angelica nos excepit vita His enim nos assimilat diuinum præceptum, cùm dicit: Et vos similes hominibus expectantibus dominũ suum quando redeat à nuptijs, vt cùm venerit & pulsauerit, *ei* aperiant. Illi enim sunt qui domini expectant reditum à nuptiis, & cælestibus portis oculis assident vigilantibus, vt per eas rursus ingrediatur Rex gloriæ reuersus à nuptiis in super cælestem illam beatitudinem. Vnde congruenter ei quod canitur in psalmis, tanquam ex thalamo procedens sponsus, nos sibi despondit virginem per mysticam regenerationem, quæ idolis fuerat fornicata, ad incorruptionem virginalem ipsa reformata natura peractis iam nuptiis, & ecclesia à verbo desponsa: sicut dicit Ioannes: Qui habet sponsam, sponsus est: & ea admissa in thalamum mysteriorum ac sacramentorum, expectabant Angeli reditum Regis, reducta ecclesia ad beatitudinem quæ est secundum naturam. His ergo dixit oportere vitam nostram esse similem: vt sicut illi procul à vitio & errore vitam agentes, sunt parati ad aduentum Domini excipiendum: ita nos quoque assidentes vestibulis nostrorum domiciliorum, nos reddamus prõptos ad obediendum, quando adueniens pulsabit ostium. Beati enim, inquit, serui, quos cùm venerit dominus inueniet sic facientes. Quoniam ergo beatum est obedire pulsanti, ea de causa anima quæ perpetuò aspicit ad beatitudinẽ, suis bonis inuigilans, sentit sponsum stantem ad ostium, & dicit: *Vox patruelis mei pulsat ad ostium.* Quomodo posset quispiam pro dignitate considerare sponsæ ascensum ad ea quæ sunt diuiniora? Quæ cum tanta libertate ac fiducia durum illum boream à se amandauit, & lucidum spiritum ad se attraxit, quæ malorum punicarum paradisos per eos efficit, quorum poma erant aromata, quæ suum hortum mensam apposuit Domino creaturæ, cuius ex iis quæ fuerunt apposita nihil visum est reiciendum. sed quòd omnia essent pulchra ac bona datum est ei testimonium myrrha, aroma, panis cum melle, vinum cum lacte cui testimonium dedit ipsum Verbum, dicens: Tota pulchra es, & macula non est in te: ipsa nunc ita est affecta, vt quæ primò esset susceptura Dei apparitionem, & nondum admisisset verbum & introduxisset verbum quod stat pro forib⁹, admiratur vim vocis, propterea quòd vox sponsi non ipsum, sed ipsum tangat ostium. Dicit enim: *Vox patruelis mei pulsat ad ostium.* Vides quemadmodum est non definitus ac terminatus cursus iis qui ascendunt ad Deum: & quẽadmodum id quod semper comprehenditur, est principium superioris. Neque enim per ea quæ sibi dicta sunt speranimus fore vt ingressum sisteret ad excelsa. Quid enĩ amplius quæret quispiam, post testimonium de perfectione, videns eam intus manentem & extra fores nundum egressam, neque visionis facie ad faciem cepisse delectationem, sed adhuc duci per auditionem ad bonorum participationem? Hoc autem dogma dicimus per ea quæ dicta sunt, quòd iis qui ad maiora proficiunt, semper conuenit vox Apostoli, dicens: Si quis sibi videtur aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire. In iis enim quæ præcesserant tantum se cognouit anima quantum comprehẽdit. Sed quoniam quod nundum est comprehensum, est infinitis partib⁹ maius quàm quod est comprehensum, propterea animæ sæpius, apparuit spõsus & tanquã nõdum cõspectus fuisset eius oculis, voce sponsæ est pollicitus se ab ea videndum. Vt autem sit nobis sensus dilucidior, exempli causa addam quandã similitudinem. Quomodo enim si quis fuerit prope fontem, quem ex terra dicit ab initio ascendere scriptura, qui tantus est multitudine vt vniuersam terram circumeat, videns aquam illam infinitam, quæ ex eo omnino effluit & effunditur, non dixerit se totam vidisse aquam. Quemadmodum enim viderit quod est occultum in sinu terræ? adeò vt etiamsi diu maneat ad aquæ salientem, est semper in initio aquæ contemplationis. Non enim cessat aqua, & semper fluens & incipiens irrigare. Sic & qui ad illam diuinam & non aspectabilem aspicit pulchritudinem, quandoquidem quod semper inuenitur, recentius & admirabilius omnino cernitur quã id quod est iam comprehensum, miratur quidem id quod semper apparet, nundum autem desistit à desiderio videndi, propterea quòd quolibet quod cernitur sit diuinus & magnificentius id quod expectatur. Propterea ergo hic quoque sponsa semper admirans & stupens id quod cognoscitur. nunquam in iis quæ sunt cognita sistit desiderium eius quod venit in contemplationem. Quamobrem nunc quoque tanquam ad

Luc. 12.

Psal. 18.

Sponsus nos sibi despondit virginem per mysticam regenerationem.

Ioan. 3.

Luc. 10.

Qui ad maiora proficiunt semper suã agnoscunt ignorationem.

1. Cor. 8.

Simile

Gen. 2.

ad ostium pulsans sentit verbum, & ad auditum surgit & dicit. *Vox patruelis mei pulsat ad ostium.* Deinde cum auditioni dedisset quietem ac silentiũ, audit verbum sic voce resonans: *Aperi mihi soror mea, propinqua mea, columba mea, perfecta mea: quoniam caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctis.* Huius autem sensum sic comprehenderis cõtemplãdo. Magno Mosi per lucem cepit Dei apparitio: postea autem per nubem Deus cum eo loquitur. Deinde cùm iam fuisset sublimior & perfectior. Deum videt in caligine. Quod autem per hoc dicimus, est huiusmodi, Recessus à falsis & errantibus de Deo existimationibus est transitus ad lucem à tenebris. Propinquior autem occultiorum consideratio, per ea quæ cernuntur deducens animam ad naturam quæ non cadit sub aspectum, est veluti quædam nubes adumbrans quicquid cernitur, ad id autem aspiciendũ quod est absconsum animam deducens & assuefaciẽs.

Recessus à falsis de deo opinionibus, est transitus ad lucem, à tenebris.

Anima autem quæ per hæc procedit ad superna, qualibet re relicta quam humana potest assequi natura versatur in adytis Dei cognitionis, diuina caligine vndique intercepta: in qua quolibet quod cernitur & comprehenditur foris relictæ, animæ contemplationi solum restat id quod non inaspectabile & incomprehensibile in quo est Deus, quomodo dicit verbum de legislatore: Ingressus est Moses in caliginem vbi erat Deus. His autem sic à nobis consideratis, consideranda est etiam coniunctio & affinitas verborum quæ sunt nobis proposita cum iis quæ dicta sunt. Nempe quòd sponsa quidem esset nigra, id autem ostandit animam fuisse obtenebratam iis qui non erant illuminati, cum eam Sol despexisset, qui per tentationes vrit sementem quæ supra petram nullis nititur radicibus. Deinde quòd cum essent superati qui in ipso pugnauerunt vineam suam non custodierit. Quod enim seipsum ignorasset, pauerit greges hædorum pro ouibus, sed postquã à coniunctione cum malo se auelisset, & per mysticum illud osculum fonti lucis os admouere desiderasset. tunc fit pulchra, luce veritatis illustrata, & aqua abluto nigrore amentiæ. Deinde equo assimilatur propter eius ad cursum pernicitatem, & columbæ, propter celeritatem, Quamobrem cùm quicquid comprehenditur & cernitur tanquam equus percurrisset, & tanquam columba transuolasset, prius quidem cum desiderio quiescit in vmbra mali, malum pro nube nominans id quod adumbratur. Nunc autem à diuina nocte iam circumitur, in qua accedit quidem sponsus, sed nõ apparet. Quomodo eñ noctu apparuerit id quod non cernitur? sed præbet quidem animæ aliquem sui sẽsum, effugit autem euidentem mentis comprehensionem, vt qui operiatur natura quæ non cadit sub aspectũ. Quænam est autem mysterii introductio, quæ per hãc noctem inditur animæ? Ostium tangit verbum. Ostium autem intelligimus coniecturalem arcanorum cogitationem, per quam introducitur id quod quæritur. Stans ergo extra nostram naturam veritas. per cognitionem ex parte, sicut dicit Apostolus, mentis nostræ pulsat ostium in allegoriis & ænigmatibus, dicens, Aperi & cũ adhortatione suggerit quemadmodum oportet aperire ostium, veluti præbens quasdam claues

Anima quomodo ingrediatur ĩ adyta dei cognitionis.

Exod. 16.

Malum id est pomum.

Ostium est cõiecturalis arcanorum cognitio per quã introducitur id quod quæritur.

1. Cor. 13.

nempe pulchra hæc nomina per quæ aperitur id quod est clausum. Claues enim plane sunt horum nominum significationes, quæ occulta aperiunt, nempe soror & propinqua & columba & perfecta. Si vis eñ, inquit aperiri ostiũ, & attolli portas animæ vt rex ingrediatur oportet te meã fieri sororem, in eo quod animæ meæ voluntatẽ accipias, sicut dicit in Euãgelio eũ fieri fratrẽ suũ & sororem qui viuit in eius voluntate. Oportet autem appropinquare veritati, & adeò exactè esse propinquum, vt nullo intermedio disiungatur. Et habere in naturæ columba perfectiunẽ. hoc autem est, nulla in re deficere, & esse plenũ omni innocentia & puritate. Hæc nomina cùm veluti quasdam claues acceperis ô anima, per ea aperi ingressum veritatis. si fueris soror & propinqua & columba & perfecta. Ex eo autẽ quòd me admiseris & introduxeris, lucrifacies rorẽ ex capite meo quo sim plenus, & ex noctium guttis quæ defluit ex meis cincinnis. Ex his aũt rorẽ qui dẽ esse curationẽ à Propheta præclarè didicimus, qui dicit: Ros qui à te fluit est illis curatio. Noctis autẽ guttæ prius consideratam proximè sequuntur sententiam. Non potest enim fieri vt qui ingressus fuerit adyta eorum quæ vires humanas superant, nec cadunt sub contemplationem, deueniat ad imbrem aliquem aut torrentem cognitionis: sed præclarè cum eo agetur si quibusdam exilibus & obscuris sententiis cognitionẽ eius irroret veritas, per viros sanctos & diuinos defluente gutta rationis. Cincinnos enim qui pẽdent ab vniuersitatis capite, puto nominari prophetas & euangelistas & Apostolos. Quorum vnusquisque quantum capere potuit, hauriens ex obscuris, occultis, & inaspectabilibus thesauris, nobis quidem fiunt fluuii pleni aquis. Si rei autem spectetur veritas, sunt guttæ roris etiamsi restagnent multitudine & magnitudine doctrinæ. Cuiusmodi flumen erat Paulus, qui supra cælum assurgens vndis sententiatum, vsque ad paradisum, vsque ad verba arcana & ineffabilia, & per omnem eiusmodi docendi amplitudinem latè exundans, verbis rursus ostendit quòd hic sermo est instar guttæ roris, si conferatur cũ verbo quod est, cùm dicit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, &c: Si quis sibi videtur scire, nondum scit quomodo scire oporteat &: Ego meipsum nundum existimo comprehendisse. Si ergo humor roris, & gutta cincinnorum videntur esse flumina & maria & fluctus, si cum nostris conferantur viribus: quid est existimandum de illo fonte qui dixit: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat? Quilibet ex iis qui audiunt ex proportione eorum quæ dicta sunt, coniecturam sumat de miraculo. Nam si gutta sufficit ad generandum fluuium: quid reputendum est esse ipsum fluuium qui per hanc guttam efficitur? Videamus autem quemadmodum sponsa obedit verbo. Sponso aperit aditum. *Exui inquit, meam tunicam, quomodo induam eam. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos?* Rectè audiuit eum qui iussit ipsam fieri & propinquam & columbam perfectam, vt per eam ad animam introducatur veritas, Fecit quæ audiuit, vt quæ exuerit pelliceam illam tunicam quam induit post peccatum, & à pedibus abluerit terrenas illas sordes quibus erat

Esse christi fratrẽ, & sororem quid sit.

Quid sit columba habere perfectionem.

Exigua cognitio potest haberi eorum quæ vires humanas superant, nec cadunt sub contemplationem.

1. Cor. 13.

1. Cor. 8

Phil. 3.

Ioan. 7.

innolnta, vt quæ à vita quam degerat in paradiso reuersa esset in terram: quoniam audiuit, terra es, & io terram reuerteris. Propterea aperuit verbo ad animam diducto cordis velo, hoc est caroe. Carnem cùm dico, veterem hominem intelligo, quē vt exuant ac deponant hortatur diuinus ille Apostolus omnes quos verbi lauachro sunt abluturi sordes pedum animæ. Veteri ergo exuto homine & ablato cordis inuolucro, verbo aperuit aditum, quod ingressa indumentum sibi facit anima conuenienter expositioni Apostoli, qui iubet exuto pannoso hominis indumento, induere nouam tuoicam, quæ secundum Deū est creata in sanctitate & iustitia. Iesum autem dicit indumentum. Sponsæ autem professio quòd quā exuit nō sit rursus acceptura tunicam, sed coorenta sit vna tunica, congruenter legi datæ Discipulis quā per regenerationem renouata induit anima cōfirmat conuenienter ei quod dixit verbum, non oportere eos qui semel diuino sanguine sūt ornati, peccati tunicam induere, sed vnam solam innocētiæ, ne duas contrarias inter se inuicem coniunctas habeat tunicas. Quæ est enim societas obscuræ & tenebricosæ tunicæ cum luminosa & experte materiæ? Noo solum autem lex hoc iubet, nō oportere habere duas tunicas, sed nec nouum pannū veteri vestimento assuere: ne eius qui hoc induit maior fit deformitas ac turpitudo, cū neque maneat id quod est assutū, & veteris sit figura deterior, adeò vt ex eo aperta sit deformitas. Propterea dicit. *Exui tunicā, quomodo induā eam?* Quis cùm vel ipso Sole clariorē Domini aspexerit tunicam contextā per puritatē & incorruptionē, qualem ostēdit in transfiguratione in mōte mendicorum vestē pannosam lubenter induerit cuiusmodi est fornicatoris sicut dicit prouerbiū. Sed nec rursus admittit pedes qui gradiātur in passibus terrenæ cogitationis. *Laui enim, inquit, pedes meos, quomodo in quinabo eos?* Neque enim Moses cùm iussu diuino liberasset pedes à mortuo pellinm indumento, quando terram ascendit sanctam & illuminatam narratus est rursus pedes induisse calceis: neque quādo vestem sacerdotalē, cōgruērer figuræ quæ ostensa fuit in mōte, assabre est fabricatus, auri & purpuræ & byssi & hyacinthi & cocci in textura contēperatis splendoribus, vt refulgeret pulchritudo cōmista ex omnib', vllū ornamētū fabricat' est pedib': sed sacerdotalis pedis erat ornamentū esse oudū & liberū ab omni indumēto. Oportet enī sacerdotē sēper ingredi super terrā, super quā nō fas est ingredi cū pellib' mortuis. Et ideo Dñs quoque discipulis interdicit calceos, quando eos iubet nō ire io viā gentiū, sed ad terrā sanctā accedere. Sanctā autē viā omnino non intelligit, per quā iubētur currere Discipuli qui non didicit ab eo qui dixit: Ego sum via, quā non licet rangere eum qui hominis mortui non soluit indumentum. Quia igitur hanc viam ingressa est sponsa, in qua ambulantibus pedes aqua Dominus abluit, & extergit linteo, quo cinctus est: (& est omnino Domini cingulum, vis quidam purificans à peccatis. Sic enim præscriptum est: Dominus vim quandam induit, eaque se cinxit) idcirco pedes abluta, semet in via regia custodit, neque ad dextram, neque ad læuam deflectens; ne alterutram ad partem exorbitans, luto pedem

Quid sit exuere veterem hominem. — *Eph. 4.* — *Vnam tantum debet habere tunicam qui eam induit in baptismo nempe innocentiæ.* — *Matth. 10.* — *Marc. 2.* — *Exod. 3.* — *Moses cur exuit calceos ingressurus terrā sanctam.* — *Cur dominus discipulis interdixerit calceos,* Matth. 10. Ioan. 14. — *Psal. 62.*

suum inquinet. Intelligis autem quid per hæc significetur nimirum animam quæ semel per baptismum calceos solnerit, (est enim hoc metsantis sese proprium, vt calceorum corrigias soluat: quemadmodum Ioannes protestabatur, nō posse se in hoc solo domino facere. Nam qui soluisset eius corrigiam, qui prorsus à corrigia peccati constrictus noo tenebatur:) eam igitur abluisse pedes & vna cum calceamentis omnes terrenas sordes abiecisse. Itaque seruat in via serata pedes suos in pollutos, sicut & Dauid faciebat, cùm abluta illuuie cæni pedes suos in saxo collocaret, atque his verbis vteretur: Reduxit me de lacu miseriæ, de que illuuie cænosa, & pedes meos supra saxum statuit, gressusque meos direxit. Per saxum autem hoc Dominum ipsum intelligimus, qui & lux est & veritas, & immortalitas & iustitia: quibus rebus via spiritualis quasi quadā incrustatione sternitur. Ab his si neutram quis in partem deflectat is plantas suas puras conseruat, nusquam à voluptatis cæno pollutus Hæc sunt, (meo quidem videre) per quæ à spōsa verbo ostium aperitur. Etenim ipsa illa confessio, qua pollicetur nō amplius resumpturam se tunicam illam reiectam, neque incedendo in hac vita terrenam inquinationem admissuram: aditus est animæ hoc modo comparatæ ad sanctificationem. Sanctificatio autem est ipse Dominus. Atque hic est illorum verborum sensus. Rursus autem secundum hoc vlterius ascendere conatur anima, non iam amplius voce cordis ostium pulsante: sed ipsa manu diuina per foramē ad interiora penetrante. *Patruelis meus inquit misit manum suam per foramen, & venter meus commotus est in ipsum.* Perspicere autem quiuis omnino potest, qui prudenter hæc audit, quanto sublimiora sunt hæc prioribus. Cùm verbum ad sponsam ait, *Aperi:* Largitur ei facultatē aperiendi per diuinos sēsus. Obtemperat verbo spōsa fit enī hoc, quod audit: soror, vicina, columba, perfecta. Exiuit pelliceā illam tunicam, sordes pedum abluit, ac neque fœdū illud lacerūmque vestimētum ampli' induit, neque de cætero in terra figit vestigia audiuit eius vocē, & paret precepto aperit ostiū, & ablato cordis operculo, deduxit velū ostii, id est cordis, aperta fuit tota animæ porta vt ingrederetur Rex gloriæ. Sed patens portæ latitudo ostēsa est paruum quoddā & angustū ac breue foramen, per quod non ipse sponsus, sed eius manus vix adeò processit vt per ipsū ingressa sit, & videndi sponsi tetigerit desideriū quo vix tantum lucri fecit, vt cognosceret quod illa sit inan' desiderati. Cuiusmodi autem nobis ostenduntur dogmata, didicerimus per eam quæ est in his philosophiam, si in contextu verborum parum fuero immoratus. Anima humana est in confinio duarū naturarū, quarū altera quidē est incorporea & intelligens & in quam non cadit interitus: altera verè corporea & materialis & expers rationis. Cum primum autem purgata ab ea quæ est ad crassam & terrenam vitam habitudine, aspicit ad id quod est cognatum & diuinum, nō cessat perscrutari & inquirere eorum quæ sunt principium, quodnam sit initium pulchritudinis rerum, vndenam emanet vis ac facultas, quid sit à quo deriuetur sapiētia quæ in iis q sūt cernitur, & quæ mouet oēs disputationes omnémque

Psal. 39. — *Anima humana est in confinio duarum naturarum quarum altera incorporea & intelligens altera vero corporea materialis & expers rationis.*

vim perſcrutādi, quæque curioſe laborat in cōprehendendo eo quod queritur, & in faciendo terminum Dei comprehenſionis ſolam operationē quæ ad nos vſque deſcendit: per cuius vitam nos ſentimus: & quomodo ſpiritus qui cū aqua ſimul emittitur ex terra non manet in profundo lacus, ſed bulla factus ſurſum excurrit ad id quod eſt ſibi cognatione coniunctum: & cùm peruaſerit vſque ad ſummam aquæ ſuperficiem, tunc deſinit ſurſum moueri: tale quid etiam vſuuenit animæ diuina perſcrutanti, poſtquam à rebus inferioribus ſe extendit ad ſupernarum rerum cognitionem, vt pote. quæ cùm comprehenderit miracula eius operationis vlterius curioſè ſcrutando deſinit progredi: ſed ipſum admiratur & contēplatur, qui per ea quæ operatur cognoſcitur. Videt cæleſtem pulchritudinem. Luminariū ſplendorem, celerem, poli circumactionem ordinatā & numeroſam: aſtrorum ambitus qui orbem annum quatuor temporibus in ſe conuertunt: terrām quæ ſimul afficitur cum eo quod ambit, & cum differentia motus supernorum ſyderum ſimul etiam mutat operationes, & multiplices naturas animantium, & terreſtrium, & quæ in aquis degunt, & quibus motus ceſsit in aëre. Hæc omnia, & omnia plantarum genera, & herbas varias qualitate & virtute & figura à ſe inuicem differentes, fructuumque & ſaporum proprietates, & quæ per ea quæ operantur à ſe inuicem diſtincta oſtenduntur aſpiciens anima per miraculum eorum quæ apparent, mente verſat & conſiderat eū qui intelligitur per opera, quod fortè ſit in futuro ſeculo quando quicquid videtur præterierit conuenienter voci domini: Cœlum & terra

Matth.24.

tranſibunt, mea autem verba non tranſibunt: & ad illam vitam tranſierimus, quæ & viſum ſuperat & auditum & cogitationem Tunc non amplius ex parte per opera boni cognoſcemus naturam, ſicut nunc: neque per operationem eorū quæ cernuntur intelligetur id quod ſupereminet: ſed aliter omnino comprehēdetur, ineffabilis genus beatitudinis, & alia eius fruendæ ratio, cuius non eſt nunc ea natura vt aſcendat in cor hominis. Tunc ceſſabit qui nunc eſt terminus animæ ipſius cognitionis, quæ in iis quæ ſūt apparet operatio, quam tropicè manum dici intelleximus. Hoc ergo nobis dogma philoſophicè eſt traditum per hæc diuina eloquia, per quæ pura anima, & non amplius ingrediens in vita terrena & materiali, ne ſua inquinet veſtigia in rebus inſiſtens inferioribus, expectans fore vt totū exciperet ſponſum domum ingreſſū, præclarè ſecū agi exiſtimauit, ſi ſolam tunc manum aſpexiſſet, per quam intelligitur virtus eius operans. *Patruelis meus, inquit, miſit manum ſuam per foramen.* Non enim ſuſtinet humanæ naturæ inopia vt eum capiat qui eſt infinitus & incomprehenſibilis. *Venter autem meus, inquit, cōmotus eſt in ipſum.* Nomen illud commotionis ſignificat quendam ſtuporem & admirationem ob miraculum quod apparuit. Vniuerſa enim eius cogitandi & intelligendi facultas commota eſt ad miraculum eorū quæ per manum diuinam aguntur, quorum conſideratio humanæ ſubiecta naturæ, per ſe interpretatur cōprehendi & capi nō poſſe naturam eius qui operatur. Nam vniuerſa eorum quæ ſunt creatura eſt

Natura humana non capit enim qui eſt infinitus.

opus manus illius quæ apparuit per foramen, vt Ioannes clamat in euangelio, & Propheta loquitur. Nam ille quidem dicit: Omnia per ipſum facta ſunt. Propheta autem nominat manum efficientem eorum quæ ſunt virtutem, dicēs: Manus mea fecit hæc omnia. Si ergo opera illius operationis, & alia omnia, & cæleſtem pulchritudinem nondum comprehendit inquirēs hominis intelligentia, quid ſit homo eſſētia, vel Sol, vel aliquid ex iis quæ in creatione apparent miraculis. Ea de cauſa cor diuinā aſpicit operationē, aſpicit, inquā Quod ſi eā nōpoteſt cōprehendere, quēadmodū cōprehendet eā quæ eſt illis ſuperior naturā: Forte autem etiam alius quiſpiam in aliam ſententiā acceptis eorum quæ dicta ſunt ænigmatibus non abeo q̄ eſt veriſimile remotā faciet cōtēplationē.

Vniuerſa creatura dicitur eſſe opus manus Domini.

Io.1.

Eſa.48.66

Arbitror enim per ſpōſæ domum intelligi totā vitā humanā. Et conductricem illam rerū omnium manū quaſi peregrinatione ſuſcepta in hominum vitā exilē ac nullius momenti, ſeipſā velut arctius contraxiſſe, idque in eo quòd per omnia naturæ noſtræ particeps fieret, excepto peccato. Itaque poſteaquā ad nos acceſſerit, conſternationē quādam & admirationē rei nouæ in animis excitaſſe quî fiat vt Deus in carne manifeſtò conſpiciatur, quî verbū illud fiat caro: quî partus in virginitatē virginitas in matrē cadere poſsit: quî cū tenebris lux miſceatur, cū morte vita tēperetur: quî puſillū vitæ foramē poſsit continentē vniuerſū huc manum capere, quæ cælum omne metitur, terrā omnem & omnē aquam cōplectitur. Quare conſentaneum eſt euangelij gratiam per manus ænigma nobis à ſpōſa quaſi vaticinante ſignificari. Quo enim tēpore conſpectus in terra Dn̄s, & inter homines verſatus eſt: puritatē & pulchritudinē ſpōſi expertē rerum craſſarum, itemque verbi diuinitatem & veri luminis ſplendorem per manum illam effectionum agnouimus. Manū enim intelligimus vim miraculorum perfectricem, qua mortuis vita donabatur, oculi cæcorum reſtituebantur in integrum, lepræ morbus fugabatur, omne genus incurabilis ac grauis ægritudinis ſolius imperii vi corporibus excedebat. Atque hac duplici manus interpretatione in medium propoſita, quarū altera ſtatuit naturā diuinā prorſus incompræhenſilem & nulla cum re comparabilem, ex effectione ſola cognoſci: altera euangelii gratiam per hæc verba longè ante prædici à ſponſa tradit: auditoris iudicio permittemus vtrā veluti magis conuenientem & aptam propoſito loco, præferre alteri velit. Vtrumque tamen animis vtilius exiſtimatum fuerit, ſaltem alterutro ad bonum commodè manu quaſi ducamur. Nā ſi animaduertemus, illud quod ſciri de Deo poteſt, quemadmodum Paulus loquitur, per mūdi creationem intellectum perſpici: curioſitatem indagandi res incomprænhenſiles fugiemus, ne ſi ratione naturali tractemus naturam illam, quam vel aſſequi vel effari nequimus, materies hæreſi contra veritatem ſuppeditetur. Sin ad euangelium ſpectare hoc de manu ænigma ſtatuemus: etiam hoc modo firmior nobis arcanorum dogmatum fides erit, tollente dubitationem omnem eo ipſo quod hæc multo antè prædicātur idque in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria & imperium ſæculis infinitis. Amen.

Hactenus excurrebat Herueti exemplar: quæ verò ſequuntur, ſunt ex translatione Ioan. Leuuenclaij.

Alia manus interpretatio.

IN CANTICVM CANTICORVM HOMILIA Duodecima.

Surrexi equidem, vt aperiam cognato meo. Manus meæ stillarunt myrrham, digiti mei myrrham vberem. Adhibitis manibus claustro, aperui equidem cognato meo. Præteriit cognatus meus. Anima mea egressa est ad sermonem eius. Quæsiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non audiit me. Offenderunt me custodes, qui in vrbe circumeunt. Percusserunt me, vulnerauerunt me, abstulerunt peplum à me custodes murorum.

QVi trans mare peregrinationem opum parandarum spe suscipiunt, cùm iam nauim è portu in altum prouehunt, & in mare per gubernacula proram conuertit is, qui ad clauum sedet: votum faciunt, quasi quoddam præmium nauigationis, ac petunt vti Dens ipsis Dux sit ad nauigationem felicem ac prosperam. Adeoque voti totius summa est, vt ventus lenis & idoneus nauigationi in velum incidat ad eum gubernatoris scopum, qui in puppi consistit. Is autem ventus si ex ipsorum voto eis adspiret, & mare iucundum sit ipsis, fluctibus placidis sese leniter erigẽs, neque pelagi amplitudo quidquam adfert molestiæ, cùm magna facilitate nauis in ipsis vndis quasi volet, & opes oculis obuersantur, quas ex mercatura sperant, iam ipsa nauigationis prosperitate etiam antequam periculum factum sit, magnam rerum copiam policente. Quo autem respiciens hoc vtar exordio, intelligere auditores arbitror, quotquot pro perspicuitate ingenii sui quid propositum nobis sit vident. Etenim ingens mare considerationis diuinorum verborum nobis propositum est, & amplæ hac ex nauigatione cognitionis opes sperãtur: & animata nauis hæc, nimirum ecclesia nostra, toto eius collecto corpore, quasi prouecta in altum ad enarrationis nostræ veluti nauigationem intenta est. Verum oratio nostra, quæ proretæ officio fungitur, non prius clauum in manus sumit, quàm vniuersè totum nauis huius corpus votum Deo faciat, vt is adspiret, nobis sacris spiritus vim, cogitationumque fluctus moueat, ac per hos orationem nostram quasi prospera nauigatione quadam vtentem rectà deducat: vt hoc modo in altum per contẽplationẽ prouecti, cognitionis opes veluti merces quasdam comparemus, si sorte per vestras preces vt orationi nostræ flatus ille sacer secundus sit, impetretur. Esto autem orationis initium ipsa profectorum à spiritu diuino verborũ commemoratio, quæ quidem prorsus hæc sunt. *Surrexi equidem, vt aperirem cognato meo. Manus meæ stillarunt myrrham digiti mei myrrham vberem.* Nõ posse autem alia ratione fieri, vt viuum verbum sit in nobis, purus inquam ille & incorporeus sponsus, qui per immortalitatem ac sanctitatem sibi animam copulat, nisi quis necando membra sua terrena, carnis cortinam sustulerit, atque ita verbo ostium aperuerit, per quod animam ingrediatur: id verò manifestum est non modò ex diuinis Apostoli dogmatis, sed etiam ex iis, quæ hîc à sponsa dicuntur. Surrexi, ait, vt aperirem cognato meo, idque efficiundo ex manibus

A meis myrrhæ fontes, è quibus hoc aroma profluat, & declarando digitos meos integros non nisi myrrham esse. Nam his verbis modum indicat, quo aperiatur ostium sponso. Surrexi propterea quòd sepulta cum eo fuerim per baptismum in mortem. Nam enim resurrectio quidquam efficacitatis habuisset, nisi mortificatio voluntaria præcessisset. Voluntarii autem indicium est stillicidium illud myrrhæ fluentis ex ipsius manibus, & quòd hoc aromate digiti eius abundare dicãtur. Non enim aliunde myrrham in manum ipsius ait peruenire. Nam si res ita se haberet, existimandum esset, aliunde ortum, & quidem ipsa inB uita ei accidisse, quod per myrrham significatur. Nimirum manus ipsas inquit (& manuum appellatione motus animi, qui actionum effectores sunt, denotat) ex sese stillasse myrrham, quo significare voluit ex certo animi iudicio institutam corporearum adfectionum extinctionem, quam omnibus in digitis fuisse vberem ait: digitorũ appellatione intelligens singulas eorum species, quæ in cultu virtutis diuerse à nobis instituuntur. Ita vt horum omnium quæ dicuntur hîc, sensus quidem sit huiusmodi. Accepi vim resurrectionis ex eo, quòd mẽbra mea terrena mortua rediderim, eamque membrorum C mortificationem sponte mea instituerim, non ab alio myrrha mihi in manus data: sed defluente illa certo animi mei arbitratu, ita vt in omnibus meis virtuti consentaneis conatibus (quos digitos vocauit) hæc animi adfectio copiosè conspiciatur. Etenim videre est eos qui non perfectè virtutem colunt, vni quidem illos animi morbo mortuos essé, sed in ceteris viuere: quemadmodũ videmus nonnullos intemperantiam, verbi gratia, in seipsis quasi morte multare: sed magno studio superbiam alere, vel aliud quoddam vitium, animo perniciosum: verbi gratia, cupiditatem opum, vel iracundiam, vel ambitionem, vel quid D aliud eiusce generis, quod dum adhuc malè viuit in animo, fieri non potest vt quis digitos suos myrrha refertos ostendat. Non enim tum elucet in omnibus studiis & actionibus extinctio mali, & quædam ab eo velut abalienatio. At cũ digiti omnes huiusmodi myrrha repleti sunt tũ verò & surgit anima, & aditum sponso patefacit. Propterea forsan & magnus ille Paulus rectè intellecta Domini voce ait, fieri non posse vt spica proueniat, nisi prius morte granum dissoluatur. Quibus in verbis hanc ecclesiæ doctrinam tradit, oportere nimirum ante vitam præcedere mortem, quòd ceteroqui fieri nequeE at, vt vita sit in homine, nisi per mortem ingrediatur. Nam cùm natura sit duplex in nobis, altera subtilis, intelligendi vi prædita, leuis: altera crassa terrea materie cõstans, grauis: omnino necesse est in harum vtraque impetum peculiaré & abhorrentem ab altera esse Nã quod intelligentiæ vim habet ac leue est, peculiariter ita cõparatum est, vt sursũ tẽdat: quod verò graue est, deque materie crassa constat, semper deorsũ vergit ac mouetur. Quare cũ à natura sic cõparata sint, vt motus contrarios habeant: fieri nequit vt rectè habeat alterum, nisi alterius naturalis motus langueat. Stans autem medio inter vtraque loco facultas illa in nobis libera & animi electio, tam firmi-

Qui ostium sponso aperiatur.

Quid manus.

Quid digiti.

Resurrectionis vis.

Quando surgat anima.

1. Cor. 15.

Duplex in homine natura.

tatem ac robur langoenti, quàm prævalescẽti debilitatem indit. Nam cuicui tandem parti sese adiunxerit, illi adversus alteram victoriam largitur. Sic in Euangelio laudatur fidelis ac prudens ille rei familiaris administrator, qui quidem est (vt equidem statuo) animi nostri electio, quæ præclarè in nobis cum imperio præest. Laudatur enim, quòd beri sui familiam alat, idque necando adversantia. Nam illorum interitus alimentum est & sanitas meliorem. Contra vituperatur ignauus ille seruus, qui propterea quòd cum temulentis versetur, verberibus Dei familiam contumeliosè adficit. Nã vere virtus vapulat, cũ vinia florent. Quapropter rectè facturi sumus, si verbũ B illud vatis imitati, matutinam nobis horam constituemus ad interficiendũ omnes peccatores terræ, & ad tollendũ è ciuitate Dei (quæ ciuitas anima est) oẽs ratiocinationes designãtes iniquitatẽ quorum interitus meliorum vita est. Itaque hoc modo per mortem viuimus, cùm ea quæ sunt in nobis (quemadmodũ Propheta loquitur) partim occidit verbum, partim viuificat, sicut ipse inquit: Ego interficiam, & viuificabo. Quo pacto Paulus etiã mortuus viuebat, imbecillus vires habebat, vinctus cursum perficiebat, paupertate pressus diues erat nihil cùm haberet habebat omnia semper mortificationem Iesu in corpore suo circungestabat, & semper vitam eius in se declarabat. Enimuerò ad id, quod propositum nobis est, reuertamur: nimirum animam per mortem è morte resurgere. Nam si non moriatur, semper manet mortua, neque vitæ capax est. At moriendo vitam consequitur, omni mortalitate deposita. Atque hæc nobis doctrina ex dicto hîc proposito confirmatur, cũ sic loquatur sponsa: *Surrexi equidem, vt aperirem cognato meo. Manus meæ stilarunt myrrham digiti mei myrrham vberem.* Et myrrham mortis esse symbolum, nemo dubitarit eorum, qui sacris in literis versati sunt. Qui ergo mors ex morte nos suscitat, de eo requirere quosdam orationem luculentiorem arbitror. Itaque nos id exponemus, prout à nobis præstari poterit: ordine que in hac tractatione, progrediemur. Omnia quæ Deus cõdiderit, valdè præclara esse, commentarius de Ortu mundi testatur. Ex reliquo autem rerum valde præclararum numero etiam homo erat: vel potius is longè supra cætera pulchritudine ornatus erat. Quid enim aliud esse tã pulchrum possit, quam est nulla fœdatæ labe pulchritudinis similitudo? Iam sit omnia fuere præclara valdè, atque inter cetera omnia, vel potius supra omnia homo: haud dubiè mors in homine non erat. Nec enim præclarum quiddã fuisset homo, si tristem illum mortis characterem habuisset. Enimuero cùm æternæ vitæ simulacrum & similitudo esset, reuera pulcher erat, ac valde quidem pulcher, hilari vitæ charactere cohonestat⁹. Quin & paradisus ille diuinus ei per arborum feracitatem vitam proferebat, & mandatum Dei vitæ lex erat, quæ non moriturum hominem pe... licebatur. Erat autem medio in paradiso lignum illud, quod vitæ ferax erat: quidquid tandem de eo statuendum est ligno, cuius fructus existit vita. Itidẽ lignũ letiferũ, cui⁹ fructus simul & bonus & malus fuisse pronũciatur, medio in paradiso erat. At enim fieri nequit, vt in loco maximè medio li

Psal. 100.

Qui per mortẽ viuamus.

Deuter. 32.

2. Cor. 12.

Mors initio nulla in homine.

In medio paradisi qui duo fuisse dicantur simul.

gois duob⁹ spatiũ fuerit. Nã vtrũ tãdẽ cõcedam⁹ mediũ obtinuisse, alterũ necessariò de eodẽ loco excluditur. Etenim ad ea, quæ rẽ aliquã ambiũt, accurat⁹ medii situs ille intelligitur, cũ æqualibus ab omni parte interuallis ab extremo abest. Quare si vnũ in circulo mediũ accuratè statuatur, fieri nulla ratione potest, vt eodẽ manẽte circulo cẽtra duo locũ in medio reperiant. Nã si præter id centrũ, quod semel statutũ est aliud statuatur, necesse est cũ eo circulũ etiã alium statui, atque ita prius illud centrum è medio excluditur ambitu circuli centrũ illud alterũ circumcribẽte. At enim medio in paradiso tã hoc quã illud fuisse dicitur: quamquã esset in vtroque vis planè cõtraria, in ligno, inquã, viuifico, & altero cuius fructus mors erat, quod peccatũ appellauit, cũ ait. Fructus peccati mors. Hoc igitur animaduertendũ est ex hac tota cõmentatione, vitã in plãtatione Dei loco sitam fuisse maximè medio: mortẽ verò minimè plãtatam fuisse, neque radices egisse, neque locum vsquã peculiarem habuisse: sed per priuationẽ vitæ cõseri, com vita prædiri participes esse boni desinunt. Quãobrem cũ medio diuinas inter plantas loco vita sit, de cuius ruina mortis natura existit: iccirco is qui doctrinã hãc per quadã velut ænigmata tradidit, etiã lignũ illud letiferũ esse in medio paradisi ait, cuius fructũ habere vim quãdam ex cõtrariis mistã cõmemorat Nã idẽ & bonũ & malũ esse definit, peccati (vt equidẽ opinor) naturam obscurè nobis describens. Nã quia voluptas quædã in omnibus, quæ improbè geruntur, omnino præcedit, neque reperiri peccatũ vllũ potest à voluptate seiunctũ, siue quid per iracundiã, siue libidinem designetur: ea de causa fructus hic etiã pulcher appellatur, quippe quid deprauato iudicio talis esse videatur iis, qui bonum in voluptate ponũt, sed deinde malus ex amara sibi digestione reperitur, secundum illud libri Prouerbiorũ verbum, quo dicitur mel de labiis maltriæ distilla re, quæ quidem ad tempus humectet guttur, sed deinceps felle amarior inueniatur iis, qui malè dulcedinẽ illã percipiunt. Itaque postquã homo à fertili omnis generis bonorum copia discessit, ac fructu interitum adferente per inobediẽtiam saturatus est: (cui fructui nomen est peccatum letiferum) statim præstantiorem vitam quod attinet, morte multatus est: rationis experte ac bruta com diminiore vita commutata. Et quia semel immiscuerat se mors naturæ nostræ, vna cum ipsis eorum qui procreabantur successionibus mortalitas penetrauit. Quo factum vt vita nos exciperet mortua, ipsa quodam modo vita nostra mortẽ perempta. Nam haud dubiè vita nostra mortua, est, cũ immortalitate spoliata sit. Itaque inter hasce duas vitas medio quasi degit loco, qui inter duas viuere cognoscitur: vt perempta priore, labiis experti victoriam tribuat. Quemadmodum igitur homo dum veræ vitæ moritur, in mortuam hanc vitam incidit: ita cùm huic mortuæ brutæque vitæ moritur vicissim æternam viuentium vitæ restituitur. Quo fit, vt extra omnem dubitationem positum sit, non posse nos beatam illam vitam consequi, nisi peccato moriamur. Ea de causa traditum argutè est, eodem loco in medio paradiso lignum vtrumque esse: quòd alterũ ibi à natura sit, alterũ ad id

Quid medium.

Rom. 6.

Peccatum omne mystum voluptate aliqua.

Prou. 5.

Vita hæc nostra mortua.

ad id quod prius existit, per priuationem accedat
Nam iudidem, & ibidem per fruitionem & pri-
uationem, fit commutatio vitæ ac mortis: cùm
qui mortu⁹ est bono, viuit malo: & qui mortuus
est ĩ vitiositate, ad virtutẽ reuiuiscit. Quapropter
pulchre sponsa manus suas myrrha plenas osten-
dit, cùm vitiis omnibus mortua surgat, vt verbo
aditum in se patefaciat. Et verbum quod intro-
mittit, ipsa vita est. Tantam verò ad sublimitatem
in iis, quæ considerauimus, euecta anima, quæ
ad Deum spectat: nondum tamen, vti Paulus lo
quitur, ita cognouit quemadmodum oportet,
neque se percepisse arbitratur: sed adhuc ad supe-
riora currit, enitendo ad ea, quæ ante, se habet.
Hoc enim vt de ipsa statuamus, verborum dein-
ceps sequentium series monet. *Adhibitis (inquit) manibus claustro, aperui equidem cognato meo. Addit etiam Præterit cognatus meus. Anima mea egressa est ad sermonem eius.* Quibus nos docet, vnum esse mo-
dum percipiendi potestatem illam excedentem
omnem mentem, nimirum non subsistere in iis
quæ perceperis: sed potius nequaquam quiesce-
re semper inquirentem aliquid amplius eo, quod
semel comprehenderis. Etenim quæ myrrha ple-
na facta est, omnibusque vitæ studiis (quæ figu-
ratè digitos vocat) mortificatum in se malum in-
dicat, spontaneum virtutis cultum, ea ipsa re de-
monstrat, quòd ex se manus ipsius myrrham de-
stillant: hæc igitur attigisse manus suas claustrum
ait, hoc est, opera sua propè accessisse ad an-
gustum illum & strictum aditum: cuius clauem
verbum ipsum tradit eis, qui Petro similes sunt.
Aperit autem sibi regni ostium per hæc duo ni-
mirum per manus, quæ operum significationem
habent: & per claustrum fidei. Nam per hæc duo
per fidẽ, inquã & opera clauis regni nobis para-
tur. Cũ ergo speraret ad exemplũ Mosis faciẽ de-
siderati sic manifestandã sibi, vt eã agnoscere pos
set: tũ vero perceptionẽ eius præterit is qui quæ-
rebatur, Ait enim: Præterit cognatus meus non
ille quidẽ relicta desertaque sequẽte ipsũ anima:
sed ad seipsũ attractus. Anima mea, inquit, egressa
est ad sermonẽ eius. O felicẽ illã egressionẽ, quã
Psal. 120. egreditur anima sermonẽ sequuta. Dominus cu-
stodiet ingressum tuũ & egressionẽ, tuam, inquit
vates quidã. Nimirũ reuera hæc illa est, que di-
gnis à Deo custoditur, egressio pariter & ingres-
sio. Nam egressio ex eo, in quo sumus, ingressio
Quid egressio. est ad bona supra nos posita. Hãc igitur egressio-
nem egressa est aĩa, verbũ vsa duce, ꝙ dixit: Ego
sũ & via & ostiũ, si quis per me ingredietur is &
Ioan. 10. ingreditur & egredietur: ita vt nunquã nec ingre
diũdi, nec egrediundi finẽ faciat, sed sẽper profici
undo superiora ingrediatur, & extra percepta pro
cedat. Sic olim Mosẽ quoque facies illa Dñi de
Quid præteritio dei. siderata præteriit, sic eiusdẽ legislatoris anima sẽ-
per extra id progrediebatur, in quo erat, sequẽdo
verbum præcedẽs. Quis enim ignorat gradus illos,
Mosis profectus. quos cõscendit Moses, qui sẽper maior reddeba-
tur & nunquã proficiundi amplius finẽ faciebat?
Maior factus est initio, cũ Aegyptiorũ regno su-
blimius opprobriũ Christi duceret: ac Dei cũ po
pulo adfligi mallet, quã tẽporariã peccati fruitio-
nẽ habere. Rursũ maior factus est, cũ Ægyptio He
bræum superãte, hominem alienũ à natione sua
morte mulctat, Israëlicũ pro pugnans. Et intelligis
omnino incremẽti modũ his, cõsiderata figuratè
A historia. Rursũ maior seipso fit, cũ lõgo tempore
per commentationem in solitudine vitam homi-
nibus ignotam ageret. Deinde ab igne, qui erat
in rubo, illustratur. Secundũ hoc præter lucis ra-
dios oculis perceptos etiam auditus ipsius fulgo-
re quodã perfunditur. Ad hæc pedes suos cadaue
roso tegumento denudat: baculo dracones Aegy
ptios absumit: nationem suam Pharaonis tyran
nide liberat: per nubem suorum ductor est: diui-
dit mare: tyrannidem demergit: Merrham dul-
cem reddit: saxum mollit: angelorum cibo sa-
turatur: audit tubas: audacter montem arden-
B tem conscendit: in verticem peruenit: nubem su
bit: caliginem intrat, in qua Deus erat: fœdus ac-
cipit: fit sol, dum fulgens è vultu lumen emittit,
ad quod accedere propius nemo posset. Et qui
tandem aliquis omnes ipsius adscẽsus, variasque
Dei patefactiones verbis enumeret? Nihilomin⁹
vir tantus ac talis, qui tãtis rebus interfuerat, & vs-
que adeò in sublime ad Deum penetrauerat, insa-
tiabiliter ampliora concupiscit, ac suppliciter pe-
tit, vt Deum facie possit intueri, Atqui iam antè
traditum erat, factam ei fuisse copiam conuersa-
tionis cũ Deo de facie ad faciem. Nihilominus *Moses deũ*
neque id quòd colloqueretur cum Deo quasi a- *cõspicere*
C micus cum amico: neque quòd familiariter cum *desiderat.*
eo cõuersaretur, inhibere cupiditatem eius pote-
rat, vt vlteriora non expeteret. Si gratiam, inquit,
inuenit coram te, patefacito mihi teipsum ita, vt
agnoscere te possim. Et is qui gratiam hanc ipsi *Exod. 33.*
facturum se policetur, vti rogatus erat: (cùm qui-
dem diceret, Noui te supra omnes) præterit eum
diuino loco in petra, manu diuina tectũ: ita vt vix
post trãsitum posteriora Dei cõspiceret. Quibus *Quid sit*
verbis, vt equidẽ arbitror, docemur: eũ qui vide- *Dei poste-*
re Deũ cupiat, desideriũ cõpotẽ fieri sẽper sequen *riora vide-*
do. Et diuinæ faciei contẽplatio est ad Deũ nun- *re.*
quã interrupta progressio, quæ tũ demum nobis
D præclare succedit, cũ verbũ à tergo sequimur. Sic
igitur nũc etiã posteaquã anima per mortẽ surre-
xit, posteaquã myrrha repleta est, posteaquã per
opera manus admouit claustro, seque intromissu-
rã desideratũ sperauit: tũ demũ ille quidẽ præte-
rit, hæc verò egreditur, nõ amplius manẽs in iis,
in quibus erat: sed verbũ sequẽs, ad vlteriora du-
cẽs. Quæ autẽ sequuntur verba, magis etiã cõfir-
mãt cõsideratã à nobis hactenus sententiã: nõ co-
gnosci naturæ diuinæ magnitudinẽ in percipiẽ-
do, sed ĩ eo ꝙ omnẽ imaginationẽ ac vĩ, qua quid
cõprehenditur prætereat. Nã quæ extra naturam
suã egressa iã animo est, ne ab vlla re cõsueta im-
B pediatur in cognitione rerũ sub oculos nõ caden
tiũ: neque inquirẽdi hoc, quod non inueniebat,
finẽ facit, neque vocare desiuit, quod cetero qui
neminis efferri voce potest. Sic enim ait: *Quæsiui eũ, & nõ inueni eũ.* Nam quo pacto inueniri posset, ꝙ
nullæ res nobis cognitæ ostẽdere possunt: nõ for
ma, nõ color. nõ circũscriptio, nõ quantitas, nõ lo
cus figura, non cõiectura, non adsimilatio, nõ pro-
portio: sed quod semper extra omnẽ perceptio-
nis viam positum, cõpræhensionẽ peruestigatum
planè fugit. Propterea inquit: Quæsiui eum per
animi facultates eas, quæ inueniendi vi præditæ
sunt, per ratiocinationes & cogitationes: at extra
hæc omnia positus erat accessum mentis pro-

piorem effugiés. Qui verò semper reperitur omni nota carere, de qua possit agnosci: quo pacto a queat is per indicationem aliquam vocum percipi? Hanc ob causam excogitat vim vocabulorum omnis generis, ad explicationé boni illius ineffabilis: sed enim omnis vis orationis, qua quid effertur, inferior est, & minimè veritatem æquare conuincitur. Iccirco ait: *Vocaui quidem quantum potui*, excogitando voces quibus ineffabilis illa beatitas commonstraretur. At ille maior erat, quam qui per has significationes indicari posset. Facit hoc sæpenumero etiam magnus ille Dauid, infinitis nominibus numen diuinum compellans, ac nihilominus veritatem se non adsequi fatetur. B Tu, inquit, Deus es, miserator, longanimus, multæ misericordiæ, verax, tu robur, firmamentum, refugium, vis, adiutor, opitulator, cornu salutis, aliaque talia. Rursum Dauid idem fatetur nomé eius in tota terra notum non esse, sed tantùm esse in admiratione. Quàm admirabile, ait, nomen

Psal. 8. tuum est per vniuersam terram. Sic etiam ad Manoen inquit is, qui vaticinium ei de filio edebat, quum interrogatus de nomine, respódet: Id quidem est admirabile mihi, ac sublimius quàm cuius esse capax auris humana possit. Propterea hîc etiam anima vocat verbum quantum potest, nec C potest tantum quantum vult quippe quæ plus velit, quàm possit, immo ne tantum quidam velle potest, quantum velle vult: ideoque tantú vult, quantum toto animi studio velle potest. Itaque cum is qui vocat, adsequi studio suo vocatú non possit: iccirco dicitur, Vocaui eum, & non audiit me. Quæ autem porrò his adiicit sponsa, quamquam primo velut intuitu tristiorem quamdam indicationem habeant: mea tamen sententia eundem ad scopum spectare, & habere significationem adscensus ad sublimiora videntur. At enim *Offenderunt me custodes qui in vrbe circumeunt. Percusserunt me, vulnerauerunt me, abstulerunt peplum à me custodes murorum.* Videbútur hæc fortasse nónullis D esse lugentis potius verba, quàm eius quæ læta sit præsertim illa, Percusserunt me, vulnerauerunt me, abstulerunt peplum. Verum si quis accuratè consideret eorum, quæ dicuntur, mentem: potius suas voces gloriosè iactitantis sese ob res pulcherrimas. Id autem hoc quodam modo perspicuum nobis erit. Paulo antè testimonium spósæ perhibetur, quòd immunis sit ab omni velamine, cùm in eius persona dicitur: Exui tunicá meam quomodo induam illam. Hîc rursum ait ipsa, ademptum sibi esse peplú siue *Theristrú*. Quo vocabulo pallium sponsale significatur, quod vnà cum capite faciem quoque obuelat, quemadmo- E dum est in historia de Rebecca. Qui ergo nuda-

Quid theristron. ta vestimentis omnibus peplú adhuc habet, quod ei nunc custodes ciuitatis adimunt? Numná forte de verbis hisce perspicitur, quantum ab eo tépore rursum in sublime pergendo profecerit? Ná ea quæ iam antè tunicam veterem exuerat, & ab omni pallio immunis erat, vsque adeò seipsa fit purior: vt ad priora cóparata hac recenti puritate nó exuisse antehac palliú videatur: sed rursus inueniat post nudationé illá, quod deponat. Sic adscésus ad sublimitaté illam diuiná semper aliquid ostendit rei crassæ, præter id quod quouis tépore deprehenditur. Idcirco tunicæ illius prioris adé-

a ptio, collata cú preséti puritate, rursú & ipsa quasi quoddá velamentú tollitur ab illis, qui eá reperiunt. Sunt auté ii custodes, in vrbe circumeuntes, Quid ciuitas. (& vrbs hæc anima est) qui verberádo ac vulnerando peplum adimunt, & quibus hoc datú negotii, vt ciuitatis muros custodiant. Enimuerò ademptionem pepli bonum quiddam esse, vt oculus liberatus à velamine pulchritudinem desideratam absque impedimento intueatur: nemo dubitabit, qui ad Apostolum respiciet. Is enim ad vim spiritus refert velaminis ademptionem, cùm ait. Vbi verò cor conuersum fuerit ad Dominum tollitur velamen. Dominus autem spiritus ille est. 2. Cor. 3.

B Neque verò dubitari potest, ab iis, qui rerum seriem & consequentiam intueri norunt, etiam id quod ad bonum præparat, omnino bonum esse. Quare si velaminis ademptio bonum quiddam est, omnino etiam tum verberationem, tum vulnus in bonis ponem⁹, quod per ea fiat ademptio. Sed quia sensu primú obuio insuaue quiddam de verbis his elucet, (etenim vox illa, Percusserút ac vulnerarunt me: dolenter proferri videtur) rectè De verbis percutere ac vulnerare. facturi sumus, si primum huiusmodi verborum in sacris litteris vsú obseruauerimus, nú fortè ac de re bona vsurpata reperiantur: atque ita deinde vim eorum quæ dicuntur hîc, cósiderauerimus.

C Quo pacto sapientia de morte iuuenis animam liberet quid faciendum consulat vt ne morte pereat iuuenis, ex ipsamet audiam⁹. Si virga, inquit Prou. 23. percusseris eum, non morietur. Nam tu quidem virga eum cædes, verum animam eius morti eripies. Quare videtur vox Percutiendi hoc loco notare immortalitatem, cùm dicatur: Si percusseris eum virga, non morietur. Item quòd subiiciatur, aliter animam eius de morte liberari non posse, quam si virga cædatur. Itaque de his verbis demonstratum, bonum esse cædi cum reuera bonum sit, animam morte liberari. Sic & Deú agere vates ait, occidédo viuificanté, & per-

D cutiédo sananté. Ego, inquit interficiá & viuificabo: percutiá, & rursú ipse sanabo. Propterea ma- Deuter. 32. gnus etiá Dauid ille nó vulnus, sed cósolationé oriri de huiusmodi virga dixit, cú ait: Virga tua & bacul⁹ tuus cósolata sút me. Et quidé per hæc mésam sibi diuiná parari tradit, itéque alia quæcum- Psal. 22. que Psalmus ille secundú hæc recésfet: verbi gratia oleú in capite: merú in poculo, quod ebrietaté illá sobriam efficiat, misericordia pulchrè ipsum prosequés: longa in domo Dei ita. Quod si hæc dulcis illa verberatio suppeditat, quéadmodú & Prouerbiorú liber, & vates hæc docét nimirú virga cædi bonú est, quæ tátorú bonorú fertilitaté

E & copiá cótineat. Enimuero rectè fecerimus, si etiam id quod ante hæc verba omissú à nobis est, inquiremus. Præterit spósá verbú sic, vt illa tátopere desiderás ipsú nó tamé præbédendo consequuta sit præterit autem, nó vt deserat præteritá sed vt magis eam ad sese attrahat. Sic em ipsamet ait. *Anima mea egressa est ad sermoné eius.* Primú igitur illo de loco egreditur anima, in quo erat, atque ita inuenitur ab iis: qui vrbé custodiunt. Hæc em verba sequútur: *Offederút me custodes, qui in vrbe circumeunt.* Quòd si ergo vel inferni pericula eam inuenissent, vel ab latronibus inuentam diceret: grauis profectò casus is foret. Nam fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. At si custo-

des

Ioan.10. des ea inuenitur, qui in vrbe circumeunt: omnino talem ob inuentionem beata prædicari deber. Nam qui à custode repertus est, à latronibus subduci furtim nequit. Quinam igitur illi custodes sunt? *Qui sint custodes.* quinam alij, quã ministri eius, qui custodit Israëlem? qui excubãdo manum suam dexteram tegit? cui anima omni à malo custodienda credita est? qui & ingressus & egressionis est custos? Is nimirum est vrbis ille custos, de quo dicitur: Nisi Dominus ciuitatem custodiat, frustra vigilat is, qui custodit. Quamobrem spiritus illi ministratores, qui ad ministerium mittuntur propter eos, qui
Psal.126. salutis hæredes futuri sunt: hi ergo per custodes in his verbis denotantur, qui in ciuitate circumire dicuntur. Ciuitas autem illa, quemadmodum indicauimus, anima est, domicilium illud Dei. Ab his igitur inuenta est anima, sicut aliquando à pastore bonu reperta illa ouis est, ob quam inuentam greges vniuersi tn pudiando ad lætitiam pariter commotæ sunt quemadmodum ipse Dominus ait. Sic per lucernam aliquando & drachma reperta est, ob quam lætantur amici ac vicini omnes. Sic etiã seruus ille Dei Dauid reperitur, quẽ
Psal.88. admodum Psalmus in persona Dei loquitur: Inueni Dauidem seruum meum, oleo meo sacro inunxi eum. Postcaquàm verò is in bonis illius esse cepit, qui eum repererat: audiamus qualia consequatur. manus, inquit, mea fetet ipsi opẽ, & brachium meum robur addet ei. Nihil in eo proficiet hostis, & filius iniquitatis non amplius adijget ipsum, Aduersarios eius à facie ipsius concidam, & conuertam in fugam illos, qui odio ipsum persequuntur. Quibus adde cætera, quæcũque benè precantis ille catalogus continet. Quãobrem bonum est offendi ab angeiis, qui ciuitatẽ in anima sitam circumeunt. Sic sentit enns magnus ille Dauid iubet, cùm ait: Castra metabitur angelus Domini vndique circum timentes eum, & liberabit illos. Quæ igitur ait, se verberatam à
Psal.33. custodibus: gloriatur se in profectu ad altiora nonnihil accessionis consequutam. Quod autem vulneratã se quoque cõmemorat, in eo declatat ictũ diuinæ virgæ ad ima penetrasse. Nõ extrema velut in superficie virgæ illius spiritualis efficaciatẽ ab ea perceptã, vt ictus vestigiũ agnosci nullum possit: sed plagam hanc ob vulnus insignem conspici, propter quam ipsam se sponsa iactat. Est autem huiusmodi quædam in his sententia. Virga illa diuina, & baculus consolationis, quæ per
Quid virga & baculus. ipsam verberationem efficaciter sanat, spiritus est: cuius fructus cùm alia quædam sunt bona, quæcumque Paulus commemorauit, tum inter hæc ipsa temperantia, magistra vitæ virtuti consentaneæ. Sic enim Paulus ipse, huiusmodi plagis notatus verbero, exultans ob hæc vulnera inquit: Stigmata Christi meo in corpore circũfero. Quibus verbis indicare voluit imbecillitatem in omni malo suam, per quam Christi vis in virtute per-
2.Cor.4. ficitur. Videmus igitur ex illis, quæ diximus, etiã præclarum hoc vulnus esse, per quod sponsæ peplum ademptum sit: ita vt iam animæ pulcritudo sit reuelata, non amplius offundente illi caliginem amictu. Enimuero repetamus hæc rursum, summatim eorũ q̃ dicta sunt, collecta sententia. Anima illa quæ Deum metuit, & semel pulcritudinem intecitui nulli subiectam desiderare cepit, semper receti quadam supra nos positi boni cupiditate accenditur, nulla satietate desiderium hoc hebetante. Propterea semper ad anteriora contendens, numquam desinit inde prodire, vbi est: & ad interiora penetrare, vbi nec dũ fuit. Eadẽ quidquid quouis et tempore admirãdum ac magnum offertur, inferius vlteriori esse statuit: adeoque pulcrius omnino esse prius percepto, quod semper inuenitur. Quemadmodum & Paulus quotidie moriebatur, ex quo semper ad nouam quamdam vitam contendebat, mortuus vitæ præteritæ, ac eorum quæ iam confecerat, obliuiscens. Eam ob caussam & sponsa, quæ ad sponsum cũ sit contendit, quietem à profectu ad maiora nullam inuenit. Efficitur ex ore suo paradisos malorum punicorum, qui aromatis fluat: Cibum parat creatorum Domino, suis eum fructibus excipiens. Hortos in modum fontium ex sese destillat. Fit puteus aquæ viuæ. Tota pulcra & repræhensiõis expers ipsius Verbi testimonio declaratur. Rursum altius his euecta, Verbũ magnificentius accedent animaduertit, cuius esset caput rore plenum, & cincinni guttas nocturnas continerent. Abluit pedes, tunicam exuit, myrrhã è manibus destillat. Admouet claustro man°, aditum patefacit quærit eum, qui non comprahendi ut. Vocat illum, qui vocari non potest. offenditur à custodibus. Virgam verberantem sponte sua recipit. Imitatur saxum illud de quo vates ait: Percussit saxũ, & aquæ profluxerunt. Viden, quãtam ad sublimitatem sponsa peruenerit? Eam nimirum ob caussam percussa, velut à Mose rupes illa feriebatur, vt ad similitudinem illius & ipsa verbum Dei de vulnere imbris instar effusum, p *Psal.77.*
sitientibus quasi quamdam scaturiginem emittat. Secundũ hæc ostendit denudatam faciei venustatem, posteaquàm ei peplum custodes ademerunt. Hæc sunt, quæ de hoc loco percipi à nobis potuerunt. Nemini autem inuidebimus, si ab eo qui abscondita mysteria reuelat, contemplationem horum maiori eum animorum vtilitate coniunctam consequetur. Fortassis etiam dixerit aliquis, Esaiæ vatis visionem ad fine quid habere *Esaiæ visio* cum verbis hîc nobis ppositis. Illam dico visionẽ cùm mortuo rege lepra infecto, vidisse ait sese quemdam in sublimi & eleuato solio magnificè in oculis omnium sedentem: cuius & figuræ, & formæ, & magnitudinis perspiciendæ capax non fuerit. Omnino enim hæc prodidisset, si quidem fuisset eorum capax: sicut in cæteris enã, quæ cõspexit, fecit: dum alas enumerat, & statum volatumque commemorat. Saltem se vocem quamdam audisse dicit, summatumque loco fuisse limen superius per concentum hymnorum Seraphim, & fumo domum completam, ignitumque carbonem ab vno ex Seraphim in os vatis iniectum fuisse: quo facto, non modò labia, sed etiam autes ipsius ad recipienda verba purgarētur. Ni- *Collatio*
mirum vt hîc percussam se sponsa dicit, ac vulne- *loci*
ratam à custodibus, eoque pacto nudatam pepli *Esaiæ cum*
amictu: sic ibi pepli quidem loco limen superius *hoc.*
tollitur, vt contemplari absque impedimēto quæ in adytis essent, posset: pro custodibus vero, Seraphim fit mentio: pro virga, carbonis: pro verbere, vstionis. Cæterum finis & in sponsæ, & in vatis animo idem est nimirũ puritas Quapropter

vii vates per carbonem vstus dolorem nullũ sentit sed ampliorem gloriam illustratus consequitur: sic etiam hoc loco sponso non de vllo ex vulnere dolore queritur, sed audacter etiam liberèque propter ademptionem velaminis, quod hîc peplum appellatur, sese iactat. Etiam alius quidã sensus ex verbis hisce potest elici, minimè ab iis q̃ considerauimus hactenus, abhorrens. Etenim anima egressa ad sermonem eius, & quærẽs illum qui non reperitur, vocans eum qui nulla indicatione vocum comprehendi potest: à custodibus docetur, adamari ab ea quod consequi nequeat, & experi quod sub perceptionem nõ cadat. Quo fit, vt illa quodam modo propter desperationem consequẽdi quod desiderarat, verberetur ac vulneribus adficiatur: arbitrata cupiditatem hanc fine suo excidere, neque se bono illo potiri posse. Verùm admirur hoc ei mœroris peplum, dum discit veram desiderati fruitionem esse, semper in quærendo proficere, neque vnquam in progressu cessare: semper ea cupiditate, cui quouis tempore satisfit, aliam cupiditatem sublimiorum gignẽte. Postquàm hoc modo desperationis peplum sibi ademit, infinitamque ac nullis descriptã terminis dilecti venustatem vidit, quæ per omnem sæculorum æternitatem semper maior ac maior esse deprehenditur: vehementiori desiderio inflammatur, animique sui adfectionem per filias Hierusalem dilecto significat, nimirum quòd electo Dei telo intra se recepto per fidei cuspidem, vulnerata corde sit, iaculatione dilectiõis nequaquam frustranea. Deus autem dilectio est, quemadmodum Ioannes ait: quem decet gloria & imperium infinitis sæculis. Amen.

Alia enarratio.

IN CANTICVM CANTICOrum homilia XIII.



Vreiurando adstrinxi vos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac viribus agri: si inueneritis cognatum meum, quin renunciabitis ei: quòd à dilectione vulnerata sim ego. Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres: quid cognatus tuus à cognato differt, quòd ita iureiurando nos adstrinxeris? Cognatus meus est candidus ac rubicundus, electus ex decem millibus. Caput eius, aurum Cephaz: cincinni eius abietes, nigri tamquam coruus. Oculi eius sicut columbæ, ad aquarum copias: ablutæ lacte, sedentes iuxta copias aquarum.

IS qui per Mosen quidem Legis initia sanciuit, per se verò impleuit vniuersam legem & prophetas, quemadmodum ait in Euangelio: Nõ veni ad dissoluendam legem, sed implendam: qui ira sublata cædem etiam aboleuit, & vnà cum cupiditate adulteriũ quoque sustulit: hic igitur ejicit etiam è vita exsecranda periuria, dum per iuramẽti prohibitionem otio quasi falcem adstrinxit. Nequit enim fieri, vt iuramẽtum quis nõ seruet, si iuramentum nullum sit. Propterea inquit: Audistis dictum fuisse priscis illis, Non peierabis, sed reddes Domino iuramenta tua. Ego verò dico vobis, ne iuretis omnino: neque per cælũ, quia soliũ Dei est: neque per Hierosolyma, quia vrbs est magni regis: neque per caput tuum iurabis,

Matth. 5.

De iuramenti prohibitione.

Matth. 5.

quia non potes capillum album aut nigrum facere. Esto autem sermo vester, Etiam, etiã: & Nõ, non. quod autem supra hæc abundat, ex diabolo est. At anima, cui Canticum hoc eximium perfectionis testimonium tribuit, cui cordis velamen est ademptum in depositione tunicæ veteris, quæ peplum faciem tegens abiecit, per quod intelligimus omnem cogitationem dubitãtem quasique palpitantem, ita vt iam purè ac sine dubitatione veritatem intueatur: hæc igitur iureiurando filias Hierusalem adstringit, neque per solium diuinũ, quod cælum esse dicitur: neque per Dei regiam, quæ Hierosolyma vocatur: neque per venerandum illud caput, cuius capilli nec albi, nec nigri fieri possunt: sed ad agrum iuramentum suũ trãsfert, per vires eius iuuenculis iusiurandum deferens, cùm ait: *Iureiurando adstrinxi vos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac viribus agri.* Enimuerò illam, cui perhibitũ est testimonium, quòd tota sit pulcra, & omni labe careat, nihil superuacaneum proferre (quod quidem diaboli est) sed ex Deo loqui à quo (de sententia Michææ vatis) exsistit, si quid bonum, si quid pulcrum est, ac præter hæc nihil: perspicere quiuis potest, qui ex testimonio Domini edoctus est, quibus hæc sponsa rebus excellat. Etenim cum omittat omnes prohibitas iuramenti species, neque per vrbem regiam, neque per magni regis solium hasce iuuenculas adstringat: (ex quo discimus, quantum abesse à nobis debeat, vt audacter abutamur in iuramẽtis Deo: cùm neque solij, neque ciuitatis illius mẽtionem in iureiurãdo faciundi copia nobis fiat) cùm pareat item venerando capiti, quod deinceps vt aureũ depingit, cuius capilli nec albi, nec nigri sint: (qui enim vel denigrari possit aurũ, vel albo colore obduci?) omnino tale iusiurandum virginibus hisce proponit, quod neque cum euangelica lege pugnet, & laudis materiem præstãtibus ipsum suppeditet, queadmodum vates ait: Laudabitur omnis, qui iurat per eum. Quo fit adeò, vt eorum, quæ hic dicuntur, sententia non careat illo gemino, quo veritatem comprobari lex euãgelica vult: cùm inquit, Esto autem sermo vester, Etiam, etiam: & Non, non. Quare si prohibetur in iuramentis, ne absumatur solium regis, & ciuitas in qua regia est, & verum illud caput: saltem verò conceditur, vsurpandum Etiam, & Non, in quorum vtroque veritas ex æquo per Etiam cõspiciatur, manifestum est hîc quoque delatum à sponsa iuuenculis iusiurandũ in adhibendo versari, vbi confirmari ad sensum animi nostri oportet. Verba sunt huiusmodi: *Iureiurando adstrinxi filiæ Hierusalem, in potestatibus ac viribus agri: si inueneritis cognatum meum, quid renunciabitis ei? quòd à dilectione vulnerata sim ego.* Atque hæc considerata sunt à nobis etiam superius, prout sententiarum series nobis suggerebat. Nihilominus etiam modò, quod inuenimus, indicare breuiter libet. Ait Apostolus iusiurandum esse quiddam quod mutari nequeat, quodque per se veritatem cõfirmet, & omnis adeò controuersiæ finis sit, ad confirmandum ea, quæ cogitauerimus. Quamobrem sponsa iusiurandum virginibus defert, vt quidquid dicturæ sint rarum planè ferueant. Quia verò iuramentum omne per maius aliquid cõcipitur, quemadmodum ait Apostolus, quippe quòd nemo per

Psal. 62.

Matth. 5.

Quid iuramentum.

Hebr. 6.

Qui concipiatur.

mo per id quod se indignius sit, iusiurãdum præstet, iccirco nobis erit considerandum, quid'nam sit illud maius, per quod iuuenculis à sponsa iuramentum defertur. *Iureiurando*, inquit, *adstrinxi vos filiæ Hierusalem, in potestatibus ac viribus agri.* Quid in his continetur, quod supra nos positum sit? Nam per agrum significatione figurata mundum intelligi, non dubitamus, cùm hac voce Dominus & appellet & interpretetur mũdum. Quænã sunt igitur multæ illæ potestates & vires mũdi iuramento huic adhibitæ, quas existimare debeamus nobis maiores esse, vt iusiurandum per maiores quàm nos simus conceptum, ad confirmãdam veritatem robur accipiat? B Equidem necessarium arbitror, vt ad declarationem loci propositi aliam conuersionem hæc verba interpretantem apponamus, quæ quidem est huiusmodi, Iureiurando adstrinxi vos filiæ Hierusalem, per capreas & per hinnulos agri. Per q̃ vocabula docemur, in quo tum robur mundi huius, tum vis sua sit: q̃ quidem ad confirmationem veritatis in iuramento adhibentur. Duæ sunt omnino res, quæ res hominem cum Deo coniungunt. Eorum alterum est, opinio non errans in eo quod reuera existit, ita vt per cogitationes erroneas quis ad ethnicas & hæreticas de Dei natura sententias non exorbitet. Atque hoc reuera est illud Etiam. C Alterum est raciocinatio pura, quæ omnem vitiosam animi adfectionem velut eliminat: quod ipsum quoque ab hoc Etiam non est separatum. Itaque duplicis huius bonorum habitus (quorum alter facit vt id quod reuera existit intueamur, alter abigit animi morbos & vitia, quibus ille corrumpitur) vim nobis quasi per quædam signa caprearum & hinnulorum mentio declarat. Nam ex his altera sine errore cernit, alter vim comedendi & absumendi quasdam bestias habet. Hoc igitur Etiam sponsa virginibus proponit, nimirum religiose numen diuinum intuendum esse, ac purè vitam hanc sine vitiis quasi transcurrendam: q̃ D si præstẽtur stabilitur in nobis illud Etiam, quod mutari nequit. Nam hoc est iusiurandum illud, quod veritati fidem adstruit, & quod si quis in Deo præstet, laudatur, quemadmodum vates ait. Verè enim is, qui in duobus hisce certitudinẽ sibi comparat, nimirum in verbo fidei, vt sine errore veritatem adspiciat, & in ratione viuendi, si ab omni prauitatis inquinatione purus sit, is igitur verè iurat Domino, non se adscensurum in lectulum sibi stratum, neque somnum oculis suis concessurum, vel nictationem palpebris: donec in se locum Domino repererit, factus tabernaculum eius in ipso habitantis. E Quãobrem si nos quoque supernæ illius Hierusalem filij sumus, audiamus sponsam magistram, quî desideratus cerni possit. Quid igitur inquit? si hoc iureiurando nosmet adstrinxerim⁹, futuros nos in potestatib⁹ caprearum acri præditarum visu, & in viribus ceruorũ qui malum abolent, tum verò licebit purum illũ sponsum cernere, qui dilectionem eiaculatur, tũ licebit animæ cuiusuis ad eum dicere, Vulnerata sum à dilectione. Bona verò dilectionis esse vulnera, etiam Prouerbiorum è libro didicimus, qui ait: Optabilia sunt amici vulnera, hostis autẽ oscula mala sunt. Qui'nam verò sit amicus ille, cuius vulnera sint osculis hostilib⁹ potiora, perspicuum cuiusuis est, salutis mysteria nõ ignoranti. A Etenim verus ac certus amicus est is, qui nos etiã hostes redditos diligere nõ desiit: hostis autẽ immanis & cum quo nulla coiri amicitia potest, nobis ille est, qui nulla re à nobis læs⁹ morti nos subiecit. Vulnus esse putabant illi primùm cõditi homines interdictum de vitando malo, quod Dei mandato continebatur. Etenim vulnerationem esse opinabantur, abigi se à re iucunda, osculum verò, exhortationem ad id quod esset suaue, adspectuque pulcrum. Verùm experientia demonstrauit, quod ea quæ existimarentur esse vulnera profecta ab amico, longè tum vtiliora tum optabiliora osculis hostis essent. B Quia igitur probauit dilectionem suam nobis præclarus ille procus animarum nostrarum, qua Christus adductus etiã tum cùm adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est, iccirco sponsa vicissim amore incensa erga illum, qui ipsam dilexerat, demonstrat iaceus in se dilectionis telum imo in pectore, hoc est, diuinitatis ipsius communicationem. Nam Deus est dilectio, quemadmodum diximus, quæ per fidei cuspidem in cor penetrat. Quod si etiã teli huius nomen indicandum est, quod didicimus à Paulo dicemus, nimirum hoc telum esse fidem per dilectionem efficaciter se declarantem. C Enimuerò hæc ita se habeant, vti cuique videbitur. Nunc videamus & illam interrogationem, quam virgines magistræ suæ proponũt. *Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres: quid cognatus tuus à cognato differt, quòd ita iureiurãdo nos adstrinxeris?* Ea verba talem mihi continere sensum videntur, quemadmodum ex ipsa rerum iam inquisitarum serie coniicere licet. Quia videre virgines præclaram illã animæ, quæ sponsa est, egressionẽ, cũ verbo se adiungeret his verbis vsa, Egressa est anima mea ad sermonẽ eius, quia item cognouerunt quod egressa quæsierit illum, qui per signa nequit inueniri, ac vocauerit eum, D qui nominum appellationibus non adhibet aurem, iccirco iam quærunt hoc quodãmodo, Quẽ nos agnoscem⁹ eum, qui nullo signo reperiri potest, vnde agnoscatur, quippe cùm vocatus non audiat, & quæsitus nõ compræhendatur? Adime nostris etiam oculis vela, quod tibi custodes ciuitatis fecerunt, vt quamdam quasi manuductionẽ ad id, quod quærimus, cõsequamur. Dicito quid sit cognatus tuus, quatenus rerum in natura existit. Commonstrato nobis viam cognitionis eius per argumenta quædam, de quibus agnosci possit, ô tu quæ pulcra factà es inter mulieres propterea, quod illo bono repleta sis. E Indicato nobis quod quærimus. Doceto nos per quæ signa reperiatur is, qui non cernitur, vt significemus ipsi de dilectionis telo, quo per medium cor vulnerata es, augescente desiderio tuo propter iucundum hunc dolorem. Fuerit autem melius, rursus de verbo ad verbum hoc dictum repetere, vt exposita modo sententia verbis ipsis accommodetur. *Quid differt cognatus tuus à cognato, ô formosa inter mulieres, quid cognatus tuus à cognato differt, quod ita iureiurando nos adstrinxeris?* Hinc iam audiamus eã cui velum faciei prorsus ademptum est, quæque aperto animi oculo veritatem intuetur: quo pacto describat eis quod quærebant, quî depingat ad viuum oratione sua characterem desiderati, quî

Alia verborum versio, ex editione quinta hexapli Origenis.

Psal. 131.

Prou. 27.

Verus hostis & verus amicus hominum.

In christo quiddam creatum, quidam increatum.

tari, quî sub aspectum statuat virginibus eum, quem ignorabant. Quid enim in Christo quiddam creatum est, quiddam increatum: & increatum vocamus illud ipsum, quod æternum est, ac sæculis prius, & à quo res vniuersæ conditæ sunt, creatum verò, quod ob susceptam nostri caussa administrationem conformatum est ad similitudinẽ corporis humilitatis nostræ. Vel potius fuerit atque melius, per ipsa verba diuina sententiam horum subiicere quasi oculis. Increatum dicimus verbum, quod initio rerũ existebat, & semper erat apud Deum, & erat deus verbum, per quæ facta sunt omnia, & sine quo nihil eorum factum est, quæ facta sunt. Creatum autem illũ dicimus, qui caro factus est, & sibi tabernaculum in nobis extruxit, in quo etiã incarnato elucens gloria indicat, quòd deus patefactus sit in carne, omnino inquã deus, vnigena ille, qui patris in sinibus existit, cùm ita Ioannes dixerit, Conspeximus gloriã eius (atqui homo erat quod cernebatur, verũ id quod per illum cognoscebatur, appellat gloriam) tamquam vnigenæ à patre, qui plenus est gratia & veritate. Quia igitur id, quod increatum in ipso est, & sæculis prius, & æternum, manet incompræhensile atque ineffabile in vniuersum omni naturæ, quod autem nobis per carnem patefactũ est, aliqua ex parte in cognitionem venire potest: C iccirco respicit huc magistra, deque his sermonẽ instituit, quatenus eorum capaces esse auditores possunt. Intelligo autem magnum illud administrationis mysterium, per quod deus in carne patefact⁹ est, qui existebat in forma dei, & in seruili persona per carnem cum hominibus est conuersatus, qui posteaquàm semel in sese per primitias obnoxiam morti carnis naturam recepit, quã per virginitatem incorruptam adsumpsit, semper vnà cum primitiis sanctificat communem naturæ nostræ massam, per vnitos sibi ratione participationis mysterij huius alens corpus suum, nimirum ecclesiam & conueniente quadam ratione D membra sibi per fidem adnascentia cõmuni corpori agglutinans, illud ipsum totum decorũ reddit: credentibus in oculos, in os, in manus, in mẽbra reliqua decenter apteque distributis. Sic enĩ Paulus ait: Corpus quidem vnum est mẽbra verò multa. Omnia autem membra nõ eiusdẽ sunt ordinis, sed est quidã in hoc corpore oculus, qui manum nõ contemnit, & si quis caput est, pedes nõ reiicit, sed temperatur inter se totum per mẽbra corpus effectionum varietate, ne membra cũ toto dissideant. Atque hac sententia per ænigmata ꝓposita, clarius deinde loquitur, cùm ait: Constituit in ecclesia deus Apostolos, vates doctores, pastores, ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi: donec euadamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram staturæ perfectiõis Christi. Et rursum: Adolescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus coagmentatum & cõpactum, per omnem commissuram subministrationis, pro vi mensuræ vniuscuiusque membri, corporis incrementum capit, ad exstructionẽ sui ipsius in dilectione. Quare si quis ecclesiã intuetur, ad Christum planè respicit, qui seipsum per incrementum eorum qui seruantur, ædificat & maiorẽ efficit. Idéoque etiã hæc depositio velo A oculorum, ineffabilem sponsi venustatem oculo puro intuetur, per quam vulneratur telo quodam amoris incorporeo & ignitio. Etenim dilectio vehemẽtior dicitur amor, cuius neminem pudet, cùm non in carnem telum ipsius defigitur; sed potius se quisque iactat ob vuln⁹ hoc, vbi in imo corde desiderij extra res crassas positi cuspidem recepit. Id quod hæc etiam fecit, cùm ad iuuenculas ait: *A dilectione vulnerata sum ego.* Tametsi autem ad perfectionem tantam modò progressa sit, posteaquam tamen indicare debet etiam virginibus venustatem sponsi, non statim ab initio quod erat dicit. (Nec enim fieri poterat, vt vi ver- B borum pare fieret id quod est ineffabile) sed eas ad factam in carne patefactionem dei quasi manu ducit. Idem etiam magnus ille Ioannes fecit, cùm eo quod initio rerum erat, silentio præterito, studiosè commemorat illud quod vidimus, quod audiuimus, & attractarunt manus nostræ de verbo vitæ. Respondet igitur illis sponsa. *Cognatus meus est candidus & rubicundus, electus ex decẽ millibus. Caput eius, aurum Cephar: cincinni eius abietes, nigri tamquam coruus. Oculi eius sicut columba, ad aquarum copias: ablata lacte, sedentes iuxta copias aquarum. Maxilla ipsius tamquam aromatis phiala, quæ proferunt* C *vnguenta. Labra eius sunt lilia, destillantia myrrhã vberem. Manus illius tortiles, aurea, plena tharsis. Venter eius tabella eborea, in lapide sapphiro. Crura illius columnæ marmoreæ, fundata super aureas bases. Species ipsius, vt electus Libanus: vt cedri. Guttur eius dulcedo, ac nihil nisi desiderium est. Hic est cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem.* Hæc nimirũ omnia, per quæ venustas eius depingitur, non quæ in diuinitate cerni percipique nequeunt, indicant: sed illa, quæ administrationis tempore patefacta sunt, cùm in *Rom.1.* terra conspectus est, & humana indutus natura cum hominibus versatus fuit, per quæ vt Apostolicis verbis vtamur, etiam illa cernuntur, quæ in D ipso videri nequeunt, dum ex ipsis factis intelliguntur, hoc est, dum per opificium mundi ecclesiastici patefiunt. Nam opificium ecclesiæ quasi *Isai. 65.* quædam mundi creatio est, in qua secundum illam vatis vocem, & cælum nouum creatur, quod est firmamentum fidei in Christum, vt Paulus lo- *1 Timo. 3.* quitur, & terra noua paratur, quæ imbrẽ in se delarum bibat: & alius homo formatur, qui per generationem supernam renouatur ad imaginem creatoris: & luminariũ natura fit alia, de quib⁹ dicitur, vos estis mundi lumẽ. Itẽ in quibus lucetis *Matth. 5.* conspicui tamquam luminaria in mundo: multa denique sidera, quæ in fidei firmamento exortũ *Philipp. 2.* A tur. Neque mirum videri debet, esse magnam siderum multitudinem, quæ in hoc mundo à deo numerantur ac nominatim appellantur: quorum etiam nomina ipse opifex in cælis consignari ait. Sic enim audio noui opificij conditorem ad luminaria sua dicere: Nomina vestra in cælis inscri- *Luc. 10.* pta sunt. Nec solum hoc nouum est in illo nouo rerum opificio, quòd magnam siderum multitudinem in eo condat verbum: sed quod etiam soles multi creentur, qui bonorum operum radiis orbem illustrẽt. Sic enim ait is, qui soles eiusmodi condit: Splendeat lux vestra corã hominibus. Item, fulgebunt id temporis iusti tamquam sol *Matth. 5.* ipse. Quemadmodum igitur is, qui sensilem hũc *Ibid. 13.* mundum

Quid increatum in Christo. Ioan. 1 *Quid creatum.* *Ioan. 1.* *1. Cor. 12.* *Ibid.* *Ephes. 4.*

mundum adſpexit, & lucentem in ipſa rerum pulcritudine ſapientiam conſiderauit, ratiocinando æſtimat per ea quæ ſub oculos cadunt pulcritudinem illam inaſpectabilem, & fontem ſapientiæ, cuius effluxio rerum naturam in corpus hoc redegit, ſic qui mundum hunc nouum in opificio eccleſiæ adſpicit, videt in eo illũ, qui in omnibus eſt omnia, manu quaſi ducens cognitionem ſuam ad id, cuius capaces non ſumus, per illa quæ compræhẽdi ac percipi à natura noſtra poſſunt. Quãobrem cùm hæ virgines (quæ ſunt animæ) petitionem hanc ſuam proponunt illi, quæ iã ad perfectionem curſu contenderat, vt per ipſam liceat eis innoteſcere deſideratũ: per ea quæ ſalutis noſtræ cauſſa patefacta nobis ſunt, quaſi delineat eis indicia, de quibus agnoſcere quæſitum poſſint. Adeoque de tota eccleſia vno ſponſi corpore facto, peculiarem quemdam ſenſum de quolibet membro in pulcritudinis deſcriptione oſtendit; quibus vniuerſis ſingulatim conſideratis, elegantia corporis tota conformatur & abſoluitur. Orditur verò doctrinam hanc à principio non procul à nobis remoto, neque alieno. Etenim à corpore incipit, quemadmodum & Matthæus fecit.

Matth. 1. Nam is ab Abrahamo & Dauide repetito longa ſerie carnis adſumptæ myſterio, magno illi Ioanni in his velut elementis & principiis conſtitutis reſeruauit vt illud principiũ, quod ab æterno intelligitur, & verbũ quo vnà cum hoc prĩcipio intelligitur, euangelio ſuo deſcriberet. Per has igitur ſententias ſponſa iuuenculas velut initiat, cũ mens noſtra non prius ad illud incompræhenſile ac infinitum perueniat: quàm id quod patefactũ eſt, fide complectatur. Et patefactum illud, carnis eſt natura. Cùm enim ait. *Cognatus meus eſt cãdidus & rubicundus*: per hanc duorum colorum miſturam carnem peculiariter deſcribit. Et fecit hoc etiam ſuperius, vbi eum malum appellauit: cuius forma ex vtroque colore temperata conſpicitur: Nã malũ & cãdidũ eſt, & rubet: indicãte, vt arbitror, quaſi per quoddã ſymbolũ hoc ipſo rubore naturam ſanguinis. *Quid candor & rubor.* Quia verò in mutatione conſiſtit quælibet caro, coniugio quaſi viam ſtruente partui per generationem in omnibus hanc vitam ingredientibus, ne quis carnis ortum in hoc myſterio pietatis conceſſo, ad naturæ opera & affectiones cogitando delabatur, exiſtimando carnis huius generationem perinde cõparatam eſſe, vt in aliis omnibus, iccirco eum, qui noſtræ carnis & ſanguinis particeps factus eſt, candidum quidem illum ac rubicundum eſſe fatetur, per duos hoſce colores obſcuriuſculè corporis naturam indicans, non tamen conſimili ratione prorſus editum in lucem ait, qua communiter homines gignuntur. Nimirum inter omnes hominum myriades, ex quo illi eſſe ceperunt, & quouſque veluti fluendo natura ſuccedentum ſibi per partum ꝓgredietur, ſolus hic noua quadam partus ſpecie in hanc vitam venit: cui ad naſcendum natura nõ cooperata eſt, ſed ſeruiit. *Chriſtus præter naturæ modũ natus.* Propterea, inquit, candidum hunc & rubicundum, qui per carnẽ & ſanguinem in hac vita verſatus eſt, ſolum ex vniuerſis hominum myriadibus de puritate virginea electum eſſe, cuius conceptio duorum à coniunctione profecta non ſit, partus minimè inquinatus, parturigo doloris expers: cuius thalamus, altiſſimi poteſtas quaſi quædam nubes virginitatẽ ipſam inũbrans: fax nuptialis, Spiritus ſancti ſplẽdor, cubile, vitiorum expers conditio: nuptiæ, puritas incorrupta. Qui ex talib⁹ ortus eſt, rectè appellatur electus ex vniuerſis myriadib⁹, quo quidem ſignificatur, nõ ex coniugali toro ipſum exiſtere. Nam huius ſolius generatio parturiginem non habuit, quemadmodum & ſine cõiugio cepit exiſtere. Neque enim propriè parturiginis vocabulum vſurpari de illa incorrupta & coniugiũ non experta poteſt, propterea quòd virginitas & parturigo in eadem concurrere nequeant. Nimirum vti datus nobis abſque patre filius, ſic etiam puer hic abſque parturigine natus eſt. Vtque virgo ipſa nõ cognouit, quo pacto in corpore ipſius corpus illud diuinitatem recipiens coaluerit; ſic ne partum quidem ſenſit, etiam Eſaia vate de illa teſtãte, quod parturigo ipſius doloris expers fuerit, cùm ait: Prius quàm labores parturiginũ veniſſẽt, liberata marem peperit. *Partus dolores domini mater nõ experta.* Iccirco & electus fuit, & vtraque parte naturæ ordinem innouauit. Nec enim è voluptate cepit exiſtere, neque per dolores in lucem prodiit. *Iſai. 66.* Atque hoc fit ratione quadam conſentanea, minimèque abſurdum eſt. Cùm enim illa, quæ mortem in naturam per peccatum introduxit, condemnata ſit vt in doloribus laboribusque pariat: oportebat omnino matrem vitæ tam cõceptionem à lætitia incoare, quàm partum in lætitia præficere. *Luc. 1.* Nimirum ait ad eam princeps ille angelus, Gaude per gratiam dilecta. Qua voce mœſticiam illam abigit, quæ rerũ initio propter peccatum partui eſt impoſita. *Salutatio Græca ſicut latini dicũt Salue.* Hic igitur ille eſt, qui noua quadam ac peculiari generationis ratione ex myriadibus vniuerſis ſolus talis natus eſt, & candidus ac rubicundus rectè appellatus ꝓpter carnem & ſanguinem, electus ex decem millibus, propter incorruptam & vitiorum expertem proprietatem partus, diuerſam à partu reliquorum. Vel fortaſſis hanc ei vocem accommodauit ſponſa, propter cæteras generationis ipſius ſpecies, q̃ & ipſæ parturiginis ſunt expertes. Nec ignorare potes, quoties ſit genit⁹ is, qui toti⁹ noui rerũ opificij primigenius eſt primigeni⁹ inter multos fratres, primigeni⁹ ex mortuis, qui prim⁹ mortis parturigines diſſipauit, ac p reſurrectionem ſuam vniuerſis quaſi viã ad partum aperuit. Nam in his omnibus natus eſt, neque tamen per parturiginem editus. Nam natiuitas per aquam parturiginis dolorem non admiſit, nec item ex mortuis regeneratio, nec diuini illius opificij primogenitura, ſed in omnibus hiſce partus expers doloris fuit. Hæc cauſſa eſt, quamobrem dicat, *Electus ex decem millibus*. Cæterùm tempus iã fuerit, vt etiã conſideremus ex prælectis verbis, qualis illius elegantia ſingulis in membris commemoretur. *Caput eius*, inquit, *aurum Cephaz*. Vox autem illa Hebraica ſi noſtram in linguam transferatur, aurum purum & intactũ ſignificat, quodque omni myſtura careat. *Quid Cephaz.* Atque hanc vocẽ non conuerſam mihi reliquiſſe propterea videntur, qui hæc de Hebræis græca fecerunt, quòd nõ reperirent in lingua græca vocabulum vllum, quo emphaſis Hebraici nominis enũtiari poſſet. Nos autẽ cognitio, vocẽ huiuſmodi ſignificare quiddã ſincerè purum, quodque nullam ſordidæ materiei miſturam admittat: hoc vt de dicto propoſito ſta- *Chriſtus eccleſiæ caput.*

sito statuamus adducimur,nimirum corporis ecclesiæ caput esse Christum.Christum verò nunc dicimus,non hoc nomen ad æternitatem deitatis extendentes,sed ad hominem deitatem in se recipientem,qui conspectus in terra est, & cum hominibus versatus,ipsius videlicet virginitatis germen, in quo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter,ipsas primitias communis massæ,per quam verbum naturam nostram induit, redditã immaculatam,& ab omnibus adhærentibus ei naturaliter vitiis expurgatam. Sic enim vates de ipso loquitur Peccatum nullum perpetrauit,neque inuenta fraus est in ore ipsius,qui tentatus est per omnia ad similitudinem naturæ nostræ , excepto peccato. Corporis igitur ecclesiæ caput, & totius naturæ nostræ primitiæ,aurum est purum & alienum ab omni vitiositatis mistura. Cincinni verò, tenebricosi aliquãdo & nigri,specieque sua Coruis consimiles,illis inquam Coruis , qui occupãtur in hoc,vt oculos configant , quemadmodum in prouerbio est, ac pullis aquilarum in cibũ pareut illos,in quibus cernendi organa mutilarint, hi ergo cincinni abietes facti, nimirum sublimes & ad cælum tendentes arbores, venustatem sponsi accessione quadam augent,diuinum illius ad caput aptati. Neque verò potes ignorare , quod'nã sit horum cincinnorum munus, cùm superius ex ipsis sponsi verbis id intellexeris. Cincinni, ait', mei referti sunt guttis nocturnis. Quapropter illi sunt guttatim rorãtes cincinni , qui à vatibus nubes appellantur,à quibus doctrinæ imber ille oritur,qui arua animata rigat ad agricultionis diuinæ fertilitatem. Adeoque apostolos hîc figuratè per cincinnos significari existimo, quorum nonnulli prius ob instituta vitæ suæ caliginosi erant, verbi gratia,publicano' ille, & alter prædo ac persequutor,& si quis præterea fuit cõsimilis nigro, carnium, oculorum corruptori coruo. Per hũc autem intelligo principem potestatis tenebrarũ, quemadmodum loquitur is,qui ex coruo factus abies,cincinnus diuini capitis audit. Cùm enim prius & blasphemus esset,& persequutor,& violenter iniurius, quàm scilicet diu coruus erat, ad hanc gratiam transformatus est,vt factus cincinnus , & cælesti rore perfusus , vniuerso ecclesiæ corpori arcanorum obscurorumque mysteriorũ sermonem roratim instillaret. Hos igitur appellari à sponsa cincinnos existimamus , qui aureo capiti adhærẽtes non parum sponsi pulcritudinem augent,ab aura spiritus agitati. Atque iidem illius immaculati capitis pulcherrimũ sertũ sũt,ornãtes illud ambitu suo. Etenim de his locum illum vaticinij accipio: Posuisti in caput eius coronam ex lapide pretioso. Ita vt per appellationem vtramque intelligantur,quippe qui sint & cincinni decori,& magni pretij lapides ornaméti aliquid ex se capiti conferentes. Nunc ordinis ratio postulat,vt etiam illa,quæ de oculis dicuntur, consideremus: quæ quidem hæc sunt. *Oculi eius sicut columbæ,ad aquarum copias.* Horum autem verborũ sententia perceptione quidem nostra sublimior est, qui iferi' esse ipsa veritate arbitramur , quidquid de eis cogitauerimus: sed tamen studiose illã cõsideràtibus,huiusmodi quædam esse videtur. Ait alicubi suis in commentariis diuinus ille Apostolus,non posse oculum manui dicere, Non mihi te opus est: quibus verbis docere vult, debere corpus ecclesiæ ab vtroque rectè comparatũ esse,tam perspiciendi veritatem,quàm agẽdi vi inter se quasi temperata: quippe quod neque contemplatio per se animam perficiat , nisi adsint & opera vitam egregiam absoluentia: neque philosophia occupata in agendo satis sit vtilis , nisi vera pietas eorum,quæ fiunt, dux sit. Quare si necessaria est hæc oculorum & manuum cõiũctio, forsitan iam ppius per hæc ipsa Pauli verba adducimur ad considerandum primò qui'nam sint oculi,deinde ad comprehendendam animi contemplatiõe laudem horum. Quod autem de manibus dicitur,suo loco reseruabimus. Oculorum à natura proprium munus est,cernere. Propterea loci etiam situ supra sensuum reliquorum organa collocati sunt, ad ductandum vniuersum corpus à natura ordinati. Quare cùm illos , qui ad veritatem duces sunt, appellari à sacris litteris audimus ita,vt alius dicatur Videns, alius Cernẽs, alius Speculator a Deo vaticiniorum in libris vocetur: adducimur eò, vt statuam' illos,qui ad cernendum,& inspiciendum,& speculandum ordinati sunt, oculos hîc appellari. Eorum verò admiranda præstantia per comparationem quamdam declaratur,depingente huius adiectiõe pulchritudinem illorum. Ait enim: *Oculi eius sicut columbæ.* Præclara nimirũ in huiusmodi oculis laus est,expers malitiæ simplicitas, quæ in illos cadit, qui nondum à vita carnali polluti sunt, sed viuũt & ambulant spiritu. Etenim spiritualis & immunis à rebus crassis vita,per columbæ speciem exprimitur,cùm sanctus etiam spiritus hac specie conspectus ab Ioanne sit de cælis super aquã volare. Quare illum,qui vt ecclesiæ corpori sit oculi loco,diuinitùs ordinatus est, si quidẽ purè speculatoris & inspectoris munere fungi velit, omnem vitiositatis lippitudinem abluere aqua conuenit. Et aqua non vna est, qua oculi abstergendo repurgantur,sed complures hic esse dicuntur eiusmodi aquarum copiæ. Nã quot virtutes sunt, tot esse huiusmodi lustralium aquarũ fontes existimandum est, per quos oculi semper seipsis puriores fiunt. Verbi gratia,temperantia lustralis aquæ fons quidam est,alius humilitas , veritas, iustitia,fortitudo,boni cupiditas, mali aduersatio. Hæ & aliæ aquæ,de vno quidẽ illæ fonte , sed diuersis quasi fluentis in vnum collectorum quædã sunt copiosa plenitudo, per quæ oculi ab omni vitiosa lippitudine repurgantur. Quanquam verò ad aquarum copias sunt illi oculi , qui ob integritatem & simplicitatem columbis comparantur,nihilominus lauacrum eorũ lac esse dicitur, idque verbis hisce : *Abluta lacte.* Conueniens autem laus huiusmodi oculis tribuitur, cùm lacte columba talis ablui,venustaque reddi cõmemoratur. Nam verè hoc in lacte obseruatum est, solum inter humida proprietatem hanc habere , ꝙ in eo nullius rei simulacrum ac similitudo cõspiciatur. Etenim res omnes , quæ humidæ naturæ sunt,ad similitudinem speculorum ob lævitatem superficiei faciunt,vt inspicientiũ in eas vicissim ex ipsis imagines reluceant. In solo autem lacte huiusmodi simulacrorum expressio locum non habet. Quo fit,vt hæc oculorum ecclesiæ sit laus perfectissima,quod nihil, quod non subsistat in rerum

Isai. 53. **1.Pet.2.** **Quid corui** **Quid cincinni.** **Coloss.1.** **1.Timo.1.** **Psal.20.** **1.Cor. 12.** **Quid oculus & manus apud Paulum.** **In lacte nullas imagines referri.** **Oculorũ ecclesiæ laus.**

rerum natura, nihil erroneum, nihil vanum præter ipsam rerum veritatem, velut vmbratuli quodam simulacro fraudulenter repræsentent: sed ipsissimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ spectris & imaginationibus nequaquam admissis. Propterea lactis lauacrum perfecta hæc anima certum esse remedium statuit ad oculorum puritatem. Quæ porrò sequuntur verba, quasi lex quædam præscribunt auditoribus, quibus rebus studiosè intenti esse oculi debeant. *Sedentes*, inquit, *iuxta copias aquarum.* Nimirum perpetuam velut adsiduitatem attentionis in discendis rebus diuinis nostræ dictum hoc requirit, dum puros oculos laudat: docens interim nos, quo pacto pulcritudinem oculorum consequi possimus, nimirum nunquam non ad aquarum copias sedendo. Præsertim cùm multi ex iis, qui oculorum locum obtinent, omissa huiusmodi copiis aquarum adsidendi diligentia, ad flumina Babylonis desideant, facientes id, quod in Dei persona in huiusmodi hominibus reprehenditur. Reliquerunt me, inquit, fontem aquæ viuæ, ac foderunt sibi puteos perforatos, qui aquam continere nequeunt. Itaque docemur hoc dicto, quî fieri oculus pulcher possit, vt decus aliquod habeat, omninoque conueniat aureo capiti, nimirum si labe careat, ad exemplum columbæ: & instar naturæ lactis ab erroribus & fraudibus immunis sit, à nullo rerum non subsistentium errore illusus: denique constanter & adsiduè diuinarum aquarum copiis adsideat, instar ligni quod aquarum ad riuos plantatum, nusquam loco suo dimouetur. Sic enim & fructus suo tempore proferetur, & rami eleganter coloratis foliis perpetuò florentes conseruabuntur, auris eos circumstrepentibus. At nunc plerique oculi spirituales neglectis aquis hisce, ac parui facientes adsiduitatem in verbo Dei, vel auaritiæ sibi lacum fodiunt, vel in vanæ gloriæ lapicidinis versantur, vel in superbiæ puteo laborant, vel alios denique lacus erroris studiosè fodiunt, quorum natura sic comparata non est, vt aquam illam tantopere expetitam continere perpetuò possint, semper huius vitæ honore, potentia, gloria, quas res mirificè multi expetũt, vnà cum ortu suo diffluentibus, nullumque vestigium inanis opera in deceptis relinquẽtibus. Tales ergo vult esse inspectores ac speculatores Dei verbũ, quorum supercilia quasi quodam vallo munita sint, nimirum diuinorum dogmatũ certitudine, quique tegant humilitate, veluti quodam palpebrarum ambitu, vitæ suæ puritatem ac splendorem, ne trabs opinionis in pupillæ puritatem illapsa, visui sit impedimento. Cæterùm quæ post oculos cæterorum spõsi membrorum sint encomia, deinceps Deo dãte percurremus: idque per gratiam Domini nostri Iesu Christi, cui æternũ gloria tribuatur. Amen.

Falsi doctores. *Ierem. 2.* *Querela de malis doctoribus.*

IN CANTICVM CANTICORVM HOMILIA
quartadecima.

A MAxillæ ipsius tamquam aromatis phialæ, quæ proferunt vnguenta. Labra eius sunt lilia, destillantia myrrham vberem. Manus illius torsiles, aureæ, plenæ tharsis. Venter eius tabella eborea, in lapide sapphiro. Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ super aureas bases. Species ipsius, vt electus Libanus: vt cedri. Guttur eius dulcedo ac nil nisi desiderium est. Hic est cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem.*

Hebr. 5.

QVI lacte simplici puerilem adhuc spiritualis ætatis teneritatem alit, infantũ (vt Apostolus loquitur) in ecclesia nutritor: is panem sapientiæ perfectis secundũ hominem interiorẽ reseruat sic em̃. Paul' ait: Sapientiã loquimur inter perfectos, nimirum qui propter habitum, quem in audienda bona doctrina sunt adsequuti, sensus animi exercitatos habent: vt facilè panem sapientiæ recipere possint, cùm ad alendum opus sit etiam maxilla, quæ ratiocinatiuorum dentibus cibum hunc comminuat. Quapropter & maxillas in corpore Christi esse necesse est iis, qui non amplius papillæ verbi adhærent: sed cibum iam solidiorem expetunt, de quibus nunc sponsa loquitur in hisce verbis: *Maxillæ ipsius tamquam aromatis phialæ quæ proferunt vnguenta.* Enimuerò poscere seriem ipsam, vt de maxillis dicatur, oculis iã consideratis, cuiuis esse perspicuum arbitror, qui prudenter hæc audit. Nam propterea debet ad aquarum spiritualium copiã adsidens oculus erroris experte ac minimè fraudulento lacte lauari, similis factus columbæ simplici: vt suorum bonorum participes reddat omnes, qui ad ecclesiæ corpus pertinent. Ea de caussa magnus etiam Esaias eum, qui vita sua iam sublimem in montem adscenderit, clara voce clamare iubet, vt ex ipso cognoscant auditores aduentantem cum robore Dominum, & illud ipsum brachium, quod cum potestate creatis præest, cognoscant enim qui gregem pascit, & agnos colligit, ac per spes bonas egregiè fetas ouiculas consolatur, qui palmo cælũ complectitur, & terram vniuersam pugno constringit: quibus adde cætera, quæcũque liber hic vatis præterea commemorat illi prædicanda, qui montis verticem conscenderit. Quare si eam ipsam ob caussam vis aquarum & lactis contingit oculis, ad veritatis cognitionem, rectè atque ordine secundum eos maxillæ laudantur, quarum munus est nutrimentum comminuere, quo corporis vis ac natura conseruatur. Videamus ergo quãnam in re sita sit maxillarum laus. Audiamus ipsam sponsam, cuiusmodi de eis commemoret. *Maxillæ ipsius tanquam aromatis phialæ, quæ proferunt vnguenta.* Quibus in verbis si species illa poculorum patula per appellationem phialæ significatur quæ ita confecta est, vt omnis concauitas quasi furtim sese subducat oculis, cùm figura eius non nimis profunda sit, neque se in rectum quasi resupinet, non accuratè concaua videatur, neque plana: si ergo talem poculorum speciem sponsa per phialam intelligit: nimirum peculiaris quædam erit ratio, quamobrem ab hac figura maxillæ laudentur. Nam dicere posit, in prædicatione simplicitatis doctrinæ quasi patulæ minimeque fraudulentæ, mentionem phialæ factam esse: in

1. Cor. 2. *Maxilla.* *Quid phiala.* *Psal. 68.*

qua veritatis profunditas à vate locum habere non potest, cùm ait: Eripiar ab iis, qui oderunt me, A & ex aquis profundis. Itaque veritatem, quæ in simplicitate patescit, absque vlla fraudulenta concauitate, per vocem phialæ significari dicimus, cuius quidem materies sit aroma, munus autem proferre vnguenta. Maxillæ ipsius, inquit, tamquam aromatis phialæ, non ex argento factæ, vel auro, vel vitro, vel alia quapiam huiusmodi materie, sed ipso ex aromate, quod illa proferat, de quibus vnguenta parantur. Atque ex his iam haud dubiè horum verborum sententia perspicua est, nimirum esse proprium puris ecclesiæ oculis, vt talem corpori cibum præparent per maxillas comminuendi vi B præditas: quo nihil profundum ac latens in iis quæ dicuntur conspiciatur, sed omnia sint dilucida, libera, ab omni fraudulenta occultatione ac profunditate separata: ita vt pueris etiam manifesta sint, quemadmodum vates ait, Testimonium Domini est fidele, ac pueros erudit, præceptum Domini dilucidum, oculis lucem

Psal. 18. adferens. Nimirum si tales sint verbi phialæ, haud dubiè non ex vlla terrena materie confectæ erunt, sed erit ex aromate ipsarum natura, illo inquam aromate, quod excellere omnia aromata carminis huius initio sponsa dicit. Ta- C lis phiala Paulus erat, qui non per vafriciem fraudulenter docebat, sed aperta veritate seipsum omnibus probabat. Cuius materies abiiciebat naturam terrestrem, ex quo per baptismum carnis oculorum squamas deposuit, ac factus Spiritus sancti filius, ex fragranti aromate de integro instauratus fuit. Idem posteaquam in tali officina electum vas factus est, & quidem phiala, per quam verbum diuinum propinaretur, non amplius hominis vllius eguit opera, qui mysteriorum ei cognitionem infunderet: (non enim carnem, & sanguinem consuluit) sed ipsius in se prorulit diuinum illum potum, cuius & scaturiginem velut emisit, dum per Christi fragrantiam D varias virtutes in auditoribus quasi quædam vnguenta conficeret, ita vt pro diuersitate proprietateque recipientum Dei verbum aroma ipsum conueniens vsui eius, qui illud posceret, reperiretur, nimirum Iudæis, ethnicis, mulieribus, viris: beris, seruis: parentibus, liberis: legi non adstrictis, subiectis legi. Tam multiformem ille doctrinæ gratiam habebat, omni virtute temperatam: varia docendi ratione, pro necessitate & ex vsu cuiusque, Dei verbum miscente hac phiala, tamquam aromata quædam* pro iis qui illud reciperent. Huiusmodi ergo maxillas laudat, quæ pulcritudinem corporis sponsi verbis hisce ad viuum depingit: quodque hoc maxillarum encomium eò spectet, porrò sequentia verba testantur. Etenim post maxillas laudantur labia, per quæ sermo ille conditus aromatibus profertur. Verba encomij hæc sunt. *Labra eius lilia, destillantia myrrham vberem.* Duas virtutes simul Verbo tribuit, gemina similitudine. Horum alterum veritas est, quæ in dictis & splendida & illustris conspicitur. Nam talis est lilij species, cuius splendor quasi quodam ænigmate puritatem ac veritatem eorum, quæ dicuntur, significat. Alterum est, quòd sola sub mentis

perceptionem cadens & crassarum rerum expers vita per doctrinam proferatur, extincta vita hac infera, cuius in carne ac sanguine vis conspicitur, per contemplationem rerum quæ mente intelliguntur. Etenim ex ore destillans myrrha, quæ recipientis animum replet: mortificationem carnis clarè denotat. Nam multoties hoc in literis à spiritu diuino profectis obseruauimus, appellationē myrrhæ mortem significare. Quare perfectus & putus oculus, qui de maxilla phialam efficit, vnguenta ex se proferentem quasi quodam ex fonte, hic ergo sermonum lilia gignit per os illorum, qui diuino splendore sunt ornati. Nam sic appellantur ij, qui puri sunt, & ex virtute fragrantiam quamdam habent: quique myrrham destillant, quæ sine defectu mentem recipientum eā replet. Est autem illa vitæ huius corporeæ contemptus, cùm vniuersa quæ in hac vita curæ sunt hominibus, per supernorum bonorum cupiditatem vim suam omnem amittunt & extinguuntur. Talem myrrham olim Paulus effundebat ex ore suo, mistam cum puro pudicitiæ lilio, in sanctæ virginis aures. Ea verò erat Thecla, quæ præclarè animo suo defluentibus de lilio guttis intra se receptis, hominem externum morte opprimit, omni cogitatione cupiditateque carnali extincta. Cuius post perceptam illam bonam doctrinam & iuuentus extincta, erat & externa venustas extincta, & extincta omnia corporis sensuum organa, solo sermone in ipsa viuente, per quem totus ei mundus mortuus erat, & virgo ipsa mundo erat mortua. Sic olim magnus etiam Petrus ille apud Cornelium splendida sermonis lilia proferens, animos auditorum myrrha complet, qui mox recepto ipsius sermone, cum Christo per baptismum sunt consepulti, mortui vitæ huic facti. Adeoque infinita reperire præter hæc sanctorum hominū exempla licet, quo illi pacto cōmunis corporis ecclesiæ os facti, myrrha extinguēte morbos animi suos auditores repleuerint, p sermonis lilia fruct* ferētes, quibus magni illi pugnatores fidei per egregiā confessionē ipso testandæ veritatis tēpore, in certaminibus pro pietate susceptis, toti quasi myrrha quadā sunt perfusi. Et quid opus est oratiōe prolixa de hoc differere, cū per ea q̄ diximus, declaratū sit, quo pacto ecclesiæ os liliū fiat, quî myrrha de lilio destillet, quî huiusmodi stillicidio animus recipiētum impleatur. Ad sequētia porrò verba progrediamur. *Manus illius tortiles, aurea, plena tharsis.* Esse autē oculi beneficiū imperfectū in ecclesiæ corpore, si manuū ab eo ministeriū sit diiunctū, de magno illo Paulo clarè didicim*, qui ait, Nō potest oculus manui dicere, Non 1. Cor 12. mihi re opus est. Nā tū maximè vis oculorū conspicitur, cū ipsa opera testimoniū oculorū acumini perhibēt: per studiū pclararum rerū, egregiè se duci declarātia. Quia verò prius indicato manuū diuini corporis encomio, p ea q̄ diximus pergēdū nobis est ad expositionē hāc, quo videlicet modo cōparari esse debeāt illi, qui in ecclesia manuū locū obtinent, ipsis diuini hui* oraculi verbis pmissis, p virili nostra abditā in eo sententiā cōsiderare Deo cōcedēte conabimur. *Manus*, inquit, *illius tortiles, aurea, plena tharsis.* Atque hacten* quidē i hisce verbis sēsus manifest* est, q ob q̄ caput laudatur, eadē manuū quoque encomiū absoluāt. Et caput accepi-

Myrrha quid denotet.

Thecla virgo.

accepimus pco Chtiſto ſecundum carnem, in quo Deus erat mundum ſibi recoocilians, vti Paulus loquitut: qui ſe io carne pec virtures ac mitacula patefecit.

2.Cor.5.

Quòd ſi ergo caput hoc noſtrum appellatum fuir autum immaculatum, pcopterea quòd extra omne peccatum ſit, (quemadmodum dicitur: Peccatum nullum perpetrauit, neque inuenta frans eſt in ore ipſius) itidemque hîc manus etiam vocantur aureæ: nimirũ patet hoc ipſo ſignificari, manus has prorſus eſſe puras, experres peccati, alienas ab omni vitioſitate.

Iſai.53.
1.Pet.2.

Manum autem appellamus eam, quæ ad vſus diuinitùs præſcripros publica bona eccleſiæ adminiſtrat: cuius hæc ptopria laus eſt, vt capitis naturæ ſimilis fiat ratione puritatis peccatorum experiis.

Quid manus.

Tunc autem manus fit pura, cùm tornando totum illud abraſerit, quod eleg[illegible]iæ impedimento eſt. Quemadmodum euim illi, qui marmot ad figutam animalis alicuius conformanc, ea tornando ſcolpuot & incidunt lapidi, quibus amputatis ad exemplum princeps ſimulacrum effingituc, ſic etiam in pulcritudine manuum corporis eccleſiæ multa pec ratiocinationum deradenda ſunt tornationem, vr manus verè aurea fiat & pura. Neqoe verò cuiquam obſcura eſſe poſſunt, quæ non amputata manus pulcritudini officiant; verbi gratia, ſtudium placendi hominibus, auaricia, ambitio, ſolum ad ea ceſpicete, quæ ſub oculos cadunt, ſplendorem ſibi ex cebus præſentibus cõparare, ad delicias & voluptatem propriam abuti collecto ex Dei mandato penu: quibus quidem vniuerſis & eius generis aliis per inſtrumenta cogitationum abraſis, ſolum volontaiis purum illud ac minimè adulterinum autum telinquendum eſt, quod immaculato capiri eſt ſimile. Et fuerit fortaſſe quod dicimus, magis perſpicuum, ſi pec verbum illud Apoſtoli declaratur: qui poſteaquàm Deum fidelem appellauit, nihil aliud etiam in rei familiaris adminiſtratoribus tequirit, quàm vti quis fidelis tepetiatuc. Sic enim ad verbom ſcripſit. Reliquum eſt, quod in adminiſtratoribus tei familiaris requiritur, vt quis nimirom fidelis reperiatur. Itaque fidelis & prudens adminiſtratoc tei familiaris, qui eccleſiæ manus eſt loco, ſapientem dominum ſuũ in vita imitando, manom corporis ad ſimilitudiuem capitis auteam reddit.

Matt.24.

Non erat eiuſmodi manus in Apoſtolorum corpore Iudas ille miſerandus ac miſer, vel potius odio dignus & exſecrabilis, cui cùm cura eſſet commiſſa pauperum, auariciæ lapidem non abraſit: ſed propter futes marſupij cuſtos, ipſe ſui ipſius fut factus eſt, dum qood in manibus ſnis habebat, propriis manibus clepecet, non ad Dei mandatum, ſed pecunias ipſas ceſpiciens: ex quibos deinde fructum alium nullum peccepit, niſi ſtrangulationem, ſpoutaneam abruptionem vitæ, certom animæ interitum, monumentum ſceleratũ, quod quidem æternùm durabit.

Iudæ auaricia.

Quamobtem manus eſſe bellè toruatas ac ſculptas oportet, vt amputatis iis quæ malè adhærent, aurum ſuperſit: quod ſpecie ſua capitis pulcritudini reſpondeat.

Significata vocis Tharſis.

Cæterùm vox Tharſis habet ex ſacratum litterarum conſuetudine ſignificata complura: neque ſemper idem velle depcæhenditur. Nam ſæpenumero ad quiddam vituperabile, ſæpenumero ad diuinum, & beatum quiddam eius ſignificatio transfertuc. Exempli gratia, quo tempore Ionas vates à Dei conſpectu fugiebat, nauim euntem in Tharſis quærit. Et magnus ille Dauid ait, naoigia Tharſis à ſpiritu violento conteri. Quibus in verbis ſpiritum violentum, vt equidem arbitror, appellat eum: qui diſcipulis in cænaculo collectis apparuit, ac primò quidem auditu eſt cognitus, quaſi cuens flatus violentus: deinde verò etiam oculis patefactus eſt, linguarum in figuram effictus, ac ſplendẽti ignis naturæ ſimilis factus.

Ioan.1.
Pſal.47.

Ac pec hunc quidem flatum multipliciter humana in natura velut ionatans vitioſitas conteritut, quam vates hic naues Thatſis appellauit. Atque hæc ſignificata ſũt vocis huius, quà peiorem in pattem ſumitur. At magnus ille Ezechiel viſionem oblatæ aliquando ſibi patefactionis diuinæ deſcribẽs, ſpeciem vnius ex diuinis illis ſpectris ac voce exprimit, cùm ait: Et ſpecies eius quaſi ſpecies Thatſis.

Altera ſignificatio vocis Tharſis.

Tradunt autem illi, qui accuratè vocum Hebraicarum vim petſpectam habeot, hac in illius vaticinij parte pet vocabulum hoc ſignificari quiddam quod colotum & cocporis ſit expers, ac mentis intelligentia tantùm percipiatur. Cùm ergo duplex ſit vocis huius ſignificatum, & verò cuiuis pareat, meliorem in partem hîc eam accipi: (non enim vſurpari poterat in eocomio, quatenus rem vituperabilem notat) ordo poſtulat, vt hoc iam conſideremus in manibus, quæ laudantor: nimitum quòd ſpõte ſua quaſi totnando detritis omnibus, quæcunque ſuperuacanea & corpotea in eis erant, ad ſortem diuinam ac mente tantùm comprehẽſilem tranſeaot: omni craſſa & graui erga tes vitæ huius adfectione excuſſa. Quale quiddam lapidum ſculptores in maſſa ſmaragdina efficere prædicant. Etenim eo, quod lucidum non eſt, ſed terreſtre, per corem abſumpto & detrito, ſolũ hoc relinquunt, in quo ſplendor quidam viridis & oleæ colorem referens conſpicitur. Atque hanc in ſententiam dici quiddam mihi videtur illuſtrius ab Apoſtolo, conſulente quodam in commentario ſuo, vt temoueamus adfectionem erga tes ſub adſpectum cadentes, & ad id quod cerni nequit deſideriis animi contendamus. Vt non ſpectemus, inquit, ea, quæ cernuntur: ſed quæ non eernuntur. Nam quæ ſub oculos caduot, momentanea ſunt: quæ non eernunrut, æterna. Hæc igitur in hoc manuum encomio à nobis conſiderata ſunto, quo pacto illæ ab adfectione erga res craſſas expolitæ, puræ fiant: pec inſtitutum animi ad ſortem craſſarum rerum expertem, quæque mente tantùm peccipitot, commutate. *Manus*, inquit, *illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis*. Nunc ratio ſeriei poſcit, vt quæ porrò de ventre ſequuntur perſpiciamus. ſunt aũt huiuſmodi verba. *Venter eius tabella eborea in lapide ſapphiro.* Quo tẽpore legislatot naturæ inſcolptam lapideis tabulis legem Moſi tradidit, illas ipſas tabulas appellauit lapideas tabellas, quibus dioini characteres inſculpti erant. Sic enim Moſem compellat ſuo de his ipſis oraculo. Adſcende ad me in montem, atque ibi eſto. Tradam enim tibi tabellas lapideas, legẽ ac

Exod.24.

Græcè pixia tabella de buxo propriè.

edicta. Secundum hæc verò, posteaquam lex sibi quidquid corporeum esset ac terrenū, per claritatem euangelicam quasi poliendo detraxit: nō iam amplius id, in quo litteræ perscribuntur, lapidea tabella est: sed facta de splendente ac recens polito ebore. Etenim hoc in loco illud, quod edicta & leges Dei recipit, indicatum vocabulo vētris, esse tabella eburnea dicitur, in lapide sapphiro. Atque hoc exemplum corporeum primò nobis declarandum arbitror, atque ita deinde ad contemplationem verborum indicatorum veniendum. *Buxus.* Densum quoddam & subalbum lignum est buxus, de quo tabellas sibi cōficiunt, qui scribere volunt. Huiusmodi ergo tabella, scriptionis ad vsum comparata, etiamsi fortè alia facta sit ex materie: pyxium (quasi dicas buxeum) appellatur, vsurpatione quadam vocis nō propria. Quare cùm vocem hanc audimus, instrumentū quoddam læue & aptum ad recipiendas litteras intelligimus. Et verò cùm generale sit vocabulum ad omnes huiusmodi tabulas, iccirco hîc etiam materiei species additur. Nō enim dicit ex ligno, sed ebore factum opus huius tabellæ. Traditur autē huiusmodi ossis eam esse densitatem ac soliditatem, vt diutissimè incorruptum maneat, nihilque detrimenti à tempore accipiat. *Saphirus.* Sapphirus autem colore cæruleum imitante recreat fatigatos eorū oculos, qui studiosè intenti sunt tabellæ huic litteris repletæ: quòd à natura sic comparatum sit, vt huiusmodi splendor oculos reficiat. Tale igitur illud est, cum quo venter ecclesiæ in hoc encomio comparatur. Cæterùm cùm vaticiniorum librum in persona Dei hac exhortatione vti audio, Scribe visum hoc, & quidem clare in tabellam: mecum ipse cogito, quid per vocabulū ventris in corpore Domini, quod hîc laudatur, intelligere cōueniat. *Quid venter.* Quia enim visum illud diuinum clarè inscribi tabellæ vult, fortasse cordis puritatem, cui per memoriam visa diuina inscribimus, ventris appellatione denotat. Quemadmodum & is, qui magni vatis Ezechieli os aperuit, inque hoc libri volumen posuit vtrimque litteris refertū, exterius & interius: ait ad eū, Comedet os tuū, ac venter tuus replebitur. *Ezech.2.* Quibus in verbis vēter appellatur, pars animi intelligens & ratione prædita, in qua diuinitus accepta quasi collocabat. Similiter & magnum illum Hieremiam scimus cor suum mirificè à tristibus illis cogitationibus adflictum, ventrem appellasse, cùm ait: Venter mihi dolet, & sensus cordis mei turbantur. *Hiere.4.* Quòd si etiam aliquid addendum est ex sacris litteris, quod certius in hāc sententiam nos ducat: proferamus id, quod ad illos qui crediderāt, Dominus dixit. Ait enim aquæ viuæ flumina ex illorum ventre promanare, qui in ipsum credant. Verba sunt huiusmodi. *Ioan.7.* Qui credit in me, quemadmodum aiūt litteræ sacræ de illius vētre amnes aquæ viuæ profluent. De his igitur omnibus in hanc sententiam adducimur, vt statuamus per vocabulum ventris cor purum intelligendum, quod sit tabella diuinæ legis in illis, qui (vt Apostolus loquitur) ostēdunt rem legis scriptam in cordibus suis non atramento, sed spiritu Dei viui, litteris huiusmodi insculptis animo non lapideis in tabulis, (quemadmodum idem Apostolus ait) sed cordis in tabella, *2.Cor.3.* quæ pura, quæ læuis, quæ fulgida est. Nam eiusmodi esse conuenit partem animi principem, *Cor.3.* vt et clara minimèque confusa diuinorum oraculorum memoria imprimatur: veluti significantibus quibusdam litteris distincta. Tali verò tabellæ ad encomium ventris absoluendum pulchrè adiungitur etiam sapphirus. Etenim sapphiri splendor cæruleus est. Atque hoc ænigma consulit nobis, vt cor nostrum ea quæ sursum sunt velit ac respiciat, & istic oculos oblectet, vbi thesaurum suum conditum habet: ita vt in attendendo diuinis præceptis non fatigetur, spe cælesti recreante cernendi facultatem, quæ animi oculis inest. Ventris laudationem excipiunt crurum encomia. Inquit enim: *Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ super aureas bases.* Multas habet columnas sapientiæ domus, quam illa sibi exstruxit. Multæ item columnæ tabernaculum testimonij fulciebant, de materie diuersa exornatæ: quarum & capitula & bases erant aureæ, pars media quasi quodam argenteo vestitu ornata erat. At ecclesiæ columnas (nam & ecclesia domus est, quemadmodum Apostolus loquitur, cum ait: Quo pacto quis in Dei domo versari debeat) marmoreas esse dicit sponsa, basibus aureis insistentes. *1.Timo.3.* Itaque conuenire sponsæ cum Beseleeli sapientia in pulcritudinis descriptione, quippe quæ itidem vt ille auro caput ac bases ornauerit: cuius patet, qui scripta de tabernaculo nota familiariter habet. Nam vt ille aureo capite columnis singulis adaptato, singulas etiam in aurea base collocat: itidem ait hoc loco, quæ purè sponsi pulcritudinem intuetur, caput quidem eius esse aurum purum & labis expers: (hoc enim vocabulum Cephaz declarat) crura verò fundata esse in basibus aureis. *Quid columnæ.* Quamcumque autem sumenda sint in partem hæc de columnis ænigmáta, certè si Paulo, viro sancto, tamquam discipuli adsentiemur: à vera sententia non aberrabimus. Nam is Apostolos eximios, Petrum, Iacobum, Ioannem, ecclesiæ columnas appellauit. *Galat.2.* Et verò quia discere conuenit, quo pacto quis fieri columna possit, vt & nos digni hac appellatione fiamus: rursus hoc quoque de Pauli sapientia intelligamus, qui columnam ait etiam veritatis firmamentum esse. *1.Timo.3.* Itaque aurum est veritas, quæ eadem & crurum basis est, & manibus atque capiti ornamentum aliquod adfert. At firmamenti vocem si quis ad marmoris naturam transferat, non errabit: ita vt huiusmodi verborum sit sententia. *Quid crura.* Crura videlicet corporis esse columnas marmoreas, hoc est illos, qui illustri vita & sana doctrina commune corpus ecclesiæ gestent atque fulciant: per quos & fidei basis firma stat, & virtutis cursus absoluitur, & in saltibus diuinæ spei totum corpus attollitur. *Fundamentum.* Fiunt autem hæc præclarè per ista duo, nimirum veritate ac firmitate: ita vt aurum ad veritatem accommodetur, quæ de Pauli sententia fundamentum ædificij diuini est & dicitur. Sic enim ait. Fundamentum aliud ponere nemo potest, præter id quod positum est, quod est Christus. Et Christus veritas est, in qua etiam fundantur, *1.Cor.3.* quæ columnæ sunt ecclesiæ. Per marmor autē intelligamus vitæ splendorē, & constātiā atque immutabilitatē in adfectione erga illa q̄ bona sunt.

Quia

Quia verò multæ sunt in tabernaculo testimonij columnæ, multæ item sapientiæ domum columnæ fulciunt, cùm interim hic duæ sufficiant toti corpori sustinendo: fortasis aliam quamdam ad sententiam ænigmatis huius scopus referendus est. Arbitror enim hoc adstrui per illa, variis videlicet modis ad virtutem nos per legem duci, ac multa quoque præcepta esse sapiētiæ, quæ tamen eumdem ad scopum respiciant. At cōcisum Euangelij sermonem ad facilem numeratu ac veluti in pauca contractam vitæ virtuti cōsentaneæ perfectionē nos ducere. Ait enim Dominus: Ab hisce duobus edictis lex tota pēdet ac prophetæ. Idem verò est, siue quid oneris suspensum de te, siue impositum sustineas. Nam robur illius, qui pondus aliquod gestat, vtroque modo consimiliter intenditur. Etenim ferre illud ex æquo dicitur, siue suspensum onus sit, siue manu subiecta quid gestet. Quare cùm Dominus quidem dicat, ab his duobus edictis legem vniuersam cum prophetis pendere, sponsa verò à duabus columnis, quæ fundamentis aureis innitantur, gestari corpus commemoret, rectè fecerimus, si ad contemplationem huius de cruribus ænigmatis, duo illa edicta adhibuerimus. Eorum alterum, primū appellat Dominus, alterum, primo simile. Inquit enim, Deum toto corde, & animo, & facultate virium diligere, mandatum primum esse, proximū verò diligere quasi seipsum, eius verò mandati vim parem esse, quæ sit primi. Paulus etiam, dum quasi quamdam domum, quæ Deū excipiat, magnum illum Timotheum esstruit, duas hasce columnas in eo statuit, quarum alteri Fidei nomen indit, alteram conscientiam vocat. Per fidem intelligit dilectionem erga Deum, de toto corde, & animo, & virium facultate profectam, per bonam verò conscientiam, adfectionem quamdam ergà proximum, cum amore coniunctam. At fortassis hæc posterius à nobis inuenta sentētia, priori sensui non aduersatur. Nam per vtrumque hotū columnas fieri licet tales, quales erant Petrus, Iacobus, Ioannes, & si quis alius hoc nomine vel fuit ante hac vel erit deinceps dignus. Nā qui in hisce duobus mandatis perfectus est, is & columna fit & firmamentum veritatis, vt Apostolus loquitur. Adeoque duabus hisce pclaris rebus vniuersum ecclesiæ corpus quasi quibusdam cruribus innititur, aureo basis illius fundamēto, quæ fides est, immobilitatem non mutabilem & constantiam in omni bono animis indente. Post has verò laudes quasi paucis verbis repetens vniuersam spōsi pulcritudinem, ait. *Species ipsius, vt electus Libanus, vt cedri. Guttur eius dulcedo, ac nil nisi desiderium est. cognatus meus, & hic proximus mihi, filia Hierusalem.* Quibus in verbis clarius indicare sponsam arbitror, versari encomium ipsius in ea sponsi pulcritudine, quæ sub adspectum cadat. Id autem intelligo per hoc, quod sub oculos cadit: de quo quasi quoddam corpus cōstruit Apostolus, collectis membris singulis, quæ integram ecclesiam absoluunt. Ait enim sponsa vnam ipsius speciem esse infinitas illas cedros, quibus vndique Libanus cinctus sit. Quibus verbis significat, nihil humile neque abiectū ad venustatem corporis illius cōferre, nisi sublime sit instar cedri, ac vertice suo sursum tendat. Potius autem fuerit, prius nos id considerare, quod ante hæc omisimus. *Species ipsius,* inquit, *vt electus Libanus.* Electio euiusuis rei fit, cùm iuxta eam contrarium quid collocatur. Itaque cùm vna boni appellatio diuersa significet, ac simul de eo vsurpetur, quod reuera bonum est, & quod tale non est, sed per fraudem esse se bonum simulat, idque videtur esse quod non est, qui in boni diiudicatione non fallitur, quod eximiè selectēque bonum est erroneo & fallaci non præfert. Quamobrem cùm hoc loco ad electum Libanum sponsi formam comparat, consentanea ratione colligitur, moneri nos vt Libanos esse duos intelligamus, alterum malum & reiiciendū, qui perinde ac vitulus ille (quemadmodum propheta loquitur) vnà cum cedris suis conterēdus est, alterum electum & pretiosum, cuius elegantia diuina sit, & maiestatem insignē præ se ferat. De his autem tale quiddam percipimus. Propriè, verè, ac primariè rex vnus est, rex ille creatorum omnium. Nihilominus etiam mundi Dominus ille tenebrarum rector, regium sibi nomen arrogat. Legiones angelorum sunt apud verum regē, & malorum item geniorum legiones apud imperatorem potestatis tenebrarum. Imperia, potestates, copiæ subsunt regi regum, & Domino dominatorum, itidem & alter ille (quemadmodum Apostolus ait) habet imperia, potestates, copias, quæ abrogabuntur, cùm malum in nihilum redigetur. Sunt enim hæc Apostoli verba: Cùm abolenerit omne imperium, & omnem potestatem, & omnem vim. Cernit vates ille sedentem sublimi ac eleuato in solio regem gloriæ, itidē ille solium suum supra sidera se collocaturum profitetur, ita vt altissimo sit similis. Habet ampla in domo sua Dominus vniuersi vasa electionis: itidem ille vasa iræ habet, comparata ad interitum. Præterea vitam & pacem per angelos dignis suppeditat angelorum Dominus, etiam ille furorem, & iram, & adflictionem per sceleratos angelos immittit. Et quid opus est singula commemorare, per quæ aduersarius ille cōtra naturam ipsius boni sese erigit? Cùm igitur eius ratione, quod sub sensus cadit, illustre quoddam spectaculū sit mōs Libanus vndique sublimibus cedris opacus ac densus, iccirco diuersos in sensus ratione illius cernitur, in sacris litteris quasi diuiditur, aptè atque idoneè vtramque in partem sumptum. Eoque videre est idem vocabulū apud eosdem vates, pro significatorum diuersitate, tam in laude, quàm vitio positum. Modò enim conterit cedros Libani Dominus, & vniuersum Libanum vnà cum cedris in eo comminuit instar eius vituli, qui in solitudine pro Deastro fabricatus erat, quibus verbis liber ille vatis docere vult, ipsam malitiam & omnem ortam ex ea sublimitatem, aduersus cognitionem Dei se erigentem, in nihilum redigendam esse. Aliàs verò meliorem in partem sumitur, vt cùm vates idem ait: Iustus vt palma florebit, vt cedrus in Libano amplificabitur. Nam reuera iustus, (Dominus autem est iustus ille) qui propter nos ortus est de terra, is igitur est alticoma illa palma, quæ exorta in naturæ nostræ silua, mons fit aucta cedris eorum, qui per fidem in ipso radices agunt, quæ quidem cedri cùm plantatæ in Dei domo fuerint, in atriis Dei nostri

Margin notes (left column): A; Alia interpretatio.; Matth.22.; Ibid.; C; 1.Timo.3. Fides & conscientia, columnæ duæ.; D; Quid cedri
Margin notes (right column): Libani duo.; B; Dei cū diabolo comparatio.; 1.Cor.15.; Rom.9.; Psal.77.; Psal.28.; Psal.91.; Ibid.

Domus Dei. nostri florebunt. Hanc autem domum ecclesiam esse intelligimus, Apostolum sequuti: in qua ce-*Atria Dei* dri Dei consetuntur. Per atria verò æterna illa tabernacula, accipimus, in quibus & florêt spes bonæ, & suo tempore patefiunt. Quare cùm Christi *1.Cor.12.* corpus per membra singula fiat integrum: (Mébra enim multa corpus vnum fiunt, inquit Apostolus) eam ipsam ob caussam totam sponsi venustatem appellauit electum Libanum, discrimé huius & Libani qui reiicitur, per vocem electi *Explicatio loci.* constituens. Nam alter ille Libanus est, qui secúdum Esaiam vnà cum sublimibus corruet, cùm *Esaia.10.* ex radice Iessæ flos ille exorietur, & virga potestatis enata fuerit: qua & leonis, & pardi, & aspidum natura commutabitur in cicutem quamdã mansuetudinem: ita vt leo eum vitulo degat, pardalis cum hædo requietem capiat, præsit his denique puer ille pusillus, qui nobis natus est, cuius manus in cauernam aspidum penetrat, & sobolé aspidis attringens, venenum earum hæbetat. Quæ vbi acciderint, futurum ait vates, vt & Libanus cum sublimibus corruat. Quæcunque verò vaticinium hoc per ænigmata indicat, ea tamquam manifesta omnibus, accuratè explicare velle, fuerit superuacaneum. Quis enim ignorat puerum illum nobis natum? qui manu sua cótingit incredulos, cuius præfectura bestias perniciosas sub idem cum cicutibus tectū redigit, naturalis acerbitatis oblitas. Quare cùm Libanus ille, qui est malitia, per hæc corruat, atque etiam vnà cū hoc principe malorum initio sublimitates aduersus veritatem erectæ corruant: iccirco pulcritudiné Domini sponsa cum Libano electo confert, hisce verbis prolatis: *Species ipsius, vt electus Libanus, vt cedri.* Addit autem gutturi quoque conuenienes encomium, quum illud & dulcedinem, & desiderium appellat. Verba sunt huiusmodi: *Guttur eius dulcedo, ac nil nisi desiderium est.* Quibus de verbis huiusmodi quiddam nobis ad animum accidit. *Quid guttur.* Partem eam, quæ sub mento est, guttur appellare consueuimus, à quo sonum conformari tradunt, dum allabitur huc quadam cum illisione spiritus ex arteria. Quare cū fauí mellis sint præclari sermones, & sermonis sit instrumentum vox, cuius ortus est è gutture, futtasse ministros & interpretes sermonis, in quibus Christ[*] loquitur, hac voce qui significari cogitat, à verò nó aberrabit. Nā *Ioan.1.* & magnus ille Ioannes rogatus quis esset, vocem se appellauit, quippe qui verbi præcursor esset: & beatus ille Paulus documentum edebat loquentis in se Christi, cui quia vocem suam locauerat, nil nisi dulcedo erat per ipsum loquens. Omnes itidem vates, quia spiritui sonum in eis edéti mébra sua vocalia cóceßerant, nil nisi dulcedo erát, mel diuinum è gutture suo, velut è quodam fóte promentes, quo quidem & reges, & priuati homines salubriter vtuntur: cuius fruitio cupiditatem sacietate nó imminuit, sed multo magis desiderium per expetitorum participationem alit. Propterea dixit nihil esse aliud, quàm desideriū: quasi quadam definitione pulcritudinem quæsiti hac voce describens. *Nil*, inquit, *est, nisi desiderium.* Quàm beata sunt illa membra, per quæ totum nil nisi desiderium fit: quæque per absolutā in omni bono perfectionem, efficiunt amabilem quamdam ex omnibus temperatam venustatem: ita vt vniuersum non modò quod oculos attinet, quod manus, quod cincinnos, sed etiā propter pedes, crura guttur denique sit desiderabile, neque membrum vllum in hac pulcritudinis excellentia deteriore sit códicione, quàm cætera. *Hic est*, inquit, *cognatus meus, & hic proximus meus, filia Hierusalem.* Postquàm enim per picturā orationis subiecit earum oculis omnia indicia, de quibus fieri agnitio quæsiti posset, tamdem oratione demonstrante vtitur, quasi diceret. Hic est *Luc.10.* ille quem quærimus, qui propterea quòd frater *Quid proximus.* nobis factus sit, ortus ex Iuda: proximus factus est illi, qui in latrones incidit, atque oleo, vino, fasciis vulnera illius sanauit, iumento proprio impoſuit, in diuersorio recreauit, duobus præter vitam denariis donauit, pollicitus etiam se in reditu, quod præter mandatum insumtum esset, redditurum. Nec obscurum est, quo hæc singula [spectent]. Nā *Explicatio narrationis de Samaritano.* cùm legis interpres Dominum tentaret, seque supra cæteros ostentare vellet, ac parem cū aliis códicione superbè respueret his verbis: Et quis est meus proximus? tum verò quadā narratióe Verbum ipsum totam administrationem suam benignissimam exponit, commemorato descensu hominis de loco superiore, & latronum insidiis, & indumenti interitus expertis ademptióe, & peccati vulneribus, & progressu mortis ad dimidiam vsque partem naturæ nostræ penetrantis, retinéte immortalitaté anima: de legis item inutili trāsitu, quòd neque sacerdos, neque Leuita quispiā vulnera eius, qui in latrones inciderat, curauerit. Nequit enim fieri, vt sanguis taurorum & hircorum peccata tollat. Illū videlicet, qui vniuersam hominum naturam per primitias massæ suæ sibi circumdedit, qua cuiuslibet nationis pars aliqua continebatur, Iudaicæ, Samaritanæ, Græcæ, omnium denique hominum: hunc igitur cum corpore suo, quod per iumentum significatur, ad locum quo læsus erat homo, se conferentem curasse ipsius vulnera, iumento proprio impositum recreasse, suam ei benignitatem diuersorij loco aperuisse, per quam omnes fatigati & onerati quiete fruuntur. Qui autem ipsum ingreditur, prorsus illum ipsum intra se recipit, in quem ingressus erat. Sic enim verbū loquitur. Qui in me *Ioan. 4.* manet, in hoc & ipse manebo. Itaque homo intra spatium capacitatis suæ illum excipit, qui comprehendi nequit, & ab hoc numos accipit duos, quorum alter est erga Deum dilectio, profecta de toto animo, alter, dilectio proximi sicut sui ipsius, quemadmodum & legis interpres ille respondebat. Quia verò non auditores legis apud Deum iusti sunt, sed qui legem præstant iusti censebuntur: non hi tantum numi duo recipiendi sunt, nimirum fides in Deum, & bona erga eiusdem generis homines conscientia, sed etiam aliquid per opera est addendum huic mandatorum impletioni. Nam propterea dicit ad hospitem dominus, futurum vt quidquid in curatione hominis læsi ab ipso fiat: alterius aduentus sui tempore pro studij dignitate recipiat. Quaobrem is qui proximus no-*Quid cognatus.* ster factus est ob hāc erga nos benignitaté, qui quia ex Iuda nobis sit ortus, factus est cognatus noster hic igitur ille est, quem sponsa iuuenculis indicat hic est qui filiabus Hierusalé ab integritatis haud violatæ

violatæ ſpooſa commonſtratur, quum ait: Hic eſt cognatus meus, & hic proxiouis meus, filiæ Hieruſalem. Illum & oobis per indicia commõſtrata reperire & adſequi contingat, ad ſalutem animarum noſtrarum, idque ductu ſpiritus ſãcti, cui gloria ſæculis infinitis. Amen.

IN CANTICVM CANTICORVM HOMILIA
Decimaquiota & vltima.

Cantic. vi.



Vò obijt cognatus tuus, ô pulchra inter mulieres? quò reſpexit cognatus tuus, & quæremus eum tecum? Cognatus meus deſcendit in hortum ſuũ, ad phialas aromatis, vt paſcat in hortis, & vt colligat lilia. Meus eſt cognatus meus, & ipſius ego ſum, qui paſcit inter lilia. Pulchra es proxima mea, ſic vt ipſa beneuolentia: formoſa ſicut Hieruſalem, ſtupor tanquam inſtructæ acies. Auerte oculos tuos à me. Nam illi alas mihi reddiderunt. Coma tua velut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ de lauacro aſcenderunt, & omnes habent fetus gemellos, neque ſterilis inter eas vlla eſt. Labra tua ſunt inſtar funiculi coccinei, & loquella tua elegans eſt. Mala tua inſtar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & iuuencularum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vnica eſt matri ſuæ, electa illi quæ peperit eam.

Matth. i.

PHilippus ille Apoſtolus, qui ex cioitate Petri & Andreæ fuiſſe perhibeuur. Etenim hoc mihi videtur encomium quoddam eſſe Philippi, quod eorum fratrum ciuis fuerit, qui præcipuam io Euangelio admirationem merētur per ea, quæ ipſis acciderunt. Andreas enim poſteaquam Baptiſta commouſtraſſet, qui nam eſſet agnus ille, qui mundi peccatum tolleret, oon taorùm ipſe myſterium hoc animaduertit, à tergo ſequutus indicatum, cognitio vbi nam ille degeret: ſed etiam fratri ſuo lætum ounrium adfert, adueniſſe illũ quẽ multo antè vates indicariut. At is per fidẽ auditu propè anteuerſo, toto animo ſe agno illi adiungit, vnaque cum nomine & ipſe à Domino diuiniorem ad conditionem immutatur: pro Simone Petrus & appellatus, & factus. Abraamo quidem ac Sarræ poſt multos annos, poſt multas patefactiones diuinas ex ipſis nominibus Domious bene precatur: cùm illum quidem patrem hanc verò principem, nominum mutatione facta cõſtituit. Eodem modo Iacob etiam poſt luctam tota durentem oocte, Iſraëli cognomen ac vim impetrat. Verùm magnus ille Petrus oon paulatim augeſcendo ad hanc gratiam perueoit, ſed ſimul & fratrem audijt, & agno credidit, & per fidem eſt cooſummatus, & petræ agglutioatus Petrus factus eſt. Hic ergo Philippus, dignus qui tantorum ac talium ciuis eſſet, poſteaquàm inuentum Domini factus, quemadmodũ io Euangelio dicitur. Ieſus Philippum inuenit etiam ſectator verbi factus eſt, qui ad eum dixit, Sequere me: poſteaqnàm item verum ad lumeo delatus, inde tanquam lychnus ad ſe participationẽ illius lucis attraxit: Nathanaelum quoque luce ſua circumfundit, quaſi prælata ipſi face, quod pietatis eſt myſterium. Sunt enim hæc ipſius verba. Inuenimus Ieſum illum è Nazareta Galilææ, de quo & Moſes in lege, & vates ſcripſerunt. Nathanaelo autem ſapienter lætum hoc ouotium accipiente, quòd peracuratè ex libris vaticiniorum de Domini myſterio edoctus eſſet, ac ſciret in Bethleem quidem primam Dei patefactionẽ in carne futuram, verùm eundem Nazaris degentem Nazoræi nomeo conſequoturum: ad hæc igitur vtraque reſpiciente Nathanael, ſecumque perpeodente io dauidæ quidem oppido Bethleem oeceſſarium eſſe ratione natiuitatis carnalis auteri, faciarum, præcepis myſterium euenire: ſed nihilominus Galilæam (qui locus ethnicorum hominum ſedes erat) oomen aliquando conſequuturã ab eo verbo, quod libẽter ad gentes commigraturum eſſet: atque hanc ob cauſſam accedente denique Nathanael illius io ſententiam, qui lumen hoc cognitionis ei commooſtraſſet, idque verbis his declarante. Poteſt è Nazareta booi aliquid exiſtere: tum verò tamdẽ Philippus ad hãc gratiam illi ſe ducem præbet, cũ ait: Veni ac vide. Quo factum, vt Nathanael relicta legis ficu cuius vmbra impedimento erat ei quominus lucis particeps fieret: ad eum perueniret, qui fici folia propter ſterilitatem in proferendis bonis, exſiccauit. Eaque de cauſa teſtimonium ei verbum tribuit, quòd germanus Iſraëlita, non ſpiritus eſſet: quippe qui minimè fraudulento animi inſtituto purũ in ſeſe patriarchæ illius characterem oſtenderet. En (inquit) verè Iſraëlita, in quo dolus oon eſt.

Ioan. i.

Ibid.

Quo autem hæc in exordio ſpectet narratio, omnino manifeſtum eſt auditoribus non planè imperitis ex ea lectiooe, quam ordioe ſic poſcente de Cantico canticorum propoſuimus. Quemadmodum enim Andreas quidem per vocem Ioannis ad agnum illum deductus eſt. Nathanael autem à Philippo ad lucem ductus, & acingente ipſum legis vmbra digreſſus, verum ad lumen peruenit: ſic etiam hæ iuuenculæ ad inuentiooẽ indicati eis buoi, anima pulchritudinis perfectionem adepta duce vtuntur, eamque ſic compellant: *Quò abijt cognatus tuus ô pulchra inter mulieres? quò reſpexit cognatus, & quæremus eum tecum?* Rectè autẽ atque ordine virgines hæ, nimirum animæ, nũc illud ioterrogant. Primùm eoim loquutæ ſunt de eo, quidnam eſſet, cùm præcedeote interrogatione quærunt: Quid cognatus tuus, ô pulchra inter mulieres? de qoo edoctæ per expoſita indicia, quòd caodidus, quòd rubicundus, & cætera, quibus forma quæſiti deſcripta eſt: nũc de loco, vbi ſit, interrogant. Nam propterea dicuot, Quò abijt cognatus tuus, vel quò reſpexit? vt cognitio prorſus vbi ſit, adorent illo loco, quo pedes illius ſteterint: & quò reſpiciat edoctæ, ſic ſemet conſtituent, quo & ab ipſis eius gloria cooſpiciatur, cuius apparitio ſalutem adfert adſpectãtibus, quemadmodum vates ille loquitur: Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Magiſtra verò hæc ad exemplum Philippi dicentis, Veni ac vide, præbet ſe ducem virginibus, vt qoem quærebant adſequantur: & pro eo quod ait ille, Vide: locum indicat, in quo ſit is quem quærunt, itidemque quò reſpiciat. Sic enĩ ait. *Cognatus meus deſcendit in hortum ſuum, ad phialas aromatis.* Hactenus oſtẽditur, vbi ſit. Deinceps

Accommodatio exordij ad rem præſentem.

Pſal. 76.

 verò

verò, qui spectet, & quò respiciat, his verbis magistra monstrat. *Vt pascat in hortis, & colligat lilia.* Atque hæc quasi quædam corporea & externa est pro iuuenculis manuductio, vnde intelligunt illæ tam vbi sit, quàm quò respiciat. Omnino verò etiam vtilitas aliqua de his verbis à sancto spiritu profectis percipienda nobis est, idque per contemplationem spiritualem. Cum igitur audimus hæc verba. *Cognatus meus descendit in hortum suum:* totum euangelij mysterium discimus, quolibet ex his vocabulo rem arcanam nobis declarante. Nimirum quod is Deus, qui eo ipso patefactus est in carne, quia de Iuda ortus est, & gentibus in caligine atque vmbra mortis sedentibus illuxit: rectè & apta ratione cognati nomine à desponsata sibi ad æternam coniunctionem appelletur, quòd ea populi ex Iuda orti soror esset. Verbum autem, Descendit, significat propter illum, qui Hierosolymis Hierico descendit inque latrones incidit, propter hunc igitur in hostes lapsum, etiam ipsum descendisse, quo significatur facta ex ineffabili maiestate ad humilitatem naturæ nostræ demissio. Ex horti ænigmate discimus, verum illum agricolam de integro aruum suum plantare, nimirum nos homines. Etenim nos aruum ipsius sumus, quemadmodum Paulus loquitur. Iraque cùm ipse sit is, qui rerum initio plantationem humanæ naturæ consitam à patre cælesti, excoluit in paradiso: aper autem singularis & immanis hortum illum, nimirum nos deprædatus sit, aruumque diuinum vastarit: hanc ipsam ob caussam descendit, vt efficeret quò hortus desertus rursum per virtutum consitionem ornaretur: puro ac diuino doctrinæ fonte ad plantas huiusmodi fouendas, per quosdam quasi riuos sermonis deducto. Phialæ autem aromatis hactenus in descriptione pulchritudinis sponsi ad maxillarum encomium fuerunt accõmodatæ, quibus cibi spirituales ad vsum pascendorum comminuuntur. Hîc verò pro loco sumuntur, quo sponsus degat: discentibus ex eo nobis, non versari sponsum ea in anima, vbi virtutum quædam sit solitudo: sed quæ secundum hactenus indicata, aromatis est phiala, & vnguenta profert. Qui talis est, is sapientiæ crater factus, diutinum & incorruptum vinum in sese recipit, quod qui recepit exhilaratur. Quæ porrò sequuntur, indicant cuiusmodi pascuis ouiariæ præclari illius pastoris pinguescant. Nõ enim ille deserta quædam ad loca, spinosaque abigit oues, vt gramen decerpant: sed eius loco eis hortorum aromata proponit, & pro gramine lilia, quod quidem ipsum ait à pastore ad alendas oues colligi. Quibus verbis significatur sanè quã sapienter, naturam illam ac potestatem, quæ vniuersa complectatur & contineat locum & spatium sibi constituere illorum in puritate, qui ipsum recipiant, & in quibus multipliciter virtutibus excultus hortus liliorum floribus vigeat aromatumque fructus copiosos fundat. Nam lilia quidem splendoris & puritatis in mente quoddam ænigma sunt, aromatum verò fragrantia significat adfectionem à fœtore peccatorum abhorrentem. In his ergo versari dicit eum, qui ratione præditis ouiariis præest: pascentem in hortis, & lilia decerpentem colligentemque in vsum ouium: quæ quidem ipsa ouibus Pauli opera proponit, qui de diuino penu cibum hunc ex liliis congestũ nobis obiicit. Nam lilia putari debent, quæcumque vera sunt, quæcumque honesta, quæcumque iusta, quæcumque pura, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis: si qua virtus, & si qua laus. Hæc sunt (vt equidem arbitror) lilia, quibus ab illo præclaro pastore ac magistro nutriuntur ouiariæ. Quæ autem sequuntur verba, prolata à pura & labiis omnis expertè sponsa, cùm ait. *Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum:* hæc igitur norma sunt ac finitio quædam omnis in virtute perfectionis. Nã ex his discimus, nihil in nobis esse præter Deum debere, neque animæ purificatæ vllam ad rem aliam respiciendum esse: sed debere hanc ita se ab omnibus crassis tam rebus, quàm cogitationibus expurgare, vt tota translata prorsus ad statũ, quem mentis intelligentia percipimus, & qui omnium crassarum rerum expers est, illustrissimum ex se pulchritudinis principis simulachrum efficiat. Vtque is, qui in tabula picturam videt accuratè conformatam ad archetypum, vnam vtriusque formam esse pronunciat, imaginis pulchritudinem ipsam esse archetypi pulchritudinẽ dicens, & archetypum in simulachro clarè conspici: eodem modo etiam hæc, quæ ait, *Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum:* pulchritudinem suam conformatam ad Christi exemplar dicit, posteaquam naturæ nostræ primam beatitatem recuperarit, quæ ad imaginem similitudinemque principis & vnicæ veræque pulchritudinis ornata erat. Ac veluti speculum artificiosè & ad vsum idoneè comparatum, pura in superficie incidentis faciei characterem accuratè refert: sic posteaquàm anima seipsam idoneè comparatit, omnemque vitæ huius labem abiecit: puram incorruptæ pulchritudinis speciem sibimetipsi imprimit. Quare verbum hoc à speculo illo voluptatis electione prædito atque animato profertur. Posteaquàm toto orbe meo cognati faciem intueor per hoc ipsum tota formæ ipsius venustas in me conspicitur. Atque has voces Paulus imitatur clarissimè, cùm ait se Deo viuendo, mortuum mundo factum esse: solumque Christum in se viuere. Nam cùm dicit, Mihi vita Christus: tantùm non clamat iis verbis, nullam in ipso adfectionem humanam crassamque viuere, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, nõ timiditatem, non trepidationem, non fastum, non audaciam, non iniuriarum tenacem memoriam, non inuidiam, non adfectionem animi ad vindictam, non auaritiam, non honoris, non gloriæ libidinem, non quidquam eorum, quæ animum quadam erga se adfectione polluunt: sed solus (inquit) ille mihi superest, qui nihil est horum. Etenim abrasis quasi poliendo vniuersis, quæ ipsius in naturam non cadunt, nihil in me habeo, quod non in ipso sit: eaque de caussa vita Christus est, vel vt sponsa loquitur, Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum: qui est sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumen & veritas, & huiusmodi alia, quæcumque animam meam pascunt, non in gramine vel virgultis: sed in splendoribus sanctorum. Liliorũ enim natura cùm colore splendido sit ornata huiusmodi quam-

Marginal notes: *Quid descẽdere.* — *1.Cor.3.* — *Lilia quæ.* — *Gal.2.*

di quamdam sententiam horum verborum esse significat. Itaque propterea gregem suum in prata liliorum ducit, qui pascit in liliis: vt splendor Domini Dei nostri nobis contingat. Nam quod alitur, omnino ad eius speciem comparatur, quo vescitur. Vt si quis (Iubet enim hoc sumere) vas quoddam concauum è vitro factum habeat, in quod si quid iniiciatur, pellucidū sit: quidquid tamdem fuerit, siue fuligo, siue quid purius & splendidus. Itaque qui liliorum splendorem animis indit, etiam animas ipsas splendidas reddit: indita illa specie pellucente ad exteriora. Vt autem illustrior adhuc sit sensus, dicimus per virtutes animum pasci, lilia verò in ænigmate virtutes appellari: quibus qui rectà viuendi ratione satiatus est, is vita sua cuiuslibet virtutis speciem exprimit. Existimato purum esse lilium modestiam, & iustitiam, & fortitudinem, & prudentiam, & quæcumque vera sunt, vt ait Apostolus, quæcumque honesta, quæcumque amabilia, quæcumque iusta, quæcumque pura, quæcumque boni nominis: si qua virtus, si qua laus. Nam hæc omnia postquàm in animum penetrarunt, per vitam puram demonstratur: simulque ornant illum, qui ea continet, & ipsa quid ornamenti à continente accipiunt. Quamobrem ea, quæ totam se cognato tradidit, inque forma sua dilecti pulchritudinem recepit: hæc ergo qualia consequatur ab illo, qui glorificantes se glorificat: audiamus in iis, quæ hactenus indicatis ordine proxima sunt. Inquit enim ad sponsam verbum: *Pulchra es proxima mea, sicut ipsa beneuolentia: formosa sicut Hierusalem: stupor tanquam instructa acies.* Gloriam ab exercitu cælesti Deo in altissimis tribui pro declarata in homines beneuolentia, idque pastoribus audientibus, quo tempore illi natam in terra pacem viderant: itemque magni regis ciuitatem appellari Hierosolymam à creatrice totius Domino: nemini esse obscurum potest, qui euangelicis in libris versatus est. Adeoque sciri de hoc ipso potest, quantam sponsæ pulchritudinem verbum tribuat, cùm illam & cum Hierosolyma, & cum beneuolentia comparat. Satis enim perspicuum est, hoc velle verbum dicere, vsque adeò animam in sublime enectam esse præclaro conscendendi conatu: vt iam ad ipsa Domini miracula enitatur. Nam si Deus ille in altissimis, qui est in finibus patris, declarandæ in homines beneuolentiæ caussa sanguini & carni miscetur, vt in terra pax nostra nasceretur: planum est illam, quæ ad hanc beneuolentiam conformauit suam pulchritudinem, præclaris operibus suis Christum imitari: quippe quæ aliis hoc sit, quod Christus humano generi fuit quemadmodum & Paulus imitator ille Christi faciebat, seipsum à vita velut exterminans, vt cum calamitate sua salutem Israëlis commutaret. Sic enim ait: Optarim anathema esse à Christo, pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem. Eaque de caussa dici ad eum non ineptè posset. quod hîc ad sponsam dicitur: Talis est animi tui pulchritudo: qualis fuit Domini erga nos beneuolentia: qui se ipsum inaniuit sumpta serui forma, & seipsum dedit pretium pro mundi vita, & propter nos inops factus est, cùm diues esset: vt nos in ipsius morte viueremus, in ipsius ino-

De vocabulo fidocia.

Rom. 9.

Philip. 2.

A pia diuitias consequeremur, in forma seruitutis ipsius regnaremus. Eadem sponsæ maiestatis etiam per elegantia Hierosolymæ significatur: supernæ videlicet illius Hierosolymæ, liberæ, liberorum matris, quam magni regis ciuitatem esse de domini dicto intelleximus. Etenim quæ comprehendit intra se non comprehensibilem, ita vt habitet & ambulet in ea Deus: hæc per habitantis in ea pulchritudinem ornata, cælestis Hierosolyma fit. Pulchritudo autem ciuitatis regis, & elegantia: ipsius haud dubiè regis est pulchritudo. Nam is est (quemadmodum in psalmorum libro dicitur) ipsa elegantia & pulchritudo, quem

B & vates hoc modo appellat: Elegantia tua & pulchritudine tua dirige, prosperare, regna: propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Hi enim pulchritudinis diuinæ sunt characteres veritas inquam, & iustitia, & mansuetudo. Quâ ohrem anima talibus ornata pulchritudinibus, fit formosa tanquam Hierusalem, venustate regis cohonestata. Enimuerò manifestum hoc sponsæ pulchritudinis encomium est, amplificatum per comparationem cum ipsa beneuolentia & Hierosolyma. Quæ autem sequuntur, & ipsa sponsæ encomium esse, non nos quidem dubitamus: verùm sententiam verborum, per quam huiusmodi laude cohonestatur ea, quæ digna censetur hac

C prædicatione, facili & expedito conatu perspicere non possumus. Verba quidem huiusmodi sūt. *Stupor tanquam instructa acies.* Fortasse verò quis hactenus consideratis inhærens dixerit, per hanc cum vltra mundana natura comparationem, amplificari prædicādo maiestatem sponsæ. Nam hæ sunt illæ instructæ copiæ, quippe vbi potestates semper dominantur: perpetuò dominatus terū potiuntur: solidè fundati sunt throni: imperia nullam in seruitutem rediguntur: sine intermissione Deo copiæ faustis vocibus acclamant: volatus Seraphim non quiescit, & statio non progreditur: Cherubim sustinere sublimem illum, eleuatumque thronum nō cessant: ministratores opus facere & sermonem audire nō desinunt. Hæ igitur potestates à Deo cùm ordinatæ sint, cumque ordo ille copiarum vltra mundanarum, quas qua mente tantum intelligimus, æternùm non confusa maneat, nulla malitia rationem illam optimè constitutam euertente: iccirco etiam anima, quæ ad illarum imitationem ordine decenterque facit omnia, talem sui admirationem excitat, qualem ordinatæ illæ copiæ merentur. Nam vos stuporis significationem consternationis habet. Per consternationem verò si admirationem intelligamus, à veritate non aberrabimus. Cæterum quæ ab his proxima sequuntur verba, ambiguitatem quamdam cōtinēt qua nam à persona, & ad quā prolata sint, cùm dicitur: *Auerte oculos tuos à me. Nam illi alas mihi reddiderunt.* Nonnullis videtur, hæc à Domino ad animam puram dici. Verùm ergo magis conuenire arbitror, vt hæc ad sponsam referantur. Etenim huic congruere sententiam eorum, quæ dicuntur reperio. Quæ autem mihi occurrunt, exponam breuiter. Sæpenumero libros à sancto spiritu profectos Dei alarum mentionem facere audio. Modo enim vates ait, sub tegmine alarum tuarum me teges. Item sub alas eius sperabis. Rursum Moses insigni illo in carmine

Psal. 44.

Quid acies instructa.

Ordo cælestis.

Psal. 16.

Ibid. 35.

D

E

carmine idem his verbis quasi depingit: Diductis alis suis recepit eos. Nec illud quod à Domino ad Hierosolymam dicitur, Quoties volui colligere liberos tuos, quemadmodum gallina pullos sub alas suas colligit: abhorrere ab hac sententia dicere quis possit, consequentiam ipsam intuēs. Quare si profectus è sancto spiritu sermo ratione quadam ineffabili diuina in natura esse alas definit, & si primum illud hominis opificium testatur, naturam nostram ad imaginem similitudinemque Dei factam esse: omnino patet factum ad imaginem huius habuisse per omnia cum archetypo suo similitudinem. Atque alas habebat exemplar princeps, de sententia sacrarum litterarum. Iccirco sequitur humanā quoque naturā sic fuisse conditam, vt esset alata: quo nimirum etiam in alis diuina cum natura similitudinem haberet. Est autem manifestum, alarum vocabulum per considerationem quamdam figuratam ad sensum Deo consentaneum esse transferendū: ita vt & potestas, & beatitas, & status expers interitus, & alia huiusmodi per hoc nomen significentur. Quia igitur hæc etiam erant in homine, quam quidem diu per omnia Deo erat similis, verum deinde ad vitiositatem facta inclinatio talibus nos alis spoliauit: (posteaquam enim extra tegmen alarum Dei esse cepimus, etiam propriis alis nudati sumus) iccirco Dei gratia patefacta est, illuminans nos, vt impietate mundanisque cupiditatibus depositis, rursum per sanctitatem ac iustitiam alas proferamus. Quamobrem si hæc veritatis extra metas prolata non sūt conuenit hoc loco statuere, fateri sponsam ipsam qua sit ab oculis diuinis adfecta gratia. Simul enī & benignitatis suæ nos oculis adspexit Deus, & nos ad exemplum gratiæ pristinæ alas recuperauimus. Hæc arbitror equidem per hæc verba significari, quæ precibus Dauid in Psalmo x v i. complexus, ad Dominum ait: Oculi tui videant rectitudines nimirum meas. Nam probasti, ait, cor meum, & inspexisti noctu: igne me examinasti, & non reperta est in me iniquitas. Est igitur idem, si dicas, Oculi tui videant rectitudines & Oculi tui contrarium non spectent. Nam qui rectum tuetur, obliquum non videt: & qui obliquum non videt, omnino rectum spectat Itaque per summotionem contrarii, bonum diuinis in oculis demonstrat, per quos alas anima recuperat quæ per inobœdientiam primò conditorum hominum non amplius alas à natura habebat. Quare sic intelligimus hæc verba, quasi dicseretur: Oculi tui cùm me inspiciunt, auertuntur à contrario. Non enim videbunt in me quidquam cōtrariorūm. Iccirco tuis ab oculis hoc consequor, vt rursum alas habeam, & per virtutes recuperem alas eius, quæ est tam quam columba, quo fit vt volare possim, ac vicissim quiescere: quietem nimirum illam, qua Deus ab operibus suis quieuit. Cæterum post hæc verba rursum descriptio pulchritudinis sponsæ succedit, & singula quæ ad elegantiam ipsius facere possunt, apta quadam similitudine ornantur. Nam & comarum eius venustas laudatur, & dentium collocatio, & flos in labro, & vocis suauitas, & genarum rubor. Atque horum omnium laus per conuenientem quamdam comparationem absoluitur. Etenim capilli caprariis de Galaad conspiciendas se præbentibus adsimilantur: tonsarum verò greges, geminis fetibus gaudentes, encomium dentium conficiunt. Funiculo denique coccineo labium comparatur, & per collationem cum mali punici cortice genarum ornamentum indicatur, Verba sunt huiusmodi. *Coma tua velut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ de lauacro adscenderunt, & omnes habent fetus gemellos, neque sterilis inter eas vlla est. Labra tua sunt instar funiculi coccinei, & loquella tua elegans est. Mala tua instar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur.* Quæ omnia cùm superius satis indagando sint explicata, superuacaneum fuerit earundem contemplationum repetitione molestiam orationi nostræ aliquam creare. Quòd si quis tamē etiam modò dici nonnihil de iisdem expetit propter eos, qui nuper nos non audiuēre: breuiter horum ænigmatum sententiam percurremus. Capilli corporis peculiarem quamdam & diuersam à reliquo corpore naturā habent. Nam cum corpus vniuersum vis sensilis gubernet absque qua fit, nemo viuere posset, quòd sensus ipse sit vita corporis: solos capillos videmus & partem corporis esse, & sensus tamen carere. Atque hanc partis huius proprietatem esse, declarat hoc ipsum: quòd neque exustione, neque sectione, reliqui corporis instar, dolorem capilli percipiant. Itaque cùm de sententia dicti Paulini, gloria mulieris sit coma, quippe quæ per cincinnos caput exornet: docemur per hanc capillorum sponsæ prædicationem, debere illos qui in capite sponsæ esse intelliguntur, & per quos gloria ecclesiæ accedit, habere sensus in potestate sua, perque sapientiam sensum occultare: quemadmodum liber Prouerbiorum loquitur, quum ait: Sapientes abscondent sensum, nimirum qui non ex adspectu de bono iudicium faciunt, non gustatu bonum explorant, non adoratui, non tactui, non alterius sensus organo æstimationem boni permittunt: sed omni sensus extincto per solum animum oblata menti bona expetunt & amplectuntur, atque hoc modo mulierem illam, quæ est ecclesia, gloria quadam exornant, non honoribus intumescentes, neque per abiectionem animi rebus tristibus in augustum coacti, sed in aduersis casibus capillorum instar se sensus expertes declarantes, etiamsi vel sectio propter fidem in Christum, vel ad bestias, vel in ignem abiectio perferenda sit. Talis erat Elias ille, qui de Galaad sideris instar exortus est, in horrido squalidoque corpore, caprinis pellibus tectus, ad omnes tyranni minas nunquam non interritus. Quicumque igitur ad imitationem generosi in hoc vate animi seipsos supra mundum hunc vniuersum attollunt, egentes, pressi, adflicti in montibus, antris, cauernis terræ quibus denique mundus non est dignus: hi verò gregatim circa vniuersi huius caput conspectí, ecclesiæ gloria fiunt, ad celestem gratiam vnà cum illo Galaad ita conscendentes. Cæterū capræ in hac capillorum laudatione mentio facta est fortasse propterea quod huius animalis natura idoneè comparata fit ad proferendos pilos: ita vt ornamenti capillorum imago quædam hoc ipsum animal fit, quod à natura pilos dēsos habet.

habet. Vel qood per saxa sine vlla pedum offensione tendat, & circa vertices montium versetur, per loca transitu difficilia præruptaqoe fidéter incedens: id qood aptè ad eos accommodabitur, qui præclarè asperam virturis viam conficiuot. Deoique dixetit forsan aliquis, propterea per has ad capitis encomium aliquid accedere, qood animal hoc ad multa legalia sacrificia sit à Mose vsurpatum. Scio etiam in ænigmatis libri Prouerbiorum inter quatuor illa expeditè incedentia numerari hircum ducentem caprarũ gregem. De quo nostra quidem huiusmudi coniectura est. Quoduis institutnm, ab vno aliqno ceptum, in multos quasi diditur: vt in excusotia a litteræ sacræ indicato, auctoré ei⁹ artis esse Thobelum: scientiam eorum omninm, qui post húc ferri elaborationem tractarunt, ad ipsum referunr. Eodem modo rei pastoriæ primus auctor Abel exstitir, Cain agticultionis, venatotiæ Nebroth, vitium culturæ Noë, Enoch in Denm primus sperasse dicitur, adeoque multa de litteris sacris huiusmodi licet intelligere: nimirum posteaquàm vnus aliquid iostiruerir, hoc ipsum institutum deinde per imitationem in vitam hominnm promanasse. Quamobrem cùm in zelo diuino prorsus eximiè supra cæteros sese gesserit Elias, quasi dux reliquorum in hac parte factus: C qoicumque post illum imitati zelum eius, vestigia libertatis in hoc vare sequnti sunr, ij velut quidem grex caprarius illius facti sunr, qui princeps talis vitæ auctor existit. Iidem laus & gloria fiunr ecclesiæ, sclecti vt capillorũ sinr ornamentũ cùm sesuum vita locum in eis nullum habeat. Eodem modo dentes etiam laudat, per quos fortassis illi suot intelligendi, qui ecclesiæ corpns alunt. Hos vult semper conspici putos, quasi digressos primùm à lauacro: & pilorum copia minimè grauaios esse, quasi tecẽs tonsos: & virtutũ intetim fæcunditate gemiois fætibus iosignes vt D puritatis duplicis parentes fianr, tũ quæ in animo túque in corpore cõspiciatur: adeoque à dẽtibus his exrerminetnr, quidquid io fætificatione boni est stetile. Funiculus auté in labro collocarus, mẽsura quadam circumsctiptam sermoois vsurpationem in ænigmate norat, id quod vates ille custodiam & ostium compressiunis appellauit: cũ io tempore ad loquendum os aperitur, & suo tempore rursus occluditur. Funiculum autem mensuræ nomen esse, de libro vaticiniorum Zachariæ didicimus. Habebat enim in manibus angelus in ipso loquens fuoiculom quo terram metiri homines solent. Tuoc autem oratio maximè suam mensuram consequitur, cùm à rubedine colorata est, quæ est ænigma sanguinis illius, à quo redempti sumns. Quare si quis ad exemplum Pauli Christum in se loquentem habet qui proprio nos sanguine redemit: etiam funiculum illum geometricum habet in ore, sanguioea tinctura ornatum. Quæ antem sequontur verba, interpretario sunt præcedentis ænigmatis. Nam funiculom illum coccineum exponir loqnelam elegantem, qua voce rursum puritas & moderario significarur. Etenim quod accuratè elegans est, atqne ipso in vigore se conspiciendum exhibet: id neque immaturũ, neque exoletũ est. Cum verò deinde per mali puniei corticem

Inuentores quarundã rerum.

Quid dentes.

Quid funiculus.

A genas ornat, insignem quamdam in bonis perfectionem sponsæ tribuit. Vult enim significare, non alia quadam io re situm esse thesaurum ipsius, sed ipsam sui ipsius thesaurnm esse: quippe quæ omnis boni appararum in se complectatur. Nam vt cortice continetur id quod esculentem est in malo pnnico: sic etiam demonstrat contineri thesaurum eius inteiiorem pulchritudine illa vitæ, qnæ sub adspectum cadat. Hic igitur est occultus ille spei thesaurus proprius animi fructus, qui vita virtuti coosentanea quasi qnoddam mali punici cortice continetur. Quod autem additur, *Prater id quod in* a *te reticetur*: hanc, vt arbitror, sententiam habet, non tam ex cadentibus sub adspectuni æstimari laudem haoc debere, quatenus hæc verbis exponuntur: quam ex iis, quæcumque silentio teguntur, indicationem quæ per verba fiat, effugieotia. Quemadmodum enim id, quod oratio noo est, silentium esse statuimus, si quod à silentio est diuersum, si orationem quis esse dixerit, non errabit. Nam id reticemus, quod verbis enuntiare nun possumus. Si ergo illud quod oratione non continetnr, silentium est consequitur omnino putandus, id esse orationem, quod extra silentium sit. Quare cùm dicit, Præ- C ter id quod reticetnr, hoc vult haud dubiè, præclara quidem & magna esse, quæ indicari oratione possint, nimirum extra silentium posita, verùm quæ extra orationem posita sint, silentio tecta & ineffabilia, modis omnibus maiora & admirabiliora esse iis, quæ oratione proferantnr. Nunc etiam illa, quæ sequuntur, audiamus encomia: quorum senteotia consimilis est illi puteo, cuius os commemorar historia lapide graui sic munitum fuisse, vt dificulter eius aqua frui puellæ pascentes possent: donec eò de latus Iacob, lapidem ad ore putei summouit, & aqua repletis vasis, ex quibus bibebant greges, fecit D vt abundè se potu recrearent. Et quæ tamdem illa sunt, quæ tali cum puteo comparamus? *Sexaginta reginæ sunt, & octoginta concubinæ, & iuuencularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ, electa illi quæ peperit eam.* Quis igitur oobis lapidem obscuritatis huius voluendo summouebit? quis abditorum scrisuum aquam exantlabit? quæ quidem vsque adeo sita in profundo est, vt nostra eam ratio nequeat attingere. Enimuerò rectè me facere arbitror, cùm vestris auribus testatum facio, cogitationem horum in solos illos cadere; quos Apostolus his verbis appellat: In nullo non o- B pulenti facti estis, in omni sermone, & in omni cognitione. Nostra verò penuria propositos nobis in hisce verbis thesaurus comprehendere nullo modo potest. Ne tamen ignauiæ condemnemur, cùm lex nobis lata sit, quæ scrutandas esse litteras sacras præcipit: parumper hac etiam in parte sudoris adhibere non delectabimus. Dicimus ergo comprehensam his verbis philosophiam per has sponsæ laudes elegãtem quamdam nobis doctrinam proponere. Ea vero est huiusmodi. Non eadem ratione atque ordine vniuersum hoc & creatum est & renouatur. Nam cum rerum initio vi numinis diuinis esse creatorum natura cepit, in re qualibet vna cum prin-

cipio

Mali punici cortex.

1. Cor. 1

Diuersitas creationis & renouationis nostra.

cipio fine vllo temporis spatio finis etiam perfectioque rei coniunctus fuit: cùm vniuersa de nihilo producta cum principio perfectionem etiam suam consequerentur. Est autem humana quoque natura illorum in numero, quæ creata sunt, & petinde vt reliquæ res non paulatim ad perfectionem suam contendit: sed statim ex quo primum esse cœpit, perfecta fuit. Aiunt enim litteræ sacræ: Factus est homo ad imaginem Dei & similitudinem. Quibus verbis indicatur bonum inter omnia bona summum & perfectissimum. Quid enim repetiri possit similitudine Dei sublimius? Itaque patet in prima creatione fine vllo temporis interuallo vnà cum principio finem etiam apparuisse, resque creatas à perfectione cepisse. Posteaquàm verò natura propter adfectionem erga vitiositatem morti adita, de perseuerantia in bono excidit: non perinde vt in ortu primo, perfectionem subitò recuperat, sed via quadam ad maius progreditur, idque consentanea ratione & ordine, dum paulatim adfectionem ad contraria procliuem extinguit. In prima creatione nihil erat quod impediret, quo minus naturæ perfectio cum ortu ipsius concurreret, cùm nulla esset vitiositas. At in hac altera restitutione necessariò comitatur eos, qui ad primum illud bonum recurrunt, mora quædam & dilatio temporis: propterea quod mês nostra, quæ ob vitiositatem constricta tenetur ab adfectione quadam propendente in res crassas, coniunctionem cum malo quasi corticem quemdam obductum sibi, per decentem viuendi rationem velut vndique scalpendo paulatim detrahat. Hac de caussa etiam multas apud patrem illum mansiones esse accepimus, quippe quod pro ratione propensionis ad bonum, & abscessus à malo, cuique merces parata sit. Alius enim adhuc in primo electionis boni initio, vt qui recens è fundo vitæ vitiosæ veritatis ad fruitionem emerserit: alius studioso conatu iam boni quadam accessione & incremento auctus est: alius etiam amplius ob singularem bonorum cupiditatem est consequutus: alius quasi medium inter conscensionis ad illa subliora confecit: alius etiam medium hoc cursu preteriit: nonnulli & hos superarunt, quos rursum alii sunt prætergressi: contendentibus item aliis supra hos quoque ad altiora: denique Deus omnino pro varietate industriæ singulorum, suo qualibet ordine recipit, cuique sortem ex ipsius dignitate tribuens, honorumque compensationes tam ad sublimiores, quam inferiores accommodans. Huiusmodi quamdam commentationem instituit propositis in verbis existimamus, animarumque discrimen indicari, quæ sponsum intuentur. Nam alias vocat iuueculas, quarum multitudo numerum omnem superet: alias concubinas: alias reginas. Concubinarum numerum decadibus octo definiit, cùm reginarum numerus sexagenarium expleat. At supra vniuersas hasce collocat vnicam illam perfectamque columbam, quam solam matri, & electam esse genitrici suæ pronuntiat. Itaque per hæc diuina oracula discimus, nonnullos qui non ita pridem velut ex aluo quadam in imo siti erroris prodierint, quasique recens editi nec dum sermonis articulati capaces sint: propter adsensionem fidei non satis à ratione confirmatam, numero infinitos esse: quippe qui salutarem quidem illi sermonem mysterii sacri esse crediderunt, non tamen per scientiam quamdam & certitudinem ab ipso sermone profectam, quasi solido innitentem fundamento veritatem habent. Atque hæ sunt illæ appellatæ iuuenculæ, quòd primum adhuc ætatem spiritualem agant, quodque per fidei sermonem genitæ, necdum conueniente incremento eiusmodi factæ sint, vt vel ætatem nuptiis maturam attigerint, vel in virum perfectum euaserint, vel mensuram nuptiis aptæ ætatis adsequutæ sint, vt ex Dei metu ferre vterum possint, & spiritum salutis gignere. Nimirum adhuc propter infantiam & imperfectionem mentis, cum adfectione quadam nonnihil brutæ vitæ consuetudinem habent. Sed tamen etiam hi sunt eorum in numero, qui salutem consequuntur quemadmodum vates ait: Homines & iumenta seruabis Domine. Quibus in verbis iumenta vocat eorum, qui seruantur, partem propius nonnihil accedentem ad bruta. Cæterùm illorum, in quibus conuenientiore studio mens aucta est, quique infantiam reliquerunt, duplex hic discrimen discimus. Etenim animæ fiunt quidem illæ concorpores verbo, tam hæ quàm illæ: Verùm nonnullæ per amatoriam quasi quamdam adfectionem cum eo conglutinantur, cuius generis erat Dauidis & Pauli anima: quarum illa inquit, Mihi cum Deo conglutinari bonum est: hæc verò, Nemo seiunget nos à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu: non vita, non mors, non quod præsens, non quod futurum est, non quidquam earum rerum, quæ res existunt. Aliæ autem supplicii metu adulterii conatus vitant. Nam & ipsæ manent incorrupta in integritate ac sanctificatione: sed metu magis, quàm desiderio adductæ flagitium nullum admittunt. Quæ igitur per adfectionem quamdam perfectiorem desiderio incorruptæ integritatis cum Dei puritate quasi commiscentur: reginæ, propter regni societatẽ, appellantur. Quæ autem minarum metu virtutem colunt, concubinæ vocantur. Nec enim illatum vlla mater regis, ac dignitatis particeps fieri potest. Quî enim posset illa, quæ necdum eam conditionem consequuta est, vt nullius dominatui subiecta sit, nec summum imperium honestæ elationis adepta: sed metu seruili à societate vitiorum discedit? Horum autem quæ diximus, exempla sunt, de reginis quidem illi, qui ad dextiam collocati merentur, ad quos rex ait, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum: alterius verò, & inferioris ordinis exemplum illi fuerint, ad quos Dominus inquit: Timete illum, qui potestatem habet vt posteaquàm occiderit, etiam in Gehennem ignitam coniiciat. Atque hoc dubrum ordinum discrimen indicare mihi per ænigma videtur ipsa in numeris diuersitas. Quî hoc inquam? Sex omnino præcepta sunt, per quæ regnum paratur, iis, ad dextiam qui collocantur. Statuamus apud animum quodlibet horum esse talentum illud herile, quod negotiando effici à bono

Genes. 1. — Psal. 35. — Psal. 72. — Rom. 8. — Quid reginæ. — Matth. 25. — Luc. 12. — Diuersitas in numeri. — Quid iuuenculæ.

à bono ac fideli famulo decuplo amplius conuenit, vt hoc modo in gaudium domini sui ingrediatur, repertus in exiguis fidelis, & propterea multis præfectus. Si ergo per hæc sex præcepta regni anima fit particeps, & in quolibet horum quæstus ac negotiatio perfecta est, mandatum ipsum quasi decuplare, quemadmodum bonus ille seruus ait, vnum heri sui talentum decem aliorum talentorum lucrum adquisiuisse, consentanea quadam ratione reperimus, in sexaginta reginas vnam illam excrescere: quæ per decuplationem sex mandatorum in regni societatem venerit: ita vt muliæ fiot vna illa per multiplicem mandatorum characterem diuisa, & in quolibet opere præclaro peculiariter velut espressa. Hoc igitor modo io sexaginta reginas vna diuiditur, secuodum mandatorum species distincta & numerata: fitque particeps regni Christi sponsa, quasi nario quædam reginarum facta, qoæ prius vna erat, dum per tot dignitatis ratione mandarorum numerando quasi moltiplicatur. Iam si bunc mandatorum senarium vna in anima velut excultum ad decuplum vsque, per illas sexaginta reginss in ænigmate sigoificari non prorsus absurdè coniecimus: coosimiliter etiam pet octogiora significari obscuriusculè mysterium Octauæ dicimus C simili qoodam ænigmare, ad quam respicientes illi qui metu ducti malorum à societate arcentur. Hoc enim ex psalmis animaduertimus, quibus in inscriptione præfigitur Octauæ nomen, & voces ipsæ sunt prorsus eorum qui metu futurorum malorum quasi flagellantur, adeoque ad commiserationem aures flectuot. Ait eoim terribilem ad iudicem is, qui ad Octauam respicit: *Psal. 6.* Domine, ne furore tuo argueris me, neque ira tua castigaueris me. Miserere mei Domine, quia debilis sum: sana me Domine, quia territa sunt ossa mea. Quibus adde cætera quæcnmque deinceps incorrupto iudici supplicando D proponit: inter cætera deplorans etiam hoc, quòd in morte nulla Dei sit recordatio. Nam qui fieri posit, vt ii qui ad eiulatum & dentium stridorem condemnati sunt, ex recordatione Dei læticiam percipiant? Nam alio in loco vates ipse dicit, recordatinoem Dei læticiam excitare. Hæc igitur & alia buiusmodi Deo proponens is, qui octauam metuit, tamdem sentit se misericordiæ participem fieri, cùm ait: *Ibid.* Exaudiit vocem ploratus mei. Cùm autem multi vtiles metus sacris in litteris declarentur, esto in his etiam, vt perinde ac sex illa mandata vsque ad decuplum excrescanr: ita vt is qui ex psalmorum libro didicerit, quo pacto rectè quis Deum metuat, nimirum deflectendo à malo, & faciendo boonm: hic ergo rem diuini metus, quasi qoamdam vel minam vel talentnm, negotiando decies ampliorem efficiat. *Psal. 36* Quo fiet, vt anima locum à regina secundum obtinens, qoæ metu non dilectione quod bonum est facit, ad octogenarium vsque numerum excrescat, quamlibet speciem eorum, quæ ex metu rectè fiunt, inconfusè ac distinctè demonstrans: adeoque bic octaua cum decuplo multiplicabitur, eaque ratiooe illa, quæ ex metu seruilem in modum, non ex amore sponsam deceote ad boonm accedit, concubina pro regina fit: per metum octauæ, quem ad decuplum vsque suis actionibus amplificauit, ad numerum octogenarium vsque perueniens. Atque hanc concubinam, ad tempus aliquod spurio: non iugenuo partu morem hero suo gerentem, dictum illud historiæ perpetuò cum regina degere iisdem in ædibus vetat: quod seruilis fetus ad hæreditatem regni cum iogenuo partu eius par oon habeat. Eiicito, inquit, ancillam & filium eius. *Genes. 21.* Nec enim ancillæ filius cum ingenuæ filio hæreditatem adibit. *Gal. 4.* Quòd si cui hæc numerorum in propositis verbis consideratio non nihil esse violeota, quasique torta videtur, is velim sibi reuocet in mentem, ab initio nos protestatos esse non posse veritatem nos in hoc genere adsequi, ac propterea sic attigimus hæc ænigmata, vt ne prorsus nullo impenso studio prætermiterentur. Sed tamen si dilectio (quemadmodum alicubi perscripium est) planè tamdem metum eiiciat, mutatusque metus dilectio fiat: tum verò voitas esse reperietur id, quod salutem consequitur, omoibus inter se vnitis in conglutinatione cum vno soloque bono, per illam quæ in columba est perfectionem. *Quid sibi velit vnitatis numerus.* Nam huiusmodi quiddam ex verbis sequentibus iotelligimus, cùm ait: *Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ, electa illi quæ peperit eam.* Atque hoc in euangelio per vocem Domini nobis illustrius declaratur. Etenim ille benedicendo vim omnem discipulis suis conferens, cùm alia bona verbis illis, quibus ad patrem vtitur, tribuit dignis: tum etiam addit hoc, quod bonorum caput ac somma est, non amplius eos in diuersitate quadam electiooom, multipliciter diuisos fore in faciuodo de bono iudicio: sed omnes vnum futuros, vni illi ac soli bono agglutinatos, ita vt per vnitatem sancti Spiritus (quemadmodum Apostolus ait) pacis constricti nexu, corpus vnum fiaot omnes, & vnus spiritus, per spem vnam, in quam vocati sint. Enimverò rectius fecerimus, si de verbo ad verbum ipsas euangelii diuinas sanè voces apposuerimus. Vt omnes, inquit, sint vnum, quemadmodum tu mi pater io me es, & ego in te: vt & ipsi vnum sint in nobis. *Ioan. 17.* Huius autem vnitatis nexus est gloria. Spiritum autem sanctum appellari gloriam nemo prudentiorum oegabit, si ipsa Domini verba iutuebitur, cùm ait: Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis. *Quòd Spiritus sanctus alicubi gloria dicatur.* Reuera enim eamdem discipulis gloriam dedir, quum ad eos diceret, Accipite Spiritum sanctum. Atque hanc gloriam, quam tamen semper habuit prius etiam quàm mundus hic existeret, accepit id temporis, cùm naturam bumanam indueret, qua quidem per Spiritum sanctum glorificata, qoidquid huic cognatum est gloriæ spiritus fit particeps, facto ab Apostolis initio. *Ioan. 2.* Hanc ob caussam ait, Gloriam quam dedisti mibi, dedi eis: vt sint vnum, quemadmodum nos vnum sumus: ego in eis, ac tu in me: vt sint consummati in vnum. Quamobrem is, qui de puero in virum perfectum augescendo euasit: ad mensuram ætatis illius perueoit, quam mente intelligimus: è mancipio & coocubina re- *Quid columba.*

giæ dignitatis particeps factus est: denique capax gloriæ Spiritus sancti per statum à vitiis omnibus alienum, perque puritatem: hic igitur est perfecta illa columba, ad quam sponsus respicit, cùm ait: *Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matris suæ, electa illi quæ peperit eam.* Neque verò esse nobis obscurum potest, quænam sit columbæ illius mater: cùm ex fructu agnoscere arborem liceat. Vt enim homine conspecto non dubitamus ortum esse illum ab homine: sic cùm electæ huius columbæ matrem quærimus, non aliam quamdam, sed columbam hanc esse intelligamus. Nam in filio parentis omnino natura conspicitur. Quare cùm id, quod ex spiritu gignitur, sit spiritus, & verò filia cùm columba sit: omnino etiam mater huius est columba illa, quæ de cælo ad Iordanum deuolanit, quemadmodum Ioannes testatur. Hanc igitur felicem prædicant mnenculæ, hanc concubinæ, hanc reginæ laudant. Etenim communis quidem animabus vniuersis ad beatitatem

Mater columba.

A talem cursus propositus est. Propterea verbis hisce vtuntur: Intueantur illam filiæ, beatamque prædicabunt eam: reginæ & concubinæ laudabunt eam. Omnes autem sic à natura comparati sunt, vt cupiditate animi ad id, quod beatum est ac laudatur, contendant. Quamobrem si columbam hanc filiæ beatam prædicant, omnino & ipsæ fieri columbæ concupiscunt. Itidem quòd à concubinis & reginis columba laudatur, argumento est, has quoque studiosas illius esse quod prædicatur: donec tamdem iis omnibus vnum factis, qui ad eamdem desiderii metam respiciunt, & nulla in vllo vitiositate supe-


B rante, omnia Deus in omnibus fiat, quotquot per vnitatem inter se in boni societate coalescunt idque in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & imperium, vnà cum experte principii patre, & sancto, bono, viuificante ipsius spiritu, nunc & semper, & sæculis infinitis.

Amen.

D. GREGO-

D. GREGORII NYSSAENI EPISCOPI AD HARMONIVM, EPISTOLA, QVID NOMEN PROFESSIO VE CHRISTIANORVM SIBI VELIT,

Laurentio Sifano interprete.



VOD apud magistratus & eos, qui rerum potiuntur, faciunt ii: qui quotidianis vectigalib⁹ obnoxii sunt, vt; si complurium dierum æs alienum ab ipsis persolutũ non sit, in vnam summã coactum singularium debitorum æs alienum 'dependeut, siquam fortè nacti fuerint pecuniæ facultatem, id eriam ipse faciem apud tuam amplitudinem. Nam cùm debeam crebras ad te mittete literas, (quippe cũ Christianis promissio debitũ sit) quam in præterito tempore inuitus feci literarum intetmissionem, nũc explere & cõpensare volo & tantum epistolæ modũ excedens vt si ad cousuerum modũ literatũ diuidatur, loco multarum epistolarum haberi posfit. Verum ne frustra lirerarum prolixitate ludam, ac nugando tempus teram, rectè mihi facturus esse videor, si per epistolarem hanc vocem imitatus fuero consuetudinem, qua coram inter nos vti solemus. Meministi enim sat scio, quòd semper arguméta sermonum, quibus sermonibus inter nos vti solebamus, meditationes virtutis erãt, & ad Dei cultũ atque pietatem exercitationes: cùm tu quidem præceprori sac magistri more semper iis, quæ dicebantut, ex aduerso subijceres & opponeres, nihilque quod diceretur, absque excussione atque examinatione admitteres: nos verò, qui ætate præcederemus, quæ per consequentiã sermonis identidem requirerentur, dissolueremus. Si igitur nũc eriam ita fieri posset, vr à tua prudentia omni sermoni occasio daretur, nihil eo melius ac præstabilius accidere posset: duplex enim vtrique nostrũ lucrum existeret, tum ex mutuo conspectu, (quo quid in vita mihi dulcius?) tum ex eo, quod plectri in modum à tua prudencia nostra vetusta cithara suscitaretur: sed quoniam vitæ necessitas facit, vt corpore ab inuicem disiuncti simus, etiamsi animis semper coniungamur, necessarium fuerit, sicubi contradictio aliqua nobis existere visa fuerit per consequentiam aduersus sermonem etiam tuam subire personam. Cómodum autem fuerit primùm argumentum quoddam, vnde aliqua ad animum vtilitas peruenire posfit, proponere quasi scopulum literatum, quò spectent: deinde sic ad rem propositam sermoni operam dare. Igitur ad quærendum à nobis propositum esto, quæ sit Christiani hominis professio fortassis enim haud inutilis erit huius rei consideratio. Nam si plenè atque exactè inuentum fuerit id, quod per hoc nomen declaratur, magnum adiumentum adepti fuerimus ad vitam cum virtute transigendam, si id quod nominamur, per sublimem quoque vitæ ratio-

Quæ christiani professio.

A nem verè esse studeamus. Quemadmodum enim siquis medicus, vel orator, vel geometra vocari desideraslet, non admitteret, vt propter imperitiã cognomen reprehenderetur, si facto periculo is non inueniretur, cuius nomine appellaretur: sed qui veré harum alicuius professionũ nomine appellari vellet, ne falso sumpta appellatio conuincatur, ipso studio atque exercitio fidem faceret appellationi: eodem nos quoque modo, si verũ hominis Christiani professionis scopum scrutando inuenerimus, nolimus; non esse id, quod illud nomen pro nobis pollicetur: ne in nos etiã quadret id quod ab externis & infidelibus de simia vulgo

Plato in Gorgia.

B narratur. Aiunt enim quendam in vrbe Alexãdri circulatoré & præstigiatoré exarcuisse ac docuisse simiã, vt agilitate quadã in formam & habitum saltatricis sese componeret, eique saltatricis apposuisse personam, ac vestem circundedisse exercitio conuenientem: & cùm chorum ei adhibuisset, placuisse ac celebratum hominum sermone, in pretio fuisse propter simiam, quæ ad cantilenæ modos ac numerum sese flecteret contorqueretque, ac per omnia quæ & faciebat & facere videbatur, naturam occultaret. cùm autem capti essent rei nouitate spectatores, quendam cæteris asturiorem ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo óstenderit simiam

C esse simiam. Acclamantibus enim cunctis & applaudentibus agilitati simiæ, ad cantum & modulationem aptè se mouentis & circumagentis, proiecisse eum aiunt in orchestra ex bellariis ea, quæ talium bestiarum ingluuiem attrahunt atque inuitant. illam vero nihil cunctatam, vt viderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam & saltationis, & plausuum, & vestis ornamentorum accurrisse ad ea, & manuum palmis collegisse, quæ inueniret: & ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque vnguibus suis assimulatam formam corrupisse atque dilacerasse, atque ita pro laudibus & ad-

D miratione risum abundè spectatoribus mouisse vt quæ turpis ac ridicula ex personæ reliquiis se conspiciendam præberet. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa atque assimulata adscitaque forma ad hoc vt homo existimaretur, deprehensa per ingluuiem bellariorum natura: ita qui non verè ipsam naturam suam fide formauerint, facilè per diaboli escam & ingluuiem conuincentur, quòd aliud sint atque præ se ferant ac profiteantur. Pro caricis enim vel amygdalis aut huiusmodi aliquo cibo, vana gloria, ambitio, lucri voluptatisque studium, & quæcunque sunt alia huiusmodi ma-

E la diaboli annona loco bellariorum auidis hominibus proposita, simiarum similes animos facilè prodit, qui per fictam imitationem Christianismum simulant, temperantiæ, mansuetudinis, aut alicuius alterius virtutis personam in tempore afflictionum & calamitatũ sibi detrahentes & amo-

uentes. Igitur necesse fuerit considerare & intelligere Christianismi professionem, fortasis enim fieri possimus id, quod nomen illud sibi vult: ne dum nuda professione ac specie prætextuque solius nominis insignimur, aliud atque videmur esse ab eo, qui occulta intuetur demonstremur. Quamobrem in primis quid ex ipsa appellatione per Christianismum intelligatur, consideremus. Fieri igitur potest, vt à sapientioribus quidē maior planè & amplior intellectus, qui sublimitati nominis respondeat, excogitetur: quæ autem nos capere & intelligere de hoc nomine possumus, hæc sunt Christi nomen, si ad dilucidius magisque perspicuum & intellectu facilius verbū transferatur, regem significat: quippe cùm sancta scriptura huiusmodi voce peculiari quodam vsu regiam indicet dignitatē. sed quoniā, vt ait scriptura, numen diuinū verbis explicari ac percipi non potest quippe cùm omnem superet excogitationem & comprehensionē: necessariò qui spiritus sancti numine diuinitùs rapiebātur Prophetæ atque Apostoli multis nominibus, notionibus & cōsiderationibus ad intelligendū incorruptibilē naturam nos quasi manu ducunt, alius ad aliam considerationem & intellectū Deo conuenientē nos dirigentes, vt ipsa quidē omnibus imposita potestas regni nomine declaretur: ea verò vis quæ omnis affectus perturbationisque expers, & ab omni vitiositate ac malitia vacua, pura ac libera est virtutis nominib⁹ designetur, ita vt vnaquæque virtus de natura excellētiore tū dicatur, tū intelligatur: atque idē sit & iustitia, & sapientia, & potētia, & veritas, bonitasque & vita, tū salus, incorruptibilitas immortalitasque, tū immutari ac variari nescia virtus, & quicunque sublimis est intellectus, qui per hæc nomina declaretur, omnia nihil aliud quā Christ⁹ & sint & dicantur. Si igitur omnis sublimis intellectus in Christi nomine cōprehendi intelligitur (sublimiori enī significatione reliqua quoque cōtinentur, ita vt cæterorū vnumquodque nomē in notione & intellectu regni cōsideretur) fortasse per consequentiā aliquo modo quid per christianismum significetur, animaduertere & intelligere possimus. Si enim eius quod excellit inter ea, nomina quibus incorruptibilis & immortalis natura explicatur, nominis participes sumus, qui per fidē in eū cū ipso coniungimur: omnino necesse est, vt quicunque vnà cum hoc nomine circa immortalē illam naturam considerantur intellectus, per consequentiā cum illis quoque nobis cōmunio nominis sit. Vt enim participatione Christi, Christiani appellationem adepti sumus: ita per cōsequens conuenit omniū quoque sublimium nominū nos adsciscere communionem ac societatem, ac quemadmodum in catena qui eam, quæ in extremitate est, curuaturam attraxerit, eas, quæ continentur inter se cohætent, per vnam attraxerit: ita quoniam Christi nomini reliqua quoque quibus ineffabilis ac multiformis illa beatitudo explicatur, natura cohærent atque coniuncta sunt: necesse fuerit eū: qui vnum arripuerit, vna cum ipso reliqua quoque attrahere. Si quis igitur nomen quidem Christi sumat, quæ vero vnà cum hoc nomine considerantur, vita nō exprimat, neque repræsentet: is nomen emētitur, iuxta propositam à nobis similitudinem personam inanimam humanæ figuræ cōformatam & assimilatam simiæ apponens. Fieri enī nō potest, quin Christus sit & iustitia, & puritas, & veritas, atque cuiusuis mali vitatio, neque Christianus esse potest (qui quidem verè Christianus sit) qui non illorum nominū quoque cōmunionem & societatē in sese ostendat. Quocirca sicut definitione aliquis quid per Christianismum significetur, declarauerit: ita dicemus, quòd Christianismus sit imitatio diuinæ naturæ. Ac nemo definitioni tanquā immodicæ, nostræque humilitatem naturæ superanti obtrectet, non enim excessit ea naturam. Nam siquis primam hominis conditionem & statum considerauerit, deprehendet ex documentis scripturæ, quod definitio extra modum nostræ naturæ egressa non sit. Nā & prima hominis fabricatio ad imitationem Dei similitudinis erat, Moyse de homine ita philosophante, dum ait, Fecit Deus hominem, secundū imaginem Dei fecit eū: & Christianismi professio est, vt homo reducatur ad pristinam & antiquam felicitatem. Si igitur antiquitùs homo Dei similitudo erat, forsitan haud absurdam & à proposito alienam fecimus definitionē, qui imitationem diuinæ naturæ Christianismum esse pronūtiamus. Professio igitur appellationis ita magna est. non alienum autem & intempestinum iā fuerit dispicere, an nihil in hoc periculi sit ei, qui hoc nomen prætendit, si eius vita talis non sit. Ex similitudinibus autem planum nobis ac perspicuum fuerit id, quod quærimus. Ponatur aliquis esse, qui artem pingendi profiteatur, atque huic imperati à magistratu, vt iis qui procul habitāt, regis imaginē sculpat. Si igitur turpē aliquā ac deformem speciē in tabula sculptā, imaginē regis indecoram eam formam nominauerit, an non verisimile est indignaturam esse potestatem, quòd pulchritudo principalis propter malam illam picturam vituperetur inter ignaros? Qualis enim in imagine species ostenditur, talem etiam formam principalem existimari necesse est. Quocirca si definitio Christianismum, Dei imitationem esse dicit, qualem vitam, quam iuxta imitationem Dei traduci creditum est, inter nos viderit is, qui nōdum mysterū rationem acceperit, tale nostrum quoque numen esse existimabit. itaque siquidem omnis boni exempla viderit, bonum credet esse numen, quod veneramur: sin autem aliquis affectibus obnoxius ac bestiarū similis fuerit, atque alias in alios identidem affectus transformetur, multasque ferarū formas, morū atque ingenii immanitate induat & reptæ senter: (feras enī planè videre licet naturæ nostræ de prauatæ vitiis informari:) deinde Christianum is se nominet, nemine ignorante, quòd eius nominis professio imitationē Dei polliceatur: per vitā suā efficiet, vt quod à nobis creditur esse numē vituperetur ac reprehēdatur inter infideleis. Quā obrē scriptura quoque talibus acriores ac terribiliores quodāmodo minas denuntiat, dū dicit: Væ propter quos nomini meo obtrectatur inter gētes. Ac mihi videtur ad hāc maxime sētentiam & intellectū nos ducens Dñs illud dixisse ad eos qui audire poterant: Sitis perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Qui enim patrē eorū qui crediderūt, verum patrē nominauit vult etiā eos,

Nomē christi regem significat. *Simile.* *Christianismus quid sit.* *Gen. 1.* *simile à pictoribus.* *Esa. 52.* *Matth. 5.*

eos, qui per ipsum geniti sunt, bonorum perfectioni, quæ in illo spectatur, similes esse. Dices igitur A mihi, & qui fieri possit, vt humilitas humana ad eam, quæ in Deo conspicitur beatitudinem eui ta tur: quasi in ipso videlicet præcepto, rei, quæ fieri nequeat, perplexitas atque difficultas emineat & appareat. Qui enim fieri possit, vt terrenus similis fiat ei, qui in cœlis est: cùm ea quæ in natura consistit differentia ostendat fieri non posse, vt imitando quis eò vsque euadat? Æquè enim fieri non posse, vt vel cœlesti magnitudini, & ei, quæ inibi est, pulchritudini facie quispiam adæquetur vel homo terrenus cœlesti Deo assimiletur. Sed perspicua hac de re oratio est, nimirum quòd nô B cum natura naturam, humanam inquam, cũ diuina comparari iubeat Euangeliũ, sed bonas actiones, quo ad eius fieri possit, viuẽdo imitari. Quænam igitur à nobis proficiscentur actiones, quæ Dei actionum similes sunt? Ab omni vitiositate atque malitia, quo ad eius fieri possit, esse alienos. atque ab eius inquinationibus, tum opere, tum sermone, tum mente vacuos ac puros esse: id reuera diuinæ, & eius, quæ circa cœlestem Deum spectatur, perfectionis imitatio est. non enim mihi videtur Euangelium elementum cæli tanquam separatum quoddam domicilium dei dicere, dum iubet nos ita perfectos esse C sicut cœlestis pater perfectus est: quippe cũ numen diuinum in omnibus ex æquo sit, & per omnem itidem creaturam permeet atque peruadat, & nihil, quod ab ente separatum sit, in essentia manere possit, sed æquabiliter parique ratione ac modo, vnamquamque rem natura diuina amplectatur & attingat, omnia vi comprehensiua intra se continens atque coercens: quemadmodũ

Psal.138. propheta quoque hoc docet dicens: Siue mente fuero in cœlo, siue subterranea cogitatione penetrans scrutatus fuero, siue ad terminos rerum vim animæ cogitatiuam & imaginatiuam extendero: omnia video dextera tua comprehẽdi. Di- D ctio autem ad hunc modum sese habet: Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, præsto es: si sustulero alas meas ad diluculũ, & diuertero ad extrema maris, etenim illic manus tua deducet me, & dextera tua me detinebit. Igitur ex his discere possumus, quòd non peculiariter cœlestis habitatio Deo separata ac destinata sit: sed quoniam superna natura à vitiositate & malitia pura esse solet, multis in locis hoc scriptura sancta nobis significante per ambages & inuolucra & ab hac inferna, quæ ex crassiori materia conflata est, vita, ca, quæ ex vitiositate existunt mala designantur, cùm hic inuentor vitiositatis anguis circa vitam terrenã serpat atque voluatur quemadmodum de eo per verba inuoluta atque tecta dicit scriptura, quòd super pect' ac ventrem ambulet, & terra vescatur semper. Hoe autem tũ figura motus, tum genus cibi nobis explicat, quod hæc terrena & inferna vita sit, quæ reptationem multiformis vitiositatis in sese admittit, & cibus irrepentis in eam bestiæ fit. Igitur qui cœlestem patrem iubet imitari, à terrenis affectibus vacare ac purum esse iubet: quorum vitatio non mutatione loci, sed ex libera volũtate ac sola animi destinatione fit. Quocirca si natura ita

cõparatum est, vt solo motu mentis & appetitu à malo alienemur, nihil laboriosum nobis præcipit Euangelicus sermo: neque enim labor cõiunctus est affectioni & ardori mẽtis: sed licet nobis absque vllo negotio quocunque velimus per cogitationes accedere. Itaque volenti facile est, cœlestem vitæ traductionẽ vel in terra habere, si, quẽadmodum Euangelium præscribit, cœlestia sapiamus, cœlestibus afficiamur, & in thesauris cœlestibus virtutis diuitias deponamus. Inquit enim: Ne congerite vobis thesauros in terra, sed cõgregate thesauros in cœlis, vbi neque tinea neque ærugo corrumpit, neque fures perfodiunt & furentur. Quibus verbis ostendit, quòd nulla vis, quæ beatitudinem illam corrumpere possit, in superna vita versetur. Nam ille qui ad corruptelam & perniciem huius vitæ multifariam multisque modis variam suam malitiam aduersus humanã vitam exercet, vel tineæ in modũ mẽtibus innascitur, partem cuicunque inhæserit, inutilem reddens: vel per vim corrosiuam & corruptiuam, nisi celeriter de parte, quam inuaserit, excussus fuerit, ad proxima quæque serpendo progrediens, quæcunque mouendo se contigerit, iis vestigium corruptionis imprimit: vel si interiora firma ac tuta sint, per externas circunstantias insidiatur. Aut enim voluptate perfodiendo cordis thesaurum inuadit, aut per alium affectum ex animæ receptaculo virtutem eximit, vel ira, vel tristitia & angore, vel alia simili quapiã perturbatione & affectu rationem subducens. Quoniam igitur Dominus in supernis thesauris, neque tineam neque æruginem innasci dicit, neque ab arte furãdi malitiam inesse, quæ doceat ea, quæ commemorauimus, illuc transferenda negotiatio est vbi non modò compilationi atque diminutioni non obnoxii thesauri semper permanent, verumetiam seminum in modũ multiplex efficiuntur incrementum. Oportet enim prorsus ex natura depositari magnam fieri remunerationem. Quemadmodũ enim nos ex natura nostra facimus, vt tenuia offeramus, quippe cùm natura simus tales: ita consentaneum est enim, qui in omni re diues est, iis quæ ex natura habet eos, qui sua antè dederint, esse remuneraturum. Ne quis igitur se animo demittat, dum quæ pro viribus suis potest, diuinis infert thesauris, quasi pro modo eorum, quæ dederit, recepturus. sed speret iuxta pollicitationem eius qui dixit, quòd magna paruis sit comparaturus: cælestibus quidem terrena, sempiternis verò citò peritura permutans, quæ talia natura sunt, vt neque mente percipi neque sermone explicari possint, de quibus diuina docet scriptura. Quod neque oculus videtr neque auris audiuerit, neque in cor hominis ascenderit, quæ præparauerit Deus diligẽtibus se. His tibi, ô charũ caput, hi so lũ prætermissas literas resarciuimus & cõpensaui mus: verumetiam quæ posthac pretermittentur ac reliqua fient, per argumentum quærere anticipanimus. Tu verò mihi viuas in Domino ex animi tui sententia. hoe autem semper tibi cordi sit atque probetur, quod & Deo gratum & nobis iucundum est.

Matth.5.

Luc.12.

1.Cor.8.

D. GREGORII NYSSAENI PONTIFICIS, PERFECTI CHRISTIANI HOMINIS FORMA AD OLYMPIVM MONACHVM PETRO FRANCISCO Zino Interprete.



VÆRIS, qua ratione vita ex virtute possit institui, vt omnibus officiorũ numeris absoluta atque perfecta nullis reprehẽsionibus sit obnoxia, digna profectò professione tua postulatio. Mihi verò nihil esse optatius, quàm vt eorum, quæ cupis, exempla possem ex mea vita tibi depromere, vt doctrinam abs te quæsitam factis potius, quam verbis explicarem. Ea enim demum bene viuendi institutio digna est, cui fides habeatur, cum docentis vita congruit orationi. Cæterùm quoniam me id quod opto, nõdum assecutum video, vt orationis loco possim vitam ostendere, ne imperfectus omnino videar, & à signo præ inscitia penitus aberrare, breuem tibi rectè viuendi formulam tradam, atque illius quidem hinc eam nascatur exordium.

Bonus Dominus noster Iesus Christus nos, qui in ipsum credimus, adorandi nominis sui participes fecit, vt, siue diuites, siue nobiles, siue obscuri, siue inopes, siue doctrinæ, aut dignitatis insignibus exornati simus, nulla tamen ex re, quæ nobis adsit, nominemur, sed his omnibus reiectis de vno nomine ipsius propriè appellemur Christiani. Cùm igitur hanc nobis è cœlo gratiam attulerit, operæ pretium est, vt prius muneris magnitudinem consideremus, quo meritas largitori Deo gratias habeam⁹. Deinde tales in omni vita nos præstemus, quales requiri huiusce nominis excellentia. Quanta sit huius muneris magnitudo, quod illius, qui vitæ nostræ Dominus est, nomine nũcupemur, nobis perspicuũ fiet, si, quid nomen ipsum à Christo deductum significet, animaduerterimus, vt intelligamus, quando vniuersi Dominum in nostris præcationibus hac voce nominamus, quam animis nostris notionem concipiamus, aut quid per hoc nomen cogitantes, aptè credamus ipsum appellare. Id vbi compertum habuerimus, ipso nomine vt magistro & duce ad bene beateque viuendum vtentes, quæ nobis vitæ studia sequẽda sint, facile cognoscemus. Ad hæc autem duo, quæ inuestigamus, percipienda tutissimum aditum habebimus, si nobis D. Paulum itineris ducem proposuerimus. Hic tũ maximè omnium exquisitè, & qui Christus sit, nouit: & qualem esse oporteat, qui ab eo nomẽ accepit, ex iis, quæ gessit ipse, declarauit. Nã adeo accurate illum imitatus est, vt in se Dominum ipsum expressum ostenderit, quippe qui diligentissima imitatione formam animi sui ita transtulit in ipsum exemplar, vt nõ amplius, qui loquebatur, Paulus sed Christus esse videretur, quemadmodum ipsemet dicit, qui propria bona pulchrè sentiebat. Quoniam, experimentum, inquit, quæritis eius, qui in me loquitur, Christus. Et viuo ego iam non ego, viuit autẽ in me christus. Hic igitur nobis, & quã vim nomẽ hoc christus habeat, patefecit, cũ diceret: Christũ esse Dei virtutem & Dei sapientiã, cumque & pacẽ ipsũ nominaret & lucem inaccessibilẽ, in qua Deus inhabitat, expiationem, & redemptionem, & sacerdotem magnum, & Pascha, & propitiationem animarum, splendorem gloriæ, & figuram substantiæ, & effectorem seculorum, cibum ac potum spiritualem, petram & aquam, fundamentum fidei, & anguli caput, & Dei inuisibilis imaginem, & magnum Deũ caput corporis ecclesiæ, & nouæ creaturæ primogenitum, & primitias eorum qui dormierunt, & primogenitum ex mortuis, & primogenitũ in multis fratribus, & mediatorẽ Dei & hominum, & filium vnigenitum gloria & honore coronatum, & Dominum gloriæ, & rerum principium, & regem iustitiæ, ad hæc & regem pacis, & regem omnium, imperium regni nullis terminis circunscriptum obtinentem, his & aliis id genus nominibus cum appellauit, quæ tã multa sunt, vt præ multitudine haud facile numero comprehendi possint. Quæ quidem omnia si inter se componantur, & singulorum colligantur significationes, mirabilem nobis huius nominis Christi, vim aperient, & beatitudinis illius, quæ verbis explicari non potest, tantum õstendent, quantum animis & cogitatione capere valuerimus. Verùm, quoniam omni dignitati, & potentiæ, & principatui regia præcellit amplitudo, Christi autem nomine regium significatur imperium, nam vt ex literarum monumentis didicimus, prius vnguntur, qui futuri sunt Reges, regno autem omnis reliquorum nominum vis continetur, eo fit, vt qui ea, quæ comprehenduntur, cognoscit, simul etiam illa complectentem intelligat potestatem. hæc autem regnũ est quod quidem regnum Christi appellatione indicatur. Quamobrem cùm omnium maximum, & diuinum, & primum nomen Domini nostri bonitas nobis impertiuerit, vt christi cognomine decorati appellemur Christiani, necesse est, vt omnia nomina, quæ vocem hanc interpretantur, in nobis item conspiciantur expressa, ne falso vocati Christiani videamur. Neque enim ex appellatione res fiunt, sed earum subiecta natura, quæcunque tandem illa sit, apti nominis significatione declaratur. Exempli gratia, si arbori, aut petræ hominis vocabulum tribuamus, ideo ne planta, aut lapis erit homo? minimè verò, sed oportet vt homo sit prius: deinde congrua ipsius naturæ appellatione nomineiur. ac ne illis quidem, quæ similitudinẽ aliquam habent inter se, idem nomen propriè conuenit, vt si quis statuam hominem dicat, aut equum, illius imaginem, sed vt aliquid propriè & verè nuncupetur, germanam omnino appellationem natura demonstrabit. Si quid autem ars in ære, aut marmore, aut alio eiusmodi subiecto imitabitur, id ipsi⁹ materiæ nomẽ obtinebit.

Margin notes: Christiani vnde dicti. — 2. Cor. 13. — Gal. 2. — 1. Tim. 6. — Heb. 1. — 2. Cor. 6. — Christi nomine significatur regium imperium.

Quapro-

Quaptopter qui se nominant Christianos, id prius, oportet, vt sint, quod exigit ipsum nomen, deinde eam sibi appellationem accommodent. Ac quemadmodum si quis verum hominem ab homine sculpto velit seiungere, ex vtriusque proprietatibus id faciat, alterum asserens animal rationale atque iudicio præditũ, alterum verò materiam, quæ imitatione formam induerit: sic etiã verè Christianum hominem ab eo, qui Christiani tantum speciem habet ex propria vtriusque forma distinguemus. Veri Christiani formam exprimunt illa omnia, quæ de Christo commemorauimus. Ex quibus ea, quæ capere possumus, imitamur, quæ verò in naturam nostram non cadunt, ea veneramur & colimus. Quamobrẽ, vt aliquis sit perfectus homo Dei, vt inquit Apostolus, nullo modo per malitiam perfectionem imminuẽs, oportet, vt omnia nomina, quæ Christi significationem explicant, in eius vita partim imitatione, partim veneratiõe colluceant. Quemadmodum enim qui commentitia fabularum monstra vel oratione vel pictura confingũt, bucephalos quosdã, aut hippocẽtauros, aut anguipedes, aut quippiam aliud ex diuersis generibus componentes, non ad exemplar naturæ dirigunt imitationem, sed peruersa illa inuentione naturam prætereuntes, non hominem, sed aliud quiddam effingunt, quippe qui ex eo, quod videtur, id formant, quod non est, cuius licet aliqua pars cuipiam humani corporis parti similis videatur, nemo tamen id, quod absurda illa compositione conflatum est, hominem dicat, eodem pacto haud rectè perfectus Christianus appellabitur, qui vel à ratiõe abhorrens caput obtineat, id est ipsum vniuersi corporis caput, quod Verbum est, fide non habeat, quamuis cæteris partibus absolutus sit, vel eo capite præditus reliquas corporis partes aut capiti aut inter se minimè conuenientes possideat, hoc est viuẽdi rationem à fide alienam instituat, cùm & draconum furiis imbutus ira excandescat, atque instar horum serpẽtium humi repat, & equinam rabiem apponens humanæ formæ fœminarum amoribus insaniat, & ex duplici natura, humana videlicet, & ferina, veluti hippocentaurus coalescat. Eiusmodi autem hominum genera passim licet intueri, qui vel in bestiæ capite, in idololatriæ videlicet disciplina decore vitam officiis excultam agunt. qualem simulant esse minotaurum, vel Christianæ personæ belluæ corpus, id est flagitiosum viuendi genus adiiciunt, quales hippocentauros, aut anguipedes fingunt consentaneum igitur est, ut, quemadmodũ in corpore humano singulæ partes conueniunt, sic tota Christiani vita omnibus, quæ in Christo ex fide considerãtur, bonis insigniatur. Nam si vna quidem ex parte talis sis, qualem Christianũ requirit nomen ex altera verò in contrarium declines, nihil aliud facias, quàm si cùm aduersus hostilem aciẽ pugnandum sit, tu te ipse concidas, quòd eam in te per virtutem & vitium seditionem concitaris, vt nulla ratione tibi ipse in vita placari conciliarique possis. Etenim quæ societas luci ad tenebras? vt inquit Apostolus. luci enim adeo contrariæ sunt tenebræ, vt nullo modo commisceri, nullo medio cõiungi possint. Qui autem in vtrisque versatur, & alteram negligit partem, illis inter se contrariis pugnantibus, ipse quoque conscinditur necessariò. Si quidem eodem tempore in ea permistæ confusione & lux & tenebræ efficiuntur, cùm & fides lucem immittat, & vitæ malitia rationis splendori tenebras offũdat. Quoniam igitur nulla inter lucem & tenebras amicitia, nulla potest esse coniunctio, qui vtrumque contrarium suscipit, ipse sibi hostis euadit, cùm ad virtutem & vitiũ vt duas in partes diuisus inclinet, & more hostili tanquam instructa acie se ipsum oppugnet, ac quemadmodũ illi, qui capitali odio dissidentes dimicant, vtrique victores esse nequeunt, vnius enim victoria alteri victo prorsus interitum affert, sic in domestico ĩtestinoque dissidio, quod ex vitæ permistione nascitur, pars melior sine alterius internecione victrix esse non potest. Qui enim fiet, vt pietatis exercitus superior sit vitiorũ multitudine veluti phalange hostium contra pugnante, nisi hæc vti debilior à præstantiore penitus deleatur? tunc autẽ virtus de malitia victa triumphabit, cùm rationis auxiliis superati omnes tibi cedent aduersarii, tunc implebitur id, quod ex persona Dei in prophetia dictum est. Ego occidã & viuere faciam. nullo enim pacto id, quod in nobis est bonum, potest viuere, nisi ex aduersarii morte vita illi comparetur. Quãdiu autẽ duobus inhæremus, alterutra manu contraria cõplectentes, fieri nequit, vt vtrumque consequamur. Quantum enim ex vna parte malitiæ capimus, tantũ ex altera virtutis amittimus. Sed, vt eò vnde digressa est, reuertatur oratio, vna est ad purã diuinamque vitã, virtutem amantibus via, vt cognoscant, quid Christi vocabulum significet, eique viuendi rationem ex vi sanctorum nominũ virtute expolitam & concinnam accommodent. Quæcunque igitur verba ex sancta Pauli doctrina Christi significationem explicantia orationis initio recensemus, ea si nobis ita proponamus, vt partim, quemadmodum diximus, imitemur, partim colamus, tutissimum nobis ad bene beateque viuẽdum aditum muniemus. A primis igitur, eum seruantes ordinem, quem ipsa memoria suggerit, incipiamus. Christus Dei virtus & sapientia. Ex his discimus ea, quæ diuinitati conueniunt, ex quibus Christi nomen nobis venerandum efficitur. Etenim quia res omnes, quæ vel sensu percipiuntur, vel sensus superant cognitionem, per ipsum effectæ sunt, & in ipso consistunt, necessariò ad definiendam nominis illius, qui cũcta procreauit, significationem, sapientia & virtus coniunguntur. Nam ex duabus his vocibus ita copulatis id intelligimus. Neque enim essent hæc tam magna atque admiranda, quæ nulla oratione explicari possunt, nisi & sapientia eorum procreationem excogitasset, & virtus, quæ per sapientiam excogitata fuerant, confecisset, per virtutem enim ipsius sapientiæ cogitationes opera sunt. Christi igitur significatio in hanc duplicem vim, sapientiam scilicet virtutemque diuiditur, vt quando rerum vniuersitatis magnitudinem aspicimus, ex ea immensam Dei virtutem cognoscamus. Quando autem cõsideramus, quonam modo ea, quæ nulla fuerãt, genita sint, tam multiformi natura in rebus per diuinum spiritum existente, incredibilem ipsius, qui illa excogitarit, sapiẽtiam adoremus & suspiciamus, cuius cogitata ipsa, sunt

Christus aut imitandus aut colendus.

2.Tim.3.

Simile à monstrorũ pictoribus.

2.Cor.6.

Quis sibi sit hostis.

Virtus vitiorum victrix.

Deut.32.

1 Cor.1.

Christus dei virtus & sapientia.

ſa, ſunt facta. Neque verò ignaua erit hæc fides, qua Christum eſſe virtutem & ſapientiam credimus, ſed ad boni diiudicationem nobis erit adiumento. Quod enim quis ſupplicans appellat, id ad ſe ipſum obſecrando trahit, & ducit, atque interiorem hominem virtute ita corroborat, vt Apoſtolus ad virtutem reſpiciẽs dicit: Christus autem eſt Dei virtus. Et ſapiens fit, vt in prouerbiis patet, qui ſapientiam inuocat, quæ omnino Dominus eſſe intelligitur. Quare ille, qui nomen habet à Christo, virtus & ſapientia eſt: virtus quidẽ dum aduerſus peccatum ſtrenuè ac fortiter pugnat. dum verò id, quod melius eſt, eligit, in ſe ipſo ſapientiam oſtendit. Qua quidẽ ſapientiæ virtutiſque coniunctione vita perfecta conſtituitur. altera, enim quæ recta honeſtaque ſunt, perſpicimus, altera, quæ perſpecta habemus, exequimur, & confirmamus. Iam verò Christum eſſe pacem cogitantes, veram Christiani appellationem oſtẽdemus, ſi cùm ipſe Christus, vt inquit Apoſtolus, inimicitiam interfecerit, eam in nobis nullo modo reuiuiſcere patiemur, ſed in vita noſtra planè mortuam eſſe declarabimus. Ne præclarè pro ſalute noſtra interſectam à Deo nos in noſtrorum perniciem animorum iraſcentes, & iniuriarũ reminiſcentes excitemus, ea, quæ bene mortua iacent improbè in vitam reuocantes. Sed cùm habeamus Christum, qui eſt pax, nos item inimicitiam occidamus, vt, quod in ipſo credimus, id in noſtra vita proſequamur. Ille enim medium parietem maceriæ ſoluens duos condidit in ſe ipſo in vnum nouum hominem ad reconciliationem bonorum, non eos videlicet tantum, qui nos extrinſecus oppugnabant, ſed illos etiam, qui in nobis ipſis ſeditiones commouebant, vt ne concupiſcat amplius aduerſus ſpiritum caro, & ſpiritus aduerſus carnem, ſed prudentia carnis legi diuinæ ſubiecta in vnum nouum & pacificum hominem reædificati, & ex duobus vnus effecti in nobis ipſis pacem habeamus. Diſsidẽtium enim concordia pacis terminus eſt. Quamobrem, quando naturæ noſtræ bellum inteſtinum ſublatum eſt, in nobis pacem colentes, pax efficimur, & veram ac propriam in nobis hanc Christi appellationẽ declaramus. At Criſtum eſſe lucem veram, & a mendacio remotiſsimam conſiderãtes, diſcimus vitam quoque noſtram veræ lucis radiis illuſtrari oportere. Solis autem iuſtitiæ radij ſunt ipſæ virtutes, quæ ad nos illuminandos emanant, vt abiiciamus opera tenebrarum, & tanquam in die honeſtè ambulemus, & repudiantes abſcõdita turpitudinis, atque omnia in luce facientes, ipſi quoque lux euadamus, & quod proprium eſt lucis, aliis ſplendeamus. Quòd ſi Christum vt ſanctificationem conſiderabimus, ab improbis & impuris omnibus tum factis tum dictis abſtinẽtes nos eius nominis verè participes oſtẽdemus, quippe qui re ipſa ſanctificationis virtutem in vita præ nobis feramus. Porrò cùm redemptionem eſſe Christum diſcimus, qui ſeipſum vt nos redimeret, pretium dedit, ea voce intelligimus, eum tanquam mercedem cuiuſque animi præbendo nobis immortalitatem, nos è morte à ſe per vitam coëmptos propriam ſibi poſſeſsionem effeciſſe. Quod ſi eius, qui nos redemit, effecti ſumus. Dominum ita ſequamur omnino, vt nõ amplius nobis viuamus, ſed illi, qui nos vitæ ſuæ pretio comparauit. non enim amplius noſtri ipſorum domini ſumus, ſed ille, qui nos coëmit, dominus eſt, nos autem eius domino mancipati. Illius ergo volũtas nobis pro lege viuendi propoſita ſit. Vt enim cũ mors impotenti dominatu nos premeret, peccati lex in nobis omnia adminiſtrabat, ſic, quando vitæ iã addicti ſumus, par vtique ſit, vt ipſius rerum potientis arbitrio gubernemur, ne quando à vitæ voluntate per peccatum recedẽtes, rurſus ad improbum mortis in animos noſtros dominatũ vltrò delabamur. Illa verò cogitatio nos abſtringet Domino, ſi eum à Paulo tum Paſcha, tum ſacerdotem appellatum eſſe audiuerimus, pro nobis enim verè paſcha immolatus eſt Christus, ſacerdos autem ſacrificium obtulit Deo idem ipſe Christus. ſe ipſum enim, inquit, tradidit oblationem & hoſtiam pro nobis. Quæ quidẽ nobis documento ſunt, vt qui Christum Deo ſe oblationem & hoſtiam dediſſe & factum eſſe paſcha videt, ipſe quoque corpus ſuum Deo hoſtiam viuentem, ſanctam, bene placẽtem exhibeat, rationabile obſequium factus ſacrificandi autem modus eſt, vt ne conformetur huic ſeculo, ſed transformetur in renouationem mẽtis ſuæ, vt probet, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacẽs, & perfecta. Neque enim in carne, bona Dei voluntas oſtendi poteſt, niſi ex ſpiritus lege ſacrificata ſit. Quandoquidẽ prudẽtia carnis inimica eſt Deo, & legi Dei non eſt ſubiecta. Quocirca, niſi prius caro mortificatis membris, quæ ſũt ſuper terram, quibus obſequimur appetitui, per hoſtiam viuẽtem ſacrificetur, bene placens & perfecta Dei voluntas ſine impedimento non poteſt in vita credentium obſeruari. Sic etiam dum Christus in proprio ſanguine propitiatio conſideratur, edocemur, vt nos item nobis ipſis propitiatio ſimus, & membra mortificãtes animos reddamus immortales. Quando autẽ gloriæ ſplendor & figura ſubſtantiæ Christus dicitur, his verbis adorandam eius maieſtatem mente concipimus. Paulus enim diuino ſpiritu afflatus, & verè doctus à Deo, qui in altitudine diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei diuinorum myſteriorum arcana & recondita ſcrutatus fuerat, cùm ad diuinitùs ſibi oſtenſos ſplẽdores earum rerum, quæ indagari inueſtigarique nequeunt, declarandos lingua imbecillior eſſet, quatenus ſuam ipſius in myſterio intelligentiam aures excipientium caperent, ſignificationibus quibuſdam ſubindicauit, tãtum videlicet loquens, quantum cogitationi ſeruiens oratio poterat explicare. Nam cùm omnia, quæ in naturã & potentiam humanam cadunt, de natura diuina cognouiſſet, ſupremæ illius eſſentiæ rationem nullis humanis cogitationibus capi comprehendique poſſe demonſtrat. Itaque cùm ea, quæ de ipſa conſiderantur, pacem nimirum, virtutem, & vitam, & iuſtitiam, & lucem, & veritatem, & id genus alia perſequeretur, rationem ipſius omnino poſſe concipi negauit. Deum enim nec viſum vnquã fuiſſe, nec viſum iri. Quem nullus, inquit, hominum vidit, nec poteſt videre. iccirco quærens, quo modo, quem cogitatio non aſſequitur, nominaret, quia non inuenit nomẽ, quo eius excellentiam exprimeret, gloriam & ſubſtantiã appellauit id, quod omnibus partibus ſuperat omne bo-

Prou. 2. — Christianus dei virtus & ſapientia. — Christus pax. Eph. 2. — Ad Eph. 2. — Christus lux. Ioan. 1. — Rom. 13. — 1. Cor. 1. — Christus redemptio. 1. Tim. 2. — 1. Cor. 6. — 1. Cor. 5. Heb. 7. Christus paſcha & ſacerdos. 1. Tim. 2. Eph. 5. — Rom. 12. — Rom. 6. — Christus propitiatio. — Heb. 1. Christus gloriæ ſplẽdor & figura ſubſtantiæ. 2. Co. 12. — 1. Ioan. 4. 1. Tim. 6.

ne bonum,quod neque oculis cerni, nec mente
percipi, nec verbis explicari potest, atque ita præ- A
stantissimam illam rerum substantiã sine nomi-
ne prætetiuit. Arctissimam autem necessitudinẽ,
qua cum patre nullis terminis circunscripto &
sempiterno filius ipse sine terminis perpetuo cõ-
iunctus consideratur splendorem gloriæ, & figu-
ram appellat, splendore quidem coniunctionem
ostendens, figura autem indicans æqualitatẽ. Et-
enim neque inter splendorem & splendentem
naturam medium intelligitur, nec figura minor
illa substantia, quæ sub ipsa signatur. Sed qui na-
turam splendentem cogitat, simul etiam omnino
splendorem intelligit. Et qui substãtiæ magni- B
tudinem animo concipit, Eam figuræ in ipsa cõ-
spicuæ prorsus dimetitur æqualem. Qua de causa
& formam Dei substantiam vocat, formæ notio-
ne non imminuens Dominum, sed per formam
ostendens magnitudinem Dei, qua intelligitur
patris amplitudo, quæ propriam formam nõ ex-
cedit, neque extra figuram, quæ circa ipsam est,
inuenitur. Nihil enim informe, nihil nõ pulchrũ
in patre, nihil, quod non vnigeniti declaret pul-
Io. 14. chritudinem. Quare, qui vidit me, inquit Domi-
Heb. 1. nus, vidit patrem. Ex his nihil deesse, nihil super-
esse significans. Quinetiam cùm omnia dicat e-
um portare verbo virtutis suæ, soluit dubitatio- C
nem eorum, qui nimis diligenter & anxiè vesti-
gant ea, quæ sciri non possunt. Si quidem hi de
materia requirentes rationem, nullo modo præ
nimia curiositate consistunt aut conquiescunt.
Vnde enim (inquiunt) materia sit illi, qui à ma-
teria seiunctus est? aut quo'nam pacto ducatur
quantum ex eo, qui caret quantitate? aut ex illo
figura, qui figuram non habet? aut color ab eo,
qui videri non potest? aut ab illo, qui fine vacat,
id, quod ꝓpriis finibus includitur? Quòd si nul-
la adest qualitas simplici & incomposito, vnde
materia suis qualitatibus est implicita? Has enim
omnes, & alias eiusmodi quæstiones soluit, qui D
dicit eum sic verbo virtutis omnia portare, vt ge-
nerentur ex nihilo. Quæcunque enim, materiæ
vel participem vel expertem naturam acceperũt,
vnam substantiæ causam habent verbum virtutis
illius, quæ nullis verbis dici potest. Ex quo ad-
monemur, vt eum, vnde res omnes ortæ genera-
tæque sunt, intueamur. Etenim si ab illo procrea-
ti sumus, atque in eo consistimus, omnino neces-
se est, vt nihil esse credamus, quod eius, qui nos
procrearit, in quo sumus, in quã resoluamur, co-
gnitionem effugiat. Qua quidem cogitatione
vt æquum est, innocentia vitæ conseruatur. Quis
Rom. 11. enim ex ipso, & per ipsum, & ĩ ipso se viuere cre- E
dens, turpis, & flagitiosæ vitæ testem habere velit
eum, quem vniuscuiusque vitam in se continere
1. Cor. 10. sciat? Escam autem & potum spiritualem Domi-
Christus es- num appellans Diuus Apostolus nos commone-
ca & po- facit, vt naturam humanam non simplicem, sed
tus. ex mente sensuque compositam cogitemus, cu-
ius quidem vtrique parti sit proprius cibus, soli-
da enim esca corpus nutritur. Spiritali alimento
valetudo animi conseruatur. Ac quemadmodum
in corpore solida & humida alimẽta inter se mi-
sta naturam nutriunt & tuentur dum mutuò cõ-
cocta singulis partibus, quæ in nobis ex elemen-
tis concretæ sunt, commiscentur: sic mentis ali-

mentum ex proportione diuidens Paulus, escam
& potum vocat. eadem enim res aptè & propriè
ad accipientium vsum accommodatur. imbecil-
lis, afflictisque panis fit cor hominis confirmans. Psal. 103.
ægris autem & huius vitæ miseria laborantibus,
ac propterea sitientibus fit vinum cordi lætitiam
afferens. Oportet autem per ea, quæ dicta sunt,
vim orationis intelligere, qua animus ex præsenti
vsu gratiam accipiens alitur, vt indicat Ænigma
prophetæ, qui loco pascuæ, & aqua refectiõis cõ- Psal. 22.
solationem significat, quæ oratione laborantibus
& afflictis adhibetur. Sin aliquis etiam ad myste-
rium respiciens dicat cibum, & potum propriè
Dominum nominari, ne id quidem à germana si-
gnificatione recesserit, verè enim caro ipsius est
cibus, & sanguis eius verè est potus. Atque in hac Io. 6.
quidem significatione omnibus, vt eius partici-
pes sint facultas datur. ipsa enim talis alimenti &
potionis communicatio fit accipientium sine dis-
crimine cibus & potus. Cùm tamen Apostolus
ita definiuerit: probet autẽ, inquit, se ipsum quis-
que, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11.
Qui enim indignè manducat, & bibit, iudicium
sibi manducat & bibit. Huc autem respiciens E- Corpus chri
uangelista planè videtur eandem significationem sti pura mẽ
confirmasse. Cùm mysticæ passionis tempore no- te sumen-
bilis ille senator immaculata mundaque sindone dum.
inuoluens Domini corpus in nouo & puro mo- Luc. 23.
numento posuit. Quamobrem & Apostoli præ-
cepto & Euangelistæ obseruatione commone-
mur, vt sacrosanctum Domini corpus pura con-
scientia suspiciamus, Quòd si aliqua peccati ma-
cula infecta sit, eam aqua lacrymarum abluamus 1. Cor. 10.
& expurgemus. Verum quia etiam petra dicitur Christus,
Christus, eam nobis id nomen afferet vtilitatem, petra.
vt rectam viuendi rationem firmam ac stabilem
teneamus, & in rebus aduersis fortiter perseten-
dis constantes simus, aduersusque omnem pec-
cati impetum strenuos atque inuictos animos
præstemus. ex his enim rebus & aliis eiusmodi Christus an
nos item erimus petra, in natura fragili firmũ & guli caput
immutabile Domini robur pro viribus imitan- 1. Cor. 3.
tes. Quòd autem à sapiente Architecto fundamẽ- Eph. 2.
tum fidei & Anguli caput nũcupatur, id quoque Luc. 20.
nobis ad vitam ex virtute instituẽdam expediet.
Sic enim bonarum omnium & administrationũ
ciuilium, & disciplinarum, & institutorum tum
principium, tum etiam finem esse Dominum di- Cor. 1.
cimus. Nam & spes, quam pro capite accipimus,
ad quam rectæ honestæque actiones nostræ om-
nes tẽdunt, ille nominatus est à Paulo: & in prin-
cipio huiusce vitæ ædificij, quod ad ipsum dirigi- Gal. 3.
tur, fides, in qua vitæ principia tanquam funda-
menta iacimus, & quotidianis officiis puras tum
cogitationes tum actiones nostras moderamur.
atque ita, quod vniuersi est caput, nostrum etiam
caput efficitur, cùm duobus vitæ nostræ, corpo-
ris videlicet atque animi muris per honestatem
& puritatem constructis angulari coniunctione
aptè cohæret. Quòd si altera pars desit ædificio,
vt vel animi puritas conspicuam extrinsecus ho-
nestatem non habeat, vel hæc, quæ videtur, ani-
mi virtute vacet, eius mancæ inchoatæque vitæ
caput non erit Christus, quippe qui duplici an-
gularique fabricæ tantummodo quadrat. neque
enim, nisi duo concurrant parietes, angulus fieri
potest

potest. Quare tunc imponetur ædificio nostro summi angularis fastigij pulchritudo, cū ex vtraque parte ad rectam virtutis normam duplex vita & recta, & constans, & nihil obliqui curuique habens, perpendiculo concinnè erit accommodata. At verò cùm Dei inuisibilis imaginem Paulus Christum appellat, & in omnibus Deum & magnum Deum, & his enim vocibus veri Domini magnitudinem prædicat, magni, inquiēs, Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi: & ex quib^o Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus in secula, nos docet, eum semper esse, qui est. Est autem ille maior, quā vt humana mēte comprehendi possit, si secum ipse verfetur, per felicitatem cœlestia sentiēs, & æqualem vndique mensuram. Hic igitur longè præstātior, quàm vt humana cognitione comprehendatur, qui nullis verbis, nulla oratiōe, nulla vi dici, enarrari, declarariue potest, vt se prorsus faceret imaginem Dei ipse quo pro sua erga hominem beneuolentia factus est imago Dei inuisibilis, hoc est, ad humanæ naturæ mensurā sese demisit, vt nos ad diuinitatis mensuram extollamur. Ea enim fuit negotiatio filij Dei, vt ꝓpria forma, quam sumpsit, essectus homo, se rursus ad exemplaris pulcritudinis figuram effingeret, vt esset id, quod initio fuerat. Proinde vt nos itē simus imago inuisibilis Dei, ad propositum nobis exemplar vitæ, nostra viuendi ratio exprimenda est, eo nimirum pacto, vt in carne viuentes, minimè viuamus secundum carnem. Si quidem & princeps illa Dei inuisibilis imago, quæ ad nos per virginitatem appropinquauit, per omnia ad humanæ naturæ similitudinem eatenus tētata est, vt nullum peccati experimentum susceperit. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quemadmodum igitur si pingendi artem disceremus, magister aliquam nobis pulcherrimè depictam formam in tabula proponeret, cuius in sua quenque pictura oporteret pulchritudinem imitari, & omniū tabulæ ad propositum pulchritudinis exēplar expolirentur: sic quoniam suæ quisque vitæ pictor existit, artifex autem huiusce operis voluntas est, colores verò ad exprimēdam imaginem virtutes sunt, non mediocre periculum est, ne à pulchritudinis exemplari ad turpem ac deformem aliquā personam recedat imitatio, & ꝓ Domini forma effigiē vitij sordidis coloribus adumbremus. Itaque pro nostra virili nobis enitendum est, vt virtutū colores puri fiot, & sciēter peritequead excipiendam imaginem commisceantur, vt imaginis imago simus, & quo ad eius fieri potest imitatione perspicua pulchritudinis exemplum exprimamus, vt faciebat Paulus, qui ex virtute vitā instituens, Christi imitator fuit. Quòd si clarius ea sigillatim oratiōe persequi volumus, quibus imitando imaginem repræsentamus, vnus color est humilitas. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde: alter est patientia. Quæ quot modis in imagine inuisibilis Dei cōspicitur? vbi gladii, & fustes, & vincula, verbera, alapis maxillæ percussæ, facies sputis oblita, humeri verberibus traditi, iudicium impium, crudelis sententia, milites subsannationibus, irrisionibus, contumeliis, & calami percussionibus immitem sententiam per delicias exacerbantes, claui, & fel, & acetū, & gra-

Christus dei imago. *Gal.1.* *Col.3.* *Ti.2.* *Rom.9.* *Rom 8.* *1 Pet.2.* *Simile à pictoribus.* *Matth.11.*

A uissima quæque ipsi sine causa illata, immo vero pro innumerabilibus beneficiis reddita. tunc ille quo modo ista patrantes vlus est? pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt, quod faciunt. Non'ne poterat contra eos superius vel cœlum perfringere? vel ipsos terræ hiatibus abolere, vel dimouere ex propriis terminis mare, & voraginibus terrā summergere, vel sodomiticum ignis imbrem demittere vnico verbo, vel aliquod aliud acerbum suppliciū irrogare? Attamen hæc omnia miti patientique animo pertulit, vitæque sua per se ipsū leges patientiæ dedit. Sic alia omnia in principe Dei imagine, licet intueri ad quam qui respicit, & ad eius similitudinem formam exornat suam, ipse

B quoque sit imago Dei inuisibilis per tolerantiam expressa. Qui autem ecclesiæ caput Christum esse didicit, illud in primis cogitet: Vnam esse capitis & subiecti corporis naturam, & singula membra cū toto, naturali quadam necessitudine, coniuncta esse, quæ partes tota ita conciliat, vt, miro consensu inter se cōueniant. Ex quo fit, vt si quid extra corpus est, id etiam à capite omnino seiunctum sit. Ex hoc igitur intelligimus, quod natura caput est, idem fieri singula membra, vt cum ipso capite propriè amiceque cōsentiant. Nos autem mēbra sumus, qui in Christi corpus coalescimus.

C Quare si quis corpus Christi tollens efficiat mēbra meretricis, is iabiem improbæ illius libidinis tanquam gladium arripiens membrū prorsus abscindit à capite. Sic item reliqua malitiæ instrumenta sunt veluti gladii, quibus membra à proprio corpore amputantur, & omnia seiunguntur à capite, quorum sectionem perturbationes efficiunt. Vt igitur totum corpus in naturali amicitia cum capite permaneat, æquum est, vt mutua concordia singula item membra inter se coniunguntur. Quamobrem cùm ipsum caput nō modò purum, integrum, castumque sit, sed ipsa quodā modo puritas, integritas, & castitas existimetur, quæ

D sub eiusmodi caput membra concurrunt ea item pura, incorrupta, castaque sint, cōsentaneum est. Denique quidquid de capite cogitamus, vt pacē, sanctimoniam, veritatem, & alia omnia eiusdem generis, in membris quoque conspicienda sunt Hæc enim dum cernuntur in membris, ea capiti cognata esse, eique naturali necessitudine testificantur cohærere. Sic enim Paulus dicit, Christū esse caput, ex quo totum corpus per nexus & cōiunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Illud præterea ex hoc capitis nomine discere debemus, quemadmodum in animalibus ex capite prouenit corpori ad agē-

E dum occasio atque incitatio, si quidem & pedū, & manuum motus atque opera omnia, oculorū & aurium ope diriguntur. etenim nisi oculi præsint satagenti, & aures imperium excipiant, nihil eorum, quæ proposita sunt, rectè fieri potest: sic ex veri capitis sententia corpus in rebus omnibus modo ad hoc, modo ad illud agendum dirigi & moueri oportere, quocunque ille, qui finxit oculum, & plantauit aurem, ducet. Ex quo igitur caput, quæ supra sunt, respicit, opus est, vt quæ capiti aptè subnexa sunt mēbra, ipsius capitis ductū, sequantur, & ad ea quæ sancta sunt, tendant. Verùm quoniam eum esse primogenitum creaturæ discimus, & primogenitū ex mortuis, & primogenitum

Luc 23. *Eph.5.* *Christus ecclesiæ caput* *Eph.5.* *1.Cor.6.* *Christi membra.* *Col.2.* *Omnia membra reguntur à capite* *Psal.93.* *Col.1.* *Rom.8.*

genitum in multis fratribus, primum quidē hæreticas opiniones refutemus, quarum improbitas ex prædictis verbis, quæ nihil pro illis faciūt, statuēdi dogmatis occasionem accepit: deinde, quæ nobis ad vitam & mores ex his conducunt, considerabimus. Hostes igitur Dei Vnigenitū Deū, voluerunt esse effectorem, ex quo & per quē, & in quo omnia, factum esse dicūt & creatum à Deo, ideoque vt creaturæ fratrem, dici Creaturæ primogenitum asserunt, cùm temporis iure tantummodo præcellat, quemadmodum Rubeon non natura sed temporis prærogatiua, proprijs fratribus præponebatur. Illud in primis contra istos dicendum est, eundem non posse & vnigenitū & primogenitū credi: aut enim vnigenitus est, aut ex fratribus primogenitus: si vnigenitus, fratres nō habet, sin fratrum primogenitus, vnigenitus neque esse, neque dici potest omnino. Quare cum hæc nomina in eodē conuenire coniungique nequeant, quòd fieri non possit, vt idem & vnigenitus & primogenitus nominetur: in scriptura autem de verbo illo, quod erat in principio, dicatur, vnigenitus Deus: & rursus apud Paulum, primogenitus omnis creaturæ: veritatis iudicio sic oportet hæc nomina separare & distinguere diligenter, vt vnigenitum intelligamus id Verbū, quod est ante secula: omnis autem creaturæ in Christo factæ, Verbum carnem factum esse primogenitū. Quòd si, quo modo ille & primogenitus ex mortuis & primogenitus in multis fratribus intelligatur, didicerimus, simul etiam, quo modo sit creaturæ primogenitus, cognoscemus. Est igitur ex mortuis primogenitus, aut primitiæ dormientiū factus, vt omni carni ad resurrectionem iter aperiret. Cumque nos, qui natura eramus filii iræ cœlesti generatione per aquam & spiritum filios lucis, & diei filios esset effecturus, eiusmodi generatione in Iordanis flumine dux ipse præcesit, vt ad naturæ nostræ primitias spiritus, gratiam attraheret, id est, vt omnes ex spiritali regenerations ad vitam generatos fratres ipse per aquam & spiritum antegenitus constitueret. Ad eundem modum creaturæ in Christo generatæ ipsum primogenitum cogitantes ab opinione pia minimè recesserimus. Quoniā igitur vetus creatura ingressa est per peccatum & inutilis reddita, necessariò perditorum subiuit viā noua vitæ creatura, quæ per regenerationem & resurrectionem ex mortuis constituitur, cuius princeps auctorque vitæ primogenitus est & appellatur. Atque hæc quidem pauca studiosis ad repellendos aduersarios & ad perspiciendam veritatem satis erunt. Quare iā, quàm vtilia sint hæc verba ad virtutem & vitam, breuiter percurramus. Ruben eorum, qui post se geniti suot fratres, primogenitus fuit. cognationem autem, quia cum ipso coniuncti erant signum quoque in eis perspicuum primogenito simile restabatur, vt fraterna sanguinis cōiunctio formæ similitudine declarata ignorari non posset. Quapropter si nos item eodem modo per regenerationem aquæ & spiritus Domini fratres geniti sumus, qui propter nos factus est primogenitus in multis fratribus, æquum est, vt vitæ signis nostram cum ipso necessitudinem ostendamus: vitæ enim nostræ formam impressit primogenitus creaturæ. Quæ autem sit eius formæ nota, ex

Rom. 11. Christus creaturæ primogenitus vnigenitus & primitiæ dormientiū. — *Io. 3. Col. 1.* — *1. Cor. 15.* — *1. Tess. 5.* — *Gen. 29.* — *1. Petri. 2.*

scriptura sæpe commemorauimus. Qui peccatū, inquit, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, pro inde vtrum illius, qui generatiōe præcessit, appellari fratres debeamus, innocētia vitæ testimonium dabit, si nulla macula à puritatis coniunctiōe nos separauerit. Præterea iustitia est primogenitus, & sanctificatio, & charitas, & alia eiusmodi, quibus si vita item nostra fuerit insignita, adeo præclara præbebimus nostræ nobilitatis indicia, vt, qui illa conspexerit in nostra vita, ipsi quoque, nos Christi fratres esse, sint testes futuri. Qui enim nobis ad resurrectionem aditū patefecit, & ob id primitiæ dormientium factus est, vt nos omnes resurgeremus in ictu oculi, in nouissima tuba, idem omnibus tam à se stantibus, quàm morte mulctatis exhibuit. Verū in ea, quæ futura est vita non idem omnes è terræ tumulo surgentes excipit status. sed ibunt, inquit, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Quamobrem si cuius vita ad formidandam illam spectat condemnationem, is tametsi per regeneratione ad fratrum Domini numerum fuerit ascriptus sit, nomen ementitur, in malitiæ forma nullam præse ferens affinitatem cum exemplari. Mediator autem Dei & hominum, qui per se ipsum sese cōiungit Deo, quod quidem ea coniunctione dignum est, quemadmodum virtute diuina hominem induit eatenus quidē humanæ naturæ participem, vt nullis naturæ perturbationibus ad peccatum excitantibus subiaceret, peccatum enim, inquit, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sic homines singulos ad diuinitatis communionem adducet, si nihil ea diuinitatis cōiunctione indignum afferant. Si quis nimirum verè sit templum Dei, nullumque malitiæ simulachrum aut statuam contineat, is à mediatore, vt diuinitatis particeps fiat, admittetur, cùm purus sit, & ad puritatem ipsius suscipiendam idoneus. Neque enim in maleuolam animam, vt scriptum est, introibit sapientia. Et qui mundus est corde, nihil in se ipso præter Deum videt, incorruptaque sibi ipse cohærens, omne bonum regnum accepit. Cæterum id, quod dico, magis perspicuū fiet, si verba, quæ Dominus Apostolis per Mariā nuntiari voluit, considerabimus: Ascendo, inquit, ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meū & deum vestrum. Hæc enim ait mediator inter patrem & præcones suos, qui inimicos Dei conciliauit veræ & soli diuinitati. Nā quia per peccatum homines à ventre, in quo formati fuerāt, pro veritate mendacium loquentes, decepti suor, ideo naturæ communis primitias per corpus & animam assumēs, easque nulla malitia mistas aut contaminatas in se conseruans sanctas effecit, vt eas incorruptas dedicaos patri, simul etiam traheret, quidquid eis natura & genere cognatum esset, & eos, qui addicati reiectique fuerant, filios redderet, & inimicos Dei, diuinitatis eius participes faceret. Vt ergo Massæ primitiæ puritate atque innocentia vero patri & Deo cōciliatæ sunt, sic etiam nos, qui massa sumus, eisdem rationibus cum veritatis patre coniungemur, si mediatoris innocentiam & constantiam pro viribus imitabimur. Sic enim erimus vnigeniti corona Dei, honor & gloria per vitam effecti. Nā Paulus dicit, quo-

Ioan. 5. — *1. Pet. 2.* — *Sap. 14.* — *Ioan. 22* — *Heb. 2.*

Christus corona. cit, quoniam minuisti eum Paulo minus ab Angelis, propter cruciatum mortis. Maiores enim A nostros in spinæ naturam ob peccatum conuersos sibi ipse ex mortis dispositione coronam fecit, & spinam in honorem & gloriã patiendo cõmutauit. Quocirca cùm semel mundi peccatum sustulerit & capiti coronam de spinis acceperit, vt ex honore & gloria coronam contexeret, non paruum periculum est, ne aliquo modo propter improbam vitam tribuli esse & spinæ deprehendamur. atque ita in media Domini corona, q̃ per communionem corporis eius fit, inserti, vocem illam iustam omnino exaudiamus: Amice, quo *Matth. 2.* modo huc intrasti, non habens vestem nuptialẽ? B quo modo te, cũ esses spina, inter eos, qui ad coronam meam ex honore & gloria conficiendam *2. Cor. 6.* apti sunt, contexuisti? Quæ conuentio Christo ad Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Quæ societas luci ad tenebras? Ne quãdo igitur vita nostra contra nos eiusmodi verbis compelletur, omni studio nobis in eam curam est incombendum, vt spinosa omnia tum facta, tum dicta, tum cogitata ex omni nostra vita conuulsa proiiciamus, vt pura innocentique viuendi ratione honor & gloria efficiamur, atque vniuersi caput nobismet ipsis vti re pretiosa coronemus. Nullius enim rei vilis vult esse Dominus ille, qui gloriæ Dominus est. C *Psal. 23.* Quisquis igitur in lumine tum abscondito tum manifesto abhorret ab omni turpitudine & vani-*Christus principium* tate, eũ, qui gloriæ non ignominiæ Dominus est, sibi principem constituit. Præterea principium est, atque adeo rerum omnium principium minimè alienum ab iis, quæ ex ipso consequuntur. *Col. 1.* Quamobrem si quis vitã principiũ esse definiet, *Ioan. 14.* vita post principium intelligetur. Si lux est prin-*Ioan. 8.* cipium, & ea post principium cogitabitur. Quid igitur eum principium esse credẽtes assequimur? id nimirum, vt tales simus, quale principium nostrum esse credidimus. Neque enim tenebrarum principium lux dicitur: neque, cùm ad principiũ D vita sit instituta atque directa, eum ordinem & vitæ cõtinuationem mortẽ esse didicimus. Quòd si quis naturæ similitudine non sequatur principium, quod præcedit, eique aptè innocentia virtuteque cohæreat, eius principium esse non poterit ille, qui rerum principium est. Obscuræ tenebricosæque vitæ principium est mũdi istius ac tenebrarum princeps. Mortiferi peccati principium est ille, qui mortis habet potestatem. Iccirco non potest eum, qui bonorum omnium principium est, principium suum esse dicere, qui sub tenebrarum principio flagitiosè vitam instituit. Qui voces diuinas ad propriam vtilitatẽ, exci- E piunt eodem modo animis afficiantur cùm iu-*Esa. 9.* stitiæ pacisque regem nominari Christum intel-*Christus rex iustitiæ & pacis.* ligẽt. Etenim qui ex precandi disciplina obsecrat, vt in se ipsum veniat regnum Domini, cùm eum qui verè est rex, iustitiæ & pacis regem esse cognouerit, iustitiam protsus & pacem in propria *Iustitia & pace omnes virtutes intelliguntur.* vita complectetur, vt in se rex iustitiæ & pacis regnet. Quod si huius regis exercitum virtutes faciunt, (nam iustitia & pace arbitror virtutes omnes intelligi) qui Dei militiam deserens se tanquam malitiæ inuictoris militem abiecto iustitiæ thorace & omni armatura pacifica in acie aduersariorum constituet, quo modo hic à veritate alienus sub iustitiæ rege collocabitur? eius eñ armaturæ insigne planè regẽ ipsius indicabit, quippe qui viuendi ratione tanquam impressa armis *Apoc. 7.* imagine ducem ostendat suum. Quare beatus ille, qui in diuina militia constitutus est, & ordinibus eorum, qui in millibus millium numerantur, adscriptus, & contra malitiam virtutibus armatus, quæ in eo, qui ipsas induerit, imaginem regis demonstrant. Cæterùm, quid est necesse, vt eas voces, quibus Christi nomen explicatur, & ad rectam ex virtute viuendi rationem peruenitur, cũ ea nominis ꝓpria sit vis, vt nobis omnino ad vitæ perfectionem conducat, proponentes, atque ordine declarantes, longius progrediamur? cùm satis mea quidem sententia sit, si ea, quæ commemorauimus, memoria breuiter repetẽtes, in summam redigamus, quæ nobis ad eum finem tanquam dux existat, quem orationis initio proposuimus, cum abs te quæreretur, quo modo quis in se ipso perfectum viuendi genus assequi posset. Si quis enim assiduè meditetur & cogitet, se adorandi nominis esse participem, & ex Apostolorũ instituto Christianum dici, eum ego singularum vitæ appellationum compotem factum, necessariò etiam aliorum nominum, quibus filius nuncupatur, arbitror in se ipso ostensurum esse potestatem. Quod autem dico, sic ferè habet. Tria sũt, *Tria quæ christiani vitam declarant.* quæ Christiani vitam declarant, atque distingũt, Actio, Sermo, Cogitatio. Ex his primas obtinet cogitatio. secundo loco ponitur sermo, qui conceptam & impressam animo cogitationem verbis aperit & exponit. post cogitationem & sermonem actio ordine collocatur, quæ animo cogitata factis exequitur. Si quid horum igitur nos, vt fit, aut ad agendum, aut ad cogitandum, aut ad loquendum ducit opus est, vt omnia nostra tum dicta, tum facta, tum cogitata ad diuinam earum notionum, quibus Christus declaratur, regulam sic dirigantur, vt nihil cogitemus, nihil dicamus, nihil faciamus, quod à sublimi earum significatio-*Rom. 14.* ne recedat. Nã vt, quidquid non est ex fide, Paulus peccatum dicit, ita nos eodem modo cogitãtes planè possumus affirmare, quæcunque nõ respiciũt Christum, seu verba, seu opera sint, seu cogitatiões illa omnia ad id omnino spectare, quod Christo contrarium est. Qui enim extra lucem & vitam est, is in tenebris prorsus & morte non esse non potest. Quamobrem si, quod ex Christo non fit, & cogitatur, illi, quod est bono contrarium, coniunctum est: ex hoc, qui genitus est, à Christo seiunctum esse, cuius manifestè patet ex iis, quæ *Psal. 18.* vel cogitat, vel agit, vel loquitur. Diuina igitur illa prophetæ verba verissima sunt. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Vt enim qui Christum in persecutionibus negat, diuini nominis præuaricator est: sic etiam, si quis veritatem, & iustitiam, & sanctitatem, & integritatẽ, & si quid aliud virtuti conueniens cogitatur, negat, & quo tempore contra perturbationes & vitia fortiter pugnandum est, vitæ constantiam abiicit, is à propheta præuaricator appellatur. In his enim singulis à Christo, qui est illa omnia, vita recedit, & præuaricatur. Quid igitur aliud eum oportet facere, qui magno Christi cognomine dignus effectus est, nisi vt omnia sua tum cogitata, tũ dicta, tum facta diligenter exploret, &, vtrum eorum

singula

singula ad Christũ tendant, an ab illo sint aliena, diiudicet? Multis autem modis fit hæc præclara diiudicatio. Quidquid enim perturbatiõe aliqua aut agitur aut cogitatur, aut dicitur, id cum Christo minimè congruit, sed aduersarii notã & imaginem gerit, qui animi margaritæ pro cœno perturbationes admiscet, vt pretiosi lapidis splendorem deformet ac deleat. Quod verò ab omni turbida affectione vacuum & purum est, id ad tranquillitatis auctorẽ & principẽ spectat, qui Christus est, ex quo tanquam ex puro incorruptoque fonte, qui suas animi motiones atque affectiones haurit & deriuat, talem cum principio atque origine similitudinem præ se feret, qualem obtinet cum ipso fonte, quæ in riuulo decurrit, quæque in amphora resplendet aqua. Etenim vna & eadẽ est, quæ in Christo, & quæ in mẽtibus nostris cõspicitur puritas. sed illa in fonte nascitur, hæc inde manat & in nos deriuatur, eam motionũ pulchritudinem ad vitam secum trahens, vt absconditi manifestique hominis conuenientia & tanquam cõcentus quidam appareat, cùm vitæ modestiam & honestatem motiones ex Christo prouenientes moderentur & moueant. In hoc igitur (meo quidem iudicio) Christianæ vitæ perfectio sita est, vt nominum, quibus Christi nomẽ significatur, participes, eorum vim & animo, & oratione, & viuendi institutis exprimamus, vt absolutam illam à Paulo commendatam sanctitatẽ (1.Thess.5.) suscipientes nos integro & corpore, & animo, & spiritu nulla mali permistione contaminatos cõseruemus. Quòd si quis ad perfectam virtutem assequendam difficillimã esse viam obiiciat, cum ex omni creatura solus immutabilis sit Christus,

inconstans autem natura humana, & ad mutationes proclivis, ideoque fieri nõ posse vt ad eã perueniamus, ibique firmi & immutabiles consistamus: huic respondebimus. Athletam nullum coronari, qui non legitimè certauerit: (2.Tim.2.) certamẽ porrò non esse legitimum, si nullus, qui cùm pugnes, adsit aduersarius. Quamobrem si aduersarius nõ est, corona non erit. victoria enim, nisi aliquid victum sit, esse non potest. Cum illo igitur, quod in natura nostra mutabile est, tanquam cum aduersario ea ratione compositi decertemus, vt ipsum non deiicientes, sed cadere non permittentes, victores simus. Neque verò ad malum tantummodo propensionem habet homo. Nam si ad eam partem duntaxat natura proclinis esset, ad bonũ sese non posset conuertere. Nũc autem pulcherrimum motionis opus est, ipsum in bonis incrementum, cùm impetu illo, quo ad melius trahimur, is qui rectè mouetur, assiduè transfertur ad ea, quæ diuiniora sunt. Id ergo, quod formidandum videbatur, nempe naturam nostram mutabilem esse, nobis tanquam alas, quibus ad maiora volemus, præbere demonstrauimus: damno enim id nobis futurum fuisse, si mutationem ad melius suscipere nõ possemus. Ne quis igitur vim in natura mutationibus aptam & idoneam cernens doleat aut conqueratur, sed sese continenter in melius promouens, & de gloria in gloriam transferens quotidianis incrementis ita vertatur, vt in dies melior & perfectior fiat, nec vnquam se ad perfectionis metam peruenisse sibi persuadeat. Ea enim verè perfectio est, vt qui angitur in melius, nunquam consistat, neque terminis vllis perfectionem existimet esse conclusam.

D. GREGORII ARCHIEPISCOPI NISSENI ORATIO CATECHETICA, QVÆ DICITVR

magna, diuisa in quadraginta capita Præfatio. Gentiano herueto interprete.

Catechesis est necessaria.



VÆ AD CAtechesin pertinet oratio, est quidem necessaria iis qui præsunt vitæ pietati ac veræ religio A ni, vt eorum qui salutem assequuntur accessione multiplicetur ecclesia, fideli qui est secundum doctrinam sermone adducente aures incredulorum. Non idem tamen doctrinæ modus conueniet in iis omnibus, qui ad verbum accedunt: sed pro variarum religionum diuersitate mutanda & accommodanda erit catechesis, orationis quidem eundem sibi proponendo scopũ, & ad eum intuendo: sed non eodem modo pro- B bando & confirmando. Aliis enim opinionibus est anticipatus qui stat à partibus Iudæorum: & aliis qui fauet Græcis. Anomæúsque & Manichæus, & Marcionistæ & Valentiniaoi & Basilidiani & cæteri aberrantes asseclæ sectarom & hæresum, singuli propriam anticipatam habentes opinionem, efficiunt vt sit necessario decertandum aduersus ea quæ opinantur. Nam conuenienter generi morbi medicina est adhibẽda. Nõ eodem modo medeberis & Græco, qui multos C esse Deos opioatur, & Iudæo, qui nõ credit Deo vnigenito. Neque io iis qui decepti sunt per hæreses, iisdem refelles ac euertes falsas & confictas de dogmatibus fabulas. Non enim per quæ corrigetur Sabellius, per eadem etiam prodieris Anomæo. Neque quæ adoersus Manichæum suscipitur decertatio, prodest etiam Iudæo, sed oportet, sicut dictum est, verba facere, intuẽdo ad hominum opinioaes, conuenienter errori in singulorum proferendo in qualibet disputatiõe quædam principia & propositiones rationi conseotaneas, vt per ea quæ ambo fatentur, & de quibus constat, consequenter aperiatur quid cogitent & D sentiaot. Quando ergo erit disputandum cum aliquo ex iis qui Græcis fauent, rectè erit si dicendi hoc sumatur initium. Vtrum deum esse existimat, ao est in opinione eorum qui dicũtur Athei, quod Deum non esse censeaot. Atque si Deum quidem non esse dicat: ex iis quæ artificiosè & sapienter in mundo admioistrantur, ioducetur vt vt per ea fateatur esse quandam vim quæ io iis ostenditur superior vniuersitate. Si autem Deum E quidem nõ esse dubitet, sed eo dilabitur vt Deorum putet esse multitudinem, hac aduersus eum vtemur consequẽtia, Deúmne perfectũ esse putet, an cui desit aliquid. Quod si, vt est consentaneum, dei naturæ perfectionem suo tribuat testimonio, exigã vt ipse sit perfect⁹ in omnibus q̃ cõsiderantur in diuinitate: ne deus consideretur cõmistus ex iis q̃ sunt cõtraria, népe ex eo quod est mancum, & ex eo quod est perfectũ. Sed siue in potestate, siue in boni notiõe, siue in sapientia & æternitate & incorruptione, & si aliqua alia quæ Deum decet intelligentia veniat in contemplationem, omnino assentietur in diuina natura considerari perfectionem ex hac consequentia rationi consentanea. Hoc autem oobis dato, noo erit amplius difficile, cogitationem dispersam ac dissipatam in Deorum multitudinem deducere ad diuinitatis vnius confessionem. Si enim omnino A dederit se perfectionem fateri io subiecto: dicat autem multa esse perfecta quæ per eadem exprimuntur, suúmque accipiunt characterem ac formam, necesse est omnino vt iis quæ nulla discernuntur mutatione ac diuersitate, sed in iisdẽ considerantur, aut proprium ostendere: aut si nihil propriè ac peculiariter mentis cõprehendat conceptio: in iis in quibus non est quod discernat, nõ existimare esse discretionem. Si enim neque in eo quod est plus aut minus inueniat differẽtiam, quoniam diminutiooem non admittit ratio perfectioois: neque in eo quod est deterius ac præ- B stantius. Neque diuinitatem de eo potueris, suspicari, à quo deterioris remota noo est appellatio. Neque in eo quod est antiquum & recens. Nam quod non semper est, diuinum non potest existimari. Sed si vna est & eadem ratio diuinitatis: cùm nulla in vllo inueniatur proprietas, vt est consentaneum necesse est omoino, vt aberrans & falsa de multitudine deorum phantasia, cõpellatur ad confitendã vnã diuinitatẽ. Nã si bo- C nitas & iustitia, sapiẽtiáque & potẽtia similiter & eodẽ modo dicitur, incorruptióque & æternitas omnísque mens pia eodẽ modo cõfitetur: omni qualibet ratiõe sublata differẽtia, simul necessariò tollitur à dogmate deorũ, multitudo, cũ quæ est per oĩa, vt ita dicã idẽtitas, fidẽ ad vnũ deducat.

Catechizandi diuersa est ratio pro varietate religionum.

Medicina est adhibenda pro ratione morbi.

Principia quædam sumenda in omni disputatione.

Disputandi cum gentili quod sit sumendum initium.

Deum esse quomodo probetur.

Deos non esse plures quomodo probetur.

Deus perfectus in omnibus quæ considerantur in vniuersitate.

Perfecta nõ esse multa.

Diuinitas non est in eo quod est deterius & præstantius neque in eo quod est antiquum & recens.

Identitas quæ est per omnia fidẽ deducit ad vnum.

Caput I.

SED quoniã pietatis ratio scit etiã aliquã hypostaseõ, seu substãtiarũ ac personarũ cernere differẽtiã in vnitate naturæ, ne dũ aduersus Græcos depugnamus, ad Iudaismũ nostra deducatur oratio, rursus cõuenit artificiosa aliqua distinctiõe eius rei errorẽ corrigere. Neq̃ eñi ii qui à nostro do D gmate sunt alieni, deũ existimarũt carere ratiõe: hoc aũt q̃ illi fatẽtur, verbũ nostrũ satis explicabit & ostẽdet. Nã qui fatetur deũ nõ carere ratione, omnino assentietur eĩ qui nõ caret ratiõe habere rationẽ. Atqui humana quoque ratio æquiuocè dicitur. Si ergo dicat se de ratiooẽ & verbũ io telligere, ad similitudinẽ eorũ q̃ sũt ĩ nobis, sic ad sublimiorẽ dedocetur opinionẽ. Omnino eñi necesse est vt credat rationẽ esse naturæ cõgruẽtẽ, vt E & alia oĩa. Nã & vis q̃dã & vita & sapiẽtia cernitur in hominibus: sed ex homonymia nemo existimauerit talẽ io deo esse vitã, aut vim, aut sapiẽtiã, sed ꝓ modo oostræ naturæ voa etiã deprimitur emphasis huiusmodi nominũ. Quoniã eñi interitui obnoxia & imbecilla est nostra natura, ꝓpterea breuis est vita, vísque q̃ nõ potest cõsistere, & ratio quæ nõ permanet. In suprema autem natura, magnitudine eius quod cõsideratur, quicquid de ea dicitur, simul extollitur. Et si ergo dicitur dei verbõ, ratio, aut sermo, is non in impetu eius q̃ dicitur cõsistere existimabitur ad oostri similitudinẽ, ad hoc transiẽs vt nõ sit. Sed quomodo no-

Personæ seu hypostases quomodo probentur in deo.

Alogon

Logos ratio verbum sermo.

Deus non caret ratione.

Ratio humana dicitur æquiuocè.

Vita sapientia & virtus in Deo non est qualis in hominibus.

Locus est corruptus legitur enim græcè Arpagis Ho logos.

Ratio seu verbum dei in quo consistat.
Verbum considera-tur in vita.
Verbum nō est inanimū
Verbum nō est in vita ex vita par ticipatione cum nihil sit in eo du plex ne com positum.
Deus habet liberum eli gendi impe rium.
Dei liberū eligendi ar-bitrum est potens ad bonum.

do nostra natura, cùm in eam cadat interitus, ser-
monē quoque habet qui īterit. Ita natura in quā a
nō cadit interitus, & q̄ semper stat, æternū etiam
habet sermonē, & qui cōsistit, Quod si hoc ex cō-
sequēti cōstiterit Dei verbū sempiternū cōsistere,
necesse est omnino fateri in vita verbi esse hypo-
stasin ac substantiā. Nefas est enim putare verbū
citra animā consistere instar lapidū. Sed si consi-
stit, vt q̄ sit res quædā intelligēs & incorporea, vi-
nit omnino. Sin autē est à vita separatū, ne omni-
no quidē consistit. Atqui impiū esse ostensum est,
Dei verbū minimè cōsistere. Simul ergo osten-
sum est ex consequente, hoc verbū in vita consi-
derari. Cùm autē verbi creditū sit simplicem esse b
naturā, & q̄ in se nullā ostendat duplicitatē & cō-
positionē, nō vtique verbū esse in vita considera-
uerit ex vitæ participatione. Non enim extra cō-
positionē fuerit huiusmodi existimatio, dicere al-
terū esse ī altero: sed omnino necesse est, cū cōstet
de simplicitate, ipsā per se vitā verbū esse putare,
nō autē vitæ participationē. Si ergo viuit verbū
cùm sit vita, omnino quoque habet vim liberè e-
ligendi. Nihil enim est ex iis q̄ viuūt q̄ nō sit hac
vi præditū. Hāc autē liberā electionē esse etiam
potentem ex consequenti piū est cōsiderare. Nisi
enim fatearis potentiā, adstrues omnino impotē-
tiam. Atqui impotentia est valde remota ab ea q̄ c
de Deo habetur existimatiōe. Nihil eīm absurdi,
& q̄ nō cohæreat, consideratur ex iis q̄ sunt in di-
uina natura: necesse est omnino fateri tantam es-
se vim verbi, quantū est etiā propositū, ne quædā
mixtio & concursus quidam contrariorū consi-
deretur in eo q̄ est simplex, dū potentia & impo-
tentia considerantur in eodem proposito, si qui-
dē aliquid quidē posit, ad aliquid verò sit impo-
tens. Cùm omnia autē posit verbi electio, eā ad
nihil mali habere propensionē: ad vitiū enim p-
pensio est aliena à diuina natura, sed quicquid est
boni hoc etiā velle. Volentē autē omnino etiam
posse. Volentē autē nō esse eiusmodi, vt nō ope- d
retur, sed omne boni ppositū deducere ad opera
tionē. Bonū autē est mūdus & q̄ in eo sunt omnia
sapiēter & artificiosè considerata: Sunt enim o-
mnia opera Verbi viuentis quidem & consisten-
tis, quia est verbum Dei, liberè autē eligētis, quia
viuit, potentis autē quicquid elegent, q̄ bonū est
autem & sapiēs omnino eligentis, & si quid præ-
stantioris est significationis. Quoniam ergo ali-
quod bonum constat esse mundū, ostensum est
autē per ea q̄ dicta sunt, mūdum esse opus verbi,
quod bonū & eligit & potest hoc autem verbum
est aliud ab eo cuius est verbū. Nam hoc quoque
est aliquo modo ex iis q̄ dicūtur relata ad aliquid a
quandoquidē oportet omnino cum verbo etiam
verbi patrem subaudiri. Nō esset enim verbum, si
nō esset verbum alicuius. Si ergo per significatio-
nis habitudinē & relationē discernit auditorum
cogitatio. & ipsum verbum, & id ex quo existit,
nihil est nobis vtique periculi ne verbi mysteriū,
cum Græcorum pugnans opinionibus, cōueniat
cū iis qui fauent partibus Iudæorum: sed ex æ-
quo effugiet vtrorumque absurditatem, vt qui &
viuēs verbi Dei fateatur, operansque & efficiēs,
quod non admittit Iudæus: & non differre secū-
dum naturam ipsum verbū, & id ex quo existit.
Quomodo enim in nobis verbum seu rationem

Voluntas dei est om-nipotens ad omne boni propositum deducendū ad operatio nem.
Mundus est opus Verbi bonum eli-gentis.
Verbum est alicuius verbum.
Verbum & id ex quo existit nempe pa-ter non differt na-tura.

ex mente esse dicimus: neque omnino ipsum idē
esse q̄ mentē, nec omnino alterum. Nam ex illo
quidē esse, est aliquid aliud, & nō illud. Quod au-
tē ipsam mentem in apertum proferat, nō vtique
existimari posit esse aliud ab illo, sed cùm sit vnū
natura, subiecto est aliud. Ita etiam Dei verbum,
eo quidē q̄ per se consistit, distinctū est ac diui-
sum ab illo ex quo habet quòd consistit, eo autē
quòd in seipso illa ostendit q̄ cernuntur in Deo,
idē est secundum naturam quod ille qui inueni-
tur per eadem signa & iudicia quibus cognosci-
tur. Siue enim bonitas, siue potentia, siue sapien-
tia, siue esse sempiternum, siue in eum non cadere
vitium, mortem & interitū, siue esse omnino per-
b fectum, siue quid aliud eiusmodi, sit signum quo
comprehenditur pater, per eadem signa inuenies
verbum quoque quod ex illo consistit.

Caput II.

Ad spiri-tus sancti notionem quomodo sit deducen-dus qui ca-techizatur.
Spiritus quid sit in nobis.
Spiritus san-cti est hypo stasis id est spiritus san-ctus consi-stit.
Spiritus sanctus est essentialis potentia.

QVOMODO autē ex iis quæ sunt in no-
bis, analogicè verbū cognouimus in supre-
ma natura, eodē modo etiā adducemur ad notio
nē spiritus, ineffabilis potentiæ vmbras quasdam
& simulachra in nostra contemplantes natura.
Sed in nobis quidē spiritus, est aëris attractio, rei
alienæ, q̄ necessario attrahitur & profunditur ad
c constitutionē corporis, quæ quidē dū verbum e-
mittitur, fit vox, in seipsa declarans vim verbi. In
diuina autem natura, esse quidem Dei spiritum,
pium est existimatum, quomodo datum est esse
etiā Dei verbū, propterea quòd nō oporteat Dei
verbū deterius esse, & magis deficere quàm no-
strum verbum, si quidem cùm hoc consideretur
cum spiritu, credatur illud esse sine spiritu. Ne-
que tamen ad nostri spiritus similitudinē, extrin-
secus ad Deum affluere, & in eo fieri spiritum, id
Deo conuenire est existimandum. Sed quomo-
do cū Dei verbū adinuissemus, non rem esse ali-
d quam q̄ nō consistat, verbum putauimus: neque
quod iusit ex disciplina: neque quod voce pfera-
tur, neque quod cùm fuerit prolatū dissoluatur,
neque aliquo alio modo ita affici, quo cernitur
affici noster sermo, sed consistere, vt ita dicam, es-
sentialiter, vimque habere eligendi, esséque ope-
rans & omnipotens. Ita etiā cùm Dei spiritū di-
dicerimus, qui verbū cōsequitur, & eius declarat
operationē, nō intelligimus flatū anhelitus. De-
primeretur enim & ad nimiā demitteretur humi-
litatem magnitudo diuinæ potentiæ, si qui in eo
est spiritus, existimaretur esse instar nostri: sed es-
sentialem potentiam, quæ ipsa in seipsa conside-
a ratur in propria hypostasi ac consistentia, neque
potest separari à Deo in quo est, aut à verbo Dei
quod consequitur: neque ad hoc vt nō sit, effun-
ditur, sed ad Dei verbi similitudinem, est in hy-
postasi eligendi vi prædita. per se mobili, operan-
te, & semper bonum eligente, & ad omne pro-
positum cum voluntate concurrentem habente
potentiam.

Caput III.

QVI ITAQVE diligēter & accuratè cō-
siderat mysterii pfunditatē, in aīa quidē ar-
cana quadā ratiōe mediocrē accipit intelli-
f ii. gentiam

Deus cadit sub numerum nempe trinitatis & est vnus.

gentiã doctrinæ Dei cognitionis, oratione tamen non potest ineffabilẽ aperire ꝓfunditatẽ mysterii: a nempe quomodo idem & cadat sub numerũ & nõ cadat, & diuisum cernatur, & comprehendatur in vnitate, distinctúmque sit ac discretum cõsistentia & hypostasi, & subiecto nõ sit diuisum, & rursus aliud sit, cuius est verbũ & spiritus. Sed posteaquam discrimen in his intellexeris, naturæ rursus vnitas nõ admittit diuisionem: adeò vt neque monarchiæ dominatus scindatur in diuersas dissectus vnitates, neque congruat id ꝙ dicitur cũ dogmate Iudaico. Sed per medium duarum opinionum procedat veritas, & vtramque tollẽs hæresim, & ab vtraque accipiens id ꝙ est vsui. Nam Iudæi quidẽ dogma tollit, & verbũ admittendo, B & credendo spiritum: eorum autem qui stant à Græcis aboletur error multorum Deorum, ea q̃ est secundum naturam vnitate, circunscribente & arcente multorum phantasiam. Rursus autem ex Iudaica opinione maneat naturæ vnitas: ex eo autem quod Græci opinantur, sola discretio in hypostasibus, impiæ opinioni vtrinque congruo adhibito remedio. Est em̃ veluti q̃dã medicina, eorum quidẽ qui in vno aberrant, numerus Trinitatis: eorum autem qui sunt dispersi in multitudinem, ratio vnitatis.

Caput IIII.

C SIN autem aduersus hæc contradicat Iudæus, non vtique ex eius ꝓpriis difficilis erit nobis aduersus illum disceptatio. Ex iis enim documentis in quibus est educat⁹, veritatis erit declaratio. Esse enim Verbum Dei, & spiritum Dei potestates, quæ consistunt essentialiter, & sunt efficientes eorũ q̃ facta sunt, & ea q̃ sunt, cõtinent, ex diuinitùs inspiratis scripturis euidenter ostenditur. Sufficit aũt, cùm meminerimus vnius testimonii, plura inuenienda relinquere studiosis. Verbo domini, inquit, cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Quo verbo, & quo spiritu? Neque em̃ dictio est verbum: neque spiritus anhelitus. D Si em̃ ad nostræ naturæ similitudinem Deus quoque homo fieret, eiusmodi quoque verbo & spiritu vti vniuersitatis opificem statuerent. Quænã autem tanta virtus ꝓficiscitur à verbis & à spiritu, vt sufficiat ad cælũ cõstituendum & q̃ in eo sunt virtutes? Si em̃ nostræ dictioni Dei Verbum est simile, & spiritus spiritui, similis est omnino virtus ex similibus: & quãtas nostrum, tantus vires habet Dei Verbum. Atqui & operatione sunt carentes & minimè consistentes, qui cum verbis trãsit spiritus. Quo fit vt nõ agentes & non consistentes illos omnino constituant, qui ad nostri verbi similitudinem Dei Verbum deducũt. Sin E autem, vt dicit Dauid, Verbo dei firmati sunt cæli, & eorum virtutes consistunt in Dei spiritu: cõstat ergo mysterium veritatis, ꝙ dictat esse dicendum verbum in essentia, & spiritum in hypostasi.

Verbũ & spiritus sanctus quomodo probentur ex scripturis. Psal. 32.

Caput V.

SED Dei quidẽ esse verbũ & spiritũ, & per cõmunes notiões Græcus, & per scripturas Iudæus fortasse non cõtradicet, ad Dei verbi hominis facti dispensationẽ, vterque eorũ ex æquo reprobabit, vt q̃ sit minimè ꝓbabilis, & quã de Deo dicere minimè conueniat. Ex alio ergo principio adducem⁹ eos qui cõtradicũt, vt hoc credãt, nẽpe, Credãt ne verbo & sapiẽtia oĩa esse facta ab

Verbum quomodo probetur factum esse hominem.

eo qui condidit vniuersitatẽ: an huius quoque a existimationis fidẽ difficiliter admittãt? Sed si nõ dederint verbum seu rationẽ & sapientiã nõ fuisse ducẽ rerũ creationis, statuẽt rationis & artis egestatẽ fuisse in principio vniuersitatis. Sin autem hoc constat esse planè absurdũ & impiũ, verbũ & sapiẽtiã, rerũ fatebũtur esse ducẽ. Atqui in iis quæ prius dicta sũt, ostensum est, Dei verbum non esse ipsam dictionẽ, aut ex scientia aliqua aut sapientia ꝓficiscentem: sed quãdã q̃ per essentiã consistit virtutẽ, q̃ & omne bonũ eligit, & in potestate sua sitũ habet quicquid elegerit. Cùm aũt bonus sit mundus, eius illã, q̃ est bonorum appetens & efficiens vim esse causam. Si autem, ꝙ mundus B consistat vniuersus, id pendet à virtute verbi, & ostendit consequẽtia: Omnino necesse est vt mũdi quoque partium creationis non aliã existimemus esse causam, quã idem verbũ, per quod habuerunt omnia accessum vt fierent. Hoc autem verbũ ne an rationem, an virtutem, an Deum, an aliquod aliud ex sublimibus & præclaris nominib⁹ velis nominare, minimè laborabimus. Quodcunque enim inuentum fuerit verbum aut nomen ꝙ demonstrat subiectũ, vnũ est quod significatur per voces, nempe sempiterna Dei virtus, rerum effectrix, eorũ q̃ non erant inuentrix, q̃ continet q̃ facta sunt, & præuidet futura. Hunc ergo C Deum, verbum, rationem, sapientiam, virtutem, ostensum est ex consequentia effectorẽ esse humanæ naturæ, non aliqua necessitate inductum ad creandũ hominem, sed eximia & insigni charitate huius animalis ortũ esse architectatũ. Oportebat em̃ neque lucẽ esse non aspectabilem, neque gloriã carere testibus, neque eò redire, eius bonitatem, vt nemo ea frueretur: neque alia omnia, q̃ in diuina conspiciuntur natura, iacere otiosa, cũ non esset qui eorũ esset particeps iisque frueretur. Si ergo homo ideo deducitur ad generationem, vt diuinorum bonorum fiat particeps: necessariò conditur eiusmodi, vt sit aptus ad eo- D rum bonorum participationem. Quomodo enim oculus per naturaliter insitum ei splendorem lucis fit particeps, per vim ei inditam quod sibi cognatum est attrahens: ita necesse erat, vt in humana natura aliquid immisceretur quod cũ Deo haberet cognationem: vt propter conuenientiam teneretur desiderio eius ꝙ ei esset propinquitate ac necessitudine coniunctũ. Nã & in natura brutorũ, ea quibus obtigit vt vitã degãt in aqua & in aëre, condita sunt vnũquodque congruenter generi vitæ ab eo degendæ, vt per certam corporis effectionem, alteri quidem proprius & conueniens esset aër, alteri verò aqua: ita ergo etiã homi- E nem ortum ad fruendum bonis diuinis, oportebat habere aliquid in natura cognatũ cũ eo cuius esset particeps. Propterea fuit ornatus & vita & ratiõe & sapiẽtia, & omnibus bonis q̃ Deũ decẽt: vt per vnũquodque eorũ flagraret cupiditate ei⁹ ꝙ est sibi ꝓprium ac coniunctum. Quoniam ergo vnum ex iis bonis q̃ sunt in diuina natura est etiã æternitas, oportebat omnino nostræ naturæ constructionẽ nec huius esse exortem, sed in se habere immortalitatem: vt per vim sibi insitã cognosceret id ꝙ est supremum, & teneretur desiderio diuinæ æternitatis. Hæc voce multa cõplectente, vno verbo ostendit liber de mũdi origine, dicens

Verbum ratio & sapientia duces rerum creationis.

Mundi vniuersi creationis & eius quoque partium causa est Verbum.

Verbum oratio virtus nominatur dei filius.

Deum Verbum effector humanæ naturæ.

Homo tur à deo creatus.

Humana natura aliquid immistum quod cum deo aliquam habet cognationem.

Homo cur a deo fuit ornatus vita ratione & sapientia.

Humana natura non est exors immortalitatis.

factum

Gen. 1. Homo quomodo factus ad dei imaginem. Gen. 2. Paradisus quid det homini.

factum esse hominem ad Dei imaginem. In ea enim assimilatione ad imaginem, omnino est enumeratio eorum quæ Deum exprimanr, & quæcunqne de hac mox sequuntur doctrina. Ille eñ paradisus, & fructuum proprietas quorum est esus, non dat iis qui gustant ventris repletionem, sed cognitionem & vitæ æternitatem. Hæc omnia congruunt iis quæ sunt prius considerata in homine: nempe quòd in inirio nostra esser bona, & in bonis natura. Sed iis quæ dicta sunt foriè re pugnabit is qui ad præsentia aspicir, & existimar se posse probare non esse vera quæ dicútur, quòd non in illis, sed in omnibns ferè contrariis nunc homo ceruatur. Vbi enim est animæ æternitas? Annon est homo breuis vitæ, patibilis, caducus, omni affectionum generi obnoxins, & in anima & in corpore? Qui hæc dicit & quæ sunt huiusmodi, & naturam insectatur, existimabit se posse euertere quæ sunt tradira de homine. Sed ne ab eo quod est consequens & consentaneum deflectatur oratio, de his etiam paucis tractabimus.

Animam non esse immortalem, non sequitur ex eo quod homo moriatur.

Quòd nunc vita humana sit in iis quæ sunt aliena & minimè conuenientia, non satis est argumenti, quod homo nunquam fuerit in bonis. Quoniam enim homo Dei est opus, qui propter bonitatem hoc animal deduxit ad orrum, nemo iurè eum cuius bonitas causa fuit vt conderetur, illius defectionis causam esse suspicabitur. Sed alia est causa cur & hæc nobis nunc adsint, & deserti simus ab iis quæ sunt præstantiora. Inirium autem eius quod ad hoc nunc est dicendum, nõ est remorum ab assensione eorum qui contradicunt. Qui enim ad hoc vt suorum bonorum adminiculum & occasionem eius naturæ indidit, vt per vnumquodque ad simile ferretur appetitio, non priuauerit hominem eo quod est bonorum pulcherrimum & præstantissimum, illa, inquam, graria quæ in eo consistit quòd non sit aliquid quod dominatum in eum obrineat, & quod sit sui iuris & liberi arbitrii. Si enim vitæ humanæ præesset necessitas, ex ea parte falsa fuisset imago, vt quæ per dissimilitudinẽ aliena esser ab exemplari. Regnantis enim, non regnans, quemadmodum nominaretur imago? Quod ergo per omnia Deo erar assimilatum, oportebat omnino habere in natura quòd sibi imperarer, & domino minimè esset subiunctum, vt virtutis esset præmium bonorum participatio. Quî factum est ergo, inquies, vt qui per omnia pulcherrimis & præstantissimis fuit honestatus, commutauerit bona deterioribus? Clarum autẽ est id qnoque quod de eo dicendum est, nullus mali ortus initium duxit ex Dei voluntare. Reuera enim nulli reprehẽsioni affine esset vitium, vt quod sui effectorẽ & patrẽ Deum sibi ascriberet: sed malum intrinsecus quodammodo inuascitur in libero animi arbitrio & electione, tunc consistens, quando fuerit aliquis animæ recessus ab eo quod bonnm est & honestũ. Quomodo enim visus est naturæ operatio: orbitas autem est priuatio naturalis operationis: ita etiam virtus aduersatur vitio. Non possumus enim cogitare aliã vitii generationẽ, quàm virtutis absentiam. Quomodo enim ablata luce consequuntur tenebræ, non sunt autem si adsit: ita quandiu fuerit bonum in natura, per se non consistit vitiũ: eius autẽ quod est melius recessus, fit generatio cõtrarii. Quoniã ergo hæc est proprietas liberi arbitrii, vt liberè tollatur ꝙ est animo tuo gratũ, non est tibi Deus auctor & causa malorum præsentium, cõstructa tibi natura quæ dominio nõ patet, estque libera & soluta: sed malũ consilium, ꝙ elegit ꝓ meliori id ꝙ est deterius.

Deus non est auctor & causa malorum in qua homo incidit.

Homini à deo est insitum liberũ arbitrium.

Per liberum arbitrium homo deo assimilatur.

Malum non duxit origi nem ex dei voluntate. Malum in eo consistit quod liberũ hominis arbitrium recedit à bono & honesto. Vitium generatur ab sentia virtutis.

Capnt VI.

QVÆRIS autem etiam fortasse causam peccati quod consultò admittitur, eo enim deducit orationis consequentia. Rursus ergo nobis inuenietur aliquod principium, vt est consentaneum, quod hanc etiam explicabit quæstionẽ. A patribus quamdam ralem inuenimus orationẽ. est autem oratio, non fabulosa narratio, sed quæ ex ipsa naturâ affert probabilitatem. Duplex est in iis quæ sunt consideratio, in id quod percipitur intelligentia, & id quod est sensile, diuisa cõtemplatiõe. Neque præter hæc quidquam relinqui potest in rerũ natura, quod ferarur extra hãc diuisionem. Magno autẽ interuallo sunt hæc inter se disiuncta, vt neque cognita sit sensilis inter ea quæ cadunt sub intelligentiam: nec quæ intelligentia percipiuntur inter sensilia: sed vtraque formã & characterem accipiunt à contrariis. Nã quæ intelligentia quidem percipitur natura, est res quædam incorporea, & intactilis & informis. Sensilis autem ex ipso nomine, est intra mentis cõprehensionẽ quæ fuit per sensilia. Sed quomodo cùm in mundo magna sit inter se inuicẽ elementorum repugnãtia, à sapiẽntia q̃ præest vniuersitati, excogitata est quædam harmonia quæ concinnatur & aptatur per contraria: & ita vniuersæ creaturæ ad seipsam extenditur concentus, naturali repugnantia minimè soluente seriẽ conspiratiõis. Eodem modo eius quod est sensile, cũ eo quod cadit sub intelligentiam, à diuina sapiẽtia fit quædã cõmistio & cõcretio, vt omnia ex æquo partẽ habeãt eius ꝙ est pulchrũ & honestũ, & ex iis q̃ sunt nihil sit ꝙ sit expers naturæ melioris. Propterea locus quidem cõgruens naturæ q̃ cadit sub intelligentiã, est ratiõis particeps, & q̃ facilè mouetur essentia in supermũdana sorte, proprietate suæ naturæ magnã habens cognationem cũ eo ꝙ cadit sub intelligentiã. Meliori aũt ꝓuidentia, q̃dã fit cõtemperatio eius ꝙ percipitur intelligentia, cũ sensili natura, vt creaturæ nihil sit reiiciendũ, vt dicit Apostolus, neque expers diuinæ cõmunionis. Ea de causa, ex eo ꝙ percipitur intelligentia, & eo ꝙ cadit sub sensum, fit in homine q̃dã mixtio à diuina natura, vt docet liber mũdi generatiõis. Cũ eñ accepisset, inquit, Deus limũ extra finxit hominem: & per ꝓpriã inspirationem figmẽto insufflauit vitã: vt cũ eo ꝙ est diuinũ simul extolleretur terrenũ, & vna gratia pari honore peruaderet vniuersã creaturã, inferiori natura cõtemperata cũ supramũdana. Cùm ergo prius cõsistente q̃ intelligentia percipitur creatura, & angelicarũ virtutũ vnaquaque operatiõe, ab ea q̃ p̃est vniuersis potestate, attributa ad cõstitutionem vniuersitatis, esset q̃dã potestas ordinata, vt locũ terrestrem cõtineret & dominatũ in eum obtineret, viribus ad id acceptis à potestate illa q̃ vniuersitatẽ regit & administrat: & deĩde esset cõditũ terrestre illud figmẽtũ simulachrũ supernæ potestatis, (erat aũt hoc animal homo) essetq̃ ĩ eo naturæ q̃ percipitur intelligentia, diuina pulchri-

Rerum aliæ sunt intelligibiles aliæ sensiles.

Natura intelligibilis quænam sit. Natura sensilis quæ nã sit.

Inter elemẽta harmonia & concentus.

intelligibile miscetur cũ sensili per participationem pulchri & honesti & naturæ melioris.

Creaturam nullam esse reiiciendam tur dicat Paulus. 1. Tim. 4.

Gen. 2. Homini quomodo inuiderit potestas angelica.

tudo, ineffabili quadam virtute contemperata, ægrè fert & non tolerandum ducit is cui terrena obtigit administratio, si ex natura ei subiecta aliqua creetur essentia assimilata ei quæ supereminet dignitati. Quemadmodum autem ad inuidiæ vitium defluxerit, qui ab eo qui vniuersitatem condidit in bonitate, exactè quidem & accuratè persequi, non est huius operis: iis autem qui sunt paulo magis increduli, paucis poterit afferri ratio. Virtutis enim & vitij sibi inuicem aduersantium consideratur discrimen: non tanquam duo sint quæ cernantur consistere: sed quomodo ab eo quod est, vt aduersum distinguitur id quod non est, neque dici potest quòd per hypostasin ac consistentiam distinguatur id quod non est ab eo quod est sed non esse, dicimus tanquam aduersum, distingui ab eo quod est esse: eodem modo etiam vitium aduersatur rationi virtutis, cùm per se non sit, sed intelligatur per absentiam eius quod est melius, & quomodo dicimus à visu tanquam aduersam distingui cæcitatem, cùm per se non sit in rerum natura cæcitas, sed sit priuatio eius qui prius fuerat habitus: ita etiam vitium dicimus considerari in boni priuatione, velut quandam vmbram quæ accidit transitui radii. Quoniam ergo increata natura non est capax motus qui fit per conuersionem, mutationem & alterationem: quidquid autem consistit per creationem, cognatione quadam iungitur cum alteratione: propterea quòd ipsa quoque creaturæ cõsistentia cœpit ab alteratione, cùm id quod non erat, virtute diuina traductum sit ad hoc vt esset, creata autem erat & potestas cuius meminimus, liberi sui arbitrij motu eligens quod videbatur, postquam clausit oculos ad id quod est bonũ & amplum, & ab inuidia remotum, quomodo qui ad Solem suis conniuet ciliis, amisso visu videt tenebras: ita etiam ille, eo ipsò quòd noluit bonũ videre, id mente comprehendit quod est bono contrarium, nempe inuidiam. Constat autem cuiuslibet rei principium, esse causam eorum quæ post se ex consequenti accidunt: vt sanitatẽ, quòd bona sit habitudo, quod fiat operatio, quod viuatur in voluptate: morbum quòd sit imbecillitas, quod exerceri non possit operatio, quòd vita agatur in mœrore & tristitia. Ita etiam alia omnia ex consequẽti sua sequuntur principia. Quomodo ergo impatibilitas est principiũ & fundamentum vitæ agendæ ex virtute: ita quæ per inuidentiam ad malum existit propensio, muniit viam ad omnia mala quæ fuerunt post eam. Postquam enim ad malum semel fuit propensus, qui per auersionem à bonitate in seipso genuit inuidiam: quomodo lapis abruptus à promõtorio, proprio pondere in decliue detruditur, ita etiam ille auulsa à congenerata ad bonum conspiratione & ad vitium grauatus ac declinans, sua sponte velut quodam pondere compulsus delatus fuit ad extremum terminum improbitatis: & vim cogitandi quam habuit à Creatore ad adiumẽtum participationis eius quod est melius, ea accepta adiutrice ad ea inuenienda quæ excogitãtur ex vitio, astu & fraude hominem aggreditur, ei persuadẽs vt sibi mortẽ inferret, & sui esset homicida. Quia enim homo cõfirmatus & corroboratus per diuinam benedictionem ampla quidem & sublimi erat authoritate ac dignitate. Constitutus enim erat, vt in terra & in omnibus quæ in ipsa sunt regnum obtineret: erat autem formosus, factus enim erat ad imaginem exemplaris pulchritudinis. Erat autem impatibilis natura imitator enim erat eius qui est impatibilis. Dicendi autem libertate plenus erat ac fiducia, vt qui facie ad faciem cum Deo ei apparente loquendi voluptate se expleret. Hæc autem aduersario erant fomes & irritamentum inuidiæ. Vi autem aperta & potẽtiæ robore non poterat efficere quod habebat in animo. Potentior enim erat vis Dei benedictionis eius viribus. Propterea machinatur vt eum abducat à potentia quæ eum corroborabat ac confirmabat, vt ipse facilè pateret insidiis. Et quomodo cùm in lucerna ignis ellychnium apprehẽderit, nec flatu quispiam possit flammã extinguere, oleo aquam miscet, & ea ratione flammam debilem reddit & euanidam: ita aduersarius, cùm libero arbitrio vitium immiscuisset, effecit vt quodammodo extingueretur & euanesceret benedictio. Qua deficiente, pro ea subit cõtrarium. Aduersatur autem vitæ quidem mors: viribus autẽ imbecillitas, benedictioni autem execratio, fiduciæ autem pudor, & omnibus bonis ea quæ intelliguntur ex contrario. Propterea homo nunc est in malis præsentibus, cùm illud principium, talis finis argumentum dedisset & occasionem.

Virtus & vitium quomodo sibi inter se aduersetur.

Natura increata non est capax motus mutationis.

Creatura cœpit consistere ab alteratione.

Principium cuiusque rei est causa eorum quæ post accidunt ex consequenti.

Impatibilitas est principium vitæ agendæ ex virtute.

Inuidia muniit viã ad omnia mala quæ post ea sunt secuta.

Homo à dæmone persuasus & sui esset homicida.

Cum dæmõ aduersarius libero arbitrio vitium immiscuisset extincta est os benedictio.

CAPVT VII.

NEMO verò interroget, an Deus, cùm prouidisset calamitatem, quæ erat ad hominem ventura ex malo consilio, ad creandum hominẽ accesserit, cui erat fortè conducibilius ortum nõ esse, quàm esse in malis. Qui enim ad manichæorum dogmata fraude sunt attracti, hæc afferũt ad suum errorem confirmandum, & per hoc ostendunt esse malum creatorem humanæ naturæ. Nã si Deus quidem ex iis quæ sunt nihil ignorat: est autem homo in malis: non vtique salua erit ratio Dei bonitatis, si hominem ad vitã deduxerit qui futurus erat in malis. Si enim bonæ naturæ omnino est quæ ex bono est operatio: misera hæc vita & caduca, malisque & interitui obnoxia, non vtique est adscribẽda eius qui bonus est opificio: sed existimandum est alium esse auctorem huius vitæ, cuius natura propensa est ad malum. Nam hæc omnia, & quæ sunt eiusmodi, iis quidem, qui tanquam fallacem quendam colorem hæreticam fraudẽ in profundo imbiberunt, videntur habere vim quandam per apparentem quandam probabilitatẽ superficie tenus: iis autẽ qui veritatis sunt perspiciẽtiores, apertè cernũtur imbecilla, & quorũ errorẽ in promptu est ostẽdere. Mihi autẽ videtur rectè habere, si in his adducam Apostolũ defensionẽ eorũ quæ cõtra eos dicũtur. In iis enim quæ scribit ad Corinthios distinguit carnales & spirituales animarũ cõstitutiões, per ea quæ dicũtur, vt opinor, ostẽdẽs, quòd bonum aut malum non est sensu diiudicandum: sed mente abducta ab iis quæ apparẽt extra corpus, boni & cõtrarii ipsam esse per se discernandam naturã. Spiritualis enim, inquit, diiudicat omnia. Quòd autẽ ii qui hæc afferũt, fabulosa hæc dogmata confinxerint, arbitror hanc fuisse causam, quòd corporalis voluptatis suauitate

Dogma Manichæorum deum esse mali auctorem asserentium.

Bonum & malum nõ est sensu diiudicandũ.

1. Cor. 2.

suauitate bonum definientes, propterea quòd affectionibus & morbis necessariò obnoxia est corporis natura, vt quæ sit composita & fluat ad dissolutionem: eiusmodi autem affectiones consequitur quidem sensus dolorem afferens, humanam naturam mali opus esse existimant. Nam si sublimius aspiceret eorū cogitatio, & ab ea quæ in voluptatibus versatur affectione mente procul collocata consideraretur liberi ab animi perturbatione rerum quæ sunt naturam, non existimarent malum aliud esse quàm vitium & improbitatem. Vitium autem omne & improbitas in boni priuatione suam habet formam & characterem, cùm per se non sit, neque consideretur in eo quod cōsistat. Nullum enim malum per se situm est extra liberam arbitrii electionem: sed ita denominatur ex eo quòd non sit bonum. Quod autem nō est, non consistit. Eius autem quod non cōsistit opifex, non est is qui est opifex eorum quæ consistunt. Malorum ergo causa non est Deus qui est creator & effector eorum quæ sunt, non eorum quæ non sunt: qui visum est fabricatus, non autē cæcitatem: qui virtutem iudicauit non eius priuationem, bonæ electionis præmio adiecto bonorum fine, iis qui ex virtute vitā degunt: non violentæ alicui necessitati, vt sibi videtur, humanā subiungens naturam, tāquam vas aliquod inanimum inuitum ad bonum attrahens. Si autem lucis tempore sereno puræ lucēus voluntariè quispiam filiis apprehendit visionem: Sol minimè est causa eius qui non aspicit.

Malum nō est aliud quàm vitium.

Nullum est malum extra liberam arbitrii electionem.

Malorum non est causa deus.

Necessitati deus humanam non subiunxit naturam.

De iis qui indignantur quòd homo moritur, cùm hoc sit potius ad beneficium hominis, & cur est mors.

Capus VIII.

SED ægre fert & indignatur qui aspicit ad dissolutionem corporis & graue esse ducit, quòd morte vita nostra dissoluitur. Ex hoc ergo quod dolorem affert & molestiam, consideret ingne Dei beneficium. Per hoc enim magis adducetur, vt admiretur gratiam eius quam Deus gerit hominis. Viuere est eligēdum iis qui vitæ sunt participes, propterea quod fruantur iis quæ sunt grata & iucunda. Nam si quispiam in doloribus & angoribus vitam transigeret, ei longè præstabilius iudicatur non esse quàm esse in dolore. Examinemus ergo an is qui vitam suppeditat, ad aliquid aliud aspiciat, quàm vt vitam agamus in iis quæ sunt optima & pulcherrima. Quia enim liberi arbitrii motu attraximus mali societatem, per cuiusdam voluptatis veluti quoddā venenum melle conditum, malum naturæ immiscentes: & ideo à beatitudine quæ ex impatibilitate intelligitur excidētes, transformati sumus ad vitium: ea de causa veluti quoddam vas fictile, homo rursus in terram resoluitur: vt secretis quæ in eo nūc sunt sordibus, in pristinam figuram reformetur per resurrectionem. Hoc autē dogma historicè quidem, & per ænigmata nobis exponit Moses. Cæterùm hæc etiam ænigmata perspicuam & claram habent doctrinam. Postquam enim in iis quæ prohibita fuerant, fuerunt primi homines, & nudati sunt beatitudine, pelliceas tunicas protoplastis imponit Deus, non sentiens, vt opinor, de eiusmodi pellibus. Quibus enim interfectis & excoriatis animalibus, eis excogitatur amictus? Sed quoniā omnis pellis ab animalibus separata, est mortua: existimo omnino eum qui vitio nostro medetur, hominibus postea immisisse ex prouidentia potestatem ad moriendum, quæ excepta fuit ex natura experte rationis, vt non semper permaneret. Tunica enim est ex iis quæ nobis imponuntur extrinsecus, sui vsum ad tempus præbens corpori, naturæ minimæ congenerata. Ex natura ergo brutorum, certo consilio ac dispensatione, addita est mortalitas naturæ quæ creata fuerat ad immortalitatem, id quod est eius extrinsecus, contegens, non id quod est intrinsecus & sensilem hominis partem intercipiens, non attingens autem ipsam diuinam imaginem. Soluitur autem id quod est sensile, non autem abolentur & euanescit. Nam abolitio quidem, est quæ fit ad nihilum, & id quod non est transitus. Solutio autem, est dissolutio quæ fit rursus in mundi elementa, ex quibus fuerat cōpacta. Quod autem in iis fuerit, non perit, etiamsi effugiat nostri sensus comprehensionem. Aperta autē est causa solutionis per exemplum quod nobis dictum est. Quoniam enim sensus necessitudinē habet & coniunctionem cum eo quod est crassū & terrestre: quod est autem præstantius & sublimius, eorū quæ in bono & honesto versatur iudicium, aberrauit in probandis sensibus: ab eo autem quod bonum & honestum est aberratio, effecit vt contrarius consisteret habitus, inutilis redditus pars nostri, susceptione contrarii soluitur. Est autē huiusmodi exemplum eius quod dicimus. Detur quispiam vas ex luto confecisse: id autem dolo & ex insidiis repletum fuisse plumbo liquefacto: effusum autem plumbum concreuisse, & ita manere, vt effundi non possit: Dominum autem vas sibi vendicare: cùm autem figuli teneat scientiam, cum plumbo testam confregisse: & deinde rursus in priorem figuram ad suum vsum vas renixisse, exinanitum materia quæ fuerat immixta. Ita ergo nostri quoque vasis figulus, sensili parti, (eam dico quæ est in corpore) immisto vitiu, dissoluta materia quæ vitium acceperat, vas rursus refictum, contrario non mistum, per resurrectionem, ad eam quæ fuerat ab initio reformabit pulchritudinem. Quoniam autem & corpori est quædam societas & communicatio earū quæ ex peccato sunt affectionum: & mortis corporalis est quædam analogia ac proportio cum morte animæ: quomodo enim in carne, à sensili vita separatum esse, mortem dicimus: ita etiam in anima appellamus mortem à vera vita separationem. Quoniam ergo vna est mali communio ac societas, vt prius dictum est, considerata in anima & corpore, per vtrumque enim procedit anima ad operationem: propterea mors quidem dissolutionis ab indumento mortuarum pellium, non attingit animam. Quemadmodum enim dissolui posset quod non est compositum? Quoniā verò op᷑ est vt illi᷑ quoque quæ ex peccatis ei ingeneratæ insederunt maculæ, per medicinam aliquam auferantur, propterea in præsenti quidem vita adhibitum est medicamentū virtutis ad hæc curanda vulnera. Quod si curari non possit, in futuram vitam reseruatur curatio. Sed quomodo in corpore sunt affectionum quædam differentiæ

In morte insigne dei beneficium.

Vita cur nobis à deo suppeditetur.

Cur per mortē fiat hominis dissolutio.

Gen. 3.

Pelliceus tunicis cur dicatur deus induisse hominem post peccatū.

Mortalitas sensilem hominis partem intercipit non attingit autē dei imaginē.

Abolitio quid sit Solutio quid sit.

Cur fiat solutio eius quod est sensile in humano corpore.

Exemplum appositissimum ad probandam rationem solutionis eius quod est sensile nempe mortis & resurrectionis.

Mors corporis mors animæ.

Mors non attingit animam.

Macularū quæ hic nō purgantur per virtutē reseruatur curatio in futuram vitam.

quarum aliæ quidem facilius, aliæ verò difficilius admittunt curationem, in quibus & sectiones & A cauteria, & acerba medicamenta adhibentur ad tollendam affectionem quæ incedit corpori tale quid etiam denuntiat in posterum futurum iudicium ad curandos morbos animæ, quod pigris quidem & ventris minatur, grauiáque & aspera intentat vt metu rerum molestarum & asperatu quæ nobis sunt reddendæ ad fugiendum vitium castigemur & erudiamur: iis autem qui sunt intelligentiores, creditur à deo esse medicina & curatio, qui figmentū suum reducit ad eam quæ erat ab initio gratiam. Quomodo enim qui clauos, & verrucas, quæ in corpore enatæ sunt præter naturam, abradunt per sectionem ac vstionem, ei quam beneficio afficiunt non fine dolore adhibent medicinam, non autem ad domum B eius qui patitur: ita etiam quæcunque nostris animis per communionem affectionum effectis carnalibus, tanquam pori quidem materialia existūt excrementa in tempore creationis, ea ineffabili illa sapientia & virtute scinduntur & abraduntur, vt dicit euangelium eius qui medetur iis qui malè se habent. Non opus enim, inquit, habent medico ii qui rectè valent, sed quid malè. Propterea autem quòd animæ cum corpore est ad malum congenita quædam coalescentia, quomodo C myrmeciæ seu formicationis quæ etiam cossus dicitur sectio, superficiem mordet acriter. Nā quòd præter naturam innatum est naturæ, per quendā consensum affectionis adhærescit subiecto: & alieni cum nostro fit quædam temperatio, adeò vt molestia afficiatur & mordeatur sensus separatus ab eo quod est præter naturam. Ita etiam animam quæ attenuatur & liquitur iis que pro peccato fiunt reprehensionibus, vt alicubi dicit prophetia, propter in imo factam cum malo coniunctionem, necessariò consequuntur ineffabiles quidem dolores & inexplicabiles qui æquè dici ac explicari non possunt, atque natura bonorum quæ sperantur. Nam neque hæc D neque illa sunt eiusmodi, vt dicendi facultas aut coniectura animi ea possit assequi. Si quisquam ergo ad finem intueatur sapientiæ, quæ administrat vniuersitatem, non vtique hominum opificem malorum auctorem ac causam, propter pusillum & abiectum suum animum iure nominauerit, aut decens eum ignorare futurum: aut si sciuerit & fecerit, non esse remotum à mali appetitione, & ad ipsum propensione. Sciebat em futurum, & non prohibuit quæ ad id quod fit, erat, propēsionem & inclinationem. Quòd enim à bono homo esset auertendus, non ignorauit qui omnia suo dominatu continet, sua præuidendi virtute æquè intuens id quod deinceps est futurum, atque id quod est præteritum. Sed quomodo vidit auersionem: ita etiam rursus excogitauit eius ad bonum reuocationem. Quid ergo erat melius, an nostram naturam non omnino ad ortum deducere, quoniam videbat futurum vt à bono aberraret: an cùm aberrasset & morbo laborasset reuocare ad gratiam quam habuit ab initio? Propter corporales autem dolores, quæ fluxæ naturæ necessario accedunt, Deum nominare malorum effectorem, aut ne omnino quidē eum existimare hominis creatorem, ne censeatur

Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5.

Anima propter corporis cum ea coniunctionem eius animus dolores.

Cant. 5.

Deus non est malorū auctor & opifex.

Dei præscientia & prouidentia.

esse causa & auctor eorum quæ nobis dolorem afferunt, hoc est planè pusilli & abiecti animi eorum qui sensu bonum & malum diiudicant: qui nesciunt quod illud solum est bonū natura, quod sensus nō attingit: & solum est illud malum, ab eo quod est verum abalienatio. Laboribus autem & voluptatibus diiudicare bonum & malum, est proprium naturæ rationis expertis, in quibus locum non habet veri boni cogitatio, propterea quòd ea mente careant & intelligētia. Sed quòd homo quidem pulchrum sit ac præclarum Dei opus factumque ad ea quæ sunt pulcherrima & optima, non solum ex iis quæ dicta sunt, est perspicuum, sed etiam ex aliis innumerabilibus, quorum prætermittemus multitudinem, quòd id esset infinitum. Cùm Deum autem creatorem & effectorem nominauimus, non obliti sumus eorum quæ in proæmio scrutati sumus aduersus Græcos, in quibus ostensum est Dei verbum, eū sit essentiale & consistens, ipsum esse & Deum & verbum ac rationem quæ complexa est omnem vim efficientem, vel quæ potius est ipsa per se vis ac virtus, & quæ suapte propentione ac appetitione fertur ad omne bonum, & quidquid voluerit, simul efficit, quod cum voluntate virtutem habeat concurrentem: cuius & voluntas & opus est eorum quæ sunt vita, à qua etiam homo deductus est ad vitam diuinè ornatus rebus omnibus optimis ac pulcherrimis. Quoniam autē solum est inalterabile ex iis quæ sūt natura id quod per creationem non habet originem. Quæcunque autem ab increata natura ex eo quod non erat, consistitterunt, cùm statim à conuersione esse cepetint semper procedunt per alterationem. Et si agāt quidnam secundum naturam, ad id quod est melius eis semper fit mutatio. Sin à rectà deflexerint, qui fit ad contrarium motus ea semper excipit. Cùm ergo in his quoque esset homo, cui natura mutabilitas dilapsa erat ad contrarium: à bonis autem recessus, & consequenti omne genus mali induceret, adeo vt per auersionem quidem à vita, eius loco mors succederet, per priuationem autem lucis, tenebræ: pro absentia autē virtutis, inueheretur vitium: in locum autem omnium bonorum referretur numerus contrariorū. Eum qui in hæc & quæ sunt eiusmodi, malo capto cediderat consilio: neque enim fieri poterat vt esset in prudentia qui prudentiam fuerat auersatus, neque vt sapiens aliquid consultaret, qui recesserat à sapientia, per quennam rursus eum oportebat reuocari ad eam quam prius habebat gratiam? Cuinam autem conueniebat erectio eius qui ceciderat, aut reuocatio eius qui perierat, aut reductio eius qui aberrauerat? Cui, inquam, omnino alii, quam domino naturæ? Is enim solus qui vitam ab initio dederat, poterat eumque simul decebat etiam pereuntem reuocare. Quod quidem andimus à mysterio veritatis, vt qui discamus & Deum ab initio fecisse hominem & salutem ei dedisse cùm periisset.

Bonum est naturæ quod sensus non attingit.

Malum est vero abalienatio.

Dei voluntas & opus est eorum quæ sunt vita.

Deum oportebat reuocare ad vitam hominem pereuntem.

Caput IX.

Sed hactenus quidem assentietur forte, orationi aspiciens ad id quod est consequens, propterea quòd nihil eorum quæ dicta sunt, videatur

tur alienum ab ea quæ Deum decet notione, in iis autem quæ deinceps sequuntur, non itidem, A per quæ maximè confirmatur mysterium veritatis. Ea autem sunt humana generatio, & ab infantia incrementum ad perfectionem, cibúsque & potus, & labor & somnus, ægritudo & lachrymæ, calumnia & iudicium, crux & mors, eiusque depositio in monumento. Hæc enim simul assumpta cum mysterio, hebetant quodammodo fidē eorum qui sunt pusilli & abiecti animi, vt nec ea quidem quæ deinceps dicuntur admittant, propter ea quæ prius dicta sunt. Quæ enim Deum decet ex mortuis resurrectio, non admittitur propter mortem quæ non decet. Ego autē prius existimo, à carnali crassitudine paululum abducta B cogitatione, oportere ipsum per se bonum considerare, & quod non est eiusmodi, nempe quibusnam signis & notis vtrunque comprehendatur. Neminem enim qui sapit, & est paulò cordatior, contradicturum existimo, quin sola ex omnibus secundum naturam sit turpis ea quæ est ex vitio affectio: quæ est autem remota à vitio, sit aliena ab omni turpitudine. Cui autem nihil est contrarii immixtum, in id eo quod est bonum & honestum omnino comprehenditur. Quod autē verum est bonum & honestum, minimè mistum est contrario. Deum autem decet, quicquid consideratur in eo quod est bonū & honestum. Aut ergo ostendant vitium esse originem, educationē augmentum, ad perfectionem naturæ progressionem. Sin minus necessariò nihil esse turpe quod sit alienum à vitio. Quod si id bonum esse & honestum omnino ostenditur, quemadmodum nō est miserabilis eorum stultitia, qui id quod est bonum & honestum, in Deo minimè consequi statuunt?

Sola ex vitio affectio est turpis.

Nasci crescere educari & cæt. nō sunt in vitio.

Caput X.

At res est, inquit, parua, & quæ circunscribi potest humana natura: Deus autem est infinitus. Quis autem hoc dicit, quòd carnis, tanquam vase aliquo, circumscriptione comprehensa sit infinitas diuinitatis? Neque enim in nostra vita intra carnis terminos concluditur intelligens natura. Sed corporis quidem magnitudo suis circunscribitur partibus: anima autem, motibus cogitationis & intelligentiæ liberè extenditur in vniuersa creatura, ad cælos vsque ascendens, & abyssos ingrediens, & totius orbis terræ peruadens latitudinem, & subterranea curiosè subiens: sæpe autem etiam cælestia miracula mente agitat & versat pondere corporis quod deprimit nihil grauata. Si autem anima hominis, quæ naturæ necessitate est commista & contemperata corpori, vbique versatur liberè: quid necesse est dicere, diuinitatem coerceri intra naturam carnis: & non per exempla quæ à nobis capi possunt, quæ nos decet coniecturam sumere de diuina dispensatione? Quomodo enim ignis videtur in lucerna subiectam apprehendente materiam: & ratio quidem discernit ignem qui est in materia, & materiam quæ accendit ignem: reipsa autem non potest, iis à seinuicem dissectis, ipsa per se ostendi flamma, disiuncta à materia: sed ambo simul vnum fiunt. Ita etiam (nemo autem in igne simul sumat ad exemplum, id in quod cadit interitus, sed eo

Diuinitatis infinitas nō comprehenditur circūscriptione carnis.

Corporis magnitudo suis circumscribitur partibus nō anima.

Flamma & materia simul & vnū fiunt.

tantum quod decet sumpto ad similitudinem, id quod non est proprium & conueniens reiiciat) Ita ergo, vt videmus flammam quæ subiectum attingit & apprehendit, & in materia non includitur: quid vetat, quo minus diuina natura cogitata quadam vnione & appropinquatione ad hominem, conseruetur quæ Deum decet cogitatio etiam in appropinquatione, credendo Deum esse remotum ab omni circunscriptione, etiamsi sit in homine?

Deus est remotus ab omni circunscriptione et amsi sit in homine.

Caput XI.

Sin autem quæris quemadmodum cum humanitate cōtemperatur diuinitas: tibi prius quærendum est cuiusmodi sit congeneratio & coniunctio animæ cum carne. Quod si ignoratur modus quo tua anima vnitur corpori: nec existimes omnino illud à te oportere comprehendi. Sed quomodo credimus hic etiam animam aliquid esse diuersum à corpore, ex eo quod caro, si deserta fuerit ab anima, fit mortua, nec possit operari: & ortus modum non agnoscimus. Ita etiam quod attinet quidem ad maiestatem & magnificentiam, diuinam naturam differre à mortali & interitui obnoxia, confitemur: modum autem contemperationis diuinitatis cum humanitate C nos perspicere non posse concedimus: sed genitum quidem esse Deum in natura hominis, per ea quæ narrantur miracula, minimè dubitamus. Quomodo autem, vt quod sit maius quàm quod considerare possimus, scrutari recusamus. Neque enim cùm credimus omnem corpoream & quæ sub intelligentiam cadit naturam, consistere ab incorporea & increata natura, simul cum fide examinamus vnde id fit, & quomodo. Sed quòd factum sit admittentes, quemadmodum vniuersum cōsistat, curiosè indagare prætermittimus, vt quod sit omnino ineffabile atque inexplicabile.

Quomodo diuinitas cū humanitate contemperetur ignoramus.

Cuiusmodi sit anima cum corpore congeneratio & coniunctio nescimus.

Caput XII.

D Qui autem quærit sibi ostendi quòd Deus in carne nobis apparuerit, aspiciat ad operationes. Nam quòd Deus sit, non potest planè alia adduci probatio, quam testimonium operationum. Quomodo enim vniuersitatem intuentes, & mundi administrationem considerantes, & beneficia quibus diuinitùs afficitur vita nostra, comprehendimus aliquam esse summā virtutem, eorum quæ fiunt effectricem, & quæ ea quæ sunt conseruat Ita etiam quòd Deus nobis diuinissimè in carne apparuerit, satis probari ducimus ex miraculis quæ facta sunt in operationibus, vt qui in factis quæ sunt enarrata, animaduerterimus esse omnia per quæ diuina virtus exprimitur. Dei est, viuificare homines. Dei est, ea quæ sunt, sua conseruare prudentia. Dei est cibum largiri & potionem iis quibus obtigit vt in carne viram agant. Dei est, ei qui opus habet benefacere. Dei est ex imbecillitate peruersam naturam per sanitatem sibi restituere. Dei est similiter & eodē modo obtinere dominatum in omnem creaturā, terram, mare & aërem, & omnia quæ sunt supra aërē. Dei est ad omnia satis habere potestatis, & ante omnia esse potentiorem morte & interitu. Si ergo aliquid horum deesset ei quæ de ipso narratus

Per miracula & per opera Christum esse deum probatur.

Dei quæ sunt opera.

ratur historiæ, meritò qui à nostra fide sunt alieni, aduersus nostrum præscriberent mysterium. a Si verò omnia per quæ Deus intelligitur, cernuntur in iis puæ de ipso narrantur, quid est quod fidem impediat?

Caput XIII.

AT ortus, inquit, & mors est proprium naturæ carnis. Concedo. Sed & id quod fuit ante eius ortum, & id quod fuit post mortem, effugit naturæ nostræ communitatem. Ad humanæ enim vitæ vtrunque finem aspicientes, scimus & vnde incipimus, & in quid disinimus. Homo enim cũ esse cœperit ex affectione, affectione etiam conficitur & consummatur. Illic autem neque gene- B ratio cæpit ab affectione: neque mors desiit in affectionem. Neque enim voluptas eius præcessit generationem: neque mortem secutus est interitus. Non credis miraculo. Lætor de tua incredulitate. Per hoc enim quòd supra fidem putas esse quod dicitur, fateris miracula esse supra naturam. Hoc ipsum ergo sit tibi argumentum diuinitatis eius qui apparuit, quod nõ procedat prædicatio per ea quæ sunt secundum naturam. Nã si intra fines naturæ essent ea quæ de Christo narrantur, vbi diuinitas? Sin autem naturam superat id quod dicitur, ea ipsa quæ non credis pro- C bant Deum esse qui predicatur. Nam homo quidem nascitur ex duorum copula & coniunctione, & post mortem venit ad interitũ. Si hæc contineret prædicatio, Deum non esse omnino existimares eũ quem testaremur esse intra naturæ proprietates. Quoniam autem audis quidem ipsum esse genitum, excessisse autem naturæ nostræ cõmunitatem, & in modo generationis, & quod nõ acceperit alterationem ad interitum: rectè erit ex consequenti, ad alterum vti incredulitate, nempe vt non existimes eum esse vnum hominem ex iis qui ostẽdũtur in natura. Omnino enim necesse est, vt qui credit eum qui est huiusmodi non D esse hominem, deducatur adicredendum quòd sit Deus. Qui enim natum esse dixit, adiecit etiam Ex virgine. Et qui mortis meminit, attestatur etiam quod post mortem resurrexit. Si ergo ex iis quæ audis, das etiam esse mortuum, ex iisdẽ omnino dabis, & generationem eius & mortem esse extra affectionẽ. Atqui maior est natura, qui ostenditur esse natus in iis quæ sunt supra naturam.

Quæ de christo prædicantur probant eius diuinitatem.

Caput XIIII.

QVænam est ergo, inquit, causa, quòd Deus se ad tantam demiserit humilitatem, vt fi- a des sit dubia, an Deus qui est rex quæ nec capi nec mente comprehendi, nec verbis potest explicari, quæ omnem superat opinionem & amplitudinem, misceatur in vili & abiecto humanæ naturæ inuolucro, adeò vt excelsæ & sublimes eius operationes simul reddantur abiectæ & viles cum admistione eius quod est abiectum & humile.

Caput XV.

NObis ad hæc minimè deest quæ Deum deceat responsio. Quæris causã cur Deus genitus sit inter homines? Si à vita abstrueris quæ à Deo accepta sunt beneficia, dicere nõ poteris ex quibusnã rebus Deum agnoscés. Ex iis enim quæ accipimus, benefactorem agnoscimus. Ab ea enĩ quæ fiunt aspicientes, per ea eius qui agit naturam reputamus. Si ergo diuinæ naturæ indicium & signum proprium, est beneuolentia in homines habes rationem quam quærebas, habes causam cur Deus venerit ad homines. Opus enim habebat medico natura nostra quæ morbo laborabat. Opus habebat eo qui erigeret, homo qui ceciderat. Opus habebat eo qui viuificaret, qui à vita exciderat. Opus habebat eo qui ad bonum reduceret, qui defluxerat à boni participotione. Egebat lucis præsentia, qui erat inclusus in tenebris. Quærebat redemptorem captiuus. adiutorem vinctus, liberatorem, is qui iugo premebatur seruitutis. Hæcne sunt parua & indigna quæ Deum moueant, vt descendat ad humanam naturam visitandam, cùm adeò infeliciter & miserabiliter affecta esset humanitas? At poterat, inquid & homo beneficio afficit, & deus manere in impatibilitate. Qui enim vniuersitatem voluntate condidit, & quod non erat fecit consistere solo nutu & momento voluntatis, cur non diuina aliqua auctoritate & imperio à contraria potestate auulsum hominem deducit ad eum statũ qui fuit ab initio, si hoc ei lubebat: sed longos obit circuitus, corporis naturam subiens. & per generationem ad vitam accedens, & consequenter per omnem transiens ætatem, & deinde moriens, & ita per suum corpus peragens scopum resurrectionis: perinde atque si ei non liceret manenti in diuinæ gloriæ altitudine. iussu seruare hominem iubere autem valere eiusmodi circuitus? Necesse est ergo eiusmodi obiectionibus etiam nostram obiicere veritatem, vt nulla re impediatur fides eorum qui examinando quærunt verbum mysterii. Quomodo enim cùm multa sint quæ considerantur in creatura, nihil aliud ex aduerso distinguitur à luce aut à vita, non lapis, non lignum non aqua, non homo, neque aliquid aliud ex iis quæ sunt, præter quam ea quæ propriè intelliguntur ex contrario, vt pote tenebræ & mors. Ita etiã in virtute, nemo dixerit vllam creaturam, intelligi esse ei contrariam, præterquã id quod mente concipitur ex vitio. Si ergo in vitio quidem natum esse Deum nostra assereret oratio, opportunè posset qui contradicit, nostram insectari fidem vt qui ea opinaremur quæ diuinæ naturæ minimè congruant & conueniant. Non enim fas esset dicere ipsam per se sapientiam & bonitatem & incorruptionem, & si est aliqua sublimis intelligentia, & sublime nomen, transmutatum esse in contrarium. Si ergo Deus quidem est vera virtus nulla autem natura tãquam aduersa statuitur virtuti sed vitium. Deus autem non gignitur in vitio, sed in natura hominis: sola autem est indecora & turpis quæ ex vitio est affectio, in qua nec genitus est Deus, nec ea est eius natura vt egigni possit, cur pudet eas fateri Deum humanam attigisse naturam, perinde ac si ratio virtutis consideretur contraria conditioni hominis? Neque enim rationis & intelligentiæ esse participem, neque sciẽtiæ esse capacem, neque quicquam aliud eiusmodi, quod est proprium humanæ essentiæ, repugnant rationi virtutis.

Beneuolentia est causa cur deus venerit ad homines.

Cur deus vt hominem beneficio afficeret non manserit impatibilis.

Luci & vitæ nihil est contrarium præter tenebras & mortẽ.

Virtuti nihil est contrarium præter vitium.

Deus non gignitur in vitio, sed in natura hominis.

Caput

Caput XVI.

A T ipsa, inquit, nostri corporis mutatio & affectio. Qui autem in ea fuerit, afficitur. Deus autem est impatibilis. Est ergo aliena de Deo existimatio, siquidem eum qui est impatibilis secundum naturam, statuunt venire ad communionem affectionis. Sed ad hæc quoque rursus eadem vtemur oratione, nempe quod affectio alia quidem propriè dicitur, alia verò per abusionem. Atque ea quidem quæ tangit liberam animi arbitrium & electionem, & à virtute auertit ad vitiū, propriè est affectio. Quæ autem in natura per suā seriem transeundo ingrediente consideratur, ea opus potius quàm affectio propriè est appellanda, vt generatio, augmentum, quæ per affluentis & effluentis nutrimentum subiecti fit permāsio, elementorum circa corpus concursio, compositi rursus dissolutio, & ad ea quæ sunt cognata transitus. Quánnam ergo affectionē dicit mysterium nostrum Deum tetigisse: eámne quæ propriè dicitur affectio, quæ quidem est vitium: an motum qui est secundùm naturam? Nam si in iis quidem quæ sunt prohibita Deum fuisse affirmaret nostra oratio, fugienda esset absurditas dogmatis, vt nihil recti diceret de diuina natura. Si autem dicit eum nostram attigisse naturam, cuius primus ortus & substantia ab eo habuit principium, vtinam aberrat prædicatio ab ea quæ decet mentis conceptione, cùm nulla patibilis affectio, in iis quæ de Deo sunt opinionibus, fidem ingrediatur? Neque enim medicum dicimus esse affectum, quando eum curat qui est affectus. Sed & si attigerit ægritudinem, is qui medetur, manet remotus ab affectione. Si autem ipse ortus per se non est affectio, neque vita appellanda est affectio. Sed quæ ex voluptate quidem existit affectio, humanā præcedit generationem & qui ad vitium fertur viuentium impetus, ea est naturæ ægritudo. Atqui eum ab vtroque esse mundum dicit mysteriū. Si ergo à voluptate quidem aliena est generatio: vita autem à vitio: quænam restat affectio, cuius Deum fuisse participem dicit diuinum mysterium? Si corporis autem & animæ disiunctionem appellet quispiam affectionem, longè prius æquum fuerit vtriusque concursionem appellare affectionem. Nam si separatio est affectio eorum quæ sunt coniuncta: coniunctio quoque fuerit affectio eorū quæ sunt disiuncta. Est enim quidem motus vnitus & in concretione eorum quæ sunt disiuncta & in discretione eorum quæ sunt contexta. Quod autem vocatur motus vltimus, hoc vocari conuenit etiam præcedentem. Si autem primus motus, quem nominamus generationem, à nobis nominetur affectio, ex consequenti etiam is dicetur, per quē concursio animæ & corporis secernitur. Deum autem dicimus fuisse in vtroque motu nostræ naturæ, per quem anima concurrit cum corpore, & corpus secernitur ab anima. Cum vtroque autem horum, cum sensili, inquam, & intelligenti commista humana concretione per illam ineffabilem & inexplicabilem contemperationem, hoc Deus prouidit & administrauit, vt eorum quæ semel vnita essent, animæ, inquam, & corporis, etiam in sempiternum permaneret vnio. Cùm enim nostra natura per propriam consequentiam, in illo mota esset ad secretionem animæ & corporis: quæ secreta ac separata fuerāt rursus coniunxit, eo quod fuerat defectum, per quoddam veluti glutinum, per diuinam, inquam virtutem, ab vnionem quæ rumpi minimè potest compacto & concinnato. Et hoc est resurrectio, eorum quæ coniuncta fuerant, post dissolutionem reditus ad vnionem quæ minimè potest dissolui, iis inter se innicem coniunctis & coalescentibus, vt prima quæ fuerat hominis gratia renouetur, & ad vitam reuertamur sempiternam, cùm id quod nostræ naturæ mistum fuerat vitiū effluxisset per resolutionem, vt accedit in humore, qui fracto eius vase dispergitur & euanescit, cū nihil sit quod contineat. Quomodo autem mortis initium cùm extitisset in vno, simul, etiam ad vniuersam peruasit humanam naturam: eodem modo etiam principium resurrectionis, per vnum ad vniuersam extenditur humanitatem. Qui enim à se rursus assumptam animam suo vnūt corpori per propriam virtutem, quæ vtrique eorum immista fuerat in prima conditione, iis generosiorem quandam intelligentem essentiam commiscuit sensili, principio, vt est consequens ac consentaneum rectè ac feliciter procedente ad finem. Nam in humana rursus ab illo assumpta concretione ac compositione, cùm post dissolutionem anima rursus redisset ad corpus veluti à quodam initio, per eius virtutem, vnio eius quod fuerat separatū, ex æquo transit ad vniuersam humanam naturam. Est autem hoc mysterium hominis à Deo suscepti dispensationis, & resurrectionis à mortuis, quòd morte quidem fuerit anima separata à corpore, & non prohibuerit necessarium naturæ consequentiam: omnia autem rursus ad se inuicem reduxerit per resurrectionem, adeò vt eis esset vtriusque confinium, nempe mortis & vitæ: vt qui in se quidem statuerit naturam morte diuisam, ipse autem fuerit principium vnionis eorum quæ fūt diuisa.

Deus qui est impatibilis quomodo dicatur pati seu affici.

Affectio dicitur aliquando propriè aliquando per abusionem.

Generatio augmentū & nutrimentum opus potius quam affectio dicenda sunt.

Nulla patibilis affectio ingreditur in opinionibus de deo.

Neque generatio neque vita est affectio.

A voluptate & vitio deus homo factus fuit alienus.

Nec corporis & animæ coniunctio nec eorum disiunctio dicenda est affectio.

Resurrectio quid sit & cur fiat.

Resurrectio per vnum extenditur ad vniuersam humanitatem.

Caput XVII.

SED dicet quispiam nondum fuisse solutam quæ nobis facta est obiectionem, sed potius fuisse confirmatam ex iis quæ dicta sunt, id quod nobis obiiciebatur ab incredulis. Nam si tanta est in eo virtus quantam nostra ostendimus oratione, vt in eius fuerit potestate & mortem destruere & vitam ingredi, cur non sola facit volūtate id quod lubet, sed longa circuitione nostram salutem efficit, vt qui nascatur & alatur, & periculo mortis facto salutem det homini, cùm ei liceret & hæc non subire, & nos conseruare. Ad hæc autem satis esset dicere apud non peruicaces quòd qui ægrotant, non perscribunt legem medicis quomodo sint curandi: neque apud benefactores disceptant de genere medendi, nempe cur laborantis partem tetigit qui medicatur, & hoc vel illud excogitauit ad malum propulsandum, cùm oporteret aliud: sed ad finem aspicientes beneficii, id grato animo accipiunt. Sed quoniam, vt dicit Propheta, diuitiæ benignitatis Dei occultam habent vtilitatem, neque claré cernuntur in hac vita. Reuera enim incredulorum ablata esset omnis contradictio, si id quod expectatur, cerneretur oculis. Nunc autem futura expectant,

Ab ægrotis non est præscribendum medico quomodo sint curandi.

Diuitiæ benignitatis occultam habent vtilitatem.

pectatur, cerneretur oculis. Nunc autem futura expectant secula, vt in eis reuelentur quæ nunc videntur per solam fidem, necesse erit aliquibus rationibus, quoad eius fieri poterit, eorũ quæ quæruntur inuenire solutionem, quæ accedit præcedentibus.

Caput XVIII.

QVANQVAM est fortasse superuacaneum, vt qui Deum ad vitam venisse crediderint aduentum eius accusent, vt qui non aliqua extiterit sapientia, & præstanti aliqua ratione. Iis enim qui non minus obstinatè repugnãt veritati diuini aduentus non paruum fuerit argumentum, id quod etiam ante futuram vitam in præsenti vita fuit manifestum: quod, inquam, ex rebus ipsis sumitur testimonium. Quis enim nescit quemadmodum vniuersus orbis terræ repletus esset fraude dæmonum, quæ per insaniæ cultum simulachrorum in vitam hominum obtinebat dominatũ: quemadmodum omnibus quæ in mundo erant gentibus lege erat constitutum animalium sacrificiis, & quæ super altaria fiebant abhominationibus, dæmones colere per simulachra? Ex quo autem, vt dicit Apostolus, apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, quæ per humanam aduenit naturam, omnia instar fumi ad nihilum redacta sunt: adeo vt cessarint quidem oraculorum & diuinationum insaniæ: ablatæ sint autem pompæ anniuersariæ: & quæ in hecatombis sanguine fiebant inquinamẽta: in multis autem gentibus omnino deleta sint altaria, & vestibula, & templa, & delubra: & quæcunque alia à cultoribus dæmonum ad sui fraudem & eorum qui in ipsa incidebant, erecta & constituta fuerant: adeò vt in multis locis ne an hæc quidem vnquam fuerint, meminerint: eorum autem loco in vniuerso orbe terrarum excitata sint in Christi nomine ædes sacræ, templa & altaria, illúdque venerandum & incruentum sacrificiũ: sublimisque & excelsa philosophia, quæ factis potius quàm sermone exercetur: vitæque corporalis despectio, & mortis contemptio, quam ostenderunt qui à tyrannis cogebantur à fide deficere, cruciatus corporis nihili ducentes, & sententiam capitis. Hæc scilicet minimè subituri, nisi apertum & minimè dubium de Dei aduentu habuissẽt argumentum. Hoc ipsum autem etiam apud iudeos licet dicere esse signum, quòd adsit is qui ab eis non creditur. Nam vsque ad Christi quidem Dei aduentum, apud eos Hierosolymis præclara erat sedes regia: inclytum illud templũ: lege cõstituta annua sacrificia, & quæcũque à lege per ænigmata, iis qui mysticè audire possunt, sũt distincta ac definita ad hóc vsque tẽpus, ex eis constituto ritu religionis minimè erãt prohibita. Postquam autem viderũt eum qui expectabatur, & quem à lege & prophetis prius didicerant: & fidei in eum qui apparuerat, prætulerunt falsam illam superstitionem: qua malè expulsa conseruabant verba legis, consuetudini potius seruientes quàm intelligentiæ: neque quæ apparuit gratiam acceperunt: quæ ex eorum religione præclara erant & veneranda, relicta sunt in solis nudisque narrationibus, cùm templum ne ex ipsis quidem agnoscatur vestigiis: ampla autẽ & magnifica illa ciuitas relicta sit in ruderibus & ruinis nec eorum quæ olim erant Iudeis legitima quidquam manserit: sed & ad ipsũ qui Hierosolymis erant eis locus venerandus, iussu imperatorum prohibitus fuerit aditus.

Diuini aduentus maximũ argumentum quod dæmones coli desierint & cessarit idolatria. Tit. 2.

In locum sacrificiorum veterum quæ fiebant dæmonibus successit venerandum & incruentum sacrificium. Sacrificium incruentũ.

Magnum iudæis argumentum quod Christus aduenerit.

Caput XIX.

SED quoniam neque iis qui græcorum sequũtur disciplinas, neque iis qui præsunt Iudeorũ dogmatibus videtur ex his sumenda esse indicia Dei aduentus, bene erit seorsũ tractare de iis quæ sunt obiecta, nempe quanam de causa diuina natura cum nostra connectitur, per se conseruans humanitatem, non iussu operans id quod est ei in proposito. Quodnam ergo fuerit nobis principium, ad propositum scopum consequenter deducens orationem? Quod aliud, quàm summatim recensere ea quæ de deo piè sentiuntur.

Caput XX.

CONstat ergo apud omnes, oportere credere Deum non solum esse potentem, sed & iustũ & bonum, & sapientem, & quicquid ad id quod est melius fert cogitatio. Consequens ergo est in præsenti dispensatione, non aliquid quidem ex iis quæ Deum decent apparere in iis quæ facta sunt: aliquid autem non adesse. Nam vt semel absoluam, nullum per se ex his sublimibus nominibus ab aliis disiunctum, sigilatim est virtus. Neque bonũ verè est bonũ quod nõ est ordine collocatum cũ iustitia, sapientia & potentia. Quod enĩ est iniustũ, insipiens & impotens, non est bonum. Neque potentia quæ est separata à iustitia & sapientia, consideratur in virtute, est enim beluinũ & tyrannicum eiusmodi genus potentiæ. Similiter autem & reliqua, nempe si à iustitia remota afferatur sapientia: aut si iustitia consideretur non cum potentia & bonitate, ea magis vitium propriè sunt nominanda. Nam cui deest id quod est melius, quemadmodum in bonis numeraueris? Si igitur hæc omnia oportet cõcurrere in iis quæ de Deo sunt opinionibus, consideremus an in suscepti à deo hominis dispẽsatione, deest aliqua ex iis quæ piè de deo animis insident existimationibus. In Deo omnino quærimus signa bonitatis. Et quodnam bonitatis apertius fuerit testimonium, quàm eum sibi vendicasse, & eius curam gessisse qui defecerat ad contrarium, firmámque ac stabilem & in bono immutabilem naturã, non simul fuisse affectum cum mutabili libero hominis arbitrio? Non enim venisset ad nos seruandos, vt dicit Dauid, nisi bonitas hoc ei immisisset propositum. Sed nihil profuisset bonitas propositi, si nõ effecisset sapientia vt in opus exiret benignitas & in homines charitas. In iis enim qui malè se habẽt, fortasse quidem sũt multi qui vellent in malis non esse eum qui decumbit: ii autem soli ad finem deducunt bonam suam pro laborãtibus volũtatem quibus opem fert artificiosa vis quædã & potentia ad medendum egroto. Oportet ergo sapientiam omnino esse coniunctam cũ bonitate. Quomodo ergo in iis quæ facta sunt consideratur sapientia simul cum bonitate? Quoniam licet cernere non solum & nudum bonum

in propo-

Credendum est deum esse potentem iustum bonum & sapientẽ & hæc simul omnia.

Bonitatis dei signa.

Psal. 105.

Psal. 118.

Sapientia quomodo consideratur simul coniuncta cum bonitate.

in proposito. Quomodo enim apparet propositū, si non euidens esset per ea quæ fiant? Quæ autem facta sunt quadam serie & ordine procedentia per id quod est consequens, ostendunt sapientiam & artificium Dei dispensationis: quandoquidem, sicut prius diximus, sapientia coniuncta cum iustitia omnino fit virtus. Quod si seorsum sit posita, per se seiuncta non fuerit bonitas. Rectè ergo fuerit in ratione suscepti hominis dispensationis, duo simul inter se inuicem considerare, sapientiam inquam & iustitiam.

Dei sapientia coniuncta cum iustitia.

Caput XXI.

Dei iustitia quomodo se ostendat in hominis.

QVÆNAM ergo est iustitia? Meminimus eorum quæ ex consequenti dicta sunt in principio huius libri, quòd ad diuinæ naturæ imitationem homo sit conditus, cum bonis reliquis, tum etiam libero arbitrio, Dei conseruans similitudinem. Cùm autem necessariò esset mutabilis naturæ: neque enim fieri poterat, vt qui ab alteratione principium habuerat, non esset omnino mutabilis. Ab eo enim quod non est progressus ad essentiam, est quædam alteratio, cùm quæ non est substantia, virtute diuina transeat in essentiam. Quinetiam cùm alioquin necessariò C in homine consideretur mutatio: quoniam homo imitabatur naturam diuinam. Quod autem imitatur, nisi in aliqua esset diuersitate, esset omnino idem quod illud cui est assimilatum. Cùm ergo eius quod factum fuerat ad imaginem, in hoc esset diuersitas ab exemplari, quòd hoc quidem esset natura immutabile: illud verò non sic se haberet, sed consisteret quidem per alterationem, vt iam diximus. Omnino autem alterabatur, propterea quòd imitaretur alteratio autem est quidam motus, ab eo in quo est semper procedens ad alterum: duo sunt genera eiusmodi mutationis: vnum quidem quod semper fit ad bonum, in D quo statū non habet progressus. propterea quòd nec comprehenditur quidem finis eius quod riá sit. Alterum autem ad contrarium, cuius substantia est in hoc quòd non consistat. Boni enim, sicut prius dictum est & contrarii repugnantia, talem inter se habet distinctionem, vt dicimus id quod est, ab eo quod non est tanquam aduersum distingui, & substantiam à non substantia. Quoniam ergo fieri non potest, vt quod attinet ad mutabilem & alterabilem incitationē & motum, in se natura maneat immobilis, sed ad aliquid omnino liberum procedit arbitrium boni desiderio naturaliter ipsum trahente motum. Bonum autem, aliud quidem verè est bonum secundum naturam: aliud autem non eiusmodi, sed habet quandam boni visionem ac speciem. Eorum autem iudex est intelligentia intra nos collocata. Qua in re versamur in periculo, vel assequandi eius quod verè est bonum: aut, si ab eo diuerterimus per aliquam eius quod apparet deceptionem, dilabendi ad contrarium: cuiusmodi quidpiam accidisse narrat externa fabula cani qui in aqua viderat vmbram eius quod in ore gestabat: nempe verum cibum dimisisse, inhiantem autem eius simulachro frustra laborasse.

Homo factus est ad Dei imaginem.

Quod imitatur differt ab eo quod imitatur alioqui esset idem.

Alteratio quid sit.

Periculum non assequendi id quod est verè bonum.

Caput XXII.

POSTQVAM ergo eius quod est verè bonum desiderio meos fraudata, ad id quod nō est fuit delata fraude consultoris & inuentoris vitii, persuasis esse bonum id quod bono est cōtrarium. Neque enim dolus fuisset efficax, nisi vitiis hamo escæ instar illita fuisset boni species. Cùm ergo homo voluntariè in hanc incidisset calamitatem, qui se per voluntatem vitæ inimico subiunserat, quære mihi simul omnia quæ conueniunt iis quæ Deo sentiuntur, bonitatem, sapientiam, iustitiam, potentiam, incorruptionem, & si quid est melioris significationis. Tanquam bonus ergo, mouetur misericordia eius B qui ceciderat: & tanquam sapiens, non ignorat modum reuocationis. Sapientiæ autem est, etiā eius quod iustum est, iudicium. Nemo enim insipientiæ veram tribuerit iustitiam. Quidnam ergo est in his iustum? Non aliqua tyrannica vti eum qui nos possidebat vti auctoritate: neque summa vi rapiēdo ab eo qui dominatum obtinebat, relinquere iustæ defensionis aliquam occasionem, ei qui per voluptatem hominem redegerat in seruitutem. Quomodo enim qui pecunia suam vendiderunt libertatem, fiunt serui emptorum, vt qui seipsos vendiderint: & nec ipsis nec vlli alij, pro eis licet proclamare ad libertatem, etiamsi ingenui & honesto loco nati essent qui sua sponte ad hanc deuenerunt calamitatem. Si quis autem curam gerans eius qui fuit venditus: vi vtatur aduersus emptorem iniustus esse videbitur, qui eum qui lege est acquisitus vi eripit. Sed si quispiam velit eum redimere, nulla est lex quæ id vetet.

Lapso homine quomodo se deus gesserit.

Deus bonus

Deus sapiēs

Deus iustus in homine redimendo qui se diabolo manciparat.

Caput. XXIII.

EODEM modo cùm nos ipsos nostra sponte vendiderimus, oportebat ab eo qui pro- D pter bonitatem nos in libertatem rursus erat restituturus non aliquam tyrannicum, sed iustum excogitari modum reuocationis. Is autem est dare quodcunque velit pretium redemptionis pro eo quem possidet. Quid ergo est verisimile, magis velle accipere eum qui habet dominatum? Possumus per consequentiam capere aliquam coniecturam eius cupiditatis, si sint nobis manifesta signa eorum quæ quæruntur. Qui ergo vt fuit prius explicatum in initio libri, propter inuidiam in eum conceptam cuius res erant secundæ ad bonum clausit oculos, in seipso autem genuit tenebras vitii, & imperandi laborans cupiditate, quæ est veluti initium & fundamentū ad deteriora propensionis, & veluti mater cæterorum vitiorum, quonam prætio commutaret eū quem possidebat nisi quod esset longè maximū, maiora accipiendo pro minoribus, vt magis aleret suam superbiæ affectionem? Atqui in iis quæ à prioribus seculis aut narrata, aut literis mandata fuerant, intelligebat nihil fuisse tale quale videbat in eo qui tunc apparebat, nempe conceptionem absque vlla cum viro coniunctione, & ortum absqve vlla corruptione, & lactantem fœminam ex virginitate; & voces è superis testantes admirabilem eius dignitaté cū nihil tamen caderet sub aspectum naturæ morborum & ægri-

De iusto pretio redemptionis

tudinum correctionem ac curationem, quæ ab eo fiebat citra vllum negotium, solóque verbo & nutu ac momento voluntatis, & eorum qui è vita excesserant vitæ restitutionem, & Dæmonum terrorem; potestatémque in affectiones aëris, & per mare ingressum, vtrinque mari non discedente, & iis qui transibant fundum aperiente, congruenter ei miraculo quod factum est à Mose, sed maris superficie ad ingrediendum tanquam solidam terram præbente, & stabili ac resistente duritie vestigia firmante. & alimenti quantum vellet elargitionem, lautáque & splendida conuiuia in solitudine, multis millibus ibi opipare tractatis: quibus neque cælum pluit mãna: neque terra secundum suam naturam frumentum producens, id quod eis erat opus, suppeditabat: sed ex ineffabilibus diuinæ potentiæ promptuariis procedebat liberalitas, panis paratus, eorum qui impartiebantur tanquam agricolarum manibus elaboratus, & per eorum qui vescebantur satietatem multiplicatus, & piscium obsonium, cùm eis mare nihil conferret ad vsum, sed is qui etiam piscium genus in mari seminauerat. Quomodo autem enumerarit quispiam singula miracula euangelica? Hanc ergo vim in illo cernens inimicus, vidit in permutatione plus esse emolumenti, quàm in eo quod possidebat. Eà de causa eum maluit fieri prætium redemptionis eorum qui in carcere mortis erant inclusi. Sed fieri non poterat vt Dei nudam aspiceret speciem, qui non aliquam partem carnis in seipso esset contemplatus, quæ per peccatum ab eo iam subacta fuerat. Propterea carne legitur diuinitas, vt ad id intuens quod secum fuit educatum & est sibi cognatum, non terreretur appropinquatione excellentis virtutis: & considerata quæ sensim per miracula magis ac magis resplendebat potentia, existimaret id quod apparuit magis esse concupiscendum quàm formidabile. Vides quemadmodum cum iustitia coniuncta sit bonitas, & sapientia non sit ab eis separata. Quod enim per indumentum corporis excogitauit vt capi posset diuina virtus, ne pro nobis suscepta dispensatio impediretur metu sublimitatis, omnia simul ostendit, nempe bonitatem, sapientiam, & iustitiam. Voluisse enim dare salutem, est testimonium bonitatis. Quòd autem tanquam ex contractu fecit redemptionem, eius qui tenebatur dominatu Dæmonis, ostendit iustitiam. Quòd autem id quod capi non poterat, subtiliter excogitans effecit vt capi posset ab inimico, id aperte summam arguit sapientiam.

Diabolus videbat plus emolumenti in pretio quã in eo quod possidebat.

Cur carne legatur in Christo diuinitas.

Christus D tanquã ex contractu fecit redemptionem.

Caput XXIIII.

SED est consentaneum eum qui attendit eorum quæ dicta fuerunt consequentiam, quærere vbinam in iis quæ diximus, cernatur potentia diuinitatis, & vbi incorruptio diuinæ potentiæ. Vt igitur hæc quoque reddantur euidentia, consideremus ea quæ deinceps sequuntur ex mysterio, in quibus maximè ostenditur cum benignitate contemperata potentia.

Atque primum quidem, quod omnipotens na- A tura potuerit descendere ad humilitatem humanitatis, id potestatem magis ostendit, quàm magna & quæ naturam superant miracula. Nã quòd magnum quidpiam & excelsum effectum sit à diuina virtute, est quodammodo secundum naturam & consentaneum. Neque nouum & admirabile quidpiam auribus attulerit, quod dicitur, vniuersam quæ est in mundo creaturam, & quicquid extra ea quæ cernuntur, comprehenditur, dei virtute constitisse, eius voluntate, vt ei visum est, deducta ad essentiam. Ad id autem quod est humile & abiectum descensus, est quæ- B dam insignis & redundans copia potestatis, quæ minimè impeditur in iis quæ sunt præter naturam. Quomodo enim ignis essentiæ est proprium ferri sursum: neque in flãma cuiquam est admirandum quod fit naturaliter. Sed si eam instar grauium corporum videat deorsum tendere, eius rei ducitur admiratione, nempe quonammodo ignis esse ignis perseueret, & in modo motus excedat naturam, tendens deorsum. Ita etiam diuinam & supereminentem potentiam, non tantum luminarium magnitudo & splendor, mundique ornatus, & eorum quæ sunt perpetua administratio, tantũ ostendit, quantũ quòd se demi- C serit ad imbecillitaté nostræ naturæ: nempe quomodo cũ excelsum extiterit in humili & abiecto id & in humili cernitur, nec descendit altitudo: quomodo humanitas connexa diuinæ naturæ, & hoc fit, & est illud. Cũ enim, sicut prius dictũ est, nõ esset ea natura potestatis cõtrariæ, vt admisceretur meræ Dei præsentiæ, & ferret nudam eius apparitionem: vt ab eo qui poscebat facille pro nobis accipi posset prætium in permutatione, naturæ nostræ integumento celata fuit diuinitas, vt instar piscium cum esca carnis simul attraheretur hamus diuinitatis: & sic vita ad mortem introducta, & luce apparente in tenebris, D luce & vita deleretur id quod eis contrarium intelligitur. Neque enim ea est natura tenebrarum, vt luce præsente permaneant: neque mortis, vt sit vita operante. In summam itaque redacta mysterii consequentia, perfectam faciemus defensionem aduersus eos qui accusant diuinam dispensationem, nempe quonam de causa diuinitas humanam per se non efficit salutem. Oportebat enim in omnibus ea de Deo sentiri & existimari quæ Deum decent: & non hoc quidem excelsè & sublimiter de eo intelligi, illud autem repelli ab ea quæ Deo conuenit dignitate: sed omnem excelsam ac piam intelli- E gentiam oportet omnino in deo credi, & per consequentiam vnum pendere ab altero. Ostensum ergo est bonitatem, sapientiam, iustitiam, potentiam, & incorruptionem euidenter monstrari in ratione nostræ carnis à Deo susceptæ dispensationis. Bonitas in hoc comprehenditur, quòd voluerit seruare eum qui perierit. In modo salutis ostensa est sapientia & iustitia. Potentia autem in eo quòd ipse quidem factus sit in similitudine & figura hominis, conuenienter naturæ nostræ humilitati: & spes fuerit ipsum ad hominum similitudinem morte posse teneri. Cùm autem factus esset, id fecerit quod erat sibi proprium ac conueniens secundum naturam.

Potentia dei magis ostenditur quòd omnipotens natura descenderit ad humanitatem humanitatis quàm miraculis.

Cum esca carnis simul à Diabolo fuit atractus hamus diuinitatis.

Bonitas dei quomodo ostendatur in suscepta carnis dispensatione iustitiaque & sapientia.

naturam. Est autem luci quidem proprium ac conueniens, vt deleat tenebras: vitæ autem, vt mortem perdat. Cùm ergo à via diuina digressi, ab initio à vita auersi, & ad mortem delati sumus, quid à mysterio discimus quod sit remotũ à probabilitate & non consentaneum, si puritas eos tangit qui à peccatis sunt inquinati: & vita mortuos: & via eos qui aberrauerunt: vt & purgentur sordes, & ab errore cessetur: & quod erat mortuum ad vitam reuertatur?

Caput XXV.

Diuinitatẽ esse in nostra natura minime mirandum.

QVOD autem in nostra extiterit natura diuinitas, iis qui non pusillo & abiecto animo ea quæ sunt considerant, id nequaquã dictu nouum videbitur & alienum. Quis est enĩ adeò puerili animo & ingenio, vt ad vniuersitatem aspiciens, in vniuersitate non credat esse Deum, eam induentem & continentem, & ei insidentem: Ab eo enim quod est, pendent omnia, nec fieri potest vt sit aliquid, quod in eo quod est, non habeat essentiam. Si ergo in eo sunt omnia, & illud est in omnibus: cur eos pudet quòd mysterium in dispensatione doceat Deum extitisse inter homines, qui ne nunc quidem creditur esse extra hominem: Nam etsi modus Dei inter nos C præsentiæ, non est hîc idem qui ille: attamen quod sit in nobis ex æquo & nunc & tunc planè constat. Atque nunc quidem est in nobis contemperatus, qui naturam continet in essentia: tunc autem cum nostra natura immista fuit diuinitùs: & in ea nostræ naturæ cum diuina commistione, nostra effecta est diuina, vt quæ à morte sit exempta, & ab aduersarii erepta tyrannide. Illius enim à morte reuersio, extitit mortali generi principium reuersionis ad vitam immortalem.

Deus nunc quoque est in nobis & si non eo modo quo tunc cum visibilis versabatur in terris.

Caput XXVI.

D

Dolusne fuerit in Deo in suscepta carnis dispẽsatione.

SED in examinanda fortè iustitia & sapientia quæ consideratur in hac dispensatione, adducitur fortasse quispiam vt existimet fraude hanc viam & rationem à Deo pro nobis fuisse excogitatam. Quod enim non nuda diuinitate, sed tecta ab humana natura, Deus ab inimico ignoratus, in eum qui dominatum obtinebat se insinuauerit, est quodammodo dolus quidem & circunscriptio, cùm sit proprium eorum qui decipiunt, ad aliud conuertere spem eorum quibus struuntur insidiæ, & aliud efficere quàm quod fuit speratum. Sed qui aspicit ad veritatem, A hoc quoque assentietur, omnium maximè esse iustitiæ & sapientiæ. Nam iusti quidem est pro meritis vnicuique tribuere. Sapientis autem neque iustum auertere, neque bonum benignitatis scopum separare à Iudicio quod fit ex iustitia, sed aptè & congruenter vtraque inter se coniungere. iustitiæ quidem tribuendo, quòd datur pro meritis: bonitati autem, quòd non recedatur à scopo benignitatis. Consideremus igitur an non hæc ambo considerentur in iis quæ facta sunt. Nam par pari pro meritis referre, per quod vicissim decipitur deceptor, ostendit iustitiam. Eius autem quod sit scopus, est

Iusti est vnicuique tribuere pro meritis Sapientis quod sit munus.

testimonium bonitatis eius qui operatur. Nam A iustitiæ quidem est proprium, vnicuique illa tribuere, cuius principia & causas prius iecerat: quomodo terra conuenienter seminibus quæ in eam iacta sunt, fructus reddit. Sapientiæ autem est, in modo reddendi similia ab eo quod est melius non discedere. Quomodo enim cibo pharmacum similiter admiscet, & qui insidiatur, & qui ei medetur qui appetitus fuit insidiis: sed ille quidem venenum præbet læteferum: hic autem veneni præbet medicamentum, & modus curationis minimè corrumpit scopum conferendi beneficii. Nam etsi ab B vtrisque in alimento fiat mistio pharmaci, scopum tamen & institutum aspicientes, hunc quidem laudamus, illum autem audimus & auersamur. Ita hîc quoque, ratione quidem iustitiæ illa recipit deceptor, quorum semina suo libero iecerat arbitrio. Nam ipse quoque decipitur obiecta hominis specie, qui esca voluptatis hominem prius deceperat. Eorum autem quæ fiunt scopus & institutum habet mutationem ad id quod est melius. Nam ille quidem fraude vsus est ad perimẽdam naturam. Hic autẽ simul & iustus & bonus & sapiens, excogitatam adhibuit deceptionem ad salutem eius qui C perierat, per hæc beneficio afficiens nõ solũ eum qui perierat, sed eum quoque qui nobis attulerat interitum. Nam ex eo quòd vitæ quidẽ mors appropinquauit: luci autẽ tenebræ: interitus autem incorruptioni, deletur quidem id quod est deterius, & ad id quod non est transitus: & iuuatur id quod ex iis expurgatur. Quomodo enim si vili materia auro admista, aurifices per ignem, eo consumpto quod erat alienum & reiiciendum, ad naturalem splendorem præstantiorem reducunt materiam. Neque tamen citra laborem fit illa secretio, cùm ignis sua consumendi potestate, tempore deleat id quod D est adulterinum. Verum enimuero auri quædam est medicatio, quòd in ipso eliquetur id quod ad boni exitium in eo positum fuerat. Eodem modo etiam cùm mors & interitus, & tenebræ, & si quis est alius vitii fœtus, inuentori mali adnata essent: diuinæ virtutis appropinquatio, tanquam ab igne deleto eo quod est præter naturam, naturam purgatione afficit beneficio, etiamsi laboriosa sit secretio. Ergo ne dubitare quidem poterit aduersarius, quin quod factum est, sit iustum & salutare, si venerit ad sensum beneficii. Nunc enim quomodo qui vr curentur, secantur & vruntur, irascuntur iis qui curant, vt quibus acris & aspera sentiatur sectio. Quòd si acciderit vt per id sani fiant, & dolor transeat sectionis, habebunt gratiam iis qui ipsos curauerint. Eodem modo cùm per longum temporis ambitum ablatum fuerit naturæ malum, quod nunc est eis immistum & coalitum, & eorum qui nunc iacent in malis in antiquum statum facta fuerit restitutio, vna voce agentur gratiæ ab vniuersa creatura, & ab iis qui castigati fuerunt in purgatione, & ab iis qui ne omnino quidem opus habuerunt vt purgarentur. Hæc & quæ sunt huiusmodi, tradit magnum mysterium susceptæ à Deo humanitatis. Per hoc enim quod mistus fuit humanitati, cùm fuerit

Deceptorẽ decipere argute institiam.

Diabolus decipitur obiecta hominis specie qui esca voluptatis hominem prius deceperat.

Dolo vsus est deus ad salutẽ eius qui perierat.

Etiam Diabolo profuit carnis suscepta dispensatio.

Cautè legendum.

in omnibus naturæ proprietatibus, nempe generatione, educatione & incremento, & vsque [A] ad mortis peruaserit experientiam, effecit ea omnia quæ prius dicta sunt, & hominem à vitio liberans, & vitij medens inuentori. Aegritudinis enim medela, est morbi purgatio, etiam si sit laboriosa.

Caput. XXVII.

CONSEQVENS autem erat, vt qui nostræ admiscebatur naturæ, per omnes eius proprietates susciperet eam quæ nobiscum fiebat contemperationem. Quomodo enim qui [B] vestium sordes abluunt, non alia quidem inquinamenta conseruant, alia vero abstergunt: sed ab initio ad finem vsque, totius panni maculas expurgant, vt sit vestimentum vbique eiusdē pretij, ex æquo effectum eluendo nitidum & splendidum. Ita cùm vita humana peccato esset inquinata, & in principio & in fine, & in medio, vi & potestate opus habebat per omnia abluente, & oportebat non hoc quidem expurgare, illud verò relinquere non expurgatum. Ita cùm vita nostra duobus sit intercepta finibus, nempe principio & fine, in vtroque fine inuenitur vis & potestas naturæ corrigendæ, vt quæ [C] & principium attigerit, & porrecta sit vsque ad finem, & omnia quæ sunt intermedia intercepit. Cùm autem omnibus hominibus vnus sit in vitam aditus, vndenam oportebat eum qui ad nos ingreditur, in vita collocari? E cælo ait fortasse qui genus humanæ originis despuit tanquam turpe & abiectum. Sed in cælo non erant homines: nec in vita supramundana versabatur morbus vitii. Qui autem cum homine commiscebatur, eius erat scopus & institutum in illa contemperatione, vt prodesset homini. Vbi ergo nō erat malum, neque ibi vita degebatur humana, quemadmodum postulat quispiam vt homo il- [D] linc Deo coniungatur, imò verò non homo, sed aliquod simulachrum, & quædam similitudo hominis? Quænam autem fieret nostræ naturæ correctio, si cùm terrestre ægrotasset animal aliquod aliud ex cælestibus, diuinum suscepisset aduentum? Non potest enim fieri vt curetur quod laborat, nisi pars laborans propriam ac peculiarem accipiat curationē. Si ergo quod laborabat quidem, fuisset in terra: virtus autem diuina id quod laborabat minimè attigisset, aspiciens ad id quod se decebat: fuisset planè homini inutile diuinæ virtutis negotium, in iis versans quæ nobiscum [E] nullam habebant communionem. In diuinitate enim æquè fuisset indecorum, si quidem fas est omnino aliquid aliud cogitare indecorum, præter vitium ei quidem qui pusillo & abiecto animo diuinam in hoc statuit maiestatem & amplitudinem, quòd nostræ naturæ proprietatum minimè aliquam suscipiat communicationem, nihilo tolerabilior videtur esse turpitudo & dedecus, quòd Deus cælestis corporis figuram susceperit quam terrestris. Ab eius enim qui est altissimus, & ad cuius altitudinem non patet aditus, natura ex æquo distat omnis creatura, & sunt omnia ei æqualiter subiecta. Nam id quod est eiusmodi, vt ad id omnino non pateat aditus nō

Tota vita humana erat purganda.

E cælo in vita christum collocari non oportuit.

Pars quæ laborat debet propriā accipere curationem.

Deo non minus turpe si turpe quid quā sit præter vitium cælestis corporis figuram suscipere quam terrestris.

alicui quidem præbet aditum: aliquid verò ad [A] ipsū non potest appropinquare: sed ex æquo vniuersa quæ sunt, superat & supereminet. Neque ergo terra est remotior à suprema illa dignitate, neque cælum propinquius: neque quæ vitam degunt in vtroque elemento, hac in re quicquam à se inuicem differunt, vt alia quidem attingant naturam ad quam non patet aditus: alia verò ab ea secernātur. Nam sic quidem existimaremus, vim illam ac potestatem quæ omnia continet, non ex æquo per omnia peruadere: sed in aliis quidem eam esse abundantiorem: in aliis verò magis deficere: & ex maioris minorisque differentia com- [B] positus ex consequenti apparebit Deus, vt qui sibi ipsi non conueniat, siquidem procul esse à nobis existimetur ratione naturæ: alicui autem alii appropinquans, ex eo quòd propè sit, facilè possit apprehendi. Sed vera ratio, in excelsa & sublimi illa auctoritate, neque deorsum aspicit, neque sursum per comparationem. Omnia enim ex æquo sūt subiecta potestati illi quæ præest omnibus. Quamobrem si terrestrem naturam existimabunt indignam quæ cum Deo cōnectatur, neque, vlla inuenietur digna. Quòd si ex æquo omnia sunt indigna: Deum autem decet ei qui opus habet benefacere: vbi est ergo morbus, illuc me- [C] dicatricem venire potestatem confitentes, quidnam credimus alienum ab eo quod vt decet, de Deo est existumandum?

Deus ex æquo omnia superat & supereminet.

Diuina potestas ex æquo omnia peruadit & non magis in aliis abūdat quàm in aliis.

Ad curandos homines deum in terras venire oportebat.

Caput XXVIII.

SED nostram ludibrio habent naturan, & nostrum nascendi modum in vulgus iactant, existimantque se ea ratione ridiculum nostrum facere mysterium: vt pote quod Deum non deceat, per eiusmodi ingressum deuenire ad humanæ vitæ societatem. Sed iam de his dictum est in iis [D] quæ prius diximus, nempe quòd solum vitium est sua natura turpe, & si quid cum vitio aliquam coniunctionem habet & affinitatem Naturæ autem consequentia Dei voluntaae & lege ordinata, vitij criminationi longè abest vt sit affinis. Nūc autem sic quoque ad opificem est reditura naturæ accusatio, si quicquam eius vituperetur tanquam turpe & indecorum. Si quidem à solo vitio Deus est separatus: vitiū autem non est natura: Mysterium autem dicit Deum esse in homine, nō in vitio. Si autē hominis in vitam ingressus vnus est, per quem ad viuendum accedit quod generatur, legem quandam. Deo constituunt, nempe [E] alium modum ingressus ad vitam, qui consentaneum quidem iudicant vt à diuina virtute visitaretur, quæ in vitio ægrotarat natura, eis autem displicet modus visitationis, nescientes quod par est, quod ad se attinet, quælibet corporis constructio: neque in ea quicquam ex iis quæ conferunt ad vitam constituendam, vituperatur tanquam turpe aliquid & abiectū & malum. Ad vnum enim scopum est directa & ordinata vniuersa instrumentariorū mēbrorū compositio. Is autē scopus est, vt homo in vita maneat. Atque cætera quidē mēbra in præsēti vita hominem cōtinent, alia aliis distributa operationi, per quæ administratur facultas sentiendi & operādi: genitalia

A solo vitio deus est separatus.

Instrumentariorum membrorū compositiū tendit ad vnum scopū nempe vt homo in vita maneat.

Genitalia membra curam gerunt futuri vt quæ hominum inducunt successionem. Genitalia cæteris membris excellentiora.

genitalia autem curam geruot futuri, vt quæ per se mortalium aliam inducant successionem. Si ergo aspicias ad id qood est vtile, cuinam erunt illa secunda ex iis quæ existimantur præstaotia esse & honorabilia? Cuinam autem non, vt est consentaneum, sunt excellentiora? Non enim oculo & auribus, & lingua, aut aliquo alio sensuum instrumento ad perpetuitatem nostrum genus traducitur. Ea enim, vt dictum est, suot præsentis vsus: sed in illis immortalitas conseruatur humanitati: adeo vt semper in nobis operentur, vt qui Deus est & homo oon sit quodammodo inefficax & inutilis, ad id semper quod deficit, per eos qui succedunt, rursus seipsam eius loco induceote oatura. Quid ergo quod non decet nostrum continet mysterium, si vitæ humanæ Deus per ea mistus est per quæ oatura pugnat cũ morte? Sed ad hoc transeuntes, per alia rursus ea quæ dicimus conantur vituperare.

Caput XXIX

Christus non prius in terras aduenit quàm vitium per ductũ esset ad summũ.

DICVNT eoim, Si quod factum est, hooestum erat & Deum decebat, cur distulit beneficium? Cur autem cùm esset vitium in principio, eius ad vlteriora progressum noo amputauit? Ad hoc autem breuis est quæ à nobis affertur oratio, oempe quòd per sapientiam & eius quod nostræ naturæ cooducit curam ac prouidentiam beoeficii in nos collati facta fuit dilatio. Nam in morbis corporalibus, quando aliquis humor prauus & corruptus irrepit ad poros: priusquam in superficie apertum fuerit quicquid est præter naturam, corpori condensentia non adhibent medicamenta, ii qui medendi morbis artem profitentur: sed expectant dooec extra prodierit quicquid intrinsecus in imo delitescit: & ita nudæ affectioni adhibent medicinam. Postquam ergo humanæ naturæ semel incubuit morbus vitii, expectauit medicus vniuersitatis, vt nullum esset reliquum genus vitii immisti oaturæ. Propterea oon statim post inuidiam, & à Cain factam fratris cædem, homini adhibet medicinam. Noodum enim io lucem prodierant scelera eorum qui Noemi tempore perierunt: neque corporalis flagitii grauis morbus fuerat apertus. Neque Aegyptiorum aduersus Deum pugna: neque Assyriorum superbia: oeque nefaria ab Herode facta cædes infantium: nec quæcunque alia literarum mooimeotis sunt mandata, & quæcunque historiis noo comprehensa in deinceps sequentibus facta sunt generationibus, cùm in libero hominum arbitrio multifariam multisque modis germinaret radix vitii. Postquam ergo vitium peruenit ad summum, nec erat vllum genus sceleris quod admittere non ausi essent homines, vt per omnem ægritudinem perùaderet medicina, ea de causa non insipientẽ, sed iam perfectum morbum curat.

Caput XXX.

Vitiũ mortali vulnere confectum in suis reliquiis adhuc vitæ exhibet molestiam.

SI quis autem existimat se posse refellere id quod dicimus, quoniam etiam postquam fuit adhibita medicina, peccandi nondum finem facit humana vita is aliquo noto & familiari exemplo deducatur ad veritatem. Quomodo enim in serpente, si mortiferum aliquod vulnus in capite acceperit, non statim simul cum capite morte afficitur, etiam qui ponè est tractus, sed mortuũ quidem est caput, cauda autem proprio animo adhuc est animata, & vitali virtute non est priuata: ita etiam licet videre vitium lætifero quidem vulnere confectum, in suis autem reliquiis vitæ exhibere molestiam. Sed cum mysterii rationem in his reprehendere desierint, rursus criminantur quòd fides non per omnes peruadat homines. Quidnam autem dicunt? Non ad omnes veoit gratia: sed cum aliqui ad verbum accesserint, non est parua pars quæ restat, cùm aut Deus noluerit vniuersum abundare beneficium, aut omnino non potuerit: quorum neutrum caret reprehensione. Neque enim Deo conuenit quòd bonum noluerit: oeque quòd oon potuerit. Si ergo aliquod bonum est fides: cur inquiunt, non ad omnes venit gratia? Atque si hæc quidem in iis quæ dicimus à nobis astruerentur, quod à diuina voluntate hominibus abdicaretur fides, vt pote quòd alii quidem vocarentur: cæteri autem essent expertes vocationis, opportunè huiusmodi reprehensio obiiceretur mysterio. Si autem pariter ad omnes procedit vocatio, oec auctoritatem, nec ætatem, neque gentium discernens differentiam. Propterea enim io primo initio prædicationis, diuina iospiratione, vnius & eiusdem linguæ cuius omnes gentes, repentè facti sunt qui verbum mioistrabãt, vt nemo esset expers bonorum: quemadmodum fuerit conseotaoeum vt Deum adhuc accusent, quòd verbum non in omnes dominarum obtinuerit? Nam qui in voiuersitatẽ liberam habebat potestatem, propter summum in homines honorem, diuisit etiam aliquid in nostra potestate, cuius solus est Dominus. Hoc autem est liberi arbitrij libera electio, res quædam minimè redacta in seruitutem, & quæ est sui iuris, sita io libertate mentis & cogitationis. In eos ergo qui non adducti sunt ad fidem, iustius hæc transferretur accusatio, non ad eum qui vocauit ad consensiooem. Neque enim cùm Petrus in initio verbum predicasset in frequentissima Iudæorum coosiooe, & tria millia simul fidem accepisseot, ij qui noo crediderunt cùm plures essent iis qui crediderant, in Apostolum causam contulerunt, quòd noo crediderunt. Neque eoim par erat, vt gratia in commune proposita is qui voluotariè ab ea abscesserat, nó sibi, sed alij malam suam sortem adscriberet.

Cur ad omnes non veniat gratia.

Omnes sunt vocati.

Act. 2.

Vocatis ad fidem non abstulit deus liberũ arbitrium.

Caput. XXXI.

Si liberum non sit arbitrium quæ sequantur absurda & incommoda.

SED neque ad hæc litigiosa egeot cootradictione. Dicunt enim Deum posse, si velit eos etiam qui resistunt, necessario compellendo attrahere ad suscipieodam prædicationem. Vbi est ergo io his liberum arbitrium? Vbi autem est virtus? Vbi est laus eorũ qui se rectè gerunt? Est enim solum inanimorum, aut eorũ quæ sunt expertia ratioois, aliena voluotate ad id quod videtur adduci. Rationis autẽ particeps & intelligens natura, si liberũ deposuerit arbitriũ, simul etiam perdit

gratiam intelligentiæ. Ad quid enim sua vteretur mente ac cogitatione, si potestas eius eligendi, quod suo arbitratu constituit, sita est in alio? Si manet autem inefficax & nullius vsus liberũ animi institutum & electio, necessariò etiam abolita est virt⁹, impedita immobilitate libert arbitrii. Si non sit autem virtus, honore priuata est vita, & facto procedit ratio, ablata est laus eorum qui se rectè gerunt: vitium est immobile: diiudicari nõ poterit vitæ agendæ discrimen. Quis enim, vt est rationi consentaneum, amplius vel intemperantem reprehenderit, vel temperantem laudauerit cùm quilibet in promptu hanc habeat responsionem, quòd nihil eorum quæ nostro arbitratu statuimus, in nostra est potestate: maiori autem potentia humana trahãtur instituta & proposita ad id quod lubet ei qui dominatum obtinet. In Dei ergo bonitatem culpa non est conferenda, quòd non in omnibus fuerit fides, sed in eos qui per assensionem non admittunt prædicationem.

Caput XXXII.

Cur morte in cruce passus sit Christus.

QVID præter hæc affertur ab iis qui contra dicunt? Maximè quidem, quòd non oporteret summam & supereminentem naturam omnino mortis subire experientiam, sed absque ea sua insigni & excellente virtute, posset facillimè quod videbatur efficere. Quòd si etiam arcana aliqua ratione hoc omnino fieri oportebat, non tamen ignominiosæ mortis effici dedecore. Quæ enim mors, inquiunt, est ignominiosior ea quæ per crucem sustinetur? Quid ergo ad hæc quoque dicimus? Mortis quidem necessitatem efficit nascendi conditio. Eum enim qui semel statuerat esse particeps humanitatis, oportebat peruadere omnes naturæ proprietates. Si ergo cùm duobus finibus intercepta sit humana natura, in vno fuisset, & alterum non attigisset: semiperfectũ mansisset propositum, vt qui nostræ naturæ alteram non attigisset proprietatem. Fortasse autem quispiam, cùm mysterium accuratè & exactè didicerit, magis consentaneè dixerit, nõ euenisse mortem, propterea quòd natus sit: sed contrà mortis causa fuisse ab eo acceptam nascendi conditionem. Non enim opus habens vt viueret, qui semper viuit, corporalem subit originem: sed à morte nos ad vitam reuocans. Postquam ergo verbum ostendit, nostræ naturæ futurum rursus à morte reditum: tanquam manum iacenti porrigens, & propterea ad nostrum cadauer aspiciens, morti tantum appropinquauit quantum est attigisse mortalitatem: & initium resurrectionis suo corpore dedisse naturæ, vt qui virtute ac potestate totum hominem simul suscitauerit. Quoniam enim non aliunde quàm ex nostra massa erat, quæ Deum susceperat, quæ quidem per resurrectionem simul excitata fuit cum diuinitate: quomodo in nostro corpore, vnius ex sensuum instrumentis operatio, deducit consensum ad vniuersum parti vnitum: ita etiam perinde ac si esset aliquod animal vniuersa natura, partis resurrectio transit ad vniuersum, vt pote quòd natura ex parte toti simul distribuatur. Quid enim remotum à probabilitate & verisimilitudine discimus in mysterio, si qui stat,

Mortis causa Christo suscepta est nascendi conditio.

Christi resurrectio peruasit ad vniuersam naturam per sympathiam.

inclinatur ad eum qui cecidit, aut ad excitandum eum qui iacet? Crux autem nobis aliquam etiam aliam profundiorem continet rationem, si dederint ii qui res sciunt occultas. Quod autem ad nos venit ex traditione, est huiusmodi. Quoniam omnia conuenienter sublimioris vitæ in euangelio dicta & facta sunt: neque quicquam est eiusmodi, vt Dei non apertè appareat omnino diuinitatis mistio cum humanitate, cum vox quidem aut actio transeat humanitùs, id autem quod ex occulto intelligitur, ostendat diuinitatem: in hac etiam parte fuerit consequens, non negligere vnum quidem aspicere propter alterum: sed in morte quidem intueri humanitatem: in modo autem perscrutari id quod est diuinius. Nam quoniam proprium est diuinitatis omnia peruadere, & cùm eorum quæ sunt natura per omnem partem extendi. Non enim manserit quidquam in essentia, nisi in eo quod est maneat. Quod autem propriè est & primò, diuina est natura: quam vt necessario credamus esse in cunctis quæ sunt, nos cogit eorum quæ sunt permansio. Hoc per crucem docemur, cùm eius quadrifariam figura sit diuisa: adeò vt ex medio, quatenus sibi ipsi coniungitur, numerentur quatuor proiectiones: quoniam qui in ea fuit extensus tempore mortis susceptæ dispensationis, qui sibi vniuersum colligat, concinnat, & adaptat, is diuersas rerum naturas ad vnam per se cogit conspirationem & armoniam. In iis enim quæ sunt, vel sursum intelligitur aliquid, vel deorsum: vel ad transuersos fines transit cogitatio. Si ergo consideres cælestium aut terrestrium, aut eorum quæ sunt in altera vniuersitatis parte consistentiam, tuæ considerationi semper occurrit diuinitas, quæ sola ex omni parte in iis quæ sunt venit in contemplationem: & omnia continet in essentia. Sit ne autem hæc natura nominanda diuinitas, an ratio, an virtus ac potestas, an sapientia: an aliquid aliud ex iis quæ sunt excelsa, & quæ magis possunt ostendere eum qui est summus & supereminens, de voce aut nomine, aut figura verborum non magna est nobis controuersia. Quoniam ergo ad ipsum vniuersa aspicit creatura, & est circa ipsum, & per illum sibi ipsi cohæret & coalescit, cùm quæ sunt suprà, iis quæ infrà, & quæ sunt obliqua, sibi inuicem congenerentur ac coniungantur: oportebat nos non solum auditione deduci ad diuinitatis considerationem: sed etiam visum effici doctorem ac magistrum sublimiorum intelligentiarum. Hinc motus magnus ille Paulus, in mysterio Ephesinum instituit populum, per magistrum eis dans virtutem ad cognoscendum quæ sit profunditas, & latitudo, latitudóque & longitudo. Vnamquanque enim crucis porrectionem proprio appellat nomine. Altitudinem quidem, id quod supereminet. Profũditatem autem, id quod est subtus: latitudinem verò & longitudinem, quæ sunt per transuersum extensiones. Alibi autem hunc sensum clarius explicat, vt arbitror, ad Philipenses, cùm dicit: In nomine Iesu Christi omne genu flectetur, cælestium, terrestrium & infernum. Hic medium & fastigium vna cõplectitur appellatione, vt qui quic-

quid

Crucis quod nam sit mysterium & quæ eius ratio.

Crux nos docet diuinitatem omnia peruadere cum sit eius figura diuisa quadrifariam.

Eph. 3.

Altitudo profunditas & latitudo crucis quã dicatur.

Phil. 2.

quid inter cælestia & inferna intercedit, terrestre nominauerit. Hoc quidem didicimus de mysterio crucis. Quæ autem deinceps sequũtur, ea verbum complectitur eiusmodi, vt fateantur etiam increduli nihil esse alienum ab ea quæ Deum decet existimatione.

Præclara sunt & deo digna quæcunque fecit Christus post resurrectionẽ

Nam quòd in morte non mãserit, & quæ corpori impositæ ferro fuerint plagæ, nihil impedimenti attulerint quominus resurgeret, & quòd liberè discipulis post resurrectionẽ cùm vellet, apparuerit, & eis adesset, cùm tamen non videretur, & esset in medio eorum ne ingressu quidem per portas indigens, & confirmaret discipulos in sufflatione spiritus, & se cum eis futurum esse polliceretur, & nullo disiunctum iri interuallo: & eo quidem quod apparebat in cælum ascenderet, eo autem quod intelligebatur esset vbique, & quæcunque huiusmodi continet historia, nullo rationum auxilio indigent ad probandum quòd sint diuina, excelsæque & summæ virtutis. Quæ quidem nihil opus est vt sigillatim persequamur, cùm ex se ipsa oratio satis indicet ea esse supra naturam.

Christus in cælum ascendit eo quod apparebat eo autem quod intelligebatur erat vbique

Baptismus quomodo vocetur.

Sed quoniam mysticorum documentorum pars est etiam aliqua, quæ in lauachro fit dispensatio: quod quidem seu baptismum, seu illuminationem, seu regenerationẽ velis nominare, de nomine non contendimus, bene erit breuiter de eo dicere.

Caput XXXIII.

NAM postquam à nobis audiuerint, quòd cùm mortale transeat ad vitam, consequens erat, prima generatione ad vitam mortalem deducente, aliam inueniri generationem, quæ neque ab interitu inciperet, neque desineret in interitum: sed eũ qui fuisset generatus, ad vitam deduceret immortalem.

Baptismus deducit ad vitam immortalem.

Quomodo enim ex mortali generatiõe mortale necessariò extitit id quod fuit generatum. Ita quod ex generatione in quã nõ cadit interitus generatur, melius fuerit ac præstantius quàm vt à morte patiatur interitũ. Postquam, inquam, hæc audiuerint, & quæ sunt huiusmodi, & modum prius didicerint, nẽpe quòd ad Deum preces, & gratiæ cælestis inuocatio, & aqua, & fides, sunt ea per quæ impletur mysteriũ regenerationis, ea difficiliter eis persuadentur, vt qui ad quod apparet aspiciant, vt pote quod id quod fit corporaliter, non accidat promissioni.

Quænam sunt per quæ impletur mysterium regenerationis.

Quomodo enim, inquiunt, preces, & diuinæ virtutis inuocatio q̃ fit super aquam, fit dux & principium vitæ iis qui initiantur? Ad quos, si nõ sint nimis duri & pernicaces, simplex suffecerit oratio ad efficiendum vt assentiantur dogmati. Nam vicissim eos interrogemus, Cùm modus eius quæ ex carne fit generationis sit omnibus manifestus, quemadmodum fit homo id quod deiicitur vt ex eo consistat animal? Atqui in eo nihil dici potest, quod aliqua ratione vllam inueniat probabilitatem.

Non minus est admirabilis generatio quam regeneratio

Quid enim commune habet semen hominis cum ea qualitate quæ in illo consideratur? Homo compositus est res quædam particeps rationis & intelligentiæ. Illud autem consideratur in quadã humida qualitate: & nihil amplius comprehendit mentis conceptio, quàm quod ex sensu cernitur. Quod ergo ab interrogatis, Quomodo fit credibile ex illo constitisse hominem, cõsentaneum est nobis fieri responsum, hoc etiam de regeneratione per aquam interrogati, respondebimus. Nã & illic vnicuique eorum qui interrogantur in ꝓpriu est dicere, quòd diuina virtute ille fit homo, quæ si nun adsit, semen est immobile & inefficax.

Semen est immobile in generatione nisi adsit diuina virtus.

Si ergo illic non subiectum facit hominem, sed vis diuina transmutat id quod apparet, in naturã hominis, extremæ fuerit insipientiæ ingratique & immemoris animi, illic deo tantam tribuente virtutem, existimare Deum hac in parte esse imbecillum ad suam implendam voluntatem. Quid commune, inquit, habet vita cum aqua? Quid autem, (eis dicemus) commune habet humor & imago Dei? Sed nihil illic est admirabile, si Deo volente humor transit in animal præstantissimũ. De hoc etiam similiter dicemus, minimè esse mirandum, si diuinæ virtutis præsentia transformat ad incorruptionem id quod natum fuerat in natura in quam cadit interitus.

Aqua absque Dei virtute nihil facit in baptismo.

Caput XXXIIII.

Quod Deus inuocatus adsit in iis quæ fiunt sanctificationibus.

SED quærunt vt sibi ostendatur, quod Deus adsit inuocatus in iis quæ fiunt sanctificationibus. Qui autem hoc quærit, reuocet in mentem ea quæ rectò sunt examinata. Confirmatio enim, quòd quæ per carnem nobis apparuit virtus, verè sit diuina, defendit id quod dicimus in præsentia. Nam cùm ostensum sit quòd sit Deus qui suam ostendit naturam miraculis per ea quæ fiũt, simul etiam ostensum est eum adesse iis quæ fiunt tempore inuocationis. Quomodo enim in vnoquoque eorum quæ sunt, est quædam proprietas quæ notam reddit naturam: ita diuinæ naturæ ꝓpriũ est veritas.

Diuinæ naturæ proprium est veritas.

Atqui inuocantibus se semper affuturum est pollicitus, & futurum in medio credentium, & in omnibus mansurum, & cum vnoquoque conuersaturum: neque alia fuerit nobis opus probatione quòd Deus adsit iis quæ fiunt, cùm deum quidẽ esse per ipsa miracula crediderimus, neque dubitemus id q̄ ꝓmissum est adesse certis & à mẽdacio alienis ꝓmissionibus.

Psal. 144. Matth. 18. Ioan. 14. Ioan. 14 15.

Quòd aũt q̃ per præces fit inuocatio, diuinam præcedat dispẽsationem, satis superque probat quod id quod fit, ex Deo peragitur.

Inuocatio per preces diuinam præcedit dispensationẽ.

Si enim in altero genere hominum procreationis, eorum qui generant ad id incitatæ appetitiones, etiamsi ab iis Deus precibus non inuocetur, diuina virtute, sicut prius dictum est, effingunt id quod generatur: qua separata inefficax & inutilis ac irrita est eorum opera: quanto magis in spirituali modo generatiõis, cùm & Deus iis quæ facta sunt se ad futurum sit pollicitus, & suã operi virtutem indiderit, vt credidimus: nostrúmque propositum & institutum feratur ad id in quod studium & opera confertur: si eorum quorum docet simul per preces assumatur auxilium, magis erit perfectũ id in quod confertur studium. Quomodo autem qui Deum præcantur vt sibi sol illucescat, id q̄ fit nequaquam obtundunt & obscurant. Sed nec inutile precantium dixeris esse studium, si de eo quod omnino futurum est Deo supplicant, ita ii qui crediderunt, congruenter certè & à mendacio alienæ eius qui pollicitus fuit promissioni, omnino adesse gratiam iis qui regenerantur per hãc mysticam dispensationem, aut gratiæ aliquam faciũt

Precantium non est inutile studiũ si de eo quod futurum est deo supplicant.

accessionem: aut certè eā quæ est minimè auertunt. Nam quòd omnino simul versetur per diuinitatem testantur miracula. Quamobrem quòd Deus sit per omnia nullam habet dubitationem.

Caput XXXV.

Cur in baptismo is qui baptizatur ter in aquam demittitur.

DESCENSVS autem in aquam, & quòd in eam homo ter demissus sit alterum continet mysterium. Nam quoniam modus nostræ salutis, ad effectum & opus non adeò est deductus ex præeunte doctrina, quantum per ea ipsa quæ fecit qui cum homine subiit societatem, vt qui reipsa vitam sit operatus: vt per carnem rursus assumptam & simul deificatam, simul afficeretur quicquid est ei cognatum & genere coniunctum: necessariò excogitandus erat aliquis modus, in quo in iis quæ fiūt esset cognatio aliqua eius qui sequitur cum eo qui præit ac ducit. Oportet ergo videre in quibusnam est cōsideratus qui dux fuit & auctor nostræ vitæ: vt sicut dicit Apostolus, cōuenienter duci & auctori nostræ salutis, sequentibus rectè ꝑcedat imitatio. Quomodo enim, qui ad numerosam & militarem in armis motionem erudiuntur, ab iis qui ordinandæ aciei sunt periti, per ea quæ aspiciunt, deducūtur ad ritè tractādorum armorum experientiam. Qui autem nō agit id quod ei prius ostēditur, remanet expers eius experientiæ. Eodem modo necesse est, vt quibus studium par est ad bonum, omnino similiter sequantur per imitationem eum qui nos ducit ad salutem, ad opus deducendo id quod prius ab eo fuit ostensum. Non potest enim fieri vt ad parem finem perueniant, qui non per viam similem sunt ingressi. Quomodo enī qui labyrinthi errores nō possunt vlla ratione euadere: si in aliquem inciderint qui eorum sit peritus, eum porò sequentes, varios & fallaces domorum flexus anfractúsque permeant, non permeaturi nisi eius qui præcedit insisterēt vestigiis. Ita etiam mihi cogita huius vitæ labyrinthum, quem humana natura minimè potest transire, nisi quispiam eandem viam teneat, per quam qui in eo fuit, egressus est ambitum. Tropicè autem dico labyrinthum, qui pertransiri non potest vitæ carcerem, in quo detentū fuit infelix genus humanum. Quid ergo aspeximus in duce & auctore nostræ salutis? Triduanā mortem & rursus vitam. Oportet ergo in nobis quoque talem excogitari, similitudinem. Quidnā est ergo excogitatum, per quod etiam in nobis eius quod ab eo factū est impletur imitatio? Quicquid, est morte affectum, quendam propriū habet locum & secundum naturam: nempe terram in quam inclinatur & in ea conditur. Magnā autem inter se habent cognationē terra & aqua, q̄ sola ex elementis sunt grauia, & feruntur deorsum, & manent in se inuicem, & per se inuicem continentur. Quoniā ergo ducis & auctoris vitæ nostræ mors fuit sub terra, & secundum communem naturam: quæ fit à nobis mortis imitatio, in propinquo exprimūtur elemento. Et sicut ille qui homo erat & superius cùm accepisset mortalitatem, postquam sub terra fuisset positus, tertio die reuersus est ad vitam: ita etiam qui secundum naturam corporis est illi coniunctus, ad idem quod ab ipso rectè gestum est intuens, ad vitæ, inquam,

Heb. 12.

Est hæc vita quidam labyrinthus

Christi mortem triduanam & resurrectionē in baptismo imitamur.

A finem, pro terra aqua ei infusa, subiens elementum, in tribus ambitibus imitatus est triduanam gratiam resurrectiōis. Dictum est etiam tale quid in iis quæ præcesserunt, nempe quòd prudēti cōsilio dispensationis, à diuina prouidentia fuit importata mors humanæ naturæ: vt cùm effluxisset vitium in dissolutione corporis & animæ, rursus per resurrectionem saluus, impatibilis, & integer, & alienus ab omni commistione vitii, homo reformaretur. Sed in duce quidem & auctore nostræ salutis, perfectionem habuit susceptæ mortis dispensatio, vt quæ conuenienter sub scopo & institutum perfectè fuerit adimpleta. Nā & per mor-

B tem disiuncta fuerint quæ erant vnita: & rursus coniuncta sunt quæ erant discreta: vt purgata natura in dissolutione eorum quæ naturaliter coierant, animæ, inquam, & corporis, eorum quæ fuerāt separata reditus, ab aliena admistiōe esset purus. In iis autem qui ducem sequuntur, accuratā & perfectam imitationem nō omnino capit, natura: sed cùm quantum potest nunc acceperit, in tempus futurū reseruat id quod restat. Quid ergo imitatur? Quod vitii immisti, in imagine mortis quæ facta est per aquam, expresserit delectionem, non perfectam tamen delectionem, sed quādam interruptionem continuationis vitii, cùm duo concurrerint ad tollendum vitium, nempe

C & eius qui peccauit pœnitentia, & imitatio mortis, per quæ homo quodāmodo dissoluitur à cōgenita cum vitio coniunctione, pœnitentia quidem procedens ad odium vitii & alienationem, mors autem, vitii operās delectionem. Sed si fieri quidem posset, vt in perfecta morte esset is qui imitatur, non esset id quod fit imitatio, sed res eadem: & à nostra natura malum perfectè deleretur: adeò, vt, sicut dicit Paulus, omnino moreretur peccato. Quoniam autem, sicut dictum est, supremæ illius potestatis tantum imitamur, quantū cæpit nostræ naturæ mendicitas: aqua ter infusa, ex ea rursus ascendentes, salutarem imitamur se-

D pulturam & resurrectionem quæ facta est in tempore triduano, hanc suscipientes cogitationem, quòd sicut aqua in nostra est potestate, vt & in ea simus, & ex ea rursus emergamus, eodem modo in eius qui vniuersitatis dominatum obtinet, est potestate, vt sicut nos aquas, ita ille mortē subiēs, rursus ad propriam reducat beatitudinē. Si quisquam ergo aspiciat ad verisimilitudinem, & ex vtriusque virtute ea quæ fiunt, iudicet, nullā in iis quæ fiunt inueniet vtriusque discrepantiā, vt qui congruenter modo suæ naturæ, ea effecerit quæ suæ erant potestatis. Quomodo enim est in pote-

E state hominis, aquam, si velit, citra vllum tangere periculum: infinitis partibus facilius mors est ꝓposita diuinæ virtuti, vt & in ea sit, & non cōuertatur ad affectionem quæ ex illa accipitur. Propterea ergo nobis necesse est in aqua præmeditari gratiam resurrectionis, vt sciamus quod ex æquo nobis est facilè & aqua tingi, & è morte rursus emergere. Sed quomodo in iis quæ fiunt in vita, sunt aliqua aliquibus principaliora, siue quibus etiam id quod fit nequaquam rectè successerit: quanquam si cum fine cōferatur principium, pro nihilo esse videbitur rei principium cum fine comparatum. Quam enim habent æqualitatem homo, & quod ad procreandū animal deucitur?

Sed

Mors cur allata sit humanæ naturæ.

Christi mortem non plenè imitamur in baptismo.

In baptismo ad tollendū vitium duo concurrunt nempe & peccatoris pœnitentia & imitatio mortis.

Si in baptismo perfectè moreretur qui baptizatur malum perfectè deleretur.

Rom. 6.

Mori peccato quid vocet Paulus.

Ascensus ex aqua quid significet.

Principium cum absque eo nihil fiat fini cōparatum nihil esse videtur.

In resurrectione hominem esse non potest absque lauacri regeneratione.

Resurgunt etiam non baptizati sed non ad beatitudinem.

Sed tamen nisi illud sit, hoc non fiet. Ita etiam quod in magna sit resurrectiõe, cùm sit maius natura, hinc habet initia & causas. Non potest enĩ fieri vt illud fiat, nisi hoc præcesserit, Dico autem fieri non posse vt homo sit in resurrectione absque lauacri regeneratione, non aspiciens ad massæ nostræ refictionem & reformationem. Ad hoc enim omnino oportet deuenire naturam, ꝓpria necessitate compulsam ex præscripto dispẽsationis eius qui ordinauit, etiamsi lauacri gratiam nõ acceperit, & in ea minimè fuerit initiatus, sed restitutionem ad beatitudinem, & diuinitatem, & ab omni ægritudine ac molestia separationẽ. Nõ enim quæcũque per resurrectionem reditum accipiunt ad essentiam, ad eandem vitam redeunt. Sed multum interest inter eos qui sunt expurgati, & eos qui indigent expurgatione. In quibus enim in hac vita præcessit per lauacrum expurgatio, iis erit reditus ad id quod est sibi cognatum. Ei autem quod est purum & mundum, proprium est & familiaritate coniunctum impatibile. Quin autem in impatibilitate sit beatum esse, minimè dubitatur. Quibus autem induratæ occaluerunt affectiones, neque sordium & macularum vlla fuit adhibita purgatio: non aqua mystica, non diuinæ virtutis inuocatio, non inconcinnæ prauitatis correctio: necesse est vt ii quoque sint in eo quod eis conuenit. Manifestum est autem auro adulterino confusóque & non sincero conuenire fornacem, vt cùm eis mistum vitium fuerit liquefactum, longis postea seculis Deo pura conseruetur natura. Quoniam ergo in aqua & igne est vis quædam abstergendi & mundandi, qui per aquã mysticam vitii sordes abluerunt, non opus habẽt altero genere purgationis. Qui autem nõ fuerint, initiati mysterio huius purgationis, igne purgantur necessariò.

Baptismo expurgati in resurrectione deducuntur ad impatibilitatem & beatitudinẽ.

Cautè legendum hoc, enim sapit origenem.

Aqua & ignis vim habent purgandi.

Caput XXXVI.

Qui diuinũ chorum voluerit omnes vitiorum sordes sunt ei baptismo expurgandæ.

In credendo nullus labor.

Per baptismum datur salus.

Fides & aqua ad baptismum sunt necessaria

NAM & communis ratio, & scripturarum ostendit doctrina, diuinum chorum non posse ingredi, qui omnes ex vitio contractas sordes ac maculas non eluerit. Hoc est, quod cũ sit paruũ, est magnorum bonorum principium & fundamentum. Paruum autem dico ob rectè agendi facilitatem. Quis enim est hac in re labor, credere Deum esse vbique: cùm autem sit in omnibus, adesse etiam inuocantibus vitalem eius virtutem, præsentem autem facere id quod est sibi proprium & conueniens? Diuinæ autem operationis est propria salus eorum qui indigent. Ipsa autem fit efficax & ad opus deducitur per eã quæ in aqua fit expurgationem. Qui est autem expurgatus, erit particeps puritatis. Quod autem verè purum est, est diuinitas. Vides quàm sit paruum, & quàm facilè rectè fieri potest, id ꝙ est in principio, nempe fides & aqua. Illa quidem sita in arbitrio liberæ nostræ electionis. Hæc verò quæ simul cum vita nostra alitur. Sed quod ex his bonum oritur, quantum est & quale, vt cũ ipso Deo homo familiaritatem habeat & coniunctionem?

Caput XXXVII.

SED quoniam homo est duplex, vt qui sit cõpositus ac contemperatus ex anima & corpore, necesse est vt qui seruantur, sequantur eũ qui

A ducit ad vitam. Ergo anima quidem cũ ipso contemperata per fidẽ, hinc salutis habet occasionẽ. Nam vnio cum vita, vitæ habet societatem. Corpus autem alio modo venit ad participationẽ & cõtemperationem eius quod dat salutem. Quomodo enim qui venenum sumpserunt dolo & ex insidiis, alio medicamento extinguunt vim quæ affert interitum. Oportet autem sicut exitiale, ita etiam salutare medicamentum admitti intra viscera hominis, vt per illa distribuatur in vniuersũ corpus virtus eius quod fert opẽ. Ita cùm id gustauerimus quod nostram dissoluit naturam, rursus

B necesse est vt opus habeamus eo quod cogit ac cõciliat id quod erat dissolutum: vt cùm intra nos fuerit hoc salutare medicamentum, veneni damnum quod corpori fuerat inditum, per contrariam repellat affectionem. Quid hoc ergo est? Nihil aliud quàm illud corpus, quod & morte ostensum fuit esse potẽtius, & nostræ vitæ fuit initium. Quomodo enim paruum fermenti, vt dicit Apostolus, sibi assimilat totam conspersionem, ita corpus à Deo morte affectũ cùm fuerit intra nostrum, totũ ad se transmutat & transfert. Quomodo enim cùm quod est exitiale mistum fuerit cum sano, quidquid est contemperatũ, simul red-

C ditur inutile: ita etiã corpus immortale cùm fuerit intra eũ qui sumpsit, vniuersum quoque transmutat in suam naturam. Sed fieri nõ potest vt sit aliquid aliter intra corpus, nisi per esum & potionẽ misceatur visceribus. Necesse est ergo, eo modo quo natura potest, spiritus viuificam suscipere virtutem. Cùm autẽ solum illud corpus quod Deum suscepit, hanc gratiam acceperit, ostẽnsum sit autem aliter fieri non posse vt nostrum corpus sit in immortalitate, nisi per communionem cum immortali factum sit particeps incorruptionis, oportet considerare, quomodo fieri potuerit, vt vnum illud corpus, quod tam multis fidelium mil-

D libus in vniuerso orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem sit in vnoquoque, & ipsum in se totum maneat. Vt ergo fides ad id quod est consequens aspiciens, de sensu proposito nullam habeat dubitationem, oportet nostram orationẽ paulisper immorari in naturali corporis considerasatione. Quis enim nescit quòd nostri corporis natura, ipsa per se non habet vitam in quadam ꝓpria corporis substantia: sed per quandam affluẽtem ei virtutem, & seipsam continet, & manet in essentia, perpetua motione ad se attrahẽs id quod deest, & repellens id quod est superuacaneum. Et quomodo vter aliquis aliquo humore plenus,

E si in fundo exeat id quod in eo est positũ, in magnitudine suam non seruauerit figuram, nisi supernè pro eo quod exit ingrediatur aliud ad id quod exinanitur: adeò vt qui videt magnitudine distentum huius vasis ambitum, sciat eum nõ esse proprium eius quod apparet: sed id quod influit, cùm in eo fuerit, figurare id quod continet magnitudinem. Ita etiam corporis nostri cõstructio, nihil quidem habet proprium nobis cognitum ad sui constitutionem, per eam autem quæ intromittitur virtutem manet in essentia. Ea autem virtus alimentum & est & dicitur. Præterea autem non idem omnibus quæ aluntur corporibus: sed quoddam vnicuique congruens attributum est

Anima cũ deo contemperata per fidem hinc salutis habet occasionem.

Eucaristia

Corpus christi sumendum vt quod sumptum erat veneno expulso vita reuocetur.

1. Cor. 5.

Corpus christi à Deo morte affectum.

Christi corpus quomodo totum per partem sit in vnoquoque & totum in se maneat.

Corporis nostri natura quomodo habeat vitam.

Alimentũ datur vnicuique corpori congruens. Panis cibus hominis & vinum aqua conditum est eius potus. Panis & vinum sunt potentia nostrum corpus.

tum est ab eo qui naturam dispensat & administrat. Nam alia quidem animalia aluntur effossis A radicibus: alia autem aluntur herbis, aliquorũ autem nutrimentum sunt carnes. Homini autẽ præcipuè est panis, & ad humoris perdurationem & conseruationem potus, non ipsa sola aqua, sed vino sæpe condita, ad opem ferendam interno nostro calori. Qui ergo ad ea aspicit, potestate aspicit ad corporis nostri magnitudinem. Nam cùm illa in me fuerint, fiunt sanguis & corpus, nutrimento per vim alterandi congruenter redacto ad formam corporis. His à nobis hoc modo distinctis ac declaratis, ad ea quæ sunt proposita reuocanda est cogitatio. Quærebatur enim quemadmodum quod est in illo corpus Christi, viuificat omnem hominum naturam, in quibus est fides, omnibus distributum, & ipsum minimè diminutum. Fortasse ergo non procul absumus à probabili ratione. Nam si cuiuslibet hominis substãtia seu consistentia est ex alimento: id autẽ est cibus & potus, est autem in cibo panis: in potu autem aqua vino cõdita. Dei autem Verbum, sicut prius est definitum, quod est Deus & Verbũ, humana est natura contemperatum, & cùm esset in nostro corpore, non aliquam aliam humanæ naturæ innouauit constitutionem: sed per ea quæ sunt consueta & congruentia, suo corpori dedit C permansionem, cibo & potu continens substantiam. Cibus autem erat panis. Quomodo ergo in nobis, sicut iam sæpe dictũ est, qui panem vidit, humanum corpus videt quodammodo, quòd cũ ille in eo fuerit, hoc fit: ita illic quoque quod Deũ suscepit corpus, cùm panis alimẽtum accepisset, quadam ratione idem erat quod ille, alimento, vt dictum est, transeunte in naturam corporis. Nam quod est omnium proprium, id quoque pro certo & constanti est in illa carne, nempe quòd illud quoque corpus pane continebatur. Corpus, autem, Dei Verbi inhabitatione ad diuinã transmutatum est dignitatem. Rectè ergo nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credo transmutari. Etenim panis erat potestate illud corpus. Fuit autẽ sanctificatus habitatione verbi, quod tanquam in tabernaculo habitauit in carne. Igitur vnde ĩ illo corpore trãsmutatus panis, transit in diuinam virtutem, per idem nunc fit similiter. Nam & illic verbi gratia sanctum fecit corpus, cui ex pane erat substantia & quodãmodo ipsum quoque erat panis: & hic similiter panis, sicut dicit Apostolus, sanctificatur per Verbum Dei & orationem, non per cibum & potum procedens ad corpus verbi, sed à verbo, quemadmodum dictum est, transmutatus, nẽpe, Hoc est corpus meum. Cùm autem omnis caro alatur etiam per humorem, neque enim nisi cũ eo coniungatur, id quod est in nobis terrestre in vita permanserit. Quomodo autem per durum & solidum alimentum soliditatem corporis fulcimus ac stabilimus: eodem modo etiam humori adiungimus accessionem ex natura eiusdẽ generis. Qui quidem cùm fuerit in nobis, per alterandi facultatem fit sanguis, & maximè si per vinum acceperit virtutem transmutandi in calidũ. Quoniam ergo hanc quoque partem accepit caro illa Dei susceptrix ad Dei constitutionem: manifestatum autem Verbũ propterea se admiscuit

Eucaristia.

Panis verbo dei sanctificatus transmutatur in corpus verbi dei.

1. Tim. 4.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Vinum cur bibatur.

interitui obnoxiæ hominum naturæ, vt communione diuinitatis simul etiam deificetur humanitas: ea de causa per suæ gratiæ dispensationem se per carnem inserit omnibus credentibus, commistus & contemperatus corporibus credentium, quibus substantia est ex pane & vino, vt vnione cum eo quod est immortale, sit etiam homo particeps incorruptionis. Hæc autem dat, virtute benedictionis, in illud transelementata eorum quæ apparent natura.

De sanctificatione per potum sanguinis.

Caput XXXVIII.

B IIS q̃ dicta sunt existimo nihil deesse eorũ q̃ quæruntur de mysterio, præter rationem fidei, quam paucis quidem etiam in hoc præsenti libro exponemus. Iis autem qui rationem quærũt perfectiorem, in aliis operibus iã prius exposuimus, quam maximo potuimus studio re explicata. In quibus & cum aduersariis decertantes manum conseruimus: & per nos ipsos cõsiderauimus de q̃stionibus q̃ nobis abiiciuntur. In hoc antẽ libro existimauim⁹ bene esse si tãtũ diceremus de fide, quantum continet vox euangelii, nempe vt qui spirituali gignitur regeneratione, sciat à quonam gignatur, & quale fiat animal. Solum enim hoc C genus generationis habet in potestate vt id fiat quod delegerit.

Caput XXXIX.

CÆTERA enim quæ nascuntur, consistũt ex incitata appetitione eorum qui generant. Partus autem spiritualis pendet ex potestate eius qui nascitur. Quoniam ergo in hoc versatur periculum, ne aberretur ab eo quod est conducibile, cùm cuilibet sit libera proposita electio, dico rectè habere, vt qui ad propriam incitatur generationem, cogitatione prius discernat quis sibi pa- D ter futurus sit cõducibilis, & ex quonam sit præstabilis sibi constare naturam. Dictum est enim quòd sit in eius potestate eligere genitores. Cùm ergo ea quæ sunt, dispertita sint bifariam, nempe in creatum & increatum, & increata quidem natura stabilitatem in se habeat & immutabilitatẽ: ad mutationem autem alteretur creatura: qui cõsideratè eligit id quod est conducibile, cuiusnam mallet esse filius, eiusuè quæ consideratur in mutatione, an eius quæ firmam & stabilem immutabilémque habet naturam, & in bono semper similiter & eodem modo se habentem? Quoniam ergo in euangelio tres sunt personæ & nomina, E per quæ iis qui credunt origo fit ac generatio, generatur autem ex æquo qui in Trinitate generatur à patre & filio & spiritu sancto. Ita enĩ de spiritu dicit euangelium, quòd id quod est generatum ex spiritu, est spiritus. & Paulus gignit in spiritu. & pater omnium est pater. Hic mihi sit sobria mens auditoris, ne se efficiat prolem naturæ instabilis, cùm stabilem & inalterabilem sibi liceat suæ vitæ principem efficere & auctorẽ. Nã conuenienter affectioni cordis eius qui accedit ad dispẽsationem, est in potestate eius qui gignitur, & increatam quidem confitens Trinitatẽ, ingrediatur vitam immutabilem & inalterabilem: creatam autem aspiciẽs naturam in trinitate falsa existi-

Spiritualis partus pendet ex arbitrio eius qui nascitur.

Tres personæ per quas datur credẽtibus origo & generatio.

Matth. 28. Mar. 10. Ioan. 3.

1. Cor. 4. Phil. 1. Rom. 4.

Trinitatem confitens in creatam ingreditur vitam mutabilem & inalterabilem contra credens creatam.

sa existimatione, & deinde in ea baptizatus, ingeneretur rursus in vita mutabili & quæ alteratur. Nam quod nascitur, est necessariò eiusdē generis cuius est natura eorum quæ generant. Quid ergo fuerit cōducibilius in vitámne ingredi immutabilem, an rursus fluctuare in vita mutabili & quæ alteratur? Cùm ergo cuiuis sit perspicuū qui sit aliqua præditus intelligentia, quòd id quod stat non stante est præstantius, & eo quod deficit id quod est perfectum, & eo quod eget id quod nō eget, & eo quod proficiendo ascēdit, id quod non habet quò progrediatur, sed semper manet in boni perfectione: necesse fuerit vt qui sapit, vnum ex duobus eligat, nempe vt aut increatæ naturæ sanctam credat esse Trinitatē, & ita per spiritualem generationem eam efficiat principē & auctorē suæ vitæ: aut si extra primi & veri & boni dei, patris, inquam; filium esse existimat aut spiritum sanctum, non simul assumens eam quæ est hæc fidem in tempore generationis, ne impudēs seipsum tradat mācæ defectæque naturæ, & quæ eget eo quod bonum reddit, & se quodammodo rursus reducat ad id quod est eiusdem generis, vt cuius fides defecerit à summa & superemioenti natura. Qui enim alicui ex rebus creatis seipsum subiunxit, non animaduertit se in Deo spē non habere salutis. Omnis enim creatura, ex eo quòd ex æquo ab eo quod non est procedit ad essentiam, sibi ipsi est propria necessitudine coniuncta. & quomodo in corporum constructione, omnia membra sunt sibi inuicem coniuncta naturaliter, etiamsi alia quidem sunt inferiora, alia verò superiora: ita creata natura sibi est vnita, quod ad rationē attinet creaturæ, nec quæ in eo quod exuperat & deficit est in nobis differentia, eā disiungit ne sibi ipsi sit naturali coniuncta coniunctione. In quibus enim ex æquo cogitatur quòd non sint ac consistant, etiamsi in aliis differant, eorum in hac parte non inuenimus vllā naturæ mutationem. Si ergo homo quidem cùm sit creatus, spiritum esse creatum, & vnigenitum Deum non esse existimat, is vana spe ducetur, vt qui se resoluat à transitu ad id quod est melius ac præstātius. Est enim id quod fit, simile Nicodemi existimationi, qui cùm à Domino didicisset quòd oporteret supernè generari, ad sinum matris detrahebatur cogitatione. Quamobrem si non ad increatam naturam, sed ad cognatam & conseruam creaturam se abducat, & generationis quæ est infernè, non eius quæ est desuper. Dicit autem euāgelium, desuper esse generationem eorum qui salui fiunt.

Vt omnia membra sibi inter sūt vnita ita etiam creata natura sibi est vnita.

Qui spiritū sanctum existimet creatum & vnigenitum non esse deum est similis Nicodemo Ioan. 3.

Caput XL.

SED mihi non videtur catechesis, vsque ad ea quæ dicta sunt doctrinam habere sufficiētem. Oportet enim, opinor, id quoque quod postea sequitur considerare, quod multi negligunt ex iis qui accedunt ad gratiam baptismatis, seipsos in fraudem inducentes, quòd videatur tātum, & nō sit reuera generatum. Nam quæ per regenerationem nostræ fit vitæ transmutatio, non fuerit trāsmutatio, si in eo in quo sumus, permanemus. Nā qui in iisdem versatur, non video quemadmodū existimandus sit factus esse alius, in quo nihil est mutatum ex iis quibus cognoscitur. Quòd enim ad renouationem & mutationem nostræ naturæ salutaris assumatur generatio, cuiuis est perspicuum. Atqui ipsa humanitas per se mutationē nō admittit in baptismate, neque vis ratiocinandi & intelligendi & scientiam percipiendi, neque aliquid aliud ex iis quæ humanam naturam propriè exprimunt, transmutatur, esset enim mutatio in deterius, si quid deleretur ex iis quæ sunt propria naturæ. Si ergo fit desuper generatio & reformatio hominis: hæc autem minimè admittunt mutationem, considerādum est quonam mutato est perfecta gratia regenerationis. Malis scilicet notis & signis ex anima nostra deletis, fit transitus ad id quod est melius. Si ergo, vt dicit Propheta, mystico lauacro loti, mundi efficiamur, prauam voluntatem & mala studia ac instituta eluentes ex animis, effecti sumus meliores, & transmutati sumus in id quod est melius. Sin autem lauacrum quidem adhibitum sit corpori, anima autem motuum & perturbationum maculas nō eluerit: sed quæ post sacramentum susceptum degitur vita, conuenit et quæ degebatur priusquam sacramēto initiaretur: etiamsi id dicere sit audacius, dicā tamen, nec auertar, Quæ in iis adhibita est aqua, aqua est, cum donum sancti spiritus ei qui generatur minimè aduenerit, quando non solum turpitudo libidinum formam diuinam probro afficit, aut vitium auaritiæ, impudicúsque & inhonestus animis, fastúsque & inuidia & superbia: sed & lucra quæ fecit ex iniustitia, apud eum permanent, & quæ adulterio est ei parata mulier, etiam postea eius seruit voluptatibus. Si hæc, & quæ sunt huiusmodi, non secus atque prius, sunt in vita eius qui tinctus fuit baptismate, nō possum videre in quonam sit mutatus, cùm eundem aspiciam quem prius. Qui fuerat iniuria affectus, qui calumniis appetitus, qui bonis suis euersus ac deiectus, nullam videt mutationem eius qui est generatus. Non audierunt ab eo vocem Zacchæi Si quem circumueni per calumniam, reddo quadruplum. Quæ dicebant ante baptismum, eadem etiam de eo nunc dicunt, & iisdem etiam nominibus appellant, auarum, alienorum bonorū appetentem, & hominum calamitatibus delitias sibi parantem. Qui ergo versatur in iisdem, & deinde iactat in vulgus suam per baptismum in melius mutationem, audiat Pauli vocem: Si quis videtur sibi esse aliquid cùm nihil sit, seipsum decipit. Non es enim quòd non factus es. Quicunque eum acceperunt, de regeneratis dicit Euangeliū, dedit eis potestatem vt filii Dei fierent. Qui autem factus est alicuius filius, is est omnino eiusdē generis cuius is qui genuit. Si ergo Deum accepisti, & factus es Dei filius, ostende etiam tui animi libero proposito ac electione Deum qui in te est. Ostende in te eum qui genuit. Per illa ex quibus Deum cognoscimus, oportet ostendi cū Deo cōiunctionem & necessitudinem eius qui factus est filius Dei. Ille aperit manum, & implet omne animal bona voluntate: transilit iniquitates, de malo agit pœnitentiam. Christus dominus vniuersis non infert iram per singulos dies: Rectus dominus Deus, & nō est in eo iniquitas, & quæcunque huiusmodi sparsim docemur à sacra scriptura. Si in his versabaris, factus es verè filius

Baptizato qui non mutat vitam in melius aqua manet absque sancto spiritu.

Luc. 19.

Gal. 6.

Ioan. 1.

Psal. 44.

Psal. 7.

Psal. 92

Dei. Si

Dei. Si autẽ permanes in signis notisque vitii, temerè te de superna iactas generatione. *Psal. 4.* A Tibi dicet propheria: Es filius hominis, non filius altissimi. Diligis vanitatem, quæris mendacium. Nescis quòd homo non aliter fit Dei filius, quàm si fiat sanctus? *Filius dei non fit nisi qui est sanctus.* Necesse autem fuerit etiam his addere id quod restat, nempe quòd bona quæ in promissionibus sunt proposita iis qui rectè vixerunt, non sunt eiusmodi vt verbis possint describi. *Bona bene viuentibus promissa sunt ineffabilia.* Quomodo enim, quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascẽderunt? Neque misera & dolore plena vita eorum qui peccauerunt, est similis vlli ex iis quæ sensum hîc cruciant. B Sed & si aliquod ex iis quæ illic sunt tormentis, nominatum fuerit nominibus quæ hîc sunt cognita, non est tamen paruum discrimen. *Esa. 64. 1. Cor. 4.* Nam cùm ignem audis, didicisti aliquem ab illo diuersum intelligere, ex eo quod illi igni aliquid sit additum quod non est in hoc. *Ignis apud inferos inextinguibilis.* Nam ille quidem non extinguitur. *Matth. 3. Mar. 9. Luc. 3.* Hunc autem multa inuenta sunt quæ extinguant: magna est autem differẽtia inter eum qui extinguitur, & eum qui nullam admittit extinctionem. Est ergo aliquis alius & non hic ignis. Rursus cum vermem audieris, ne propterea quòd idem sit nomen, ad terrestre hoc animal tua feratur cogitatio. *Vermis qui non moritur quomodo intelligatur.* Adiectio enim eius quòd non moriatur, suggerit aliam esse intelligendam naturam, quàm eam quæ cognoscitur. C Quoniam ergo hæc sunt proposita spei vitæ post hæc futuræ, quæ congruenter ex libero vniuscuiusque arbitrio, conuenienter iusto Dei iudicio vitæ exoritur, fuerit sapientum, non ad præsena intueri, sed ad futurum, & in hac breui & temporali vita iacere materiam & sementem beatitudinis ineffabilis: & per bonum propositum & electionem alienos fieri à malorum experientia. Et nunc quidem in hac vita, post hæc autem in æterna remuneratione, vult te Christus contemplari duas naturas essentialiter vnitas, confitentes, & ex eo exhibẽtes magnitudinem misericordiæ & miserationum Dei in nos, qui propter nostri amorem in animum induxit nobiscum versari, & voluit cum sua natura nostram connumerari. Deo autem sint gratiæ ob donum eius ineffabile. Et hæc quidem hactenus.

Quoniam autem Seuerus solas sectatur voces, & in solis verbis & sonis collocat pietatem, licet dicat Apostolus, Nõ enĩ in sermone est regnũ Dei, sed in virtute & veritate: *1. Cor. 4.* Is antè apud Seuerũ optimus agnoscitur theologus, qui in prædicamentis Aristotelis, & in cæteris quæ apud externos philosophos sunt præclara, fuerit exercitatus, *Theologus quisnam optimus apud Seuerum.* necesse est nos significata vniuscuiusque dictionis eorum quæ accipiuntur tanquam sententiæ in iis quæ dicuntur apud Seuerum, opportunè declarare, ex sententia doctorum ecclesiasticorum, in qua ea acceperunt: *Desideratur hoc opus aduersus Seuerum.* vt qui in libros subscriptos inciderint, possint cum primum legerint, intelligere vim eorum quæ dicuntur: neque propter ignorationem significationis dictionum, impediantur ne comprehendant ea quæ sunt in ipsis theoremata.

D. GREGORII NYSSENI DE SANCTO BAPTISMATE ORATIO. LAVreorio Sifano intetptete.



VNC agnosco meum gregem: A hodie video formam ecclesiæ consuetam, quando etiam carnalium curarum posthabito negotio, iusta plenitudine ad cultum Dei cócurristis. atque ædem quidé populus angustam reddit, intra sacra adyta penetrans & irrumpens: quotquot autem ab iis, qui intus sunt non admittuntur, apum in modũ locum esternũ in vestibulis implent. nam apum aliæ quidem intus in opere occupatæ sunt: aliæ verò foris alueare circumstrepunt. Sic igitur facite ô filii, & nunquam hue studium deseratis Affectu enim me pa B storali affici fateor: ac volu in hac sublimi specula sedés circa subiectos vertici colles vndique cõgregatum gregem contueri. Et vbi id mihi contigerit, cùm mira impleor animi alacritate, tũ sicuti pastores circa rusticas cantilenas, ita circa orationem operam sumo lubenter. Cum autem aliter se res habet, & esterno gentilium errore occupati estis, sicut non ita pridem (nempe) præterita dominica fecistis: magna molestia afficior, & silentium teneo: atque hinc fugere, cupio, ac quæro Heliæ prophetæ Carmelum, aut aliquam petram inhabitatam. Amica enim quodammodo animi ægritudine affectis fuga cõsuetudinis & captatio C solitudinis est. Nunc verò quũ video vós vnà cũ ipsis familiis & cognationibus cateruatim conné tum celebrare, venit mihi in menté oraculi prophetici: q olim à lõgè prædicauit Esaias felicitaté ecclesiæ in numerosa atque egregia sobole procreãda prædicens. Qui sunt inquit, isti? vt nubes

Esa. 60.

volát, & vt colũbæ cũ pullis ad me. Quinetiã his adiicit etiã illud: Angustus est mihi locus fac mihi locũ vt inhabité. Hæc eñ virtus spiritus de populosa ecclesia Dei vaticinata est: quæ posterioribus téporib⁹ ab extremitatibus terræ ad estremitates omué terrarũ orbé repletura erat. Venit igitur a- D gens & in orbé reuoluens tépus memoriã sacrorum initiorũ, quæ hominem purgát quæ etiã peccatum, quod difficulter eluitor, tum ab anima tũ à corpore abstergunt atque depellunt: quæ item ad pristinam pulchritudinem, quam optimus artifer Deus in nobis effinxerat, reducũnt. Atque idcirco vos quidem, qui ex hoc populo initiati estis, bona fidei nostræ experti conuenistis, atque adduxistis etiam espertem adhuc & imperitiã harum rerum multitudinem, tanquam boni patres cura atque conciliatione non initiatos ad perfectam pietatis comprehensioné deducentes. Ego E verò gratulor vtrisque: initiatis quidem quòd magno dono ditati estis: non initiatis verò quòd bona futura speratis, iudicii scilicet & pœnæ remissionem, vinculorum solutionem, conciliationem & coniunctionem cum Deo, fiduciam ingenuã & aditum liberum loco seruilis humilitatis, paré cum angelis honoris conditionem. Hæc enim oobis, ac si quid his simile est affine, lauacri gratia spondet & dat. Quamobré aliis scripturarũ materiis & argumentis in alia tempora reiectis, in proposito argumento permaneamus, pro viribus conuenientia atque accõmodata diei festo dona offerentes. Suum enim & proprium cuique celebritati gratum & acceptum est. Ita nuptias quidé epithalamiis cantilenis celebramus, luctu verò funebribusque lamentationibus iusta mortuis & inferias damus: in negotio serio loquimur: in votis contractionem & contentionem animi soluimus. Vnumquodque tempus ab alienatũ rerã confusione atque perturbatione integrum seruamus. Natus igitur erat quasi ante paucos dies qui ante omnem naturam, tam eam quæ sensu percipitur, qu im quæ mente cernitur. natus est. baptizatur hodie ab Ioanne, vt sordidatum & contaminatum expurgaret, spiritumque supernè adduceret, & hominem in cœlos extolleret: vt lapsus erigeretur, & qui deiecerat, confunderetur & dehonestaretur. Ac ne admireris quòd Deo res nostræ tanto studio ac curæ fuerunt, vt etiã ipse per sese hominis salutem præstaret ac repræsentaret. Solicitudine enim adhibita maleficus nobis insidiatus est, cum cura item creatoris seruamur. Atque ille quidem inuidus & nequam, cùm peccatorum aduersus nos introduceret, dignum suo consilio velamentum serpentem nactus est impu tus in similem sese insinuans, voluntate ac studio terreous & subterraneus reptili inhabitans: Christus verò, cùm illius nequitiam & improbitatem corrigeret, hominem perfectum assumit, & seruat hominem, & omnium nostri forma atque figura existit, vt vniuscuiusque actionis primitias sanctificaret, & studium traditionis haud ambiguum seruis relinqueret. Baptisma igitur peccatorũ expiatio est remissio delictorũ, renouationis & regenerationis caussa. Regenerationé aũt intellige eã, quæ cogitatione cernitur, oculis non videtur. nó eñ verè quéadmodũ Hæbreus ille Nicodemus dixit, atque crassius intelles erat. seué mutabimus in puerũ: neque rugosum & canum in tenerum & iuuenem transformabimus: aut iterum hominem in vterum matris reducemus, sed compunctum notis peccatorum & malis moribus inueteratum gratia regia eò redigimus, vt innocens sit sicuti infans. Vt enim modò natus puellus à criminibus & pœnis liber est, ita etiam regenerationis puer non habet, cuius nomine causam dicat, vt qui regio dono causæ dictioni esemptus, & à rationibus vitæ reddendis liberatus sit. Hoc autem beneficium non aqua largitur (esset enim omni creatura sublimior) sed Dei præceptum & spiritus, qui mysticè ad nostram libertaté venit accessus. Aqua verò subseruit ad ostendendam purgationem. Quoniam enim sordibus & cœno fœdatũ corpus aqua lauãtes purũ reddere solemus, propterea etiam in mystica actione eam adhibemus re sub sensum cadenti incorporeum splendorem significantes. Imò verò si videtur, etiam subtilius explicãdo perseueremus in quæstione lauacri, tanquam à fonte quodam initium præcepti scripturæ facientes. Nisi quis, inquit, natus fuerit ex aqua & spiritu, nó potest intrare in regnũ Dei. Quare bina illa, & non solus spiritus sufficiens existimatus est ad completionem baptismatis? Compositus est homo & non

Serpens simulat hominem cũ decipit christus verè homo fit dum seruat

Baptisma quid.

Ioan 3.

Aqua in baptismo purgationẽ ostendit.

Ioan. 3.

 simplex,

simplex, vt certò scimus. atque idcirco dupli- A ci coniunctoque cognata similiaque medicamenta ad curationem destinata atque attributa sunt, corpori quidem, quod apparet, aqua, quæ sub sensum cadit, animæ verò, quæ visum effugit, spiritus, qui non apparet, qui fide vocatur, qui ineffabiliter accedit. *Ioan. 3.* Spiritus enim, vbi vult, spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quò vadat. Aqua quoque, quæ baptismati adhibetur, corpori, quod baptizatur, benedictionem addit. Quare ne contemnas diuinum lauacrum, neque id tanquam commune propter vsum aquæ parui facias, & leui momento ducas. Nam id, quod operatur, ma- B gnum est, & ab illo mirabiles existunt effectus. *Cōsecratio & dedicatio altaris.* Nam & altare hoc sanctum, cui adsistimus, lapis est natura communis, nihil differens ab aliis crustis lapideis, ex quibus parietes nostri extruuntur, & pauimenta exornantur, sed quoniā Dei cultui consecratum atque dedicatum est, ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, quòd non amplius ab omnibus, sed à solis sacerdotibus iisque venerantibus contrectatur. *Panis consecratio* Panis item, panis est initio communis: sed vbi eum mysterium sacrificauerit, corpus Christi & dicitur & est, eodem modo vinum: cùm sint res exigui pretii ante benedictionem, post sanctifica- C tionem, quæ à spiritu procedit, vtrunque eorum excellenter operatur. Eadem item verbi vis etiam sacerdotem augustum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum. *Sacerdotū ordinatio.* Quum enim heri ac tempore superiori vnus è multitudine ac plebe esset, repente redditur præceptor, præses, doctor pietatis, mysteriorum latentium præsul, eaque contingunt ei, cùm nihil vel corpore vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit, qui erat, inuisibili quadam vi ac gratia, inuisibilem animam in melius transformatam gerens. Atque ita ad multas res animum aduertens, contemnē- D da quidem videbis ea, quæ apparent, magna verò, quæ ab illis efficiuntur: ac maximè cùm ex veteri historia cognata atque similia eius, de quo quæritur, argumenti exempla collegeris. *Exod. 4.* Virga Moysis, virga erat è nuce seu corylo. Etenī quid aliud atque lignum commune, quod à cuiusque manu cæditur & portatur, & cōcinnatur adaptaturque ad id, quod visum fuerit, & igni ad arbitrium traditur. *Exod. 17.* Vbi autē Deus voluit per illam efficere sublimia illo, *Exod. 4.* quæque nulla vi dicendi exprimi pos- *Ibid. 20.* sunt, miracula, mutabatur lignum in serpentē. & item alibi percutiens aquas, aliàs quidem in san- E guinem aquam redigebat: aliàs verò ranarū fœtū infinitum edebat ac producebat, & rursus mare scindebat: quod vsque ad imum fundum diducebatur, & non confluebat. Similiter vnius prophetæ indumentum, quod erat ex pelle caprina, Helisæum per totum terrarum orbem fama celebratum effecit. Lignū autem crucis omnibus hominibus salutare est, cū sit pars, vt audio, arboris vilis contemptiorisque quā aliæ multæ sint. Et frutex rubi, Moysi diuinas apparitiones ostendit. *Exod. 3.* Itē Helisæi reliquiæ mortuum excitauerunt. *3. Reg. 21.* Et lutū cæcum ex vtero matris natum illuminauit. Atque hæc omnia cū materiæ sint inanimatæ atque sensus expertes, posteaquā vim Dei accepissent, ma-

A gnis miraculis media intercesserunt. Ac simili cōsequentia rationum etiam aqua cùm nihil aliud sit, quam aqua, superna gratia benedicente ei, in eam quæ mēte percipitur, hominem renouat regenerationem. Quòd si quis mihi rursus dubitādo & ambigendo negotium exhibeat, continenter interrogans & sciscitans, qua ratiōe aqua, eaque per illam peragitur, initiatio regeneret, dicā optimo iure ad eum: Ostende mihi modum natiuitatis, quæ fit secundum carnem: & ego tibi vim regenerationis, quæ secundum animam fit, exponam. Dices fortasse quasi quandam rationē reddēs: Semē caussa hominis effectrix est. Audi igi- B tur contrà à nobis, quòd aqua quæ benedicitur, purgat & illuminat hominem. *Aqua benedicitur in sacramētum.* Quòd si mihi rursus contrà subiicias, quomodo? clamabo contra te vehementius, quomodo humida atque informis natura homo fit? Atque de omni creatura ita oratio progrediēs, in vnaquaque re exercebitur, qui cœlū? qui terra? qui mare? qui res singulares? Vbique enim ratio hominum ad inuentionem perplexa hæsitans ad hanc syllabam confugit, sicuti ad sellam, qui ingredi & ambulare non possunt. Et vt rē paucis absoluam, vbique diuina vis & efficacitas incomprehēsibilis est, nullaque vel ratione vel arte explorari potest, creans, quidē at- C que producens facilè quæcūque vult, subtilē verò cognitionem efficientiæ nos celās. Quare etiā beatus Dauid cùm aliquando animum & mentē adhibuisset ad magnificentiam creaturæ, animique perplexitate ob inscrutabilia miracula repletus esset, illud quod ab omnibus canitur notabile dictū pronūciauit: *Psal. 130.* Quanta magnificētia perfecta sunt opera tua, Domine, omnia cū sapiētia fecisti. Nā sapiētiā quidē animo cōcepit, artē verò sapiētiæ nō inuenit. Omittētes igitur inquirere atque scrutari ea, q̄ vires superāt humanas, illud potius q̄ramus, quod etiā particularē ostēdit cōprehēsionē, cuius rei gratia per aquā purgatio fiat? & cur ter- D næ immersiōes adhibeantur? *Aqua ternaimmersio.* Quod igitur & patres docuerūt, & nostra mēs accepit, hoc est. Quatuor elemēta nota habemus, ex quibus mūdus cōstitutus est: q̄ etiā si nomina silētio prætereātur, omnibus nota sunt. Quòd si propter simpliciores etiā nomina eorū edere ad rē pertinet: ignis (est) & aër, terra & aqua. Cū igitur Deus & seruator noster pro nobis susceptā administrationē impleret, vnū (ex his quatuor terrā scilicet) subiit, vt illinc vitā excitaret. nos verò baptisma assumentes ad imitationē Domini & doctoris & præceptoris nostri, in terra quidē nō sepelimur (hæc enī infirmitatē & corruptionē naturæ nostræ coope- E riēs morte penitus perēpti corporis tegumētum existit,) sed ad terræ cognatū elemētū aquā veniētes, in illa, sicuti Seruator in terra, nos abscōdimus, idque cū ter simul facimus, triduo peractā nobis resurrectiōis gratiā effingimus, eaque facimus, nō silētio mysteriū assumentes, sed triū sanctarū hypostaseon, in quas credidimus, in quas etiā speramus, ex quib. nobis contingit, vt & nunc simus, & rursus futuri simus, nominibus super nos pronuntiatis. Forsitan offenderis, qui aduersus gloriam spiritus confidenter pugnas, & inuides Paracleto venerationem, qua pii eum venerantur. Sed omitte mecum confligere, & oppone te, si potes, Domini vocibus, quæ inuocationē & cognomi

cognominationem baptismatis hominibus instituetuut. Et quæ sunt verba Dominici præcepti? Baptizantes eos in nomen patris & filij & Spiritus sancti. Quomodo in nomen patris? quia principium est omnium rerum. Qua ratione in Filium? quoniam coodiror creaturæ est, quomodo in Spiritum sanctum? quia vim omnia absoluta reddendi habet. Submittimus igitur nos patri, vt sanctificemur, submittimus nos Filio, vt hoc ipsum fiat. Submittimus nos Spiritui quoque sancto, vt id efficiamur, quod (ille) est ac dicitur. Non est differentia sanctificationis, quasi Patre amplius, Filio minus, quàm vterque Spiritu sancto sanctificatre. Cur igitur trinas illas hypostaseis concidis ac diuidis in diuersas naturas, ac treis efficis Deos inter se dissimileis, cùm vnam & eandem ab omnibus etiam gratiam accipias? Quoniam autem similitudioes semper orationem apud auditores magis viuidam reddunt: simulachro volo maledicennum meutem erudire, per terrena atque humilia, magna quæque sensu non cernuntur, declarans. Nam si eiusmodi tibi calamitas accidisset, vt captiuus esses apud hostes, seruus autem & afflictus cum gemitu antiquam libertatē, quā habuisses, desiderares: atque repentè ooti quidā & ciues tres, qui io regionem tuorum dominorum ac tyrannorum aduenissent, ex æquis partibus dato pretio, quo redimereris, sumptuque pecuniario æqualiter inter se diuiso, liberasseut te ab vrgente necessitate: an oon hoc beneficium consequutus, similiter illos tres pro benefactoribus haberes, & pretii, quo redemptus esses compensationem ex æquis partibus tribueres, cùm & studium pro te commune, sumptusqoe communis fuisset, si modò iustus beneficii æstimator esses? Atque hæc quidem quatenos per exempla rem demonstrare conneniebat. non enim nunc nobis propositum est, tectæ fidei tradere rationem. sed ad præsens tempus ac propositum argumentum recurramus. Nam inuenio, quòd non solùm post crucem, Euangelia gratiam baptismatis prædicauerunt, sed & ante incarnationem Domini vbique vetus scriptura regenerationis nostræ imaginem præfigurauit nō apertè & euidenter formam ostendens, sed ænigmatibus & inuolucris humanitatem Dei præmonstrans. Et vt agnus autē prædicabatur, & crux prophetabatur, ita etiam baptisma. & verbis & reipsa indicabatur. ac redigamus honestarum rerum studiosis in memoriam figuras. exigit enim tempus feriarum (eam) tanquā necessariam cōmemorationem. Agar ancilla Abrahami, cuios enam Paulus ad Galatas verba faciens, allegoricam mētionem facit, ab domo domini sui propter iram Sarræ ablegata (molesta enim legitimis vxoribus res est, propter Dominū suspecta ancilla:) deserta ac destituta ferebatur ad terram desertam, lactētem secum habens poerum Ismaëlem. cùm autem redacta esset ad inopiam rerum necessariarum, ipsaque prope mortem, & ante eam adeò puer venisset (quam enim in vtre aquam habuerat, consumpta erat, qoomam ne fieri quidem poterat, vt synagoga, quæ olim in figuris perennis fontis versabatur, sufficientiam vitæ haberet:) angelus ex inspirato

Matth. 28.

Ista dictio treis in Græcis desiderari videtur.

Locus mutilus & dictio (non) desiderari videtur.

Baptismi prædicatio ante euangelia.

Gen. 18.

Gal. 4.

Gen. 21.

apparet, & ostendit ei poteom aquæ vioeotis: atque inde cùm bausisset, seruat Ismaëlem. Vide igitur figuram mysticam quemadmodum statim ab initio per aquam viuentem, quæ non pnus esset, sed per angelom dono data esset, peteunti salus contigerit. Item posteriori tempore nuptiis coniungi oportebat Isaacum, propter quem etiam Ismaël vnà cum matre, paterna sede pulsus erat. missus autem seruus Abrahami pronubus & nuptiarum conciliator, vt domino suo sponsam adduceret, inuenit Rebeccam ad puteum: ac nuptiæ, qoæ Christi genus effecturæ erant, ad aquam initium ac primam pactionem cooueutionemque habuerunt. Quinetiam ipse quoque Isaac cùm gregibus præfectus esset, in omnibus locis solitudinis, puteos fodiebat, quos alienigenæ obstruebant, & aggere obruebant & occultabant, ad figuram eorum, qui postea fuerunt, impiorum: qui donum baptismatis prohibebant & impediebant, veritati sese ponentes. Veruntameo martyres & sacerdotes puteos fodientes vicerunt, omnemque terrarum orbem baptismatis donum inundauit. Per eandem item scripturæ vim festinans ad sponsalia etiam Iacob, inopinatò ad puteum obuiam factus est Racheli. Impositum autem erat puteo saxum magnum, quod vbi cœtus pastorum conoenisset, reuoloere, ac sic deinde & sibi & ouibus aquam haurire solebant. At Iacob solus amouet saxum, ac potu sponsæ suæ reficit oues. Ænigma opinor ea res (erat) & vmbra futuri. Quis est enim impositus lapis alius atque ipse Christus? de quo dicit Esaias: Et immittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, honoratum, electum. Et Daniel similiter: Sectus est lapis absque mano, id est, Natus est Christus absque viro. vt enim nouum, inauditum & inusitatum est, lapidem ab rupe abscindi sine opera latomi, atque instrumentis latomicis: ita superat omne miraculum, videri partum ex virgine innupta. Impositus igitur erat puteo lapis, qui mente cernitur Christus abscondens in profundo atque mysterio lauacrum regenerationis, qood adhuc multo tempore, tanquam longo fune, ad reuelationem opus habebat. Nemo autem lapidem amouebat, nisi Israël, quæ est mens videns Deum. Quin etiam haurit aquam & potum præbet ouibus Rachelis, hoc est, mysterio, quod absc ōdisum erat, teuelato, dat aquam vitalem ecclesiæ gregi. Adde buc trium virgarum Iacobi rem gestam. Ex quo enim tres illæ virgæ fonti appositæ fuot, ex eo tempore Laban ille multorum Deorum superstitione implicitus, pauper euasit: Iacob autem ditari & agnis abundare cœpit. Allegorico autem sensu Laban ad diabolum, Iacob ad Christum referatur. Nam post baptisma Christus omnem diaboli gregem abstulit, & ipse ditatus est. Moyses autem ille magnus, cùm puer scitus & elegans atque etiam nunc sub vberibus esset, communi ac tristi seotentiæ quam durus ille Pharao aduersus infantes masculos tulerat, subiectus expositus est ad ripas amnis, non nudus, sed cistæ impositus. Oportebat enim legem typicè & allegoricè esse in arca, Prope aquam autē depositus est.

Figura baptismi.

Gen. 45.

Gen. 24.

Gen. 2. 9.

Esa. 28.

Dan. 2.

Gene. 29.

Gen. 41.

Exod. 2.

V ii.

litus est. Vicina enim gratiæ lex est, & quotidianæ *1.Cor. 10.* Hebræorum aspersiones: quæ, paulo pòst futurum, erat vt perfecto atque admi.ādo baptismate obregerentur. A Atque vt diuino Paulo videtur, etiam popnlns ipse, qui rubrum mare transiuit, eam, quæ ex aqua contingit, salutem annūtiauit. *Exod.21.* Transiuit populus. & rex Ægyptius cum exercitu submersns est. & mysterium per opera prædicebatur. Etenim nunc quando populus fugiens Ægyptum, improbum (scilicet) peccatum in aqua regeneratinnis versatur, ipse quidem liberatur & seruatur: diabolus verò cum suis ministris (de spiritibus nimirum improbis loquor:) animi dolore suffocatur, & conficitur, pro sua calamitate hominum salutem ducens. B Atque etiam hæc quidem nobis ad confirmationes propositi tractatos suffecerint. Veruntamen ne sequentia quidem honestarum rerum studioso neglig ēda sunt.

Iosue.8. Multis enim incommodis conflictatus, quemadmodum didicimus, Hebræorum populus, & laborioso atque molesto solitudinis confecto circuitu, non prius terram promissionis recepit, quā ducente Iesu, vitamque eius gubernante ad Iordanem peruenit. Perspicuum est autem, quòd etiam Iesus, qui duodecim saxa in flumine deposuit, duodecim discipulos ministros baptismatis præparabat ac prædestinabat. Porrò sacrificium illud admirabile, quodque omnem humanā su- C *Reg.3 ca.18* perat mentem, Thesbitæ illius senis, quid aliud tandem atque re ipsa præsignificat fidem in patrem & filium & spiritum sanctum, atque redēptionem? Posteaquam enim vniuersus Hebræorum populus patria conculcata pietate, in errorē multorum deorum cultus prolapsus erat: & rex A.haab ab simulachrorum cultu deludebatur, cū malam vitæ sociam scelestissimamque impietatis magistram haberet infaustam & execrandā Hie- *Reg.21.* zabelem: repletus propheta gratia spirituali, & cū Achaabo congressus, teste rege, omnique populo sacerdotibus Baal se oppósuit ad certamen ingēs & admirabile, atque illos, qui proposuerant D atque professi erant, quòd absque igni bonem sacrificaturi essent, ridiculos ac miseros ostēdit, frustra precantes & inuocantes Deos, qui nulli sunt. *3.Reg.18* tandem ipse suo ac vero Deo inuocato excessi- *Locus corruptus.* bus pluribus & adiectionibus mirabiliter propositum certamen peregit. Non enim simpliciter precatus, lignis, quæ arida essent, ignem superinduxit: sed cùm ministros hortatus esset ac iussisset, vt multam aquam afferrent, ac ter in ligna fissa amphoriscos effudisset, oratione ignem accendit ex aqua, vt ex repugnantia naturali elemētorum; quæ præter spem & opinionem ad concordiam & mutuum adiumentum concurrerant, E enim magna exuperantia atque excessu naturæ, sui Dei potentiam demōstraret. Hoc modo Helias quidem apertè eam, quæ in posterum peragēda erat, baptismatis institutionem & initiationem, per admirabile illud sacrificium nobis prædixit. Aqua eñ ter superinfusa accensus est ignis, vt significaretur, quòd vbi aqua mystica est, illic etiām spiritus est ille viuificans, ardēs, igneus: qui impios comburit, & fideleis illuminat. Quinetiā huius quoque discipulus Helisæus, quum ad eū *3 Reg.18.* supplex venisset Neeman Syrus, qui lepræ mor- *4.Reg.5.* bo laborabat, cùm lauisset in Iordane, purgat ægrotum, & generali vsu aquæ, & speciali amnis illius immersione apertè præmonstrans futu- A rum. Ex amnibus enim solus Iordanis, cùm in se *Aquæ sanctificatæ sunt in Iordane.* recepisset sanctificationis & benedictionis primitias, tanquam ex quodam fonte suæ figuræ in totum mundum donum baptismatis quasi per riuum & aquæductum trāsfudit. Atque hæc quidē opere atque reipsa designata sunt indicia regenerationis, quæ per lauacrum contingit. Videamus autem deinceps eas, quæ per sermones ac voces editæ sunt, prophetias. Igitur Esaias qui- *Esa.1.* dem clamat dicens: Lauamini, puri estote, aufer- *Psal.33.* te nequitias ab animabus vestris. Dauid autem: Accedite ad eum, & illuminamini, & vultus ve- B stri non confundētur. Hiezeciel autem vtroque *Hiezec.36.* apertius, clarius & candidius scribens, pollicetur bonam promissionem: Et spargam super vos aquam puram, & purgabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulachris vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo vobis: & auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum: & spiritum meum in vobis dabo. Euidentissimè autem etiam Zacharias & Iesum ꝓphe- *Zach.3.* tat indutum pallio sordido, seruili, scilicet, nostraque carne: & exuens eum tristi veste, pura splendidaque stola exornat docēs nos per imaginariā C similitudinem, quòd nimirum in baptismate Iesu, omnes nos exuentes peccata, tanquam tunicā mendici vilem & ex multis pannis consutam, sacram atque pulcherrimam, nempe regeneratio- nis (vestem) inuicem induimus. Vbi vero pone- *Esa.35.* mus etiam illud Esaiæ oraculum, ad solitudinem clamantis: Lætare solitudo sitiens. exultet solitudo. ac floreat vt lilium: & efflorescent & exultabunt deserta Iordanis. Perspicuū est enim, quòd non locis inanimatis & sensu carentibus lætitiam annuntiat: sed per solitudinem tropicè & allegoricè squalidam & inornatam animam significat. quemadmodum sanè etiam Dauid, cùm di- D cit: Anima mea tibi sicut terra aquarum penuria laborans. Et rursus: Sitiuit anima mea ad Deum *Psal.41.* fontem viuentem. Itemque Dominus in Euan- *Psal.62.* gelus: Si quis sitit veniat ad me, ac bibat. Et ad *Ioan.7.* Samaritanā: Quicunque bibit ex aqua hac, sitiet *Ioan.4.* rursus: at qui biberit ex aqua, quam ego dabo *Esa.35.* ei, non sitiet in æternum. Atque honor etiam Carmeli datur animæ habenti similitudinem cum deserto: hoc est donum, quod contingit per spiritum. Quoniam enim Helias quidem Carmelum incnlebat: (clarus autem mons propter virtutem inhabitantis & fama celebratus est:) Ioannes autem Baptista in spiritu Heliæ *Luc.1.* E resplendens, Iordanem sanctificabat: idcirco propheta vaticinabatur honorem Carmeli illi fluuio datum iri. Atque etiam gloriam Libani ex similitudine proceratum arborum transtulit ad amnem, Vt enim Libanus ille satis magnam causam admirationis ipsas arbores habet, quas producit & alit: ita Iordanis celebratur, quòd homines regeneraret ac plantaret in paradiso Dei, quorum iuxta vocem psalmi, semper florentium & virtutibus quasi frondentium folium *Psal.1.* quidem non defluet: fructu autem in tempore percepto Deus lætabitur. tanquam bonus plantator suis operibus gaudens: Porrò diuinus Da-

nus Dauid etiam vocem prædicens, quam de cœlis pater ſuper filium, dum baptizaretur, emiſit, vt ad naturalem Deitatis dignitatem deduceret audientes, qui prius ad eam, quæ ſub ſenſum cadebat, humanam vilitatem reſpiciebant, libro pſalmorum ſuo dictum illud inſcripſit: Vox Domini

Pſal.28. ſuper aquas, vox Domini in magnificentia. Verùm teſtimoniis quidem, ex diuina ſcriptura in medium afferendis, hic finis eſto. (Progredietur enim oratio ad infinitam prolixitatem, ſi quis voluerit omnia ſigillatim electa vni libro mandare.)

Renouatio morum poſt bptiſma. Vos autem omnes, qui dono regenerationis vobis placetis, ac pro gloria ſalutarem renouationem habetis, oſtendite mihi poſt myſticam gratiam, morum immutationem, & in melius transformationis differentiam puritate vitæ inſtituti indicate. Nam nihil quidem ex iis rebus, quæ ſub oculos cadunt, immutatur, corporis item ſigna integra manent eiuſque quæ videtur, naturæ figura non mutatur. Sed opus eſt aliqua prorſus euidenti demonſtratione, per quam agnoſcamus hominem recens natum, ſignis quibuſdam manifeſtis, nouum à vetere diſcernétes. hæc autem ſigna eſſe opinor eos, qui ſecundum propoſitum fiunt, animæ motus, per quos ſeſe ſegregans à vetere cõſuetudine, ac nouum vitæ inſtituti iter ingrediés, apertè familiares docebit, quòd aliá quædam ex alia facta ſit, nullum poſt ſe veteris ne uitiæ veſtigium ac ſignum relinqués. Eſt autem hic transformationis modus, ſi mihi credentes orationem pro lege ſeruaueritis. Erat ante baptiſma homo proteruus, auarus & fraudator, raptor rerum alienarum, conuitiator & maledicus, mendax, calumniator, ac ſi quod his ſimile (vitium) eſt & affine. ſit nunc modeſtus, ſobrius, ſuis contentus, & ex his paupertate conflictantibus impartiens, veritatis ſtudioſus, honorem libenter aliis deferens, comis & affabilis: vt ſummatim dicam, omnem laude dignam actionem exercens. Vt enim aduentante luce, tenebræ diſcutiuntur, & albo colore illito atramentum aboletur: ita etiam vetus homo iuſtitiæ operibus exornatus a-

Luc.19. boletur. Vides vt etiã Zacchæus mutatione vi-

Matth.9. tæ inſtituti publicanum occidit, iis, qui damnum iniuria acceperant, quadruplum eius, quod amiſerant, reponens. diſtribuit item pauperibus reliqua, quæ prius à pauperibus malè extorta colle-

Luc.9. gerat. Euãgeliſta Matthæus alius publicanus eũdem cum Zacchæo quæſtum faciens, eandemque artem exercens, ſtatim poſt vocationem tanquam perſonam quandam vitæ mutauit inſtitu-

Act.7. tum. Perſequutor (erat) Paulus, ſed poſt gratiã apoſtolus. graues (illas) ferens pro Chriſto catenas ad pœnitentiam & purgationem iniuſtorum vinculorum, quæ cùm aliquando accepiſſet à lege, aduerſus Euangelia portabat. Talem cõuenit eſſe regenerationem. ita abolere oportet conſuetudiné cum peccato. ita filios Dei in vita ſeſe gerere decet: filii enim illius poſt gratiam vocamur. Atque idcirco exactè conuenit inſpicere genitoris noſtri proprietates, vt ad ſimilitudinem patris noſmet formantes & affingentes, veri, iuſtique ac legitimi filii fiamus eius, qui nos ad adoptionem quæ per gratiam contingit, vocauit. Graue enim probrũ eſt, adulterinus, ſpurius & ſubdititius, qui factis ſuis paternam nobilitatem fallat atque ludi-

ficetur. propterea mihi videtur etiam ipſe Domi-

Matth.7. nus in Euangeliis viuendi regulas nobis præſcribens, illis ad diſcipulos vti verbis: Benefacite odio proſequentibus vos. orate pro iis, qui lædunt ac perſequuntur vos: vt ſitis filii patris veſtri, qui eſt in cœlis. quoniam ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper malos & bonos, & pluuiam mittit ſuper iu-

Poſt baptiſma diabolus vehementius inſidiatur. ſtos & iniuſtos. Filius enim tunc fieri dicit, cùm ſimilitudinem paternæ bonitatis, humanitatem erga populares & proximos præſtando, ſenſibus ſuis & cogitationibus impreſſerint. Idcirco etiã poſt adoptionis dignitatem, diabolus nobis vehementius inſidiatur, inuido oculo contabeſcés, dum recens nati hominis feſtinantis ad cœleſtem rempublicam, vnde ille excidit, pulchritudinem intuetur, & acerbas nobis ac vehementes excitat tentatiões, ſecundum quoque ornamentum ſicuti priorem ornatum auferre ſtudens. Ve-

Rom.6. rùm vbi ſenſerimus eius incurſus, conuenit apoſtolicum dictum nobiſmetipſis ſubiicere: Quicunque in Chriſtum baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus. Quòd ſi conformes morti facti ſumus, mortuum prorſus deinceps in nobis peccatũ eſt, lancea baptiſmatis, ſicut ille ſcor-

Num.25. tator à Phineeſo, qui ſtudio atque amore Dei flagrabat, expulſum. Fuge igitur à nobis execrande atque infauſte. mortuum enim ſpoliate vis, qui olim ſe tibi coniunxerat, qui propter voluptates olim ſenſum amiſerat. mortuus corpora non amat: mortuus non capitur diuitiis: mortuus non calumniatur: mortuus non mentitur, nó rapit ea, quæ ad ſe non pertinent non conuitiatur ſibi obuiam factis. aliam vitæ regulam, aliam motũ inſtitui normam. didici res mundanas contemnere, terrena prætercurrere, & ad cœleſtia feſtinare.

Gal.6. quẽadmodum etiam Paulus palàm ac diſertè teſtatur, quòd mundus ſibi, & ipſe mundo crucifixus eſſet. Hæc animæ verè regeneratæ verba: hæ recens initiati hominis voces, proprium pactum memoria tenentis, quòd pactũ in traditione my-

Promiſſio in Baptiſmate. ſterii cum Deo fecit. cùm omnem & pœnã, cruciatum & voluptatem pro illius dilectione ſe neglecturũ eſſe promiſit. Atque hæc quidẽ ad ſacrũ diei argumẽtum: quem diem in orbem ſtatis circuitibus annus actus ad nos retulit, dicta ſufficiant. haud alienum deinceps fuerit, vt ad eũ, qui tantum nobis donum benignè largitus eſt, cõuerſo ſermone, hoc modo finem dicendi faciamus, exiguam vocem magnarum rerum compenſationis loco preferentes. Tu enim reuera Domine, purus ac perennis fons bonitatis es, qui iuſtè nos auerſatus ac benignè noſtri miſertus es. odio proſequutus & reconciliatus es: execratus es, & benedixiſti: exterminaſti ex paradiſo, & iterum reuocaſti: exuiſti nos foliis ficulneis, indecoro illo tegumento, & circundediſti pallio pretioſo, aperuiſti carcerem, ac dimiſiſti condemnatos: aſperſiſti aqua pura, & à ſordibus mundaſti. non ſi poſthac à te vocetur Adam, erubeſcet. neque conſcientia coarguente, ſub luco paradiſi latens præ pudore ſe obuelabit, neque verò flammens gladius paradiſum circũdabit, qui aditu accedentes prohibeat, & locum efficiat inacceſſum. ſed omnia nobis hæredibus peccati ad lætitiam traducta ſunt. ac paradiſus quidem atque ipſum adeò cœlum homini patet: creatura au-

rem tam mundana, quam supramũdana olim inter se dissidens ad amicitiam coiit, atque reconciliata est: & homines cum angelis illorum celestes theologiam concordes facti sumus atque cõsensimus Propter hæc igitur omnia, gaudii hymnum Deo canamus, quem os spiritu obsessum olim prophetice magna voce pronuntiauit: Exultet anima mea in Domino, induit enim me pallio salutari, & tunica lætitiæ circundedit me, vt sponso adoptauit mihi mitram, & vt sponsam exornauit me ornamento. Ornator autem sponsæ prorsus est Christus, qui est, & antè erat, & futurus est benedictus nunc & in secula. Amen.

D. GREGORII NISSENI, ADVERSVS EOS QVI DIFFERVNT BAPTISMVM.

oratio Gentiano Herueto interprete.



VIVS mundi reges, cùm leges scripserint quæ hominũ vitæ certam regulam constituunt, eas tradentes magistratibus, per illos eas iubent publicari ciuibus, vt quæ iussa fuerint sic seruẽtur inuiolata. Dedit autem magnus quoque Deus leges ecclesiarum Ducibus, quas singulis annis certis temporibus proferentes, vobis legimus, & quæ scripta sunt iubemus seruare pro viribus Ecce ergo bonus vniuersorum dispẽsator, qui annos temperat, & temporum gubernat ambitum, diẽ adduxit salutarem, quo solemus vocare hospites ad adoptionem in filios, egenos ad gratiæ participationem, ad peccatorum emundationem eos qui sunt inquinati sordibus peccatorum. Et hæc est vetus illa prædicatio, quæ fuit parum antequam appareret seruator. Vox clamãtis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Quòd si ego nec sum Ioãnes, nec Dauid, at serui humilitas legi dominicæ non afferat detrimentũ. Neque enim legum scriptores reueriti, paremus iis quæ ipsis iubentur, sed legislatoris timentes potestatem, iussis nos submittimus. Venit gratia regis, duobus afflictis ordinibus concedens remissionem, nẽpe vinctis liberationem, debitoribus debiti remissionem. Et ideo ego quoque ambobus ordinibus conuenientem aperio medicinam: & cum magna fiducia polliceor quod ex diligentia procedet auxilium. Ne quis autem existimet medicinã esse magnæ impensæ, prædico ipsa medicamenta quæ sunt adhibenda laborãtibus. Nã illis quidem promitto sanitatem per aquam & lacrymas: horum autem per paucas lacrymas deleo morbũ. Est enim simplex applicatio, & à Deo missum donum, & magnus reuera euentus, absque vstione & sectione à diuturnis liberati vulneribus, quæ passi sumus à morsu serpentis. Venite ergo qui malis affecti estis ad vestram curationem, neque rem negligatis. Morbus enim diuturnus & inueteratus artem superat & curationẽ. Pauperes & egentes festinate ad distributionem donorum regalium. Oues ad signaculũ & signũ crucis, quod malis opem fert & remedium. Date mihi nomina, vt ego ea imprimã libris sensilibus & scribam atramento: Deus autem ea signet in tabulis in quas non cadit interitus, scribens proprio digito vt olim legem Hebræis. Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri minimè pudore afficiantur. Lauamini, auferte peccata vestra. Hæc quidem longo tẽpore antè scripta sunt: scriptorum autem vis minimè est antiquata, sed viget, & in dies inualescit, Exite è carcere, vos rogo. Odio habete tenebrosa vitii habitacula. Fugite diabolum, tanquam acerbum earum qui sunt in vinculis custodem, qui ex peccatorum calamitate nutritur & quæstum facit. Quomodo enim iustitiis nostris lætatur Deus, ita gaudet delictis is qui est auctor peccati. Es extra paradisum catechumenus, socius exilii Adæ primi nostri parentis. Nunc autem ostio tibi aperto ingredere vnde es egressus. & ne tardes, ne si fortè mors inciderit, ea tibi obstruat aditum. Caput iam canescit: propè est æstas vitæ: in nos fortè falx acuitur, & timeo ne nobis dormientibus & in vana spe occupatis, repente accedat messor terribilis. Sed dices tu qui es iuuenis, nondum consenui. Noli ergo decipi. Non definitur mors certo tempore ætatis, neque timet eos qui sunt in ipso flore ætatis, in solos autem senes obtinet dominatum. Huius autem accipe magistram quotidianam experientiam, Vides enim quo mortui efferuntur feretrum, quàm inæqualiter, & vt contigit omnem effert ætatem, hodie senem, cras florentem & elegantem adolescentem, paulò post eum cui cœperat apparere lanugo. Rursus virum robustum & valentem viribus, & rursus vetulam simul & virginem. Hæc aspicientes nos muniamus, vt non simus metu vacui. Non magno euenit negotio vt exinaniatur vter spiritus, si os parum fuerit apertum, neque est difficile hominem momento temporis animam emittere. Video quando aliquis terræ motus in mundo exortus est, aut fames pestisue sæuierit, aut irruptio facta sit inimicorum, festinare omnes ad baptisterium, ne vacui gratia excedant ab hominibus. Quid verò, an non alii varii & inopinati casus eandem vim habent quàm illa mala? Apoplexiæ, syncopæ, inopinatæ suffocationes, ventorum irruentes procellæ. Non videmus eos qui currunt, cadere, & qui comedunt, planè cessare à nutrimento, & qui dormiunt duci ad mortem somni sororem? Confirma & stabili vitæ instabilitatem & incertitudinẽ. Noli negotiari aut cauponari gratiam, ne à dono excidas. Tantum debe quantum possis condonari, & quod non possit excludere regis benignitatem. Terræ enim principes quando aliquẽ acceperint qui publica supra modum appetierit, & se regia pecunia etiã supra satietatem impleuerit, desperant quidẽ fore vt reddat, acerbè autem puniunt pœna contenti pro pecunia. Multum temporis dedisti voluptati, da etiam aliquid philosophiæ, Exue veterem hominem tanquam vestem sordidam, quæ est plena probro ac dedecore, quæ ex peccatorũ conflata est mul-

Leges ecclesiarum.

Esa. 40. Matt. 3. Marc. 1. Io. 1.

Baptizatis per aquam & lacrymarum datur sanitas.

Pœnitentia delentur morbus per lachrymas.

Signum crucis malis opem fert & remedium.

Dabantur nomina in baptismo.

Psal. 33. Esa. 1.

Catechumenus est adhuc extra paradisum.

Mors non definitur certo tempore.

Terræ motus tempore concurrebatur ad baptisterium.

est multitudine, & consarcinata ex miserabilibus pannis iniquitatis. Accipe autẽ indumẽtũ incorruptionis, quod explicatum & extẽsũ tibi Christus porrigit, nec repelle donum, ne iniuria afficias eũ qui dedit. In luto diues volutatus, festina ad meum Iordanem, non Ioanne vocante, sed Christo adhortante. *Fluuius gratiæ baptismus.* Fluuius enim gratiæ fluit vbique, non fontes habens in Palæstina: & in vicinũ mare influens, sed totum mare circumiens, & ingrediens paradisum, fluens ex aduerso illorum quatuor qui illinc effluunt, & in paradisum lõgè præstiosiora inferens quàm quæ illinc exportantur. Nam illi quidem ferunt aromata, agriculturam, & germen terræ. Hic autem infert homines à spiritu generatos. Quocunque autem traxeris, illuc transfluit: deriuatur in totum orbem terræ, & non consumit fluentum in iis in quæ diuiditur. *Fons fluuii baptismi est Christus.* Fontem enim diuitem habet Christum, & ex illo fluens inundat mundum vniuersum. Hic est dulcis & potabilis, nihil iniucundæ salsuginis attrahens. Dulcis enim redditur aduentu spiritus, vt fons Marra attactu ligni. *Exod. 15.* Isà piis facile potest transmitti. Profanis autem est profundus, & nec ab iis quidem potest adiri. *Historia Iosue allegoria.* Imitare Iesum Naue. Porta euangelium sicut ille arcam, dimitte desertum, nempe peccatum: trãsi Iordanem, festina ad vitæ institutionem, quæ est ex Christo, ad terram quæ fert fructus lætitiam afferentes, quæ cõuenienter promissioni fluit melle & lacte. Euerte Hiericho, veterem nempe consuetudinem, ne dimittas eam munitam. Dirue à fundamentis matrem peccatium cogitationum. Dolosos Gabaonitas fac seruos Israëlis, hoc est malas cogitationes, seruas vitæ euangelicæ. lapidibus obruatur qui sibi vsurpabat, & alieni appetens erat Achaz qui linguam suffuratus est auream. *Gen. 8.* Is autem ille est qui honorandi præcepti deleuit obseruationem. Omnia illa nostra sunt figura. Omnia sunt præsignificationes eorum quæ nunc apparent. A vita tua solue voracem coruum. *Matth. 3.* Da columbæ tempus vt ad te aduolet, *Marc. 1.* quam primus Iesus typicè è celo deduxit, quæ est doli nescia, mansuetissima, & fertilissima: quæ postquam inuenerit virum purgatum vt argentum rectè exercitum, & expolitum, in eo libenter habitat, & animam igne tanquam oua fouens, multos ei parit & donat filios. Ii autem sunt bonæ actiones & honesti sermones, fides, pietas, iustitia, temperantia, castitas, puritas. Hi sunt filii spiritus, nostræ autem possessiones. Quousque eris discipulus primorum elementorum? Aperi animam tuam tanquam tabulam: & concede nobis vt imprimamus perfectam disciplinam, non semper balbutiens *Catechumeni eiiciebantur.* cum pueris non mẽte infans. Me tui pudet, quòd cùm consenueris, adhuc eiiciaris cum Catechumenis, tanquam insipiens puellus, & qui arcana non potest celare, cùm dicendum sit mysterium: Vnite populo mystico, & arcanos disce sermones. Eloquere nobiscum illa, quæ sex alas habentia seraphin cũ perfectis Christianis dicunt hymnos canentia. Desidera cibum qui confirmat animam, gusta potum qui cor exhilarat, ama mysterium, quod eo modo qui non cadit sub aspectũ, veteres transmittit ad iuuentutẽ. *Act. 8.* Imitare Aethiopem Eunuchum feruentis desiderii. Etenim ille postquam Philippum à sancto spiritu adductum

assumpsit in currum consessorem, in via autẽ aliud agens non animaduertit se sapientem Esaiam nõ solum legere, sed etiam intelligere: gustauit autẽ interpretationem, tanquam bonus catulus, sanguinis & agni occisi, vehementer adlatrauit Philippum, donec eum deduxit ad perfectam venationem Prophetiæ quam habebat in manibus, & minimè operosum à se petitum baptisma accepit, *Philippi baptisma minimè operosum.* nec expectãs diuersorium, neque ciuitatem aut vicum, aut locum sanctificationis. Prudenter autem reputens quòd omnis locus est communis Domini, & omnis aqua est apta ad vsum baptismatis, si modo inuenerit fidem eius qui id accepit, & benedictionem sacerdotis sanctificantis. *Omnis aqua est apta ad vsum baptismatis si inuenerit fidem accipientis & benedictionem sacerdotis sanctificantis.* Noli nimis tardendo irritare baptizatorẽ, nec eũ ad iram prouocare, diem de die differens, & tempus quod effluit in promissis consumere, ne te iisdem vocibus insectetur quibus Ioannes, te fœtum vipere nominans, & surdum aspidem qui effertur ad vocem incantatoris: vel accusam & splendentem tibi ostendat securim, sitam iuxta arborem, & minantem amputationẽ. *Matth. 3. Luc. 3.* In electione malorum magis est eligendum, vt salutare lauachrum assecutus rursus sit in peccato, quam vt gratiæ expers vitam finiat. Nam peccatum quidem veniam fortassè consequetur aut clementiam, cuius magna est spes apud bonos: alteri autem est omnino verita salus ex certa ac definita sententia. *Minus malum est baptizatum rursus peccare quam non baptizatum decedere.* Nam cum audiero vocem quæ non mentitur, dicentem: Amen, amen dico vobis, Nisi quis natus fuerit desuper, non potest videre regnum Dei: *Ioan. 3.* nihil boni possum expectare iis qui mysteriis non sunt initiati. Quamnam enim tenera veniam æquum est eis impertiri, qui regis gratiam affecerunt contumelia, æris alieni non admittentes rescissionem, nec amplectentes libertatem quæ sua sponte ad eos è celo descendit, per doni autem contemptum eum qui donauit probro & dedecore affecit? Animam minimè illuminatam, & regenerationis gratia non ornatam, nescio an angeli suscipiant, postquam fuerit separata ab anima. Quomodo enim cùm non sit obsignata, nec vllum ferat signum sui Domini, quàm est verisimile per aërem ferri errantem & vagantem, & minimè quæsitam, vt quæ Domino careat, quærentem quietem & locum in quo maneat, & non inuenientem, frustra deflentem & inutiliter pœnitentem, *Anima baptismo non obsignata à domino nõ agnoscitur.* non secus atque diuitem qui induebatur purpura & bysso, quémque lautus & delicatus omnis generis cibus alebat materiam ignis qui non potest extingui. Volo autem vobis etiam narrare quendam sermonem viri infelicis, qui magnum ipsum non erat assecutus, & aquam quærebat in tempore in quo aqua deficiebat. *Narratio de quodam qui diu distulerat baptismum.* Nuper enim quando Scytharum Nomadum incursio, plurimum agri simul cum habitatoribus diripuit & euertit in hac Comanorum ciuitate vicina suburbanis Barbarorum, quidam iuuenis nobili loco natus, Archias nomine, quem ego sciebam ægerrimè ferre & priuata & communia mala patriæ, egressus est ex ciuitate & ex præsidio, vt diligenter speculaterur quot erant qui prædas agebant Barbari, & quænam erant ea quæ contingebant, & cùm incidisset in hostes, sagittis fuit appetitus. Qui cùm cecidisset, & ad mortem

properaret, quàm maxima poterat voce exclamabat, erat enim baptismi sacramento nondum initiatus, Montes & syluæ baptizate arbores & rupes & syluæ date gratiam, & has miserabiles voces edens, vitam finiit, quas cùm resciuisset ciuitas, eas magis defleuit quàm casum velli. Huic similes sunt ii quoque qui à morbis repentè opprimuntur. Cùm enim ei qui heri erat sanus, & vitæ sibi longum tempus dimetiebatur, acciderit id quod illi qui olim vana cogitabat, & ei dictum fuerit ex desperatione: Hac nocte anima tua soluitur à corpore, tunc magnus oritur tumultus & clamor: & omnia momento temporis acriter quæruntur, vasa, aqua, sacerdos, sermo qui præparat ad gratiam, quem vsus quidem postulat, interrumpit autem morbus, qui efficit vt vehemens & frequens sit anhelitus, & facit non minorem perturbationem quàm quæ est cùm vrget bellum: omnes autem qui sunt domi sibi inuicem occurrentes erumpunt estque protrusio, tumult*, murmúrque & susurrus flebilis & incertus tanquam in prælio nauali, se inuicem implicantibus seruis, cognatis, amicis, filiis vxoris. Donec est ergo tempus pacis, in ocio & vitæ tràquillitate res nostras componamus. Accipite Christi donum, quando is qui alium & ir comparabile accipit beneficium, cum volnptate refertur in numerum eorum qui adoptantur in filios, & omnes noti & familiares, ex illa mutatione in melius summam voluptatem capiunt & lætitiam. Sed timeo, inquis, naturæ nostræ ad vitium procliuitatem: & ideo differo accedere ad gratiam regenerationis. Speciosus quidem est tuus prætextus timiditatis, & diligentis cautionis speciem rectè præ te fers: sed breuis tibi proposita interrogatio sufficiet ad scenam facile aperiendam. Dic enim, qui dicis te timere peccatum, cùm sis Catechumenus, quémnam dicis viuere vitam in quē nulla cadit reprehensio, cúm ne qui non peccat, an eum qui est in peccatis? Si enim eum qui nō peccat, quid times baptismum, cùm etiam ante eum diligenter obserues id quod est lege constitutum Sinautem tibi est vita immunda, & nullam adhibens cautionem, cùm diu moretis in iniquitatibus, & longa consuetudine mali habitum possidens perspicuum est quod vltimum expectas anhelitum, vt cum baptismo vltima hora suscepto vita simul finiatur. Hoc autem est vana & mirabilis mercatura, non auri, & vestium, sed multitudinis iniquitatum, & superuacanea ac curiosa cauponatio animæ purgationis. & quomodo porci à luto in lutum transeunt, & in luto iucundè ac lubenter vitam agunt: ita qui viuunt in immunditia, scelera ac flagitia inuicem coniungūt. aut enim polluuntur scortatione: aut abominandum machinantur adulterium: aut exercent ebrietatem fomitem malarum cupiditatum, aut fraterna & cognatione coniuncta exercent peccata. Timent autem baptismum, vt qui prohibeat voluptates & abstinere faciat à nefariis deliciis. Cū ergo dixerit, qui quærit excusationes in peccatis, se timere, perspicuum est eum, non vereri aut cauere peccatum, sed velle se quam diutissimè versari in flagitiis. Qui autem in profundo malā hanc habent mentem, primum quidem ad gratiam assequuntur, sed vana spe seipsos pascentes,

Luc.12.

Baptismus non est differendus propter procliuitatem ad vitium.

præter opinionem abducuntur, absque strepitu & repente, tanquam insidias struente fure, opprimente morte. Sinautem Deus suam vberius effundens clementiam & bonitatem, in vltimo die eum qui delectatur peccato mysteriis sit dignatus, non est eis ea negotiatione tantum lucri, quantum existimant. Putant enim futurum vt eis regnum statim aperiatur, accipiant autem aliquam locum plenum bonis admirabilibus, & eosdem assecuturos esse honores quos iusti. Hoc autem est quædam spes inanis, falsa opinione præstringens oculos animæ. Nam vt mihi videtur, trifariam diuiduntur res hominum in ea quæ expectatur vita, vt interim magis generatim ea persequar absque subdiuisionibus. Et primus quidem erit ordo eorum qui sunt laudabiles & iusti. Secundus autem eorum qui neque honorantur nec puniuntur. Tertius autem eorum qui pro peccatis dant pœnas. Vbi ergo eos ponemus qui in exequiis acceperunt lauachri beneficium? Num perspicuum est quòd inter secundos, idque cum venia, vt sint hæredes per Dei propriam benignitatem? Qui enim per socordiam ac negligentiam prodidit quæ rectè & ex virtute fiunt, non est liber à pæna & dānatione, siquidem velle malum est affine criminationi: & bona odisse, apertè insimulatur improbitatis. Quid ergo magni lucraberis, si à regno excidas, & ab illis promissis quæ nec oculus vidit nec auris audiuit? Non punior, inquit, neque timeo minas, satis autem habeo si neque graue quid patiar, neque præclarum aliquid fecisse tenuntier. Hoc est mali serui institutum, qui pistrini & vinculorum & flagrorum solum studet vitare supplicia, liberalem autem gloriam & honorum splendorem ne tantillum quidem sibi vendicat. His est inimica & contraria vox omnium sanctorum qui fuerunt ab æuo. Illi enim omnes pro fiducia in Deum & libera fidei confessione, pericula dilexerunt, & præbuerunt corpus volentibus secandum & variè occidendum: nec vlla re aspera fracti sunt & emolliti, sanguinis & rerū præclarè gestarū præmiū expectantes, honorem qui est in regno cælorum. Propter illum iussus Abraham filium sacrificauit: & Moses laborauit in asperis deserti dificultatibus, & Elias in solitudine vitam egit asperam & austeram: & omnes prophetæ vixerunt in ouinis & caprinis pellibus afflicti & vexati. Pro illo Euangelistæ passi sunt stigmata pro euangelio, & Martyres decertarunt aduersus tormenta tyrannorum. Et quicunque est verè ratione præditus, & Dei imago, & habens cognationem cum iis quæ sunt excelsa & cælestia, ne vult quidem esse, neque simul suscitari cū hominibus qui reuiuiscunt, nisi sit à Deo laudendus vt bonus seruus, & aliquibus dignus censeudus honoribus. Propter hoc institutum Dauid quoque cerui sitim accipit, vt ostendat quantum sit suum in Deum desiderium: & optat videre dei vultum, vt exhilaretur ampleaibus qui cadunt sub intelligentiam: & Paulus optat: exuta carne tanquam graui & molesta veste, dissolui & esse cum Christo, ambo omnino cogitantes beatam & immutabilem lætitiam. Quod si nullus sit eius amor, omnia alia, vt vere dicit Ecclesiastes, sunt vanitates vanitatum.

Trifariam diuiduntur res hominū in ea quæ expectatur vita.

Baptismum quidam differbant satis habentes si non post mortē punirentur.

Psal.41.

Phil.1.

Eccle.1.

tarum. Fugite ergo viri Christiani participes cœlestis vocationis, omnem hanc cogitationem, latronibus dignam & maleficis, neque beatum existimate fugere supplicium: sed dona amate & coronas, quas Deus paranit Athletis iustitiæ. Accipite talentum & curate ne sit otiosum. Ita em̄ vt vult parabola, efficiemini duces decem ciuitatum. Qui ergo sepultus fuit simul cum baptismo talentum abscondit in terra, & omnioo illa audiet quæ dicta sunt seruo otioso & negligenti. Rectè is qui est recens illuminatus, si fidei oon amplius mandatum coniunxit, nihil habet quod non sit affine criminationi. Fuit vinctus, innumerabilibus criminibus obnoxius, timens iudicium horrens tempus reddendæ ratioois. Veoit repente regis benignitas, aperuit carcerem, dimisit malos. Qui dedit quidem gratiam, laudibus celebretur, vt qui sua booitatis abundantia cooseruauit eos qui non sperabant viuere. Ipse autem seipsum cognoscat, & degat in humilitate. Non ita sit aff. ctus tanquam aliquid præclarum gesserit, quoniam solutus est vinculis. Criminum enim remissio testatur misericordiam eius qui concessit, non autem quòd se rectè gesserit is qui fuit dimissus. Is qui lauachrum accepit regenerationis, est similis nouo militi qui nuper fuit relatus io oumerum militum, noodum autem quicquam egit præclarum aut forti milite digoū. Quomodo ergo ille Zona accinctus, & chlamyde indutus, non se statim existimat virum fortē, neque confidenter accedens ad Regem, eum alloquitur tanquam familiaris, neque petit beneficia, quæ qui laborauerunt & se strenuè gesserunt. Ita oec tu gratiam assecutus, putes fore vt viuas cum iustis, & ad illorum ducatis hæreditatem, oisi pro pietate multa adeas pericula, & cum carne bellum gerens, & simul cum illa cum Diabolo, fortiter resistas omoibus iaculis maligoorum spirituum. Imò verò si videtur, accipiamus ipsam domini vocem, quæ est proferenda in ipso communi iudicio, & est magistra eius quod proponitur. Venite beoedicti patris mei: estote hæredes parati vobis regni à coostitutione mundi. Quamobrem? Noo quoniam induti estis veste incorruptionis, neque quoniam peccata vestra abluistis: sed quoniam in charitate vos rectè gessistis. Et statim sequitur catalogus eorum qui sunt nutriti, potati, induti. Et iurè qui falli non potest Iudex ita iudicat. Nam gratia quidem est donum domini. Ex vitæ autem administratiooe est rectè factum eius qui est honoratus. Gratiæ autem quam accepit nemo petit mereedem: sed contrà est debitor. Et ideo quando baptismo fuerimus illumioati, benefactori debemus beneuolentiam. Nostra autem io Deum beoeuolentia, est quam in conseruos exercemus liberalitas, salus nostra, & virtutis cura. Deponite ergo vestram inanem sententiam, qui baptismum reseruatis ad exequias, scientes quòd fides suam requirit sororem nempe quæ est ex charitate vitæ iostitutiooem. Qua quidē digni simus Dei voluntate & ope. Quē decet adoratio nuoc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Math. 25. *Recens baptizatus est similis tyroni.* *Math. 25.* *Gratiæ nemo petit mercedem.* *Fides suam requirit sororem nempe charitatem.*

D. GREGO-

D. GREGORII NYSSENI EPISCOPI DE ORATIONE LIBER. LAVRENTIO SIFANO INTERPRETE. AD ORATIONEM ADHORTATIO, ET orationis Dominicæ expositio.

ORATIO PRIMA.

Vel. Oratio nes quinque de oratione dominica.



RANDI nobis doctrinam diuinus sermo tradit, per quam se dignis discipulis orandi scientiam studiosé ac seriò requirentibus, quomodo diuinum auditum consiliare per verba orationis conueniat, exponit Ego verò sumpta audacia exiguum quiddam adiiciam iis, quæ scripta sunt: quod nimirū non quomodo orare oporteat, præsens conuentus docendus sit, sed quòd omnino oporteat orare. quod ad vulgi aures nōdum fortasse peruenit. neglectum enim in vita atque à plerisque omissum sacrum hoc & diuinum opus, oratio est. De hoc igitur, quòd oporteat omnino orationi incumbere, vt inquit apostolus, haud alienum mihi esse videtur, primum, quātum eius fieri poterit, oratione testari atque docere, deinde verò diuinæ voci modum nobis exponenti, quomodo Domino precationem offerre deceat, operam dare. Video enim, quòd omnibus rebus (cæteris) in præsenti ætate magis studetur: cùm alius ad aliud studium animum conuertetit: orationis vero bonum, studio sibi homines non habent. Negotiationi diluculò instiror incumbit merces suas ementibus ante cæteros eiusdem quæstum exercentes exhibere contendens, vt præueniens aliis, desiderantis emere necessitatem præ occuper, & suum vendat. Similiter etiam emptor, dum prouidet, ne ab alio præuentus frustra requirat id, quo opus habet, non ad orationis, sed ad venditionis locum, forum videlicet rerum venalium currit. Atque omnibus pari lucri cupidine captis, proximum præuenire contendentibus, per aliarū rerum studia surripitur tempus orationis ad negotiationem translatum. ita artifex & operarius: ita qui dicendi studium sectatur, literisque ac disciplinis liberalibus operam dat: ita litigator: ita cui iudicādi munus obuenit, quisque in id, quod in manibus habet, studio totos incumbens obliniscitur operam dare orationi, damnosum ad rē propositam sibi ducens, si circa Deum occupatus sit. Nam qui artem quidem exercet, inutilē quandam & inefficacem rem ad propositum opus, diuinum auxilium esse putat. idcirco omissa oratione, in manibus spem ponit, oblitus interim eius, qui manus dedit. Similiter etiam ille, qui adhibita cura, orationem egregiè componit, non cogitat de eo, qui sibi orationem dedit: sed quasi seipsum in hanc naturam produxerit, ita finis suorumque discipulorum studiis intentus est: ac nihil sibi ab auxilio Dei bonorum obuenturum esse existimās, studium oratione præstabilius esse ducit. Ad eundem modum etiam reliqua studia, officia, atque exercitia vitæ cura corporalium ac terrenarum rerum, occupationem animi circa res maiores atque cœlesteis excernunt & expellunt. Idcirco abundat in vita peccatum adiectionibus semper in maius augescens, & omnibus huma-

Quod oporteat orare.

Rom. 12.

Orationis A studium ne gligitur, propter studium rerū secularium.

A nis studiis implicatum, quoniam obliuio Dei tenet omneis, & orationis bonum rebus seriis ab hominibus non simul adhibetur. Vnà cum negotiatione ingreditur auaritia. Auaritia verò simulachrorum cultus est. Ita agricola agriculturam necessariis vsibus non metitur, sed ad plura studiū semper intendens, dum alienis finibus vsurpandis suos agros latius profert, magnum aditum peccato aduersus illud studium atque institutum vitæ patefacit. Vnde sedatu atque cōposito difficiles oriuntur contentiones & lites, de finibus agrorum inter sese mutuas controuersias excitantibus iis, qui simili auaritiæ morbo tenentur. hine B iræ, hinc impetus ad malum: hinc aliorum aduersus alios conatus à sanguine & cæde sæpenumero initium sumunt. similiter operæ iudiciariæ, dū sexcenta atque infinita iniquitatis & iniustitiæ patrocinia excogitant, variis peccatis subseruiūt. Iudex aut sua sponte ad quæstum iustitiæ libram detorquet, aut contra voluntatem nimia subtilitate ac diligentia superuacua, veritatem confundentium deceptus, quod iniustum & iniquum est, decernit, comprobat atque confirmat. Et quid attinet singulatim exponere, quibus rebus multiplicitet, multisque modis peccatum C humanæ vitæ commiscetur: cuius peccati nulla alia causa est quàm quòd ad ea, quæ in manibus habent, & studiosè tractant negotia, diuinum etiam auxilium homines non sin ul adhibent & assumunt. Quòd si oratio negotium præcesserit, peccatum aduersus animam aditum nō inueniet. Dei enim memoria in corde fixa atque fundata, irrita consilia aduersarii manent, iustitiæ sese mediam vbique controuersiis interponente prohibet item agricolam à peccato, oratio in exiguo agri modo fructus multiplicans, ne postea D amplius vnà cum plus habendi cupiditate peccatum ingrediatur. ita viator, ita qui expeditionem vel nuptias parat. ita quicunque animum ad aliquod negotium adiecit, si cum oratione quodlibet agat, prospero atque fælici successu negotiorum à peccando abducetur, nullo aduersario animam ad vitium trahente. sin autem relicto Deo negotio totus intentus fuerit, omnino necesse est, vt à Deo remotus cū aduersario prorsus versetur recedit autem à Deo, qui per orationem sese Deo non coniungit. Ergo hoc prius oratione docēdi estis. quòd semper orare & non defatigari E oporteat. Per orationem enim cum Deo esse cōtingit. at qui cum Deo est, ab auersario remotus est. Oratio pudicitiæ præsidium atque tutamen est, iræ moderatio, superbiæ sedatio atque repressio, iniuriarum tenacis memoriæ expurgatio: inuidiæ profligatio, iniustitiæ sublatio, impietatis correctio. Oratio corporum robur est, abundantia domus, recta iuris ac legum in ciuitate constitutio, regni vires, belli tropheum, pacis securitas, dissidentium conciliatio, coniugato-

Auaritia agricolis.

Auaritia in iudicibus.

Oratio præcedat negotia.

Luc. 18.

Orationis vis in rebus omnibus.

rum

rum conseruatio. Oratio virginitatis sigilatum est matrimonii fides, viatoribus scutum, dormientium custos vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium salus. Oratio reorum & caussam dicentium patrona, noxiorum ac vinctorum relaxatio atque solutio, fatigatorum requies, mœrentium consolatio, gaudentium animi delectatio, lugentium solatium, nuptias contrahentium corona, natalitij festi celebratio, morientium funus. Oratio conuersatio sermocinatioque cum Deo est: visum effugientium contemplatio, eorum, quæ concupiscuntur, certa fides: eiusdem cum angelis honoris conditio, bonorum progressus & incrementum, malorum subuersio, peccatorum emendatio, præsentium fructus, futurorū repræhensio. Oratio Ionæ quidem cetum domū

Iona. 3.

effecit: Ezechiam verò ex portis mortis ad vitam reduxit: tribus autem adulescentibus in ventum

4. Reg. 20.
Dan. 1.
Exo. 17.
4. Reg. 29.

torantem flammam conuertit: Israëlitis aduersus Amalecitas tropheum erexit, & centum octoginta quinque milia Assyriorum vna nocte gladio inuisibili prostrauit. Atque sexcenta præter hæc ex iis, quæ iam acciderunt, exempla licet inuenire: quibus palàm fit, nihil ex iis, quæ per hanc vitam coluntur & in pretio sunt, orationi præstare. Sed tempus fuerit, iam ipsi orationi operā dare, quinimò paulolum etiam sermoni adhuc adiiciamus

Oratione prestantius nihil.

quòd cùm multa ac varia à diuina gratia bona nobis obtigerint, vnum hoc ad retributionem eorum, quæ accepimus, habemus, vt per orationē pariter & gratiarum actionem, benefactorum remuneremur. Existimo igitur, quòd si vel per totam vitam orādo atque gratias agendo sermocinationem cum Deo continuemus, tantum ab ea, quam fieri par esset, retributione absfuturi simus, quantum si nec omnino quidem ab initio remunerari benefactorem in animum induxissemus. In treis parteis spatium temporis diuiditur: in præteritum, præsens & futurum. In tribus beneficium Domini deprehenditur. Si quod præsens est consideraueris, per ipsum viuis. si futurum ille tibi earum rerum, quæ sunt in expectatione, spes est, si præteritum, non esses, nisi prius ab illo factus esses. Id ipsum, quòd natus es, ab illo beneficium accepisti. ac postquam natus es, beneficio afficeris, dum per illum & viuis, & moueris, vt inquit apostolus. Rerum futurarū spes & eodē

Act. 17.

beneficio pendet. Tu verò solius præsentis compos es. Itaque si vel per omne vsque tempus vitæ gratias agere Deo non intermiseris, vix præsentis temporis gratiam explebis: cū interim nullam rationem excogitare possis, qua vel futuri vel præteriti temporis debita compēsentur. Nos autem, qui tantum absumus à potestate debitæ gratiarum actionis, ne in eo quidem, quod à nobis fieri potest, animi gratitudinem præstamus, non dico totum diem, sed ne exiguam quidem die partem vacationi diuinæ tribuentes. Quis mihi terram substrauit? quis peruiam solertia atque industria naturam humidam fecit? quis fixit mihi cœlum tāquam cameram? quis præfert mihi facem solis? quis emittit fonteis in conuallibus? quis parauit amnibus alueos, per quos decurrāt? quis mihi brutorum animalium ministerium subiecit? quis me cùm puluis inanimus essem, vitæ pariter & mentis participem fecit? quis hoc lutum ad imaginem figuræ diuinæ formauit? quis

A imaginem diuinam per peccatum in me confusā ad pristinum rursus decorem reduxit? quis me pulsum paradiso, & ligno vitæ priuatum, & in barathrum materialis vitæ demersum, ad primam trahit beatitudinem? Non est qui intelligat, inquit scriptura. Nam profectò, si hæc perpenderemus continentem & assiduam, per omne vitæ spatium, gratiarum actionem præstaremus nunc

Rom. 3.

verò in id solum, quod materiale est, omnis propemodum humana inuigilat natura. huc intentū studium: in hoc occupata animi promptitudo atque alacritas est: circa hæc & memoria & spes versatur. peruigil & insomnis ad plus habēdi cupiditatem in omni negotio, in quo commodum ex-

B cogitari potest. humana natura est: siue de honore & gloria, siue de copia pecuniarum agatur: siue ea res pertineat ad iræ morbum, in his omnibus ad commodum natura respicit. Verorum autem Dei bonorum nulla ratio habetur, neque apparentium, neque promissorum.

Sed tempus fuerit, etiam verborum orationis, quantum eius fieri potest, considerare sententiam. Perspicuum est enim, quòd si didicerimus quomodo petitionem formare conueniat, licebit nobis quæ volumus impetrare. Quænam

C est igitur ea doctrina? Orantes, inquit, ne sitis battologi, sicuti gentiles. Arbitrantur enim se propter multiloquium suum exauditum iri. Ac sen-

Matth. 6.

tentia quidem doctrinæ forsitan per sese perspicua est, vt pote nudis verbis nobis exposita, nec vllam subtiliorem desiderans considerationem, præterquā quod operepretium est quærere, quid significet verbum battologiæ. vt intellecta sententia, vitemus id quod vetitum & interdictū est.

Battologia quid.

Videtur ergo mihi castigare inflationem atque tumorem mentis, eorumque, qui sese vanis cupiditatibus immergunt, reprimere atque compescere ambitionem, & idcirco peregrinam &

D nouam hanc dictionem excogitasse ad arguendā amentiam eorum, qui vanarum pariter & inutilium rerum cupiditatibus diffluunt atque distrahuntur. Nam cordatus, doctus & prudens, & vtilitatem sibi propositam habens sermo, propriè sermo dicitur, at quæ per inanem voluptatem cupiditatibus vanis quasi superfunditur oratio, non ampli' *Logos*, id est sermo, sed *Battologia* est, (quasi dicas, linguæ volubilitas, & vanus sermo) vt aliquis Grecè melius explicans dixerit, *Tou nou phlyaria*: hoc est quasi dicas mentis efferuescentia atque effutitio: *Liros Kai phlinaphos*, hoc est deliramenta atque nugæ, ac si quod aliud vocabulum

B eiusmodi significationis est. Quid igitur nobis sermo consulit? Ne idem committamus in tempore orationum, qualis in mēte furiosorum ac delirorum absurda perturbatio conflatur. Quemad-

Simile ab insensans.

modum enim mente imperfecta præditi, non cogitant vt aliquid sibi ex sententia obueniat, sed pro arbitrio fælicitas quasdam sibi fingunt, thesauros & nuptias, & regna, magnasque ipsorum appellationibus cognominatas ciuitates sibi proponentes, in eo se versari in mente sua imaginantur, quodcunque cogitationum vanitas eis suggesserit: nonnulli verò etiam vehementius hac vanitate correpti sunt, ac modum naturæ supergressi vel volucres existunt, vel stellarum in modum

dum lucent, vel monteis in manibus gestant, vel cœlum sibi peruium faciunt, vel ad innumeros vsque annos viuunt iuuenes ex senibus euadentes: ac quæcunque alia talia magis væcordibus, bullarum in modum, vana atque inania figmenta in corde ingenerantur. Vt igitur in rebus gerendis is qui non ea cogitat, per quæ sibi deliberanti aliquid boni contingat, sed vanis cupiditatibus nequicquam immoratur, stultus quidam & miser est, in hæc insomnia occasionem deliberationis aliquid agendi, quod ex vsu sit, insumens: ita qui in tempore orationis in ea quæ animæ conducunt, intentus non est, sed vitiosis & perturbatis animi sui motibus Deum obsequi postulet, nugator quidē reuera atque blaterator est, quippe qui oret, vt Deus suarum ineptiarum & vanitatum adiutor & minister fiat. Quale quiddam (exempli gratia) in medium affero. Accedit aliquis ad Deum per orationem, & non perpensa apud animum sublimitate potentiæ, ad quam accedit, turpibus & sordidis petitionibus maiestatem diuinam dedecorat imprudens. Vt si quis præ nimia paupertate aut rusticitate vasa ex luto fictilia pretiosa putet, deinde ad regem solidas diuitias & dignitates distribuere paratum accedat, atque omissis iis rebus, quæ à rege peti solent, iā ta dignitate præditum roget, vt ea luto subacto atque concinnato efficiat aliquid, quod sibi cordi sit: ita etiam is, qui imperitè vtitur oratione, nō ad dantis altitudinem sese erigit, sed ad sordidas, humiles & terram sapientes cupiditates suas diuinam potentiam descendere desiderat: atque huius rei gratia vitiosos & perturbatos animi impetus, & motus cordis cernenti profert, non vt sanet absurdos animi motus, sed vt auxilio Dei repræsentato prauo impetu, deteriores efficiātur. Quoniam enim ille molestus est, atque odio cor meū laborat percute eum, ad Deum dicit, modò non illud clamans. Meus animi motus in te sit, ac mea malitia atque nequitia ad te transeat. Vt enim in hominem inter se præliis non potest aliquis vni parti auxilium ferre, nisi vnà cum irascente simul in aduersarium concitatus & exacerbatus sit: ita perspicuum est, quòd qui Deum commouet aduersus inimicum, eum roget, vt vnà irascatur, & iræ socius fiat. Id autem est, in perturbationem incidere numen diuinum, & affici more humano, atque ea bona natura in ferinam sæuitiā transmutari. Ita qui gloriæ insana cupidine vexatur: ita qui superbia excellere studet: qui in iudiciali disceptatione ad victoriam festinat, qui in gymnicis certaminibus ad coronam properat, qui in theatris faustas acclamationes affectat. sæpe autem etiam is qui propter insanum iuuentutis morbum contabescit: omnes hi non vt eo, quo tenentur, morbo liberantur, Deo preces offerunt, sed vt ad finem morbus eorum perducatur, & compleatur. atque hæc si obtinere non possint, calamitosum quisque sibi iudicantes, blaterant reuera, vt mentis suæ morbi adiutor fiat, Deo supplicantes, ac quod omnium grauissimum est, ad quàm maximè contrarios motus diuinum numen sibi moueri concupiscunt, in feritatem & humanitatem, efficaciam Dei partientes. Quam enim propitium & mitem sibi esse desiderant, eum asperum & immitē inimicis suis fieri rogant. O blaterantium dementiam. nam si Deus illis immitis, ne tibi quidem prorsus placidus erit. sin autē in te, vt certe speras, ad misericordiam propensus est: quomodo in contrarium mutabitur, ad sæuitiam misericordiam traducens? Sed ad hoc in promptu contentiosorū oppositio est. Protinus enim ad patrocinandū suæ acerbitati ea prophetia desumptas voces proponūt: Dauidem deficere peccatores desiderantem, & pudorem & confusionem inimicis imprecantem: Hieremiam, vindictam & pœnas à Deo de aduersariis sumptas videre cupientem: Oseam vuluam sterilem & vbera sicca inimicis dari rogantem. Ac multa talia passim in sanctis scripturis posita colligunt, quòd aduersarios imprecari, & iræ ipsorum sæuitiæ bonitatem Dei adiutricem asciscere oporteat, concludentes. Verùm nos, vt obiter eorum, qui ex tali occasione in contrarium deducantur, ineptis ac vanis sermonibus finem imponamus, hoc ad singula, quæ memorata sunt, in medium adducemus. Nullus ea verè sanctis, à sancto spiritu diuinitus afflatis, quorum dicta diuina ordinatione ad admonitionem insequentium hominum perscripta sunt, aliquid mali sibi studio habuisse demonstrabitur: sed omnium, quæ ab ipsis dicta sunt, intentio atque consilium spectat ad correctionem & emendationem vitiositatis atque malitiæ, quæ tunc in natura vigebat. Quemadmodum igitur ille, qui orat, ne sint ægrotātes, ne sint egentes. non hominum interitum, sed morbi & egestatis abolitionem fieri cupit: ita etiam, dum quisque sanctorum orant, vt id, quod naturæ aduersum & inimicum est, ad interitum redigant, suspicionem imperitioribus præbent, quasi aduersus homines sæuiant & exacerbati sint. nā & psalmorum scriptor cùm dixit, Tollantur peccatores & iniqui de terra, vt non sint: vt peccatum & iniquitas deficiant, orat. non enim homo hominum hostis est. sed liberæ voluntatis motus ad nequitiam & malitiam, loco hostis constituit id quod natura coniunctū est. Vt malū igitur deficiat, orat. at hō malū nō est. Quomodo enī malū fuerit id, quod boni simulachrū & imitamētū est? Ita etiā si pudorem & confusionem inimicis imprecetur, ostēdit tibi cateruā aduersariorū, qui ad inuisibili inimico stantes, vitā humanā oppugnant. de quibus etiā Paulus planius loquitur, luctā nobis esse dicēs aduersus principatus aduersus potestates & rectores huius mundi, aduersus spirituales improbitates in cœlestibus. Dæmoniacas enim insidias, per quas malitiosa hominibus ad peccatum adhibentur offendicula, congressus iracundi, cupiditatum occasio, inuidiæ, odii, superbiæ taliumve malorum materia: hæc cùm magnus propheta videt vniuscuiusque animam insidiando circumcursitantia, ad pudorem redigi precatur, qui his inimicis imprecatur. hoc autem nihil est aliud, quàm vt ipse seruetur. naturaliter enim accidit, vt is, qui in certamine luctæ victus sit, ob lapsum suum pudefiat: quemadmodum victor contra propter victoriam lætatur. ac quòd hæc ita sese habeant, orationis forma declarat. Erubescant enim, inquit, & confundantur qui quærunt animam meam. non enim imprecatur iis, qui damnum in pecuniis afferre per insidias conantur: aut iis, qui de finibus agrorū controuersiam mouent:

Orationis tempore non est immorandum prauis cogitationibus.

Simile.

Mala non sunt imprecanda inimicis.

Psal. 9.

Hiere. 10.

Ose. 9.

Psal. 9.

Ephes. 6.

Psal. 6.

mouent: aut ijs, qui in caput eius aliquam malitiam designant: sed qui aduersus animam insidias struunt: animæ autem insidiari, quid est aliud, nisi à deo alienare? porrò nõ aliter anima humana à Deo alienatur, quàm per vitiosam affectionem. Quoniam igitur numen diuinum perturbationis ac vitijs semper expers est, qui in vitio atque perturbatione semper versatur, à coniunctione diuini nominis segregatur. ne igitur id sibi accidat, pudorem aduersarijs imprecatur, hoc autem nihil aliud est, quam victoriam sibi de hostibus precari. hostes verò perturbationes & vitia sunt. Sic

Hiere.10. Hieremias vehementi & ardendi pietatis amore præditus insano simulachrorum cultui dedito, qui tunc regnabat, & subditis eodem cum illo errore inuolutis vnaque peruersis. non proprium aliquod incommodum curat, sed pro communi hominum bono Deo preces offert, rogans vt per impetum, qui aduersus eos, qui impietate se cõtaminassent, susciperetur, vniuersũ genus humanum ad sanitatẽ reduceretur. Similiter autem etiam

Ose.6. propheta Oseas, cùm inter Israëlitas vitiositatem atque malitiam tunc fœcundam esse videret, sterilitate eos condemnat, & acerba peccati vbera arescere vult, vt neque nasceretur, neque aleretur malum hominibus. Idcirco propheta,

Ibid. Da, inquit, illis, Domine vuluam sterilem, & vbera sicca. Ac si quis alius in sanctis eiusmodi sermo inueniatur, qui iram aliquo modo arguat, atque significet, ad eiusmodi omnino sententiam spectat, quæ vitium expellat, non hominẽ conficiat. Mortem Deus non fecit. Audis sententiam. Quomodo igitur in mortem suorum ip-

Ezech.18. sius inimicorum rogamus esset deum, qui à mortis efficacia alienus est? Non delectatur pernicie viuentium. At qui blaterat, & aduersus suos inimicos humanitatem Dei concitat, hortatur eum, vt calamitatibus hominum delectetur. Verùm iam, inquit, nonnulli etiam principatus & honores, & diuitias consequuti sunt, oratione ad hoc vsi, & ob eiusmodi felicitatem, Deo chari esse existimati sunt. Qui igitur prohibes nos, dixerit aliquis, de eiusmodi rebus preces offerre Deo? Enimuerò omnia quidem pendere à diuino consilio, atque supernè regi hanc vitam terrenam, nemo ignorat, nec quisquam orationi contradixerit. sed talium orationis successum alias causas didicimus: nimirum quòd non quasi bona prorsus penetrantibus hæc Deus tribuat: sed vt simplicioribus per hæc fiducia erga Deum stabiliatur & confirmetur, ac paulatim per minores petitiones experientia atque ipsa discentes quòd supplices Deus exaudiat, erigamur tandem aliquando ad sublimium pariter & deum decentium donorum desiderium atque cupiditatem. Quemadmodum in nostris liberis videmus: qui initio quidem vberibus maternis adhærent, quantum natura capit, tantum à matre requirentes. Quòd si infans adoleuerit, & aliquam facultatem loquendi adeptus fuerit, mammam quidem respuit, quærit autem aliquid eiusmodi, vel comam apposititiam, vel pallium, vel aliqua talia, quibus infantium oculi delectantur. sed vbi ad firmiorem ætatem peruenerit, & mens vnà cum corpore creuerit, tunc omnibus puerilibus studiis atque desideriis omissis, ea quæ ad perfectam vitam spectant, à parentibus petiturus sit: ita etiam Deus qui per omnia hominem ad sese respicere assuefacit, idcirco sæpenumero ne minoribus quidem petitionibus aures præbere fastidit, vt ad sublimiorum rerum desiderium, per paruarum rerum largitionem eum, qui hoc beneficium consequutus fuerit inuitet. Et tu igitur, si ille & ille diuina prouidentia nobilis & illustris obscuris parẽtibus ortus euasit, aut aliquid aliud ex iis rebus, quæ res per hanc vitam expetuntur, acquisiuit, principatum, vel diuitias, aut claritudinem: considerat quònam hæc spectent, nimirum, quòd per eam, quæ circa has res apparet, humanitatem in rebus magnis tibi potentia Dei demõstratur, vt per hoc, quòd animaduerteris, nec ludicras quidem ac pueriles res frustra à Deo peti, de maioribus ac perfectioribus patri preces offeras. hæc autem sunt ea, quæ animæ lucrum afferunt. Etenim stultissimum fuerit, siquis accedens ad Deum, à sempiterno temporaria roget, à cœlesti terrena, à sublimi humilia atque abiecta, ab eo, qui regnum cœlorum largitur hanc terrenã & humilẽ felicitatẽ ab eo, qui largitur ea quæ eripi nõ possunt, ad exiguũ tempus alienarum rerum vsum: quarũ necessaria quidem ademptio, temporarius verò fructus periculosa administratio est. Pulchrè autem per adiectionem ostendit absurditatem, cùm dixit. Sicut gentiles. Nam in res apparentes studium conferre proprium est eorum, qui nullam sibi futuri seculi spem proponunt, non iudicii metum, non gehennæ minas, non bonorum expectationem, non aliud quicquam eorum quæ tẽpore resurrectionis sperantur, qui sicuti pecora ad præsentem vitam intenti quodcunque gulæ ac ventri, reliquisque corporis voluptatibus indulgere possint, id in parte bonorum locant, vel principatum inter aliquos tenere, & reliquis præstare videri, vel multis incubare talentis: aut si quid aliud de huius seculi fraudibus est, quibus siquis de futura spe dicat, planè nugator esse videtur, paradisum & regnum, & cœlestem habitationem, & eiusmodi res exponens. Quoniam igitur proprium est eorum, qui spem non habẽt, vt præsenti vitæ adherescant & addicti sint: rectè superuacua ac vana desideria, quæ voluptati additi per orationem se confecturos sibi esse putant gentilium esse, Sermo dicit, existimantium se de rebus absurdis assidue ac sedulò rogando consequuturos esse vt numen diuinum eis ad res non rectas neque necessarias auxilio sit. Existimant enim, inquit, se propter multiloquium suum exauditum iri. Verùm hæc quidem, quæ cogitare atque perpendere oportet, per ea, quæ scrutati sumus & ostendimus, edocti sumus: qualem autem conueniat offerre Deo præcationem, in sequentibus audiamus, gratia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Temporalia non sũt à Deo petẽda.

Matth.6.

DE ORATIONE DOMINICA ORATIO II.

Pater noster qui es in cælis.

CVM magnus ille Moyses ad eam sacrorum disciplinam, quæ in monte instituebatur, pnpulum Israëliticum adduceret, onn prius eos apparitione Dei dignos iudicauit, quam indicta nbseruatione castitatis, & aspersione aquæ, pnpulo porificarionem atque piaculare ac lustrale quoddam sacrificium lege sanxisset. ac ne sic quidem diuinæ poteotiæ apparitionem su- B stinuerunt, sed ad omnem faciem & aspectum eorum, quæ apparebant, ad ignem, ad caliginem, ad fumum, ad tubas, attoniti atque perculsi sunt: & ad sese rursus auersi, legislatorem rogabant, vt is mediator ipsis & internuntius diuinæ voluntatis existeret, quasi ipsorum vires, ad appropinquandum Den diuinamque apparitinnē excipiendam, satis idoneæ sufficientesque non essenr. At noster legislator, Dominus oostet Iesus Christus ad diuinam gratiam nns adducturus nnn montem Sinai onbis caligine obductum & igne fumigantem nratinne præmnnstrat, neque tubarnm voces obscurum quiddam atque terri- C ficum resonantes, neque tridui castirate, & aqua sordes eluenti animam expurgat, neque omoi eoucione ad radices mnntis relicta, vni soli ad cacumen montis caligine gloriam Dei tegeote circumfusum, ascensum largitur: sed primum quidem prn meote ad ipsum cœlum, quod per virtutem peruiom hnmiuibus effecit, subducit, deinde verò nnn spectatnres snlùm diuinæ potentiæ, verumetiam socins & participes facit, & ad cognarionem quodammodo superæ oaturæ accedentes ducit: oeque caligine præcellentem gloriam abscondit. vt contemplatu difficilis requirentibus sit, sed clato lumine doctrinæ cali- D gine discussa, in lucida ac splendida serenitate puro corde præditis inenarrabilem glnriam conspiciendam præbet. aquam autem ad aspergendum, nnn ex alienis riuis, sed in nnbis ipsis scaturientem largitur, siue oculnrum quis fontes dicat, siue puram cordis cnnscientiam nullum à vitiositate atqoe malitia limum iouehentem. non solum autem à licita vxorum consuerudine, sed ab omni materiali pariter ac vitiosa affectinne instituta puritate, ita per orationem homines ad Deum adducit. Hæc est enim verborum vis, quibus non voces quas- E dam, qnæ per sylabas prnnunrientur, per verbum, Sermonem discimos, sed ratinoem ascendendi ad Deum sublime institutum vitæ ennfectam & expeditam. Licet autem per ipsa verba orationis cngnnscere diuinam sacrnrum disciplinam atque institutinnem. Cùm oratis, iu-

Matth.6.

quit, noo dixit, *Hotan euchisthe*, id est cùm vota facitis, sed *totan proseuchisthe*, id est, cùm oratis: quasi id, qood ad vntum pertinet officium iam antè præstitum esse cnoueniar, prius quam per nrationem Deus adeatur. Sed quæ

Votum quid.

nam est hnrum nnminum, quod ad sigoificationem attiner, differentia? *euchi*, id est, votum quidem promissin est alicuius rei, quæ pietatis A nnmine dedicetur & sacris destinetur: *proseuchi* autem, id est, oratio, est petitin booorum, quæ Deo cum supplicatinne offertur. Qnnniam igitur fiducia oobis, vt liberè loqoamur. npus est, cū supplicaturi prn cōmndis nostris ad Deum accedimus, necessariò, qond ad vntum pertinet, nfficium præcedet, vt eo, quod à nobis præstari decebat nfficin functi, ita deioceps confidenter inuicem à deo beneficium petamux. qoamobrem propheta, Vnta mea, inquit, persoluam tibi, quæ

Psal.65.

labia mea nuncupauerunt: &, Vnta facite, ac

Psal.46.

persoluite Dominn Den vestrn. Ac multis in locis scripturæ eiusmodi, *Tis euchis*, id est, vnti B significatinnem videre licet, vt cognoscamus, quòd votum quidem sit, vt modò dictum est, doni pro gratiarum actione nfferendi facta prnmissin: *Proseuchi* verò, id est: oratin eum, qui post promissi impletionem ad Deum fit, aditum significat. Docet igitur nns verbom Sermn, ne prius aliquid petamus à Deo, qoàm aliquid ei munus acceptum & gratum nbtulerimus. Vnuere enim prius oporter, deiode orare. perinde ac si quis dicat sementem prius fieri, quàm fructus percipi opnrtere. Ergo vnri semina prius deiicere, atque ita ex deiectis semioibus adultas iam atque maturas fruges percipere oporter per oratio- C nem remonetationem accipiendo. Proinde quasi

Votum orationem præcedit.

enllnquium cum fidncia fieri unn possit, nisi per præcedeos aliquod votum & dnnum, aditus factus sit, necessariò votum nrationem præcedet. Qnasi igitur iam hoc confectum esset, Dnminus ad discipulos ait: Cùm oratis, dicite, *Pater noster qui es in cælis*. Quis dabit mihi alas taoquā co-

Matth.6.

Psal.54.

lumbæ, inquit alicubi magnus ille Dauid in psalmis. Dixerim autem etiam ipse, parem vocem emittere ausos: Quis dabit mihi alas illas ad hnc, vt pnssim vnà cum sublimirate præstantiæ maiestatisqne verborum mente subuolare? vt terram qoidem omnem relinquam, traoseamque D omnem aërem in medin fusum, assequar autem æthereram pulchritudinem, & ad sidera euadam, & nmnem in iis ordioe ac ratione digestum ornatum inspiciam? ac ne in his quidem cnnsistam, sed hæc etiam percurram, & extra nmoia, quæ & mouentur & mutantur, euadam: atque stabilem assequar naturam, immobilem & in seipsa statutā fixam, fundatam atque firmatam potentiam, nmnia ducentē pariter atque fereotem, quæcunque in esse suot, omnia, inquam, quæ ab ioenarrabili voluntate diuinæ sapientiæ pendent? vt ab nmoibus, quæ & alternant & mutātur mente procul

Videtur esse locus corruptus vtrobique.

remntus io immutabili pariter & immobili ani- E mæ statu eū, qui nec mutari nec in alterū peruerti pntest, per animi sententiā atque iodiciū prius cōciliem & familiarē reddā, deinde vern maximè familiari & amica appellatione inuocē ac dicā, Pa-

Pater.

ter? Nā quali dicentı opus est animo? quāta fiducia? quali cōscientia? vt vbi Deū, quoad eius fieri potest, per eas appellationes quæ in illo animaduertūtur, ad intellectū inenarrabilis glnriæ quasi manuductus, mēte ennceperit atque didicerit, quod diuina natura, quodcunque tandē ea sit ipsa bonitas sit, sāctimnnia, exultatin, potentia, gloria, puritas, æternitas, sēper eadē mndn atque similiter sese habeos: ac quæcunque talia circa diuinā naturam intelliguntur, cùm & per diuinam scripturā ac pro-

ac proprias cogitationes animaduerterit, deinde talem emittere vocem, & eum, qui talis sit, suum patrem nominare audeat? Perspicuum est enim, quòd si alicuius intelligentiæ particeps sit, non ausurus sit, cùm non eadem etiam in se cernat, illam vocem ad Deum emittere, ac dicere Pater. Nam improbæ voluntatis atque propositi pater esse is, qui sui natura bonus est, naturaliter non potest: neque vita contaminati, sanctus: neque eius, qui huc illuc circumagitur, is qui alius fieri ac mutari nō potest: neque mortificati per peccatum, pater vitæ: neque eorū, qui vitiis probrosis & ignominiosis impulsi turpia committūt, is, qui purus & integer est: neque auari & raptoris, benefactor: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is, qui in omni bono cernitur atque consideratur, parens esse potest. Nam si quis expiratione etiam nunc opus habens, seipsum inspiciens, & vitiosam conscientiam suam agnoscens plenam maculis, & scelerum notis inustis, priusquā à tot tantisque malis expurgatus sit, se Dei cognationi inserat, ac dicat, Pater, iusto iniustus, puro impurus: contumelia atque conuiciū planè ea verba fuerint siquidem suæ nequitiæ patrem Deum nominaret. Nā patris vocabulū, caussam ex ipso procreati significat. Ergo si conscientia vitiosa quis prædictus patrem suum Deum dicat, nihil aliud, quàm suorum malorum quasi principem & authorem eum insimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit apostolus. sed cum lumine lumen consociatur: cum iustitia iustitia: cum honestate honestas: cum incorrupto incorruptum. Contraria vero, cum iis, quæ eiusdem generis sunt, plane cogitationem habent. Non enim potest arbor bona malos producere fructus. Si quis igitur graui tardoque corde, vt inquit scriptura, atque mendacium quærens audet orationis verba vsurpare, sciat is, quòd non cœlestem patrem inuocat, sed infernū, qui & ipse mendax est & eius, quod in vno quoque conflatur, mendacii pater existit. ille peccatum, & peccati pater est. Propterea animi affectibus ac perturbationibus obnoxii, filij iræ ab Apostolo appellantur, & qui à vita desciuerit, perditionis filius nominatur: mollis item quispiam & effœminatus, filius puellarum transfugientium appellatur. similiter etiam ex contrario, conscientia lauta puta ac luculenta prædlti, filij lucis & diei appellantur, virium itē filij alij, qui ad diuinum robur sese firmauerint. Cùm igitur vt patrem Deum in oratione dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud videtur, quam sublimem & altam instituere atque præscribere vitā. non enim vtique mentiri nos veritas docet, vt dicamus nos esse, quod non simus, & appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributū non sit: sed vt dum incorruptum & iustum, & bonum patrem nostrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem referamus, eamque verā esse ostendamus. Vides quāto nobis opus sit apparatu? quali vita? quāto ac quali studio? vt ad eū modū fiduciæ erecta tandē cōscientia nostra ad Deū dicere audeamus, Pater. Nā si pecunias spectes, si circa seculares vitæ fraudes occupatus sis, aut ex hominibus gloriā quæras: si vitiosis cupiditatibus serui as: deinde eiusmodi orationē in ore habeas: quid

2.Cor.6. Matth.6. Ioan.8. Coloss.3. Ioan.17. Ephes.5.

a dicētū esse putas eū, qui vitam tuā intuetur, & orationē intelligit? Nā ego quidē eiusmodi quædam, quasi Deo ad talem dicente, mihi videor audire: Patrem vocas qui vita corruptus es, eum qui incorruptibilitatis & integritatis pater est? Cur sordida tua voce contaminas nomen incorruptum? cur falsò tibi verbum hoc vsurpas? Cur naturam impolutam dedecoras? Si filius meus esses, meis bonis prorsus etiam tuam vitam insignem esse oportebat: non agnosco naturæ meæ imaginem in te: aduersariorum sunt ista insignia: quæ societas luci cum tenebris? quæ vitæ & mortis cognatio est? quæ necessitudo natura puro cū impuro intercedit? multum interest inter benefactorem & raptorem. B Insociabilis inter misericordē & immitē contrarietas intercedit: alius est pater vitiorū, quæ in te sunt. nā mea soboles paternis bonis decoratur. filius misericordis misericors: integri & puri, integer & purus est: corruptus alienus est ab incorrupto. & vt sūmatim dicam, ex bono bonus, & ex iusto iustus editur: vos autem non noui vnde sitis. Quocirca prius quam aliquis vita expiatus & expurgatus sit, periculosum est in hac oratione audacem esse, & patrem suum Deum nominare. Verùm audiamus rursus verba orationis, si quo modo fortè C crebriore repetitione, rerum occultarum sententia à nobis animaduerti atque cognosci possit. *Pater noster qui es in cœlis.* Enimuerò quòd vita cū virtute coniuncta Deus conciliandus sit, mediocriter à nobis per ea, quæ suprà dicta sunt, ostensum est. sed videntur mihi hæc verba etiam profundiorem quandam sententiam designare. hæc enim & patriæ. ex qua excidimus, & cognationis quam amisimus, recordationem nobis ingenerāt. Etenim in illa narratione, quam de adolescente exponit, qui sedem patriam reliquerat, & ad porcinam vitam transierat, historicorum more abitionem eius & luxum narrando miseriam humanam verbum, Sermo ostendit. non autem D prius eum ad pristinam felicitatem reducit, quàm sensum præsentis calamitatis suscepisset, & ad sese reuersus pœnitentiæ verba meditari cepisset hæc autem aliquo modo cū verbis orationis congruebant. dicebat enim ille: Pater peccaui in cœlum, & coram te: non adiecturus confessioni peccatum in cœlum, nisi persuasus sibi patriam esse cœlum, quo relicto peccauerat. quapropter etiam eiusmodi confessionis meditatio aditu facilem ei patrem efficit, adeò vt etiam accurreret ad eum: & osculo collum appeteret: (quod rationale iugum significat, per Euangelium traditionem homini, qui primum præcepti iugum exuerat, & legem custodem repudiauerat, per os iniectum.) atque etiam stola circundaret eum, nō alia, sed prima qua per inobedientiam nudatus erat, simulatque interdicta gustasset, nudum sese cōspicatus. Annullus itē in digito, per sculpturam palæ imaginis recuperationem significat. munit autē etiam pedes calceamentis, ne nudo calcaneo capiti serpētis appropinquans, incidat in morsū. Quemadmodum igitur illic reuersio ad patriam sedem paternæ humanitatis adolescenti caussa extitit: (patria autem sedes erat cœlum, in quod se peccasse ad patrem dicit:) ita etiam hic mihi Dominus, dum cœlestem patrem inuocandum

Luc.15. Luc.15.

esse docet, bonā illam patriam in memoriā redigere tibi videtur, vt vehementiori bonorū iniecto desiderio sistat te rursus in via ad patriā reducenti. Via autem quæ naturam humanā ad cœlū subducit, nulla est alia, nisi fuga & vitatio vitiorū terrenorum. Porrò fugæ vitiorū ratio mihi non alia inui posse videtur, quā si Dei similes euadamus: Deo autē similem fieri, est iustū pariter ac sāctum, bonum, & eiusmodi virtutibus præditum fieri: quarū virtutum, si quis, quoad eius fieri potest, insignia manifesta in sese impresserit sine labore, nulloque negotio per se suaque sponte à terrena vita ad cœlestem locū transferetur. nō enim loci interuallo numen diuinum ab humano genere distat, vt aliqua machina nobis atque excogitato artificio sit opus, quo hæc grauis, ponderosa atque terrena caruncula ad incorporeā pariter & intellectualem habitationem traducatur: sed virtute à vitio, prout intelligentia percipi datur, separata: in solo animi humani proposito situm est vt quocunque cupiditate inclinatus sit, in eo versetur. Quoniā igitur nullus labor sumendo atque eligendo bono subest: atque electionem etiā adeptio successusque prosper sequitur eorū, quæ sibi quisque sumpsit & elegit: licet tibi statim esse in cœlo, vbi Deum in mente sumpseris. nam si, vt Ecclesiastes inquit, Deus in cœlo est, tu verò Deo secundum prophetam, quasi agglutinatus es & adhæres: omnino necesse est, vt Deo coniunctus illic sit, vbi Deus est. Cùm igitur præceperit, vt in oratione Deū patrē tuū dicas, nihil aliud, quā per diuinū vitæ institutum te cœlesti patri similē fieri iubet. quemadmodū etiam alibi apertius id mandat, dicens: Sitis perfecti, sicut etiam pater vester cœlestis perfectus est. *Matth. 5.* Si igitur intelleximus eius modi orationis sententiā: tempus fuerit animos nostros præparādi, vt aliquando audeamus has voces sumere in os, ac dicere cū fiducia, *Pater noster, qui es in cœlis.* Quemadmodū enim similitudinis cum Deo manifesta sunt indicia, per quæ filius Dei fieri quis potest: (Quotquot enim receperunt eū, inquit, dedit eis potestatē, vt filii Dei fierent. *Ioan. 1.* recipit autē aliquis in sese Deū, qui boni perfectionē recepit:) ita etiā improbi simulachri sua quædam sunt signa: quibus insignitus filius Dei esse non potest, vtpote contrariæ naturæ imaginē gerens. Vis cognoscere improbi simulachri proprias notas? inuidia, odiū, calumnia, superbia, auaritia, vitiosa cupiditas, insani gloriæ studii morbus hæc & eiusmodi sunt, quibus forma aduersarii insignitur atque notatur. Cuius igitur animus eiusmodi maculis & notis infect⁹ & inust⁹ est, si patrē inuocauerit: vter ei pater auscultabit? nimirum is, qui cognatus est inuocanti, is autem non ille cœlestis, sed subterraneus est. Cuius enim signa proximæ cognationis gerit, ille suam omnino cognationem agnoscet. Quocirca improbi atque scelesti hominis oratio quandiu in improbitate fuerit, diaboli inuocatio est. at eius, qui destiterit ab improbitate, & viuit in bonitate, bonum patrem vox inuocabit. Cùm igitur accesserimus ad Deum, prius vitam inspiciamus, an aliquid dignum cognatione diuina in nobis geramus, deinde verò eiusmodi verbū proferre audeamus, qui enim patrem dicere iussit, mendacium dicere non permisit. Quocirca qui ita vitam instituerit, vt diuinam generis nobilitatem decet, is rectè ad cœlestem ciuitatem spectat, & patrem cœlorum regem, & patriam suam cœlestem nominās beatitudinem. Quònā pertinet illius consilii, propositum atque intentio? Ea, quæ supra sunt, cogitanda: vbi Deus, illic fundamenta habitationis suæ cuique iacienda esse: illic thesauros condendos: illuc cor suum quenque traducere debere. vbi enim thesaurus, ibi etiam cor est. *Matth. 6.* ad paternam omni tempore pulchritudinem spectādum esse, & iuxta illam, suam vnumquemque animum exornare debere. Non est acceptio personarum apud Deum, inquid scriptura. *Rom. 2.* Absint nē à tua forma tales sordes. Ab inuidia atque ab omni vitii nota purum & integrum numen diuinum est. *Ephes. 6.* Ne te quidem designent eiusmodi vitia: non inuidia, non superbia: non aliud quicquam eorum, quæ diuinam pulchritudinem polluunt ac fœdant. *Coloss. 3.* Si talis fueris, ne verearis familiari & amica voce Deum inuocare, & patrem tuum vniuersi Dominum nominare: intuebitur te paternis oculis, diuina stola circundabit, annulo ornabit, instruet ac præparabit Euangelicis calceamentis pedes ad superum iter: restituet te cœlesti patriæ per Christum Iesum Dominum nostrū quem decet gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

DE ORATIONE DOMINICA ORATIO III.

Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum.

LEX quæ futurorum bonorum cōtinet vmbram, & typicis quibusdā ænigmatibus & inuolucris veritatem præsignificat, *Heb. 10.* cùm in occultū ac remotum templi locum, quod *adyton* dicitur (ob id, quòd eò præter sacerdotes adire fas non esset) sacerdotū Deo preces oblaturum introducit, primùm quidem piacularibus quibusdam sacrificiis, & circumspersionibus introiturum purificat & lustrat: *Leuit. 8.* deinde vbi cum stola sacerdotali, auro, purpura reliquisque floridis tincturæ coloribus eleganter & affabrè factā atque elaborata exornauerit: pectoralemque mitram & fasciam ei iniecerit, ac tintinnabula ex fimbriis cum corymbis suspenderit: supernè quoque tunicam epumidibus constrinxerit, & diademate caput exornauerit: capillumque largiter infuso vnguento imbuerit: ita demum eum ad adytum arcana sacrificia peracturum producit. At spiritualis legislator Dominus noster Iesus christus corporalibus legem velamentis spolians atque denudans, & in apertum proferens ænigmata atque inuolucra figurarum, primùm quidem non vnum ex vniuerso corpore segregans, illum solum ad colloquium Dei adducit: sed commune volentibus sacerdotii beneficium ac munus proponens cuilibet hanc dignitatē ex æquo largitur: deinde verò nō alieno ornatu, qui ex tinctura quadam & superfluo opere textorio exquisitus sit, factā pulchritudinem

dinem ſacerdotis oſtẽtat:ſed proprio atque natiuo eũ ornamento circuudat,pro varia veſte purpurea virtutũ gratũs excolleos. inſtruir autẽ etiã pectus non terreno auro,ſed integra puraque cõſcienria pulchritudioem cordis exornans: aique huic mittæ pretioſorum quoque lapidũ fulgores adaptat. hi autẽ ſanctorum mãdatorum ſplendores ſunt, vt apoſtolo videtur. quinetiam periſcelide munit illam patiem, cui id indumeoti genus ornamento eſt. prorſus autem non ignoras, quòd pudicitiæ amiculum ornamentum eius partis ſit. cùm appendiſſet autem ex fimbriis vitæ mẽte cõprehẽſibiles corymbos & tintinnabula:(per hæc autem rectè quis præclara opera vitæ cũ virtute actæ iotellexerit, vt inſigne per hanc vitam inter ſit)ex his igitur fimbriis cùm pro tintinnabulo quidem bene ſonantẽ ſermonem fidei ſuſpendiſſet, pro corymbo verò occultã futuræ ſpei promptitudinẽ, eã, quæ durioti vita tecta eſt, ita demũ ad aditũ & intimũ tẽpli locũ producir. Aditũ aũt hoc nõ inanimũ neque manu factũ, ſed arcanum cordis oostri penetrale atque cõclaue eſt, ſi verè *aditũ*, id eſt, impenetrabile nequitiæ & malis cogitationibus inacceſſũ ſit. ornat itẽ caput cœleſti ſẽſu, non literarũ figorã aureæ lamioæ imprimens, ſed ipſũ Deum in principali ratione inſculpens. voguentum autẽ capillo inſpergit, quod ab ipſa a- c nima per virtutes intrinſecus cõficitur. atque etiã præparat eũ, vt victimam & hoſtiam per myſticũ ſacrificium offerat Deo noo aliud quicquam niſi ſeipſum. Qui enim ita à Domino ad hoc ſacrificium per gladiũ ſpiritus, quod eſt verborum Dei ſenſum carois mortificans ducitur, is intra adyta Deum placat, ſeipſum per tale ſacrificium immolans, ſuumque corpus hoſtiam viueotem, ſãctam acceptam Deo ſiſteus. Sed fortaſſe dicet aliquis, non hæc, prout prima facie appareat, ſententiam orationis, quam exponendã ſuſcepimus, continere: ſed nos eiuſmodi ſermones, qui rei propoſitæ ex propriis eius verbis collecti nõ conueoiant cõ D miniſci. Reminiſcatur ergo denuò atque recordetur primam orationis doctrinam. nam qui ita ſeſe parauit, vt liberè Deum patrem ſuum nominate audeat, is pleoè amictus eſt illa ſtolla, quam oratio deſcripſit, tintinnabulis reſonat, corymbis decoratur: circa pectus præceptorũ fulgoribus reſplẽdet, geſtat humeris patriarchas & prophetas loco nominũ virtutib⁹ illorũ ad ſui oroatũ trãſlatis caput corona iuſtitiæ ornat, capillũ cœleſti vnguẽto delibutũ habet, & intra ſuper cœleſtia adyta verſatur: quæ omni cogitationi ꝓphanæ reuera *adita*, id eſt impenetrabilia atque inacceſſa ſunt. Enimuerò quomodo & exornatũ & inſtructum eſſe cõueniat eum, qui ſacerdotis officio fuocturus ſit, mediocriter per ea, quæ tractata atque explicata ſunt, oratio demonſtrauit. reliquum fuerit ipſam cooſiderare penitiooem, quam eum, qui intra adytum verſetur, Deo offerre iuſsit. nõ enim mihi verba orationis nudè expoſita, prima facie percepta facilem nobis ſeoteotiam præbere videotur. *Sanctificetur, inquit, nomen tuum, adueniat regnum tuum.* Quid hæc ad id, quod mihi opus eſt? dixerit aliquis homo, vel propter peccata ſeipſum per pœnitentiam caſtigans, vel vt peccatum inualeſcens effugiat, Deum in auxilium vocans, ſemper in oculis habens eum, qui

Locus mutilus eſſe videtur vtrobique.

Aditum.

Outos eſt vtrobique outos ego lego.

per tentationes impugnat. hinc Ira rationem à a conſtantia, moderatiooe, atque officio deducit, illinc rerum abſurdarum cupiditates animi vigorem eneruant: ab altera parte auaritia & rei ſuæ quouis modo augeodæ ſtudium perſpicaci parti cordis hæbetudinem & cæcitatem inducit: faſtus, ſuperbia, odium, reliquusque aduerſariorum noſtrorum catalogus & numerus, tanquam caterua hoſtium vndique ſe circumfundens, extremotum malorum animæ periculum ioducit. & qui hæc firmiori auxilio ſtudeat effugere atque euitare, quibus verbis magis propriis vtatur? an non quibus Dauid vſus eſt? Eripiat, inquiens, ex odio proſequentibus me? &, Auertantur ini- B mici mei retrorſum? &, Da nobis auxilium ex afflictione? & quæcunque talia ſunt, per quæ auxilium Dei contra aduerſarios excitare licet? Nunc verò modus orandi quid continet? *Sanctificetur nomen tuum.* Si enim hoc à me non dicatur, nunquid fieri poteſt, vt nomen Dei ſanctum nõ ſit? *Adueniat regnum tuum.* Quid enim à poteſtate Dei alienum eſt? qui, vt inquit Eſaias, totum cœlum palmo comprehendit? qui amplectitur terram? qui humidam naturam in manu continet & comprehendit? qui omnem mundanam ſimul & ſupramundanam naturam quaſi in vlnis geſtat? Si igitur nomen Dei ſemper ſanctum eſt, ac nihil effugit vim dominationis Dei, ſed & omnium rerum potitur, & quod ad ſanctificationem attinet, adiectione amplius opus non habet, quippe cui per omnia nihil deeſt, ſed perfectus eſt: quid ſibi vult hoc optatum, *Sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum?* Au forſitan tale quippiam verbum. Sermo per formam orãdi tradit, quòd infirma ad boni alicuius acquiſitionẽ humana natura ſit, idcirco nihil oobis contingere poſſit eorum, quæ affectamus, oiſi diuinũ auxilium bonum io oobis cooficiat? Porrò caput omnium bonorum eſt, ſi per meam vitam nomẽ Dei glorificetur. Poterit autem nobis ex contrario plauior fieri intellectus. Audiui alicubi ſacram ſcripturam condemnantem illos, qui in cauſſa ſũt, vt Deo obtrectetur. Væ, inquit, propter quos nomen meum malè audit inter gentes. Hoc autẽ tale eſt. Qui nondum ſermoni veritatis credideruot, eorum, qui fidem myſterii acceperunt, vitã inſpiciunt, & obſeruant. Cùm igitur nomen quidem fidei in aliquibus fuerit, vita verò nomini quaſi obloquatur atque repuguet, quippe vel per auaritiam ſimulachrorum cultui debita, vel ebrietatum & comeſſationum turpitudine fœdata, & more ſuis in luto luxuriæ immerſa: ſtatim in prõ- B ptu infidelium ſermo eſt: non in voluntatem & inſtitutum eorum, qui hoc ſeculo facultatibuſque malè vtuntur, ſed in myſterium, quaſi talia facere doceat, criminationem vertens. non enim illum & illum, qui diuinis myſteriis initiatus ſit, vel conuiciatorem, vel fraudatorem & auarũ, vel raptorem, vel aliquo alio tali vitio obnoxium futurum fuiſſe, niſi peccare licitum eis eſſet. propterea graues minas talibus ſcriptura intentat: dum dicit, Væ illis, per quos nomẽ meum malè audit inter gentes. Si igitur hoc intellectum eſt, tempus fuerit id, quod ex contrario dicitur, conſiderare. Optare enim atque precari ante omnia opinor, atque hoc orationis cõſtitui caput

Pſal.142.

Pſal.34.

Pſal.107.

Eſa.4.

Eſa.52.

Eſa.52.

oportere, ne propter meam vitam nomē Dei malè audiat, sed glorificetur & sanctificetur. In me A igitur sanctificetur, inquit, nomen tuæ dominationis, quod à me inuocatur, vt videant homines bona opera, & glorificent patrem, qui est in Matth. 5. cœlis. Quis autem est adeò ferus & rationis expers, qui si inter eos, qui Deo crediderunt, videat vitam puram, quæ per virtutem exigatur, ab omnibus peccati inquinamentis vacuam atque puram, ab omni suspicione mali alienam, temperantia claram, prudentia grauem, fortem & firmam aduersus affectuum ac perturbationū impetus & incursus, corporis voluptatibus nullo modo mollē & effœminatam, à deliciis, à torpore B & ignauia, à tumore fastus quàm maximè remotam, temporalibus facultatibus & reliquo seculari cultu, quantum necessitas desideret vtentem, summo pede terram stringentem, quæ fruendis percipiendisque voluptatibus hoc terreo seculo non obruatur, sed superet omnem per sensus adhibitam fraudem, per eam cum incorporea vita certet, vnas diuitias virtutis opes existimet, vnam nobilitatem, necessitudinem cum Deo: vnam dignitatem, vnum potentatum, seipsū in potestate habere, & humanis affectibus non seruire, quæ productione materialis huius seculi vitæ doleat & angatur, studeat autem atque nitatur, quemadmodum illi, qui in mari vexantur C atque affliguntur, capere portum requietis, quis igitur si talem videat nomen, quod ab eiusmodi vita inuocetur, non glorificet? Quocirca qui in oratione dicit, *Sanctificetur nomen tuum*, vi verborum hæc orat: auxilio tui præsidio atque adminiculo fiam irreprehensibilis & inculpatus, iustus, pius: abstineam ab omni malo facinore: loquens id quod verum, faciens quod iustum sit: in rectitudine ambulans: temperantia illustris, integritate decoratus: sapientia atque prudentia ornatus, ad supera aspirans, terrena despiciens, institutis angelicæ vitæ clarescens. Hæc & eiusmodi breuis hæc petitio continet, quæ per orationem ad Deum dicit: Sanctificetur nomē tuum. nō enim aliter per hominem Deus glorificari potest, nisi virtus eius testetur, diuinam potentiam atque virtutem esse caussam bonorum. Quæ deinceps sequitur petitio, regnum Dei optat aduenire. Nunquid nunc regem fieri vult vniuersi re-Regnū dei petere gem, qui semper est, quod est? qui ad omnē mutationem firmus & immobilis est? qui non potest reperire melius quicquam, id quod trāseat? Quid igitur sibi vult optatio, quæ regnum Dei euocat? Ac veram quidem huius rei rationem nouerint illi quibus spiritus veritatis occulta mysteria reuelat. nos autem eiusmodi de hoc dicto opinionē atque sententiam habemus. Vna rebus vniuersis superimposita est ac præsidet vera potestas & virtus, quæ vniuersitatis suscepit imperiū, & regnat non violento quodam atque tyrannico potentatu, vt quæ metu ac necessitate sub imperium ac ditionem suam obnoxios subiunxerit. Liberam enim ac vacuam ab omni metu nulliusque dominio subiectam conuenit esse virtutem lubenti animo bonum eligentem atque sumentem, caput autem omnis boni est, viuificæ potestati subditū esse. Quoniam igitur humana natura à boni iudicio fraude inducta aberrauit, & ad contrarium nostrum arbitrium inclinauit, & omne malum hominum vitam inuasit, & in potestatem suam redegit: innumeris modis morte naturæ immixta, (omnis enim malitiæ vitiositatisque forma tāquam via quædam & aditus morti aduersum nos extitit:) Quoniam igitur eiusmodi tyrannidi circumuenti atque obnoxii fuimus, tanquam per carnifices quosdam vel hostes, incursibus affectuum atque perturbationum in seruitutem à morte redacti: rectè precamur regnum Dei super nos venire. Non enim aliter prauam corruptionis potestatē exuere atque effugere poterimus, nisi viuifica virtus inuicem in nobis imperium susceperit. Si igitur regnum super nos venire petierim, hæc vi verborum Deum precamur: corruptioni exemptus sim, à morte liberatus sim, soluar à vinculis peccati: ne posthac regnet amplius in me mors: ne amplius aduersū nos efficax sit malitiæ vitiositatisque tyrānis ne præualeat aduersū me hostis, neu per peccatū captiuū me ducat: sed veniat super me regnū tuū, vt recedāt & remoueantur à me, imò verò ad nihilū redigātur, quæ nunc imperium tenēt & regnant vitia, atque affectus. vt enim deficit fumus, ita deficient, & vt liquescit cera, ita peribunt. Neque enim fumus refusus in aërem signum aliquod suæ relinquit naturæ, neque cera, quæ in igni fuit, amplius reperitur: sed & hæc cùm flammam suo nutrimento aluerit, in vaporem & aërem transfunditur, & fumus ad plenam abolitionem redigitur: ita si super nos regnum Dei venerit, omnia, quæ nunc dominantur ac principatum tenent, ad interitum redigentur. Non enim tenebræ præsentiam lucis sustinent: non morbus sanitate superueniente consistit, non vim suam affectus & perturbationes exercent, impatibilitate & horum malorum vacuitate præsente. vana atque deserta mors est: è medio corruptio excessit, cùm vita in nobis regnat, & incorruptibilitas imperium tenet. *Adueniat regnum tuum*. Dulcis vox: per quam hanc planè precationem Deo offerimus: Rumpatur acies opposita: deleatur alienigenarum phalanx. dirimatur bellum carnis aduersus spiritum: ne corpus animæ hostis arx & receptaculum sit appareat mihi regius potentatus, angelica manus, cohortes regentium: legio à dextris assistentium, vt cadant ex opposita parte pugnātium decem milia. numero pollet ac vehemens est aduersarius, sed tuo auxilio destitutis, ater & inuictus, sed quandiu solus fuerit is, qui bello petatur: cùm autem tuum regnum apparuerit, recedit dolor, tristitia, & gemitus: atque in eorum locum vita, pax & exultatio succedunt. An forsitan, vt à Luca nobis idem intellectus planius explicatur, is qui orat, vt regnum adueniat auxilium sancti spiritus implorat? Nam[b] is in illo Euangelio, pro eo, quod est, veniat regnum tuum, Adueniat, inquid, sanctus spiritus tuus super nos, & purificet nos. Quid temerariæ linguæ homines ad hæc dicent de spiritu sancto? qua mente, qua sententia, quo ve intellectu regiam dignitatem ad humiliatem seruilem traducunt? Nam quomodo hostes Dei id, quod Lucas quidem spiritum sanctum dicit, Matthæus autem regnum nominauit, ad subditam naturam detrahunt, vice regnantis cum ea, quæ regno subdita est natura[c] collocantes

Outos habetur: ego lego outos.


spiritum sanctum.

locantes? Creatura seruit. at seruitus regnum nó est. Spiritus autem sanctus regnum est. A commu- nione igitur atque societate creaturæ separatus est. Quod enim regnat, regno subditum non est: quod autem regno subditum non est, ne creatura quidem est Nam seruire creaturæ proprium est. Si igitur spiritus sanctus regnum est, qui fit, vt nô- con fiteantur dominationem, qui ne orare qui- dem vnquam didicerunt? qui ne norunt quidem quis sit qui purificet inquinatum? quis item is à quo pendeat regni potestas? Veniat sanctus spiri- tus tuus, inquit, & purificet nos. Ergo propria pa- riter & eximia peculiarisque sancti spiritus virtus & efficacia est, vt & purificet, & remittat peccata: quemadmodū Euangelicus sermo testatur. Quo- circa qui testatur eum habere potestatem remit- tendi peccata, simul etiam prorsus eum Deitaté habere testatur. Atque hoc ipsum etiam de vnige- nito ait apostolus, quòd postea quā purificatio- nem peccatorum confecerit, sedeat ad dexteram maiestatis patris. Vnum igitur amborum est opus & purificantis peccatum spiritus, & Christi, qui peccatorum purificationem præstitit. Quorum autem vna efficientia est, eorum etiam natura prorsus eadem est. Quis igitur furor est eorū, qui spiritum sanctum oppugnant, seruire Dominum tradentium? quibus ne Paulus quidem, cui fidem habeant, satis idoneus testis est, qui ait: Dominus autem spiritus est? An forsitan dictio- nem, *Adueniat*, vim tollendi dignitatem habere existimant? & non audiunt magnum Dauidem etiam patrem ad se trahentem, &, Veni ad ser- nandum nos, clamantem? Si igitur in patre, ve- nire salutare est, quomodo in spiritu, venire pro- brosum & contumeliosum est: an à peccatis pur- gare signum esse deminutæ dignitatis existimāt? Atqui audi incredulos Iudæos clamantes, quòd remittere peccata solius sit Dei: cùm de patre hoc verbum dicerent: Quid hic, inquiunt, loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Si igitur pater quidem peccata re- mittit, filius verò peccatum mundi tollit: purifi- cat item spiritus sanctus à peccati inquinamentis eos, in quibus fuerit: quid dicent, qui suam vitam oppugnant? Sed veniat super nos spiritus sanctus & purificet nos, & capaces faciat sublimium pa- riter ac diuinorum intellectuum, qui per oratio- nem nobis ostenduntur à voce Seruatoris, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Hebr. 1. *Rom. 8.* *Locus videtur vtrobique corruptus.* *Luc. 5.*

DE ORATIONE DOMINICA ORATIO IIII.

Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.



AVDIVI quemdam medicinæ peritum naturalibus rationibus adductis, quomodo sese sanitas corporis bene vel secus haberet, artificiosè sermocinātem. ac fortasis id quod dicitur etiam nobis ad bonam animæ valetudinem tuendam haud alienum fuerit. Eorum enim, quæ in nobis sunt, elementorum alicuius à conuenienti modo deflexionem principium & causam esse statuebat, ex qua morbus conflaretur & ex contrario rursus eorum, quæ malè ac vitio mora atque mutata essent, in conuenientem & naturalem modum restitutionem, morbi caussæ curationem atque correctionem esse dicebat: atque idcirco considerare atque dispicere putabat oportere, quid maximè ex iis, quæ perperam in nobis & inordinatè mouerentur, sui præualentia oppositi elementi vim, quam ad sanitatem simul inferret, infringeret atque debilitaret: vt si quidé calor præualeret, auxiliū ei, q opprimeretur, præbeatur, & reuocetur id q exiccetur & arescat, né forte materia tandé deficiéte, euanescat penitus & extinguatur in sese calor dū ipse circa sese absu mitur: similiter etiā siquid ex aliis, quæ per cōtrarium in nobis considerantur, modum ad redundantiam vergendo excedat, vt id auxilium ab arte parti quæ succumbat, ferendo, sistatur ac reprimatur. Quæ si facta fuerint, & nihil æquabili elementorum distributioni atque æquilibritati officiat, reduci atque restitui corpori sanitatem, vbi natura quantum attinet ad temperamentum, non amplius fuerit inæqualis. Quorsum igitur spectar mihi hoc longum orationis principium? Fortasse non aliena speculatio, neque longè à proposito argumento seiūcta atque diuersa est. propositum enim nobis est ad considerandum, quid sibi velit, quod dicitur: *Fiat voluntas tua.* Cuius autem rei gratia medici speculamēti meminerimus, deinceps declarabimus & aperiemus Erat aliquando in sanitate méte comprehensibili genus humanum, tanquam elementis quibusdam animæ inquam motibus, secundum virtutis rationem æquabiliter in nobis temperatis. sed posteaquam prænalente vi concupitiua, quæ ex contrario intelligitur, affectio, continentia népe, ab eo, quod nimirum & redundās erat, subacta est: cùm non esset, quod immoderatam cupiditatem in res incommodas & indecoras ruenté reprimeret, & inhiberet: exinde lethalis morbus peccatum humanæ naturæ conflatum est. Verus igitur animæ vitiorum & morborum medicus, qui propter male habentes in vita hominum versatus est, rationibus iis, quæ in oratione deprehenduntur, caussam morbi efficientem tollens restituit nos in eam, quæ mente percipitur, sanitatem. Sanitas autem animæ, est diuinæ voluntatis prosper successus: quemadmodum etiam ex contrario, excidisse bona voluntate, morbus animæ est in mortem desinentis. Quoniam igitur bona victus ratione atque habitatione in paradiso relicta ægrotauimus, cùm de inobedientiæ veneno largiter sumpsimus, & idcirco hoc graui atque lethali morbo natura succubuit atque deuicta est: venit medicus verus iuxta præscriptū medicæ artis per contraria malum sanans: atque eos qui idcirco in morbum inciderant, quòd à diuina voluntate recessetant, rursus coniunctione cū voluntate diuina à morbo liberat. nam verba orationis morbi animæ inhærentis curatió sunt. precatur enim quasi quibusdam doloribus animæ pressus qui dicit, *Fiat voluntas tua.* voluntas autem Dei salus hominum est. Cùm igitur in hoc consistimus, vt ad Deum dicamus, Fiat etiā in me voluntas tua, omnino necesse est, prius illam vitam incusare, quæ diuinam voluntatem transgressa erat, atque hæc per confessionem cōmemorare. Quoniam per superiorem vitā malè

Cōtemplatio medica. *Anima sanitas.* *Voluntas Dei.*

x iiii in me

in me operata est opposita contrariaque volun-
tas, & improbi tyranni mioister fui, tanquam car
nifex quidam exequens aduersus meipsum sen-
tentiam inimici: idcirco meæ perditionis miser-
tus concede, vt tandem aliquādo etiam io me fiat
Simile. voluntas tua. Vt enim io speluncis obscuris illato
lumine tenebræ euanescuot & caligo recedit: ita
si tua voluntas in me fuerit, omnis prauus & im-
portunus animi propositi motus ad nihilum redi
getur. Nam sobrietas & modestia lasciuum & vi-
tiosum mentis appetitum extinguet: animi de-
missio fastum absumet: moderatio superbiæ mor
bum sanabit: dilectionis verò bonum magnū ou-
metum oppositorum malorum ex anima expel-
let. huic enim cedit odium, inuidia, simultas, iræ
motus, animosa affectio, insidiæ, simulatio, mo-
lestiarum & iniuriarū memoria, viodictæ cupi-
do, efferuescentia saoguinis circa cor, acerbus &
truculentus oculus: omnis talium vitiorum grex
dilectionis affectione pellitur: ita duplicem simu-
lachrorum cultum ejcit efficacia diuinæ volūta-
tis. duplicem inquam, tum circa simulacbra, tū
circa argentum & aurum insaniam atque furo-
rem: quæ sermo propheticus simulachra geotiū
Psal. 113. nominanit. Fiat igitur voluntas tua, vt diaboli vo-
luntas extinguatur. Sed quare precamur, vt à
Deo bonum nobis animi propositum cootingat? C
quia iofirma ad bonum est humana natura, po-
steaquam semel per vitiositatem eneruatā est. nō
enim ita facilè à malo rursus ad bonum homo re-
uertitur, vt à bono ad malum accessit. quemadmo
dum etiam in corporibus talis ratio aoimaduerti
potest, quòd oon simili, oeque æquè commoda
ac facili ratione, tum sanum corpus morbo oboo
xium fit, tum quòd morbo laborauerit, sanatur.
Nam qui paulò antè in sanitate degebat, vel per
vnum vulnus venit in periculum mortis: atque
vous ambitus aut accessio febris firmitudinē om-
nem corporis ac vigorem soluit. & exiguum ac
parum veneni gustatum, vel penitus interficit, B
vel quin id faciat, parum abest: & morsum ser-
pentis, aut aculeum veocoati alicuius aoimalis,
aut lapsum, aut ruinam, aut largius, quàm vires
ferre posint, sumptum cibum, aut aliquid aliud
eiusmodi statim vel morbus sequitur, vel mors.
at morbi profligatio multis solertibus inuentis &
rationibus excogitatis, multa cū difficultate, & ar
tibus medicis cōficitur, si fortè etiā confici posit.
Idcirco cū ad malū quidē ac vitiū in nobis tuit ap
petitus, nō opus est adiutore, quippe in volunta-
te nostra vitiositate seipsū vltrò perficiente. quòd
si in melius inclioatio fiat, Deo opus est, qui stu- B
dium & desiderium ad opus perducat propterea
dicimus: Quoniam voluotas tua sanitas mentis
est: ego verò carneus sum, venditus sub pecca-
tum, virtute tua hæc bona mihi voluntas contin
gat: ita iustitia, pietas, à vitiis alienatio. Nam
Videtur locus esse mutilus aut certe corruptus. voluntatis vocabulum generaliter omneis virtu-
tes in se comprehendit, ac quæ siogulatim per
bonum intelliguntur, voluotate Dei omnia ani-
maduertuotur. Sed quid sibi vult adiectio verbi,
Sicut in cælo & in terra? Videtur mihi verbum Ser-
mo aliquam fortasse profundiorem iodicare sen-
tentiam, & quandam per contemplationem cre-
aturæ diuini intellectus tradere doctrinā. Quod
autem dico tale est. Omnis creatura rationalis

A partim in incorpoream, partim io corporeā na-
turam diuisa est. Est autem angelica quidem in-
corporea, altera verò species, nos homines su-
mus Atque illa quidem, quæ incorporea cùm sit,
sola mente comprehenditur, vt quæ nimirum à
grauante corpore remota atque seiuncta sit: (de
hoc loquor duro, renitenti, ac pondere suo ad
terram vergente corpore:) per superam partem
obuersatur in leuibus & æthereis locis immorans
in agili & expedita natura: altera verò propter
corporis nostri cum terrea natura cognatiooem,
tanquam limi & fecis quoddam sedimentū hanc
terrestram vitam necessitate sortita est. haud equi
B dem scio, quid per hæc diuina voluntas dispolu-
erit ac destinauerit, siue omnem sibi creaturam
consociare atque conciliare studuerit, vt oeque
inferna oatura cœlestium altitudinem, neque cœ-
lum terrenarum rerū penitus expers esset vt per
hominis formationem atque conditiooem vtri-
que elemento fieret aliqua participatio eorum,
quæ in alterutro iotelliguotur: cùm & anima,
quæ mente constat, quæ mens affinis & cognata
cœlestium virtutum esse videtur, terreois corpo-
ribus inhabitet, & hæc terrea caro in restitutione
vniuersorum in cœlestem locum vnà cum aoima
transmigret (Rapiemur enim, vt inquit Aposto-
C lus, in nubibus, io occursum Domini in aërem *Ad Thessal. 1. cap. 4.*
& sic semper cum Domino erimus.) Siue igitur
hoc, siue aliquid aliud præter hoc diuina sapieo-
tia disponente, in hanc duplicem vitā secta om-
nis oatura ratiooalis atque diuisa est, vna quidē
iocorporea, quæ cœlestem beatitudioem sortita
est: altera verò, quæ propter affinitatem, quam
cum ea habet, io terra per carnem occupata est.
Veruotameo booi & hooesti studium æqualiter
vtriusque naturæ essentiæ simul insitum & attri-
butum est, plenamque item ac summam in sese
potestatem, & ab omni oecessitate liberam vo-
luotatem in vtrisque parem rerum voiuersarum
B præses effecit, vt animi libero quodam arbitrio
atque proposito regatur, quicquid ratione pari-
ter ac meote hoooratum est. Sed superoa quidē
vita penitus à nequitia atque vitiositate pura est, *Superna vita & terrena.*
ac nihil quicquam ex iis, quæ ex cootrario iotel-
liguotur, cum illa vita conuersatur atque com-
muniooem habet: sed omnis vitiosus perturba-
tusque motus & affectus, quibus rebus genus hu
manum obnoxium est, per infernam vitam va-
gatur & oberrat. quamobrem eam, quæ in cœ-
lis est sanctarum virtutum vitam à nequitia at-
que vitiositate vacuam, & ab omni peccatorum
macula integram ac puram esse nouit diuinitùs
B prodicta scriptura. Quicquid autem extra bonū
per ipsam ab eo secessiooem malum subiit atque
suscepit, circa concauam atque depressam hanc
vitam, sicuti quædam fex & limus confluxit: qua
ratione inquioatur genus humanum, quo minus
diuinum lumen veritatis iotueatur, per eiusmo-
di tenebras impeditum. Si igitur superna quidem
vita ab affectibus & vitiis vacua, integra atque
incorrupta est variis autem affectibus & erumnis
demersa est huius terreoæ vitæ miseria, manife-
stum fuerit, quòd superna quidem vita, vt pote ab
omni malo pura, per booam volūtatem Dei pro-
sperè exigatur atque regatur. vbi enim malum nō
est, bonum prorsus esse oecesse est. nostra autem
vita,

vita,cùm communiooe & vsu bonotum ea: iderit,simul etiam eacidit diuina voluutate. Idcirco per oratiooem docemur,ita à malo vitam uostrã expurgare, vt ad similitudioem cœlestis vitæ institori, etiam in oobis absque vllo impedimento volunras Dei exerceatur. perinde ac si quis dicat: qnemadmodum in thronis & principatibus, & potestatibus, & dominatiouibus,& omni supramundano exercitu fit voluntas tua, malitia atque vitiositate uusquam boui actionẽ impediente: ita bouum etiam in nobis perficiatur & absoluatur, vt è medio sublata omni malitia atque nequitia, voluntas tua in aoimis nostris per omnia prosperè succedat. Sed quasi aliquis ex aduerso subiiciendo atque opponendo dixisset: Et quî fieri potest, vt illi, quibus ea sors obtigit, vt vitam per carnem exigant, eam, quæ in incorporeis virtutibus est, puritatem assequantur, cùm propter corporis necessarios vsus anima innumeris curis demersa sit? idcirco mihi videtur tanquã discutiens eiusmodi perplexitarem, id quod ad propositum studium difficile videbatur, sequenti oratione dissoluisse. Certam eoim stabilemque sententiam opinor eum nobis per hæc verba tradere, quibus quotidiaoum pauem petere nos iubet: quòd oimirum frugalitas & mediocritas, quantum attinet ad ratiouem vacuitatis affectuum & vitiorum, exequetur ei facultati, cui natura nihil deest. Noo enim angelus in orationibus à Deo petit sibi pauem subministrari: quoniam præditus est uatura, quæ uihil earum rerum amplius opus habeat: sed homo petere iubetur, propterea quòd id, quod euacuatur eo, quod repleat omoino opus habet. Nam fluxa atque transitoria vitæ humanæ conditio est, pro eo, qood cousumptum & excretum est, id quod reoooet, requirens. Qui igitur ad naturæ ministerium respicit, & nihil præterquam necesse est, per vauas curas desiderat atque requirit, non multum infra vitam angelicam erit, dum soa frugalitate illorum copiam uolla re amplius egentium imitatur. Idcirco quærere iubemur id, quod satis sit ad naturam corporis conseruandam, Panem da, ad Deum diceutes, ooo luxum, non delicias neque diuitias, nou floridas vestes purpureas, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores, nou vasa argentea, non agri copiam ac latitudinẽ noo imperium exercituum, nõ bellorum & gentiom præfecturas, non equorũ greges, uon boum armenta reliquorumque pecorum maguam multitudioem, non maocipiorum copiam, non claritudinem atque splendorem iu foro, non columnas, nou statuas, uon pannos sericos, uon musica acroamata, neque quicquam tale, per quæ anima à diuina ac potiori cura abstrahitur: sed panem. Vides latitudinem & vbertatem philosophiæ? quot sententiæ breui ac voce comprehendantur? tantum non apertè per hanc orationem clamat intelligentibus: Definite, ô homines, circa res vanas cupiditatibus diffundi ac distineri: definite laborũ aduersus vosmetipsos caussas & materias accumulare. exiguum est, quod naturæ debes: cibum debes carunculæ tuæ, rem & modicam & paratu facilem, si vsum & necessitatem intueris, cur aduersus temetipsum multiplicas tributa? Cuius rei gratia tot debitis teipsum obligatum atque subiectum is? argentum scrutãs, aurum fodiens, & fulgentem materiam requireos? vt tibi per eiosmodi res perpetuus hic tributorum exactor, venter luxu atque delicijs diffluat? cui panis, qui id, quod deest corpori suppleat, debetur. tu verò ad Indos negotiandi caussa proficisceris, & io Barbarico mari pericliraris, & aoniuersariis oauigationibus teipsum committis, vt rebus illinc importatis & aduectis, cibum condias, uon ꝙ cõsiderans, uou vltra palatum sensus coudimentorum progreditur. Similiter etẽ quod visu & aspectu gratum est: quod odore, qood ore & facie placet, momentaueam quandam & citò perituram gratiam ac voluptatem sensui præbet. a palato verò promiscua atque indistincta earum rerum, quæ immittuntur, differentia est, æqualiter omnia in maleolentiam & fœtorem natura transmutante. Vides finem obsoniorum apparatioois atque confectioois? Vides effectum imposturæ rei culinariæ ciborumque conditionis? Panem pete propter vitæ necessarium vsum, huius te corpori debitoreoi natura fecit. Cætera quæ præter hæc, solertia, deliciis ac luxui deditorum excogitata & inuenta suot: ea de zizaniorum iuxta satorum semine sunt. semen patris familias, frumentum est. ex frumeuto panis conficitur. at luxus atque deliciæ zizanium est, quod ab inimico iuxta frumeutum satum est. Sed homines omisso ministerio naturæ necessario, reuera suffocantur (vt alicubi verbum Sermo dicit) vanarum rerum studiis, & infrugiferi manent, dum in his anima sese perpetuò exercet & occupata est. Forsitan eiusmodi quippiam etiam Moyses per ænigmata atque inuolucra verborũ philosophari mihi videtur, qui voluptatis, quæ gustatu percipitur, serpeotem Euæ suasorem adhibuerit. Aiunt enim haoc bestiam, serpeotem inquam, si compagi atque commissuræ quam perrepere conetur, caput subduxerit atque perpulerit, haud facilè à posteriori parte ab obnitentibus posse retrahi per dorsum, squama naturaliter in contrarium aduersus vim attraheutium resistente: & quod facere non prohibetur ab anteriore parte elabi atque penetrare oitens, leuitate sqoamæ labente, id à posteriore parte resoluere atque retrahere tentans, obnitente vi squamarum, assequi nou potest: ostendẽre, opioor, scriptura, quòd voluptatem introeuntem, & animæ dorso obrepentem cauere oportet, & quàm maximè fieri potest, vitæ compages obturare. ita enim à cõsuetudine bestiarum vita humana pura seruari possit. Quòd si aliquem aditum adoersum nos nactus fuerit, vita composita nimirum in nobis dissoluta, latitabit per has compages dissolotas serpeus voluptatis, oec propter squamas ex mentis recessibus ac latebris facilè eijci poterit. Porro squamas cùm audis, multiplices ac varias voluptatum materias & occasioues per ænigma atque inuolucrum verbi intellige. Vna enim generali verbo bestia est voluptatis affectus. sed variæ multiplicesque voluptatum formæ vitæ humanæ per sensus immiatæ atque inhærescentes, hæ squamæ serpentis sunt varietate affectuum quasi maculis distinctæ. Si igitur fugis bestiæ contubernium atque cohabitationem, caue caput, hoc est, primum mali impetum & incursum

Panem nostrum quotidianum da nobis.

Matth. 13.

Locus valde vtrobique corruptus.

cursum, ad hoc enim præcepti Domini pertinet A inuolucrum & ænigma: Ipse obseruabit calcaneum tuum, & tu obseruabis caput eius. Gen.3. Ne des aditum serpenti ad inferiora irrepenti, & à primo initio omne suum volumen simul inferenti. mane atque consiste in vsu necessario. terminus esto tibi vitæ solicitudinis, per res obuias & parabiles necessarii vsus atque defectus expletio. quòd si tecum quoque consiliarius Euæ sermocinetur de eo, quod aspectu pulchrum, gustatu suaue sit, & præter panem tale obsonium talibusque condimentis paratum quæras, deinde per hæc cupidinem & appetitum extra necessarij vsus terminos educas, tunc videbis serpentem latenter ad B auaritiam deinceps proserpentem. Cum enim à necessario cibo ad ingluuié serpserit, ad id quod aspectu iucundum est transibit, vasa splendida atque elegantia quærens, ministros item venustos ac delicatos, lectos argenteos, strata molia, tegumenta pellucida atque auro intertexta, solia, tripodas, balneas, & vasa ad lauandum labra, crateras, haustra atque rysa psycteras & refrigeratoria, cyathos, gutturna, candelabra, acerras, atque eiusmodi res requirens. per hæc enim rem suam qualibet ratione augendi cupiditas ingreditur. Nam ne sumptus subsidium & apparatus ad eiusmodi res desit, reditibus opus est, per quos cō- C ficiantur & comparentur ea quæ desiderantur & requiruntur. Ergo flere illum & illum oportet, & plorare contubernalem, multosque, qui suis rebus excidens, miserabiles fieri, vt per illorum lachrymas huic magnificentia atque ostentatio mensæ splendescat. Cū autē etiam bis se serpens inuoluerit atque implicuerit, & ventrē cibo potuque ad voluntatē exquisito impleuerit: post ingurgitationē ac repletionē deinceps ad libidinosā rabiē inuoluendo sese delabitur. Id autē extremum est humanorum malorum. Vt igitur nihil horum accidat, facultate panis vitas circumscribit, obsonium quærens, quod ab ipsa natura tibi D paratur. Id autem potissimum quidem bona conscientia est, iusto vsu panem condiens. Quòd si etiam sensum gulæ demulceri vis, obsonium tibi esto indigentia, &, vt ne satietas satietati addatur, neu crapula infringatur, & hebetetur appetitus: sed cibum tuum præcedant præceptorum sudores. In sudore & labore vesceris pane tuo. Gen.3. Vides verbi, Sermonis primam obsonii confectionem? Sufficit tibi ad hunc vsum vsque mente occupari. imò verò huc vsque animam solicitudinibus panis illiges. Psal.146. ac dic ei, qui educit panem de terra: dic coruos pascenti, qui omni carni cibum dat qui manum aperit, & omne animal bona voluntate replet: à te mihi vita est, à te quoque mihi vitæ subsidium contingat: tu da panem, id est, ex iustis laboribus cibum adipiscar. Nam si Deus iustitia est, non habet à Deo panem, qui ex re fraudulenter & iniustè parta cibum habet. ipse compos voti es, nisi ex alienis copia atque facultas, nisi ex lachrymis reditus, si nemo propter tuam satietatem esuriit, si nullus ob tuam repletionem ingemuit. Dei panis maximè talis est, iustitiæ fructus, pacis spica, non permixta neque inquinata zizanij seminibus. Quòd si arans & colens aliena, & iniustitiam in oculis habens tabulis insuper scriptis iniustam acquisitionem robo-

A raueris & confirmaueris, deinde ad Deum dicas, Da panem: alius erit qui hanc vocem tuam audiat, non Deus. Nam fructum, qui ex iniustitia percipitur, contraria natura producit. qui studet iustitiæ, à Deo panem accipit. at qui colit iustitiam, ab iniustitiæ inuentore nutritur atque cibatur. Conscientiam igitur tuam intuens, ita panis petitionem Deo offer sciens, quòd non est societas Christo cum Beliar. Et si dona offeras ex iniu- Deut.23. stitia, compensatio atque remuneratio canis & merces meretricis donum est: etiamsi splendidas, ambitiosas & magnificas largitiones facias, audies prophetam abominantem ex talibus bo- B nis collationem & contributionem: Ad quid Esa.1. mihi multitudo victimarum vestrarū? dicit Dominus: plenus sum holocaustis arietum, & adipē agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum non volo: incensum, inquit, abominatio mihi est. Alibi immolentem vitulum pro canem mactan- Esa.66. te reputat. Si igitur à Domino panem habueris, id est, ex iustis laboribus, licet tibi etiam ei primitias de iustitiæ fructibus offerre. Pulchra autem est item adiectio dictionis hodie. Panē enim, in- Matth.6. quit, quotidianum da nobis hodie. Alia philosophia hic sermo est, vt discas per ea, quæ dicis, quòd diaria ac quotidiana sit vita humana. Id quod C præsens est, cuique proprium duntaxat est. futuri verò spes in incerto manet. nescimus enim quid paritura sit insequens dies. cur miserè soliciti sumus de incertis? cum curis futurarum rerum affligimur atque vexamur? Sufficit, inquit, diei sua afflictio: κακίαν, (quod sonat, malitiam,) malorū passionem nominans. Quid soliciti sumus de crastino? idcirco per id, quod hodie iubet, interdicit tibi cura de crastino, propemodum hæc tibi per hoc verbum dicens: Qui diem tibi dat, etiam ea, quæ ad diem pertinent, dat. quis efficit vt sol oriatur? quis euanescere facit & fugat tenebras noctis? quis ostendit tibi radium lucis? quis circum- D agit & versat cœlum, vt supra terram luminare sit? Qui hæc tibi & tanta dat, nunquid tuo opus habet auxilio, vt præstet carni tuæ id, quod necessitas requirit? quod affert studium ratione carentium ac brutorum animalium natura ad suam vitam? quæ coruorum arua sunt? quæ aquilarum horrea? An non vna omnibus victum suppeditat diuina voluntas, quæ res vniuersas continet atque complectitur? Et bos quidem & asinus, aut aliquod aliud animal irrationale suapte natura philosophiam cognitam habet atque edoctū est: atque id quod adest, boni consulit, insequentia verò nihil curat: nos autem consiliarijs opus, ha- E bemus, vt intelligamus fragilem atque caducam hanc & diariam vitæ, quæ per carnem transigitur, conditionem? an non docemur aliorum casibus? an non ad propriam vitam emendamur? Quid diuiti illi profuit multus commeatus & ap- Luc.12. paratus? qui vanæ spei frustra inhærescebat & inhiabat? diruens, ædificans? congregans, genio indulgens, longos annorum ambitus spei vanitate in horreis simul concludens? an non vna nox illam somniatam spem confutauit, quasi vanum quoddam insomnium super re vana confictum? Corporea vita præsentis duntaxat temporis est: atquæ per spem reposita est, anima propria est sed hominum amentia circa iudicium vtriusque fallitur,

tur, corpoream quidem vitam spe producens, animæ verò vitam ad præsentium attrahens vsū A atque fruitionem. propterea anima necessariò ab ea, quæ & est, & subsistit spe, circa id, quod apparet occupata alienatur, instabilibus autem per spem inuitens, neque huius compos fit, & illud non habet. Doceamur igitur per præsens consilium, quid hodie quidem, quid item in posterū petere oporteat. Panis hodiernæ necessitatis & vsus est: regnum beatitudinis, quæ speratur. Panem autem cùm dicit, omnia, quæ corpori necessaria sunt, comprehendit. si hæc petamus, perspicuum menti orantis erit, quòd circa rem quotidianam occupatio sit: sin autem aliquod animæ B bonum: intelligetur, quòd petitio pertineat ad tē perpetuam & infinitam: quò potissimum spectare precantes iubet: quasi vnà cum maiori prima quoque necessitas & vsus conficiatur. Petite, inquit, regnum & iustitiam, & hæc omnia adiicientur vobis, per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Matt. 6. Luc. 12.

DE ORATIONE DOMINICA ORATIO V.

Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. C



ROGREDIENS verbum, Sermo venit ad ipsum extremum punctū virtutis. præscribit enim per verba orationis, qualem velit esse eū, qui ad Deum accessurus sit, qui propemodum non amplius intra terminos humanæ naturæ conspiciatur, sed ipsi Deo per virtutem assimiletur, vt alius ille ipse Deus esse videatur, dum faciat ea, quæ Dei solius est facere. Debitorum enim remissio, proprium ac peculiare Dei munus & officium est. dictum est enim, quod nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus. Si quis igitur in sua vita, diuinæ naturæ insignia imitetur, illud ipsum quodammodo fit, cuius in se euidentia simulachra atque imitamenta ostenderit. Quid igitur verbum, Sermo docet? vt primùm per opera fiduciam sumamus, atque ita abolitionem & impunitatem eorum, quæ aliquando peccauerimus, petamus. Hæc enim planè nobiscum præsenti voce loquitur nimirum qui ad benefactorem accedit, benefactor esto: qui ad bonum, bonus: qui ad iustum iustus: patiens item ac lenis, qui ad lenem ac patientem accessurus sit: ad humanum humanus: & itidem in cæteris omnibus, ad benignum, ad probum & humanum, æquum, lubenter item bona communicantem & impartientem, & cuilibet misericordiam tribuentem, & si quid aliud circa nomen diuinū cernitur, ad vnumquodque animi sui proposito sese assimilans & accōmodans, ita sibi aditum atque fiduciam orationis conficiat. Vt igitur fieri non potest, vt vel malus bono concilietur, vel is, qui in impuris cogitationibus versatur, cum puro atque integro consuetudinem habeat, ita sæuitia accedentis seipsam, ab humanitate Dei seiungit. Qui ergo debitorum nomine obnoxium & obligatum

Luc. 5.

acerbe detinet, suis motibus ac ratione facti sui, ab humanitate diuina seipsum separat atque seiungit. Quæ enim societas humanitati cum crudelitate, & dilectionis affectioni cum feritate? item in reliquis, quæ ex contrario, oppositione mali facta, intelliguntur: quatum rerū contrarietas insociabilis est, quarum vna aliqua correptus à contraria prorsus segregatus est. Vt enim ille, qui mortem obiit, in vita non est: & qui vitæ particeps est, à morte remotus & alienus est, ita omnino necesse est eum, qui ad humanitatem Dei accessurus sit, ab omni sæuitia alienum esse. At qui omnium earum rerum, quæ per malitiam ac vitiositatem intelliguntur, expers fuerit, Deus quodammodo per eiusmodi habitum euadit: quippe cùm illud sibi confecerit, quod circa naturam diuinam ratio cernit. Vides ad quā tam amplitudinem per verba orationis Dominus intelligentes euehat, humanam naturam conditione diuina quodammodo mutans, & vt Dij fiant, qui ad deum accessuri sint, sanciens? cur, inquit, seruilem in modum metu trepidans & cōscientia tua tortus ac flagellatus ad deum accedis? cūr excludis tibi fiduciam in libertate animæ cōsistentem? quæ ab initio simul cum natura in esse producta est? quid adulatis verbis ei, qui assentationibus falli nequit? atque deludi non vult? cur officiosa atque assentatoria verba affers ad eū, qui opera intuetur? licet tibi quicquid ex Deo commodum est animo ingenuo atque libero ad arbitrium habere ipse tibi sis iudex, ipse te tua sententia absolue ac serua. remittit tibi à Deo debita desiderās, tu dimitte, & Deus decreuerit atque sententiam tulerit. Nam iudicio de proximo, quod in tua potestate est, qualecunque fuerit, sententia par erit & respondebit. quæ enim apud te statueris, hæc tibi per diuinum iudicium confirmabuntur. Sed qui possit aliquis pro dignitate explicare diuinæ vocis amplitudinē. Superat id, quod intelligitur, eam, quæ verbis fieri possit, explicationem, *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remisimus debitoribus nostris.* Nam quæ de hoc animum meum subit cogitare temerariū quidem est vel mente concipere, temerarium itē vel oratione cogitationem & mentis conceptum patefacere atque aperire. Quid enim est quod dicitur? Quemadmodum Deus bene ac rectè agentibus ad imitandum propositus est. sicut dixit Apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, ita vice versa, tuam affectionem Deo ad bonū pro exemplo esse vult, atque ordo quodammodo inuertitur, vt audeamus, quemadmodum bonū in nobis imitatione diuini nominis perficitur, ita sperare futurum, vt Deus nostra facta imitetur, cùm aliquid boni confecerimus, vt tu item ad Deum dicas, Quod ego feci, fac: imitare seruum tuum tu Domine, pauperem & egenum, qui regnum vniuersarum rerum obtines, remisi debita ne tu quidem exigas, supplicem repellere veritus sum, ne tu quidem supplicantem summoneas atque repellas. lætum & alacrem dimisi meum debitorem, talis item tuus fiat: ne tuum debitorem meo debitore tristiorem reddas: ambo pariter & æqualiter exigentibus gratias agant: par ab ambobus remissio decernatur, tuo simul & meo debitori, ille meus est debitor, tuus autem ego. quo animo

Rerum contrarietas insociabilis est.

1. Cor. 4.

animo ego fui aduersus hunc,quamque de eo sententiam sequutus sum, hæc item apud te obtineat:solui,solue:dimisi, dimitte:magnam ego proximus exhibui misericordiam: Imitare tu Domine serui tui humanitatem. At grauiora mea in te peccata quàm quæ hic aduersum me commisit. id ego non nego,atque hoc reputa, quantum excellas in omni bono:æquum est enim, vt vitium tuarum excellentiæ conuenientem misericordiā nobis peccantibus tribuas: exiguam humanitatem ego exhibui,non enim amplius capiebat natura . tua verò munificentia, exiguitate potentiæ non prohibetur,quin quantum velis,tantum largiaris. Verùm diligentius perpendamus propositam orationis dictionem,si quo modo nobis etiā per sententiæ considerationem, quasi manuductis, ac sublimem vitam aliquod adiumentū contingere possit. Scrutemur igitur,quæ sint ea quidem,quibus præstantibus humana natura obnoxia sit, quæ item illa contra, quorum remittendorum nos potestatem habemus. Nam ex harum rerum animaduersione, mediocris quædam nobis excellentiæ diuinorum bonorum cognitio contingere posit. Incipiamus igitur hinc peccata hominum aduersus Deum commissa enumerare. Primum Deo supplicium homo debuit, quòd ab eo desciuit, à quo factus erat,& ad aduersariū transiit,naturalis Domini fugitiuus & desertor factus. deinde quod libertatem suique potestatem ac propriam voluntatem, cum graui ac noxia seruitute peccati commutauit, & sub corrūpentis potestatis tyrannide,quàm cum Deo esse maluit. quinetiam quòd nō intuitus est pulchritudinem factoris, sed ad turpitudinē peccati faciem conuertit.cui malo secundum iudicabitur? diuinorū item bonorum despicientia & improbi illius escatum præferentia, in qua parte supplicii colloca bitur? imaginis item abolitio, diuinique signi, quod tempore primæ creationis in nobis impressum est, corruptio: ad hæc drachmæ amisio & à mensa patris recessus,& ad fœtidam porcorum vitam accessus,& expetendarum diuitiarum corruptio, & quæcunque talia delicta,tum per scripturam,tum per cogitationes cernere licet, quænam enumerare oratio possit? Quoniam igitur ob tot & talia delicta nomine pœnæ pendendæ Deo obnoxium est genus humanum, ideirco mihi verbum,Sermo per doctrinam orationis nos erudire atque instituere videtur, vt nequaquam dum cum Deo colloquimur,quasi pura conscientia præditi confidenter & arrogātcr loquamur etiamsi quā maximè quis ab humanis delictis procul absit (Forsitan enim si quis, sicut adolescēs ille locuples præceptis vitam suam moderatus sit, aliquid tale de vita sua gloriari, Et hæc omnia seruaui à iuuentute mea:ad Deum dicere potest, & persuasum habere,quoniam nihil in præcepta de liquerit, sibi non admodum conuenire debitorū nomine deprecationem,vt quæ solis ijs,qui peccauerint, congruat:& ait eum , qui per scortationem inquinatus, sit eiusmodi vocem decere cuius: vel ei,qui per auaritiam simulachra coluerit,necessariam esse veniæ petitionem,& cuius in summa,qui per aliquod delictum animæ conscientiam commaculauerit,bonum & commodum esse ad misericordiam confugere:quòd si Helias

Enumeratio peccatorum aduersus Deum.

Aut exemplar mutilatum aut certe ingēs parenthasis hac est.

præclarus fuerit, aut in spiritu & virtute Heliæ magnus ille inter filios mulierum, aut Petrus,aut Paulus,aut Ioannes, aut aliquis alius ex iis , de quibus bonum diuinæ scripturæ testimonium exstat:cur is eiusmodi voce vtatur, quæ ipsum à debitis eximat?cui nullum adeò debitum ex peccato sit?)neu quis ad hæc respiciens contumaciter & arroganter loquatur,sicut ille phariseus, qui ne agnoscebat quidem quæ esset ipsius natura.(nam si animaduertisset quòd homo esset,protsus naturam à sordibus integram ac puram non esse,edoctus fuisset à sancta scriptura, quæ dicit,quod nō possit inueniri inter homines , qui vnum diē absque macula viuat:)neque is igitur talis in animo eius qui per orationem accessurus sit ad deum,affectus ingeneretur,non ad bene facta ac res bene gestas respicere verbum,Sermo iubet, sed recordari communium humanæ naturæ debitorum, quntum quiuis protsus etiam ipse particeps est, vt qui naturæ communis particeps sit: & rogare iudicem,vt abolitionem & impunitatem delicto rum largiatur. Quasi enim viuente in nobis Adamo singulatim omnes homines quandiu pelliceas has tunicas circa naturam nostram videmus,& temporaria folia materialis huius vitæ,quæ nuda ti propriis ipsique splendidis indumentis malè nobis ipsis consuimus,cùm delicijs, glorijs, diarijs honoribus, & breui durantibus carnis expletionibus diuinos amictus permutauimus:donec itē afflictionis locum, ad quam incolendum condēnati sumus,intuemur: quando ad orientem nos converterimus:(non quòd Deus illic duntaxat videatur: qui enim vbique est in nulla parte peculiariter ac separatim comprehēditur,nam ex æquo cōtinet res vniuersas,sed quòd in orientibus partibus prima nobis patria sit. dico autem de ea, quam in paradiso habuimus habitatione, ex qua eiecti sumus. plantauit enim Deus paradisum in Edem in partibus orientalibus:)cùm igitur ad orientaleis parteis respicimus,& recordamur,quēadmodum ex lucidis & orientalibus beatitudinis locis eiecti sumus,meritò talem vocém proferimus, qui à mala vitæ ficu obumbramur, qui ex oculis Dei proiecti sumus, qui transfugimus ad serpentem qui vescitur terra, & in terra sese inuoluit,& super pectus & ventrem suum inambulat,& nobis vt eadem faciamus,consulit, nempe vt circa terrenarum rerum fructum ac volupta tem occupati simus,& humilibus abiectisque co gitationibus cor nostrū implicemus,& ventre inambulemus,id est voluptariæ vitæ studeamus & operā demus.in his igitur versantes, quemadmodum ille prodigus post longā ærumnā, qua porcos pascēs conflictabatur, vbi sicut & ille ad nosmetipsos redierimus,& cœlesti parte cogitare cœperimus.rectè talibus vocibus vtimur, *Remitte nobis debita nostra*.dicentes:vt etiamsi Moyses quispiam sit,& Samuel,& aliquis alius virtute excellens,nihilominus, quatenus homo est, hanc vocem sibi conuenire putet,vt qui commune habeat cū Adamo naturā,particeps itē eiectionis quoque sit. Quoniā enim,vt inquit apostolus, omnes per Adamum morimur, conuenit eam vocē,quæ Adamum nomine pœnitentiæ decet, communē esse omnium,qui cum illo mortui sunt,vt quēadmodum ait Apostolus,abolitione & impunitate delictorum

Luc 18.
Prou. 24.
Eccles. 7.
Quare versus orientē conuersi orantes.
Gen. 2.
Gen. 3.
Luc 15.
1. Cor. 15.

delictorum nobis concessa, per gratiam rursus à Domino seruemur. Sed hæc quidem perinde dicta sunt, ac si quis rationem magis communem inspiciens, propositam rem cõsideret, quòd si quis veram verbi sententiam quærit, non opinor opus esse in nobis ad communem naturam referre cogitationem. potest enim sua cuiusque vitæ cõscientia necessariam facere misericordiæ petitionem. Cùm enim vita à nobis in hoc seculo variè multiformiterque exigatur: alia quidem iuxta animum & mentem, alia verò secundum sensus corporis: difficulter, aut etiam omnino fieri non posse arbitror, vt non cum vno aliquo affectu quis in peccatum labatur. quale quid exempli gratia offero in medium. Cùm hæc vita, qua per corpus fruimur, in sensus nostros diuidatur: ea verò, quæ secundum animum exigitur, in mẽtis impetu & motu liberæ voluntatis consideretur: quis adeò magno atque excelso animo? quis tanta prudentia præditu? quis tanti spiritus est, vt per vtranque vitæ rationem vitiositatis ac malitiæ contagionem & inquinationẽ effugiat? quis, quod ad oculum attinet, expers peccati est? quis quod ad auditum attinet, innoxius? quis ab hac bestiali gulæ voluptate alienus? quis tactu purus & vacuus ab occasione peccati? Quis nescit inno lucrum & ænigma scripturæ dicentis, quòd per fenestras mors ingressa sit? Sensus enim, per quos animus eminens & ad res externas sese exerens, ea quæ placent, attipit & apprehendit, fenestras scriptura appellauit, quos sermo morti aditum patefacere dicit. Nam reuera multis sæpe mortibus introeundi locus oculus existit, dum vel irascentem videt, & ad eandem contrà perturbationem incitatur, vel prospera fortuna præter meritum vtentem, & in inuidiam exardescit: vel superbientem, & in odium ruit: vel aliquam materiam boni coloris, dexterioris vel oris ac formæ figuram, & totus ad concupiscendum id, quod placuerit, delabitur. Ita auris morti fenestras aperit, & per ea quæ audit, multos affectus ad animum transmittit, metum, tristitiam, iram, voluptatem, cupiditatem, risum effusum, & eiusmodi. porrò gustatus voluptas, mater, vt dixerit aliquis, singulorum malorum est. quis enim ignorat, quòd gulæ studium radix propemodum sit eorum peccatorum, quæ in vita committuntur? Ab hac enim pendent luxus atque deliciæ, ebrietas, ingluuies, in victu prodigalitas atque profusio, abũdantia, satietas, commessatio bestialis, & ratione carens impetus ad vitia ignominiosa. Similiter tangendi sensus omnium peccatorum extremum est. omnia enim quæ corpore exercentur à sectatoribus voluptatis, apprehensionis, quæ tactu fit, morbi sunt, quæ singulatim exponere longum fuerit: simul ne decorum quidem est inmiscere grauioribus sermonibus quæcunque tactus crimina sunt. Porrò multitudinem peccatorum, quæ animo pariter ac destinata voluntate committuntur, quæ nam oratio enumerare possit? Ex interioribus, inquit, proficiscuntur improbæ cogitationes: atque adiecit earum cogitationum, quibus inquinamur, enumerationem. Si igitur ab omnibus adeò partibus peccatorum retia nobis circumfusa sunt, per omnia sensuum instrumenta, per intimos

Locus mutilus vtrobique. — *Sensus quasi fenestra ad vitia.* — *Hier. 9.* — *Sensus visus.* — *Auditus.* — *Gustus.* — *Tactus.*

& occultos ac quasi in corde latentes animi motus: quis gloriabitur, vt inquit sapientia, se purum habere cor? quis à sordibus expurgatus est? quemadmodum Iob testatur: Sordes sunt animæ puritatis voluptas, quæ multifariam multisque modis humanæ vitæ commiscetur per animum pariter ac corpus, per cogitationes, per sensus, per motus ex proposito procedentes, per corporis operationes & effectus. quis ergo puram ab hac macula animam habet? qui fieri potuit, vt fastu percussus non sit? qui potuit non esse superbiæ pede calcatus? quem manus peccatrix non commouit? cuius pes ad nequitiam & malitiam non cucurrit? quem oculus immodestus non inquinauit, & auditus stolidus & imperitus non contaminauit, & gustatus ad sese nõ conuertit, & occupatum detinuit? cuius cor ad vanos motus rude & inexercitatum mansit? Quoniam igitur hæc circa nos sunt peiora quidem atque atrociora iis, qui in bestialem magis naturam degenerant, moderatiora autem atque tolerabiliora attentioribus: penitus autem & prorsus omnibus, quibus communis est natura, communia quoque delicta naturæ sunt: Idcirco Deo per orationem supplicantes, vt dimittantur nobis debita oramus. Sed irrita atque inefficax est eiusmodi vox & ad aures diuinas non pertinet ac penetrat, nisi conscientia vnà nobiscum clamet, quòd rectum, bonum, & decorum sit misericordiam impartiri. Nam qui iudicat humanitatem Deum decere: (nisi enim decere putaret, rem indecoram & non conuenientem aggredi eum atque suscipere non oraret,) eum æquum fuerit suis factis iudicium de bono atque decoro stabilire atque confirmare, ne à iusto iudice eiusmodi quid audiat: medice cura teipsũ. me ad humanitatem hortaris, quã tu proximis non impertiris. remissionẽ debitorum petis: qui fit ergo, vt tu suffoces obæratum? deleri tibi chirographũ aduersus te scriptũ precaris, qui diligenter seruas obnoxiorũ pacta atque contractus: tabulas nouas & abolitionẽ atque remissionẽ debitorũ petis, qui per vsuras æs alienũ nutris & auges: tuus debitor est in carcere, & tu in oratorio: ille ob debita cruciatur, & tu remitti tibi debitũ vis: exaudiri oratio tua nõ potest, superat enim sonus & strepitus vocis eius, qui cruciatur. si tu corporale debitũ dimiseris, soluẽtur tibi animæ vincula: si condonaueris, condonabitur tibi: ipse iudex eris, ipse tibi legẽ feres affectione, qua tu obnoxiũ prosequutus fueris, sperã sententiã per te ferẽs. Tale quippiã mihi videtur Dñs etiam in alio sermone docere per modũ narrationis hãc sententiã in mediũ afferẽs. Vbi rex quidã in narratione introducitur terribiliter pro tribunali sedẽs, & seruos ad iudicium cogens, & eorũ, quæ vnusquisque administrasset, cognitionẽ & quæstionẽ instituens, quum autem quidã debitor adductus, ac quoniam ad genua accidẽs loco persolutionis pecuniarum, supplicem libellum obtulerat, humanitatem consequutus esset, deinde ob modicum debitum aduersus conseruum acerbè sese & inhumaniter gessisset. ea inhumanitate aduersus conseruum iram regis prouocauit: qui quæsitoribus & tortoribus præcepit, vt eum penitus à domo regis alienarent, atque eo vsque suppliciũ prorogarent, quoad meritas pœnas dedisset. Nam o-

Prou. 20. — *Iob 14.15.* — *Mens sentiat quod os loquitur.* — *Matth. 17.*

boli quidem reuera viles & numeratu faciles sũt cum innumeris talentis comparari, aduersũ nos debita fratrum, si cum nostris aduersus Deum delictis conferantur. Damnosa prorsus est vel iniuriæ occasio ab aliquo præbita, vel serui nequitia, vel etiam insidiæ vitæ corporali structæ, & tu ad vlciscẽdum eiusmodi incommoda per inflammationẽ cordis accenderis & irritaris, & nihil nõ comminisceris & excogitas, quo vlciscaris eos, à quibus iniuria lacessitus sis. non cogitas, (si aduersus seruum nimirum ita exarserit) quod non natura, sed vis in seruitutem pariter & dominationẽ genus humanum scidit atque diuisit? Nam homini seruire vnam rationis expertem naturam, rerũ vniuersarum administrator lege constituit & ianxit, vt inquit propheta, Omnia subiecisti subter pedes eius. oues & boues vniuersas, volucres & iumenta, & pisceis. Atque hæc etiam serua appellat cùm in alio loco propheta dicat: Danti pecoribus alimentum ipsorum, & herbam seruitio hominum. hominem verò propriæ ac liberæ voluntatis gratia ac dono decorauit. Itaque quantum ad naturæ dignitatem attinet, eiusdem tecũ conditionis is est, qui lege atque consuetudine tibi subditus est, neque à te factus est, neque per te viuit: neque corporis pariter & animi efficacias abs te habet acceptas. Quid igitur aduersus eum iracundia tantopere efferuescis, siquis negligentior & omissiori animo, aut fugitiuus fuerit, vel palàm forrassis aduersus te contumaciorem se exhibuerit? cùm teipsum inspicere oporteat, qualis tu aduersus dominum fueris, qui te formauit? qui te per natiuitatem produxit, & miraculorum mundi participem fecit? qui solem ad fruendum proposuit, & ex elementis omnia viuendi subsidia præbuit, ex terra, ex igni, ex aëre & aqua? qui donum cogitandi, animaduertendi intelligendique præbuit: qui apprehendendi & defendendi sensum, qui boni ac mali discernendi scientiam dedit? qui fieri igitur potest, vt tu eiusmodi domino obedias? vt eum non offendas? an non à dominatu desciuisti? an non ad peccatum profugisti? an non improbum dominum pro bono amplexus es? an non quantum in te fuit, desertam domini domum reliquisti, cùm vbi collocatus eras ad operandum & custodiendum, inde discessisti? atque enumerata delicta, an non Deo teste, qui vbique est & omnia intuetur, aut committis, aut dicis? aut cogitas ea, quæ animo concipere non oportet? Et talis cùm sis, & tot nominibus obnoxius. magnum aliquid conseruo largiri te putas, si ad aliquod eius in te peccatum ex animi lenitate conniueas? Si igitur Deo pro misericordia atque venia preces oblaturi simus, conscientia fiduciam nobis paremus, vt vitam nostram aduocatam & patronam huic voci præficiamus, & vere dicamus: Et nos remisimus debentibus nobis. Sed quid sibi vult id, quod modò dictis statim adiectum est? necessarium existimo ne hoc quidem prætetire inexcussum & inexplicatum, vt scientes quid nam oremus, non corpore, sed animo supplicationem offeramus: *Ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo.* Quæ nam, fratres, horum verborum vis est? Videtur mihi Dominus multis ac diuersis vocabulis Malum illum nominare, dum iuxta differentias prauarum efficientiarum & improborum exercitiorum, multis nominibus eum appellat, diabolum, Beelzebul, mamonam, principem mundi, homicidam improbum patrem mendacij alijsque similibus. Forsitan igitur vnum aliquod ex ijs, quæ circa eum intelliguntur nominibus est etiam tentatio. ac confirmat nobis eiusmodi opinionem concordantia atque conuenientia dictorum. Cùm dixisset enim. Ne inducas nos in tentationem: subiunxit, liberari à Malo: quasi res eadem per vtrunque nomen significetur. Nam si is, qui non ingressus est in tentationem prorsus extra malum est: atque is, qui in tentationem incidit, in malo necessario versatur: vtique tentatio & Malus significatione vnum quidem sunt. Ad quid igitur nos eiusmodi orationis doctrina hortatur? Vt euitemus ac fugiamus eas res, quæ per hunc mundum spectantur. quemadmodum alibi dicit ad discipulos: Totus mundus in malo situs est. Ergo qui extra malum esse vult, necessariò sese à mundo segregabit. Nõ enim locum habet tentatio animam attingendi, nisi tanquam escam quandam hanc mundanam occupationem prauo hamo auidioribus porrigeret. Imò verò magis aperta nobis sententia per alias similitudines fieri poterit. Sæuum & infestũ ex tempestate atque procellis sæpenumerò mare est: at non procul ab eo remotis. Vim absumptricem habet ignis: sed subiectæ materiæ. Dirum & atrox bellum est: sed solis ijs, qui prælij participes sunt. Quemadmodum igitur is, qui calamitates bellicorum malorum fugit, præcatur, ne incidat in bellum: & qui ignem timet, ne in igni versetur: & qui mare horrescit, ne nauigandi necessitas incumbat: ita qui Mali impetum & incursum metuit precetur, ne in eum incidat. Quoniam autem, vt antè diximus, in Malo situm esse mundum verbum, Sermo dicit, atque in mundanis negotijs tentationum occasiones existunt: rectè & conuenienter qui à Malo liberari precatur vt tentationibus eximatur, orat. Non enim aliquis hamum deuorauerit, nisi per ingluuiem escam detraxerit. Verùm surgentes dicamus etiam nos ad Deum: Ne nos inducas in tentationem, hoc est in mala seculi: sed libera nos à Malo, qui in hoc mundo vires habet. à quo liberemur gratia Christi, cui potentia & gloria vnà cũ patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Psal. 8.

Psal. 104.

1. Ioan. 5.


In vno habetur κατα πασας in altero exemplari κατα πασας.

D. GREGO-

D. GREGORII NYSSENI DE BEATITVDINIBVS LIBER. EODEM SIFANO INTERPRETE.

De vita beata comparanda orationes octo.

ORATIO PRIMA. VISIS AVTEM TVRBIS ASCENDIT IN MONTEM, ET CVM CONSEdisset, accesserunt ad illum discipuli eius, & aperto ore suo docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cælorum.



VIS igitur in hoc cœtu talis est, qui & verbi, Sermonis discipulus sit: & cũ eo, à terrenis cócauisque ac humilib⁹ cogitationib⁹ & intellectibus ascẽdat in spiritualẽ montẽ altæ contemplationis? qui mons omnem quidẽ vmbrã ex eminentibus nequitiæ vitiisque tumulis porrectam effugit ex omnibus autem partibus veræ lucis radio collustratus, in pura veritatis serenitate omnia quæcunque in concauo coercitorum & conclusorũ oculis subducta sũt, ex specula conspicienda præbet. Quæ autem ab hac altitudine conspiciuntur, quot & qualia sint, ipse Deus verbum, Sermo eorum qui vnà secum ascenderunt beatitudinem explicando prosequitur. tanquam digito quodam ostendens, hinc quidem regnum cœlorum, ex altera verò parte, supernæ terræ hæreditatem: deinde misericordiam & iustitiam & consolationem, atque eam, quæ cum Deo rerum vniuersarum existit, cognationem: & fructum ex persecutionibus quod est, contubernalem Dei fieri: ac quæcunque alia præterea si quis ex sublimi specula per spem despiciat, superne de monte digito monstrante verbo Sermone in promptu est videre. Quoniam igitur ascendit Dominus in montem, audiamus Esaiam clamantem, Venite ascendamus in montem domini. atque etiamsi laboramus ex peccato, confortemus & confirmemus, quemadmodum prophetia præscribit, manus languidas ac genua dissoluta. Nam si in summum iugum euaserimus, inueniemus qui medeatur omni morbo, omnique langori, nempe eum qui infirmitates nostras suscipit, & morbos portat. Quocirca curramus etiam nos ad ascensum, vt cum Esaia in summo iugo spei constituti contemplemur ex specula, bona illa, quæ sequutis in altitudinem verbum, Sermo ostendit. verùm etiam nobis Deus Sermo os aperiat, ac doceat nos ea, quorum audito beatitudo est. Sumatur autem à nobis initium contemplationis & commentationis, vnde doctrinæ ductorum initium cepit. *Beati, inquit, pauperes spiritu: quoniam eorum est regnum cælorum.* Si quis auarus incidat in tabulas, thesaurum alicubi absconditum indicantes: is autem locus, qui thesaurum contineat, multum sudorem & laborem aspirantibus ad eas opes ostendat: nunquid ad labores oblanguescet, & in lucro quærendo segnis erit? nullumque præ studio laborem sumere atque defatigationem subire diuitiis dulcius & iucundius existimabit? Non ita se res habet: non ita est. sed omneis quidem ad hoc aduocabit amicos: ex omnibus item partibus ex quibus poterit, auxiliis sibi contractis, multitudine operarum opes illas absconditas, suas facturus sit. Hic est ille thesaurus, fratres, quem scriptum indicat, absconditæ autem præ obscuritate diuinæ sunt. Igitur nos quoque qui incorrupti auri cupidi sumus, precum quasi manuum multitudine vtamur, vt diuitiæ nobis patefiant, atque omnes ex æquo thesaurum diuidamus, & totum eum quisque acquirat. Talis enim diuisio virtutis est, vt & in omneis, qui eam amplectuntur & affectant, diuidatur, & cuique adsit vniuersa inter participantes non diminuta. Nam in terrenarum quidem diuitiarum distributione, qui plus iusto ad se traxerit, iniuriã facit iis qui ex æquis partibus socij sũt: (socij enim parte prorsus minus is qui suam plus iusto auxerit:) spirituales autem diuitiæ idem faciunt, quod sol, qui & omnibus videntibus se impertit, & totus vnicuique accedit. Quoniam igitur par ab vnoquoque lucrum ex labore speratur, par ab omnibus afferatur ad id, quod à nobis quæritur, precum adiumentum. Ac primùm quidem omnium arbitror oportere considerare ipsam beatitudinem, & intelligere, quid nam tandem ea sit. Beatitudo, vt mea quidem opinio fert, comprehensio quædam est omnium earum rerum quæ nomine boni intelliguntur: à qua nihil abest eorum, quæ pertinent ad bonorum desiderium atque cupiditatem. Poterit autem nobis ex comparatione contrarij planius fieri, qui per beatitudinem significetur. contraria autem beatitudini miseria est. Miseria igitur est, in acerbis ac tristibus nostraque voluntate non accidentibus casibus & calamitatibus ærumna. Affectio item eorum, quæ in ipsis fiunt, in vtroque in contrarium diducta atque diuisa est. Nam ei, qui quidem beatus habetur, ob res ad fruendum sibi propositas lætari, sibi placere & exultare licet: ei vero, qui miser existimatur, rebus sibi præsentibus angi atque dolere contingit. Porrò quod verè beatum habendum sit, ipsum diuinum numen est. Nam quicquid id tandem esse ponamus: beatitudo est illa immortalis & incorrupta vita, ineffabile pariter & inanimadnersibile atque inexcogitabile bonum inenarrabilis inexplicabilisque pulchritudo, à seipsa profecta, à seipsa data & gratia & sapientia & potentia: vera lux: fons omnis bonitatis: rebus vniuersis præsidens ac superimposita pote-

Marginal notes: Esa. 2. — Esa. 35. — Matth. 5. — Diuitiæ spirituales. — Beatitudo quid. — Ex miseria cognoscitur.

ſtas: ſola amabilis, ſemper eodem modo ſeſe habens, perpetua exultatio: ſempiterna lætitia: de qua ſi quis dicat omnia quæ poſsit, nihil dicit eorum, quæ rei dignitas poſtulat atque requirit. Neque enim intelligentia mentisque & ingenii agitatio attingit & aſſequitur id, quod eſt. atque etiam ſi quid de illo bono vel ſublimius & altius cogitare & intelligere valeamus, nulla tamen ratione vel oratione quod cogitatur & intelligitur, enunciatur. Quoniam autem is, qui finxit hominẽ, ſecundum imaginem Dei fecit eum: ſecundo loco beatum iudicandum fuerit id, quod per communicationem & participationem eius, quæ verè beatitas eſt, hoc nomine appellatur. Quemadmodum enim in præſtanti corporis forma, principalis quidem ac primaria pulchritudo in viuẽti vereque ſubſiſtenti facie eſt: ſecundum verò locum ab hac obtinet id, quod ad imitationem eius in imagine atque ſimulachro oſtenditur: ita natura quoque humana, quæ eſt effigies & imago ſupernæ beatitudinis, etiam ipſa bona pulchritudine deſignatur, cùm in ſe ſe beatorum oſtenderit inſignium ſignificationes & repræſentationes. ſed quia peccati ſordes pulchritudinem imaginis labefactarunt & inutilem reddiderunt: venit is qui nos elueret ſua aqua viuenti pariter ac ſalienti in vitam æternam, vt depoſita turpitudine ex peccato contracta, ad beatam formam renouemur. ac

Simile. quemadmodum in arte pingendi ſi quis eius rei non ignarus fuerit, ad imperitos dicere poſsit, illã pulchram eſſe faciẽ, quæ ex talibus corporis partibus conſtet: cui & capillus talis, & oculorum orbes, & ſuperciliorum deſcriptiones, & genarum poſitiones, & ſingulatim omnia quibus formæ præſtantia completur, adſint: eodem modo is, qui ad imitationem eius, quod ſolum beatum eſt, animam noſtram quaſi pingendo reconcinnat, ſingula, quæ pertineant ad beatitudinem, ſermone deſcribit, & ait in primis, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam eorum eſt regnum cælorum.* *Matth. 5.* Verùm quid lucri ex ea munificentia accedet, cùm ſententia, quæ in ijs verbis continetur, nobis declarata nõ ſit? Etenim in medicina multa prætioſa comparatuque atque inuentu difficilia medicamenta infrugifera inutiliaque ignorantibus manent, donec ab arte audiuerimus, ad quid horum quodque vtile ſit. Quid igitur eſt, pauperem eſſe ſpiritu, per quod regno cœlorum potiri contingit? Duo diuitiarum eſſe genera à ſcriptura didicimus: vnũ quod

Diuitiarũ genera duo probetur & expetatur, alterum quod damnetur & improbetur. Expectandæ quidem atque probandæ virtutum diuitiæ ſũt: criminationibus autem obnoxiæ ſunt & improbantur materiales pariter atque terrenæ: quoniam illæ quidem animæ opes exiſtunt: hæ verò ad decipienda ſenſuum vaſa idoneæ ſunt. Quamobrem has colligere Dominus vetat, quippe tinearum corruptioni inſidiisque nocturnorum furum expoſitas. Sublimium autem rerum diuitiis, quas vis corruptrix non attingit, ſtudere nos iubet. Tineæ autem & furis mentione facta, perniciem animæ theſaurorũ oſtendit. Si igitur diuitiis opponitur

Paupertas duplex. paupertas, iuxta analogiam & conuenientem rationem, duplicem planè paupertatem quoque animaduertere licet: vnam quidem reijciendam, alteram verò, quæ beata iudicetur. Quicunque igitur à temperantia, ſobrietate atque modeſtia nudus & inops, aut precioſarum iuſtitiæ opum, aut ſapientiæ, aut prudentiæ, aut alius cuiuſquam precioſarum atque reconditarum rerum egenus, pauper, & mendicus, inuenitur: paupertatis nomine ærumnoſus, ac miſerabilis eſt ob inopiam rerum precioſarum. at qui ſponte ſua earum rerum omnium quæ per vitium & nequitiam intelliguntur, inops & egenus eſt: ac nihil ex diabolicis opibus in ſuis conclauibus reconditum habet, ſed ſpiritu feruet, & per hunc malorum ſibi paupertatem colligit & quærit, ille fuerit is, qui a Verbo in ea, quæ beata habetur, egeſtate verſari oſtenditur: cuius egeſtatis fructus eſt regnum cœlorum. Verum reuertamur rurſus ad inſtitutum, & operam theſauro quærendo nauemus, neu deſiſtamus ſcrutatoria atque inquiſitoria ratione & oratione eruere & reuelare id, quod occultum eſt. *Beati, inquit, pauperes ſpiritu.* Dictum hoc quidem aliquo modo etiam in ſuperioribus eſt, & nunc iterũ dicetur, quòd finis vitæ cum virtute degendæ ſit, vt quis numini diuino aſsimiletur. *Beatitudinis finis vt quis deo aſsimiletur.* Atqui id quod paſsionis & affectus expers, incorruptum atque immortale eſt, vndequaque hominum effugit imitationẽ. Neque enim fieri poteſt, vt vita affectibus, perturbationibus vitiisque & caſibus obnoxia, aſsimiletur penitus & ex omnibus partibus ei naturæ, quæ neque perturbationes, neque caſus, neque affectus vllos admittit. Si igitur diuinum numen ſolum beatum eſt, vt id Apoſtolus nominat: beatitudinis verò communio hominibus per hoc contingit, ſi Deo aſsimilẽtur, imitatio autem expediri & confici nõ poteſt: vtique humana vita beatitudinem aſſequi non poteſt. Verùm nonnulla Deitatis propria hominibus quoque propoſita ſunt, vt ſi velint, illa aſſequi imitando poſsint. Quæ nam igitur hæc ſunt? Videtur mihi verbum, Sermo paupertatem & inopiã ſpiritus nominare voluntariam animi humilitatẽ atque demiſsionem. atque huius exemplum Apoſtolus nobis Dei paupertatem proponit, dum dicit, Qui cùm diues ſit, propter nos pauper & egenus factus eſt, vt nos illius egeſtate diteſceremus. *2. Corin. 8.* Quoniam igitur cætera omnia, quæ circa naturam diuinam conſpiciuntur, ſuperant modum humanæ naturæ: humilitas autem coalita atque conſueta nobis humi repentibus, & ex terra conflatis & in terram defluentibus eſt: ſi tu in eo, quod à natura tua non eſt alienum, & à te præſtari poteſt Deum imitatus fueris, beatam formam ipſe induiſti. Ac nemo putet nullius negotii rem eſſe, ac facilè effici poſſe, vt quis animo humili atque demiſſo ſit. Imò contra nihil ex omnibus, quæcunque per virtutem aguntur & exercentur, æquè laborioſum & operoſum atque eiuſmodi res eſt. Quamobrem? quia dormiente homine, qui bona ſemina ſeuerat, caput atque præcipua pars contrarii ſeminis ab inimico noſtræ vitæ ſuperbiæ zizaniorum coniectum radices egit. Quemadmodum enim ille ſe in terrã præcipitauit, eodem modo miſerum genus hominum, ad communem ruinam ſecum vnà detraxit. ac nullũ aliud naturæ noſtræ malũ tale eſt, qualis eſt is, qui per ſuperbiam nobis morbus ingeneratur. *Superbia vitanda.* Quoniam igitur omnibus propemodum, qui humanæ naturæ participes ſunt, vitium ela-

tionis

tionis quodammodo innatum est: idcirco Dominus hinc initiũ beatitudines exponendi facit, tanquam primordiale malum quoddam ex habitu nostro superbiam circiens, dum consulit, vt imitemur eum, qui sponte sua egenus fuit, qui verè beatus est, vt in quo possumus, pro virili nostra parte assimilati, ex eo, quod nostra voluntate egeni paupertatem secuti fuerimus, etiam beatitudinis communionem attrahamus & adsciscamus. Hoc enim quisque sentiet, inquit, inter vos, quod & in christo Iesu: qui cũ esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, quòd Deo par & æqualis esset: sed forma serui sumpta seipsum exinaniuit. Ecquid magis in Deo mendicum, quem forma serui: quid in rege rerum vniuersarum humilius, quàm in communionem inopis ac mendicæ nostræ naturæ venisse: Rex regnantium, & dominus dominantium sponte sua formam seruitutis induit: iudex rerum vniuersarum principibus tributarius existit: creaturæ dominus in spelunca diuersatur: qui mundum vniuersum complexus est, non inuenit locum in diuersorio, sed in præsepio brutorum animalium abijcitur. purus ille & incorruptus humanæ naturæ sordes non respuit, ac per omnem nostram mendicitatem penetrans, vsque ad mortis progreditur experimentum. Videte voluntariæ mendicitatis modum. Vita mortem gustat: iudex in iudicium ducitur: dominus vitæ rerum vniuersarum subijcitur iudicis decreto: supra mundanarum omnium copiarum rex, carnificum manus non repellit. Ad hoc, inquit, exemplum modus animi demissionis tibi spectet. Videtur autem mihi fortasse non incommodum esse eiusmodi vitij inconsiderantiam, absurditatem & importunitatem spectare: vt cum multa facilitate atque cõmoditate succedente nobis animi humilitate, facilè assequi atque conficere nobis beatitudinem possimus. Vt enim periti medici caussa morbi effectrice prius exempta, ægritudinem facilius vincunt: ita nos quoque vbi inflationem & tumorem inaniter se iactantium atque superbientium ratione repressserimus facile, commodum & expeditum eis iter animi demissionis efficiamus. Vnde igitur aliquis potius fastus atque superbiæ vanitatem demonstrauerit? qua ratione alia, quam si naturam ostenderit, quæ nam ea sit? Nam si quis ad seipsum, & non ad ea, quæ circa se sint, respiciat, non video, qua ratione is in eiusmodi vitium incidere possit. Quid igitur homo est? Vis vt ex scriptorum monumentis proferam id, quod plus ponderis & authoritatis in se contineat, ac plus æstimari debeat? At is qui nostra ornat, & inflatius splendidiusque de nobilitate humana loquitur, ex luto generatam naturam esse dicit: atque nobilitas & splendor superbi cognationem eum latere habet. Quòd si cõtinuam pariter & eam, quæ in promptu atque expedito, omnibusque nota est generationem proferre velis: remoue isthæc oro, ne loquaris de hac re, obmutescas, ne hiscas: ne reueles, vt lex inquit, dedecus patris & matris tuæ: ne sermone publices atque diuulges ea, quæ obliuione atque alto silentio regenda sunt. Et non erubescis terrea statua, mox puluis futura, qui in modum bullæ breui duraturum in te tumorem contines,

Philip. 2.

Christi humilitas.

Simile.

Hominis generatio.

Leuit. 20

te superbia repleri, fastu tumere? vano spiritu atque cogitatione mentem inflatam habere? An nõ respicis ad vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde & initium sumat, & in quid desinat. Verùm super his ac iactas te nomine iuuentutis, & ad florem ætatis respicis, & gloriaris, & tibi places propter decorem & pulchritudinem, quòd tibi manus supra modum vigeant ad morum, quòd celeres & veloces ad saltum tibi sint pedes, quòd capillus ventis diffundatur, quòd lanugo masillas distinguat, quòd tibi vestis purpuræ tincta supra modum florida sit, quòd panni tibi serici prælijs, venationibus ve, aut historiis quibusdã variegati, distincti atque exornati sint, aut forsitam ad talaria adhibita cura in nigro nitentia, & superfluo opere fibularum lineis oblectantia spectas. Ad ista respicis, teipsum verò non intueris? Ostendam tibi tanquam in speculo, qui sis, & qualis sis. Non vidisti in loco publico sepeliendis hominibus destinato, naturæ nostræ mysteria? nõ vidisti ossium, aliis super alia temerè abiectis, congeriem? caluarias carnibus nudatas, terribilẽ quẽdam ac deformem aspectum exaustis oculis præbentes? Vidisti ora ringentia, reliquaque membra prout fors tulit, diuulsa atque dispersa? Si illa vidisti, te ipsum in illis spectasti. Vbi signa præsentis floris? vbi coloris bonitas in genis? vbi flos labiorum? Vbi truculenta ac torua oculorum pulchritudo, sub vallo protegumentoque superciliorum elucens? vbi rectus nasus in medio genarum pulchritudinis collocatus? vbi ad ceruices vsque demissæ comæ? vbi circa tempora cincinni? vbi sagittariæ iaculatricesque manus? equitatores pedes? vbi purpura? vbi byssus? vbi paludamentum? vbi baltheus? calcaria? equus? cursus? fremitus? omnia, per quæ nunc tibi fastus augetur? dic, vbi hæc, quorum nomine nunc animos tollis & superbis, magnosque tibi spiritus sumis in illis? quod somnium adeò vanum & non subsistens? quæ nam ex somno talia visa? quæ vmbra adeò tenuis tactum subter fugiens, vt iuuentutis somnium simul & apparens & protinus præteruolens? Hæc ad eos, qui in iuuentute propter ætatis robur imperfectum minus sapiunt, à me dicta sint. Quid autem dicat aliquis de iis, qui ætate iam pleni, constituti, confirmatique sunt? in quibus ætas quidem stabilis, mores autem & ingenium instabile est, morbus item superbiæ augetur, nomen autem eiusmodi ingenii morbo, spiritus & fastus imponitur. Magistratus autem, quodque ei adiunctum est, imperium atque potestas, plerumque superbiæ materiam & occasionem præbet. Aut enim in ipso magistratu id vitium admittunt, aut hoc vitio impulsi ad eum aspirant, aut sermones de magistratu illati sæpenumerò sopitum iam morbum exsuscitant. Et quæ nam eiusmodi otario sit, quæ aures eorum à præconum voce præclusas penetrare possit? quis ita affectis persuadebit, quòd nihil quicquam omnino differant ab iis, qui in scena cum pompa prodeunt? Etenim illis quoque personis quædam ex arte polita atque ornata, vestisque purpurea auro intertexta iniecta est & in curru magnificè inuehuntur, & tamen nullus superbiæ morbus eos ex rebus eiusmodi inuadit: sed quo sensu atque spiritu erant an-

Superbia in iuuenibus quomodo reprimatur

In viris ambitio magistratuũ causa superbia.

Ambitiosi similes iis qui personati in scenam prodeunt.

Y iii tequam

tequam in scenam prodirent, eundem in animo habitum etiam in pompa conseruant, & postea non ægre ferunt, neque anguntur, quòd & de cur- A ru descéderint, & habitus ipsis detrahatur & adimatur. At illi qui per tempus magistratus pompā in scena vitæ ducunt, neque id, quod paulo ante præterijt, neque quod paulo pòst sequetur reputantes, quemadmodum bullæ inflatione intendūtur & intumescunt: eodem modo hi quoque ad claritudinem vocis præconis intumescunt, & ali cuius alienæ personæ formam sibi sumunt, naturalem habitum vultus mutantes, & in seueritatem atque terrorem componentes, sonusque ab eis asperior ad audientium concussionem & horroré B in feritatem transmutatus excogitatur, non amplius intra terminos humanos se continent, sed in diuinam & potentiam & potestatem se ingerunt & intrudunt. Nam vitæ necisque se potestatem habere credunt, quòd ex ijs, qui caussas apud eos dicunt, alium quidem sententia sua seruant, alium verò capitis condemnant. Ac ne hoc quidem vident, quis vere humanæ vitæ potestatem habeat, videlicet qui & initium & finem naturæ statuit. quanquam hoc solum satis esset ad reprimédum vanum tumorem atque inflationem, quòd multos magistratū gerentes & in imperio cōstitutos in ipsa magistratus scena è medijs & soliis tribu- C nalibus raptos & ad sepulchra portatos viderunt in quibus lamétatio voces præcōis excepit. Quo modo igitur alienæ vitæ potestatem habetis, qui à sua ipsius vita alienus est? Et hic igitur si pauper est spiritu, sua sponte respiciens ad eum, qui propter nos pauper & egenus fuit, communemque naturæ sortem atque conditionem ante oculos ponens, nihil contumeliosum per falsam illam magistratus tragœdiam atque fastum, in commune genu statuerit, verè beatus estimandus, qui temporariam animi demissionem atque humilitatem regno cœlorum permutet. Nec tamé alteram, frater, paupertatis rationem reiicias, quæ cœlestium D diuitiarum conciliatrix est. Vende, inquit, omneis tuas facultates, & da pauperibus, & veni, sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Etenim eiusmodi paupertates nō videtur mihi discrepare ab ea egestate, quæ beata iudicatur. Ecce omnibus, quæcunque habebamus, relictis, sequuti sumus te, inquit discipulus ad Dominum: quid igitur erit nobis? Et quod est responsum? Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnū cœlorum. Vis intelligere, quis pauper spiritu sit? qui corporalem opulentiam animæ diuitiis permutat, qui propter spiritum egenus est, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excussit, & abiecit, vt sublimis per E aërem sursum rapiatur, vt inquit Apostolus, in nube vnà cum Deo per cœlestia tendens. Ponderosa quædam res est aurum, onerosa res omnis, quæ diuitiarum caussa expetitur: leuis verò res quædā & sublimia petens est virtus. Verùm hæc sibi inuicem opposita sūt, ponderosum & leue. Ergo nulla ratione atque machinatione effici potest, vt leuis sit is, qui sese ponderi materiæ affixit. Si igitur ad superna nos accedere oportet, ab iis, quæ deorsum trahunt, inopes & egeni simus, vt in supernis versemur. Quis autem sit modus, quo id efficiatur, præscribit psalmodia, Dispersit, inquiens, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum

Ad fastū reprimēdū initium & finis naturæ nostræ spectandus.

Matth.19.

Ibidem.

Pauper spiritu.

1.Thess 4.

Psal.111.

seculi. Qui pauperi impertitus fuerit, in partem eius, qui propter nos pauper fuit, seipsum constituet. Egenus fuit Dominus, ne tu quidem metuas egestatem. Verùm regnum obtinet omnis creaturæ, qui propter nos egenus fuit. Ergo si cum eo, qui egenus fuit, vnà pauper eris, cum regnaute quoque vnà regnabis. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, cuius etiam nos digni habeamur per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO II. BEATI MITES: *Quoniam ipsi hereditatem terræ consequentur.*



QVI per scalam quandam ad altiora contendunt, Cùm in primo gradu constiterint, per eum ad superiorem tolluntur, ac rursus secundus ascendétem ad tertiū adducit, atque hic ad proximum, & ille ad insequentem. Atque ita is, qui ascendit, dum semper ab eo, in quo consistit, ad superiorem gradum enititur, ad summum ascensus fastigium euadit. Ad quid respiciens hinc exordior? Videtur mihi in modum graduum beatitudinum explicationis ordo dispositus atque digestus esse, facilem per mutuam consequentiam sermoni efficiens ascensum. Nam qui primum gradum beatificationis mente conscenderit, cum per necessariam quandam intellectuum consequentiam proximus excipit, etiam si prima facie noua mirandaque com memorare sermo videatur. Fieri enim non posse fortasse dicet auditor, vt tanquam in graduum dispositione, post regnum cœlorum hæreditas terræ deprehendatur. sed si quidem oporteret sermonem rerum sequi naturam: magis consentaneum erat, vt cœlo terra præponeretur, quasi hinc illuc ascésuri simus. Sed si oratione volucres quodammodo facti & erecti fuerimus, superque dorsa cœlestis testudinis constiterimus, inueniemus ibi super cœlesté terrā, quæ iis, qui cū virtute vitā transigerint, reposita est, vt non videatur ordo à conuenienti beatitudinum expositionis consequentia aberrasse, primùm cœlo, deinde terra nobis in promissionibus à Deo proposita. Quicquid enim apparet, quantum ad sensum corporeum attinet, totum inter se cognatum est. Et si enim illud quidem loci interuallo altum esse videtur, attamé subter intellectualem, inque mente sola cōsistentem naturam est, ad quam fieri non potest, vt cogitatio ascédat, nisi ratiōe prius hæc, quæ sésus assequitur, transgressa sit. Quod si appellatione terræ, supernæ partes denominantur, nihil mireris. ad humilitatem enim nostri auditus Verbū, Sermo quasi condescendendo sese accommodat qui idcirco descendit ad nos, quia nos ad illum tolli non poteramus. Itaque per verba & nomina nota nobis diuina mysteria tradit, his, vocibus vtens, quas continet humanæ vitæ consuetudo. Etenim in proximè præcedenti hanc promissionem, inexplicabilem illam in cœlis beatitudinem, regnum appellauit. nunquid eiusmodi quippiam indicans oratione, quale continet regnum infernum

Beatitudinū gradus.

num? diademata quædam lapidum splendore cir-
cum fulgurantia? & floridas vestes purpureas iu- A
cundum quendam oculis delicatis splendorem
reddentes? vestibula? aulæa? sublimia solia? satelli-
tum armigerorumque ordine circumstantium co
hortes? ac quæcúque alia in modum tragicorum
spectaculorum circa eiusmodi vitæ scenam ad-
dunt hi qui amplitudinem principatus per eius-
modi res in maius extollunt? Sed quoniam ma-
gnum quiddam, & supra omnia propemodum,
quæ magnificant inter homines, regni nomen in
vita est: idcirco vsus est etiam eo ad supernorum
bonorũ declarationẽ. Nã si quidem aliud quippi-
am excellentius, quàm regnum apud homines es- a
set, per illud potissimũ nomẽ animũ prorsus audiẽ
ris sursũ quasi alis additis euexisset, & erexisset ad
inexplicabilis & inenodabilis beatitudinis studiũ
atque cupiditatem. Neque enim fieri poterat, vt
suis ac proprijs vocabulis reuelarentur hominib⁹
illa bona, quæ superant & sẽsum & cognitionem
humanã: (neque enim oculus vidit, inquit, neque
1.Cor.2. auris audiuit: neque in cor hominis ascendit.)
sed ne penitus beatitudo quæ speratur, cõiecturã
effugiat, pro captu humilis & abiectæ nostræ natu
ræ ineffabilia illa nobis produntur. Ne igitur eius-
dem nominis terræ diuersa significatio, secundũ
cœlos mentem tuam rursus ad infernam terram C
detrahat, sed siquidem à Verbo Sermone erectus
es per priores beatitudinum expositiones, cœlestẽ
que conscendisti spem, de illa mihi terra sciscitare
atque inquire, quæ non omnium hæreditas est:
sed siqui propter vitæ mansuetudinem & lenita-
tem, illa promissione digni iudicantur. quam etiã
David lenis fuit. magnus ille Dauid, qui præter omnes eos, qui æta
re illius in vita versati sunt, lenis pariter ac patiens
fuisse testimonio scripturæ perhibetur, suggeren-
te spiritu præcepisse, ac per fidem iam tunc id,
quòd speratur, præoccupasse mihi videtur, cum
dixit: Credo me videre bona Domini in terra vi-
uentium. Non enim existimo prophetam hanc vi b
uentium appellasse terram, quæ mortalia omnia
producit, & in sese rursus quicquid ex ea prodijt,
resoluit: sed vidit & intellexit terram viuentium,
quam mors non inuasit: in qua, via peccatorum
non trita est: quæ vitiositatis vestigium in sese nõ
Psal.26. accepit: quam is, qui zizania seminat, non prosci-
dit arato improbitatis: quæ tribulos & spinas nõ
producit: in qua aqua requietis, & locus pascuæ:
& fons: qui in quatuor riuos diducitur, & vitis,
quæ à Deo summæ rerum colitur: & quæcunque
denique alia à diuinitùs prodita atque suggesta
doctrina per inuolucra verborum audimus. Si i-
gitur à nobis intellecta est sublimis illa terra, quæ B
supra cœlos videtur, in qua ciuitas regis collocata
est, de qua magnifica ac gloriosa pronuntiata sunt
vt inquit propheta, haud rectè posthac ordine cõ
tinuationis beatitudinum expositionis offẽsi fue-
rimus. Neque enim verisimile esset, opinor, hanc
rectè propositam esse terram spei benedictionis
eorum, qui rapientur, vt inquit Apostolus, in nu-
bibus in occursum Domini in aërem, & sic sem-
per cum Domino futuri sũt. Quid igitur opus est
iis inferna terra, quorum vita spe suspensa est? ra-
piemur enim in nubibus in occursum Domini in
aërẽ, & ita semper cum Domino erimus. Sed vi-
deamus cuius virtutis præmium illius hæreditas

terræ proposita sit. Beati enim, inquit, mites & le- Thes.4. Matth.5.
nes: quoniam ipsi hæreditatem terræ consequen- A Locus corruptus.
tur. Quid est lenitas? & in qua re lenitatem Ver-
bum, Sermo beatam iudicat? Non enim videtur
mihi oportere omnia ex æquo virtutem putare,
quecunque cum lenitate fiunt, si quietum pariter
& tardum per hanc dictionem duntaxat significe
tur. Neque enim in cursoribus, lenis est melior ac
celerante: neque in arte pugilum is, qui cum maio
re difficultate tardiusque se mouet, coronam de
aduersario tollit, quin etiam si curramus pro præ-
mio supernæ vocationis, intendendi celeritatem
author est Paulus, dũ dicit: Ita currite, vt assequã
a mini: quoniam & ipse per vehementiorem sem- 1 Cor.9.
per motum vlterius nitebatur, ea, quæ post tergũ
essent, obliuioni tradens: & pugnans, agilis & ve-
lox erat. Obseruabat enim aduersarii impetum &
incursum, circa gressum firmus & cautus erat, &
cùm manus armatas haberet, non in vanum & in-
ane quiddam intentabat telum, quod manibus te
nebat, sed aduersarii opportunas atque ad ictus ex 2.Cor.11.
positas patẽtesque partes appetebat, aduersus ipsũ
corpus, plagas ferens & intentans. Vis cognosce-
re artem pugilis Pauli? intuere vulnera contrà cer
tãtis: aspice liuores & sugillata aduersarii, vide no
tas & puncta victi. Omnino autem non ignoras
C aduersarium, nimirum qui per carnem obluctа-
tur, quem per artem pugnandi, vnguibus continẽ
ti elacerans, suggillat, cuius membra mortificat fa
me, siti, frigore, nuditate, cui notas & puncta Do-
mini imprimit & inurit, quem cursu à tergo reli-
ctum vincit, ne præcurrente aduersario tenebræ
oculis suis offendantur. Si igitur Paulus in certa-
minibus agilis, acer & velox est, & Dauid inimi-
cos inuadẽs gressus dilatat, & spõsus in cãtico, ca- Psal.17.
preæ, quod ad agilitatẽ & velocitatẽ attinet, assimi Cant.2.
latur mõtes trãsiliens, & in collibus saltãs, multaq́
eiusmodi proferre licet, in quibus celeritas motus
lenitati præferri reperitur, quî fit, vt hic quasi rem
b præclaram & eximiam lenitatem Verbum Ser- Matth.5.
mo beatam predicet? Beati enim, inquit, lenes,
quoniam ipsi hæreditatem terræ consequentur, il
lius planè terræ (nimirum) quæ bonorum fructu
um fertilis est, quæ ligno vitæ frondet, quæ fonti-
bus spiritualium donorum irrigua est, in qua ve-
ra vitis germinat, cuius cultorem esse patrem Do Ioan.15.
mini audimus. Verũ videtur eiusmodi quippiam
Verbum, Sermo innuere atque significare, quòd
valde nimirùm facilis in vitium & nequitiam sit
lapsus, & res propensa præcepsque in peius natu-
ra, sicuti grauia ac ponderosa corpora sursum qui
dem versus, prorsus immota manẽt, sin autem ab
B aliquo alto cacumine montis in præceps excutiã-
tur & deturbentur, tanto impetu propria mole
cursum incitante, in subiectum feruntur, vt ea ce-
leritas nulla oratione exprimi possit. Quoniam i-
gitur res noxia atque periculosa in his velocitas
est, beatum omnino habẽdum fuerit id, quod ex
aduerso intelligitur. id autem lenitas est, nimirum
aduersus eiusmodi naturæ impetus & appetitus,
tardus pariter motuque difficilis habitus & assue Lenitas quid.
tudo. Quemadmodum enim ignis, qui natura sur
sum versus semper mouetur, immobilis in contra
rium cursum est, eodem modo virtus quoque cũ
ad superiora, sursumque versus acer, velóxque &
prompta sit, nihilque vnquam de celeritate remit

tat, ad contrarium motum tardatur & impedita est. Ergo quia nimia in natura nostra ad mala velocitas est, rectè in talibus quies & lenitas beata iudicatur. Nam otium & quies atque cessatio à malis, motus ad superna testimoniū exsistit. Commodius autem fuerit per ipsa exempla, quæ in vita communi accidunt, orationem declarare. Duplex vniuscuiusque voluntatis motus est, ad arbitrium quò visum fuerit progrediens, hinc ad temperantiam, illinc ad incontinentiam. Quod autem in parte virtutis vitiique formæ dictum est hoc in vniuerso intelligatur. Scinditur enim prorsus in contrarios appetitus natura atque ingeniū humanum, cùm vel iracundia per lenitatem atque benignitatem, vel superbia per modestiam & moderationem, vel inuidia per fauorem, vel odium & simultas per pacificum & amicum affectum ex cōtrario declaratur. Quoniam igitur vita quidem humana materialis & crassa est: circa materias autem perturbationes & affectus versātur: atque omnis affectus celerem, violentum, irrepressibilemque habet appetitum & impetum ad expletionem voluntatis: (ponderosa enim & deorsum vergens materia est) idcirco beatos iudicat Dominus non eos, qui extra affectum & perturbationem apud seipsos viuunt: (fieri enim non potest, vt in vita materiali, materiæ penitus & affectuum expers vita exigatur:) sed quatenus progrediendi facultas est, virtutis terminum & modum in vita, quæ in carne transigitur, lenitatem dicit, ac satis ad beatificationē esse ait, si quis lenis & mansuetus sit. Non enim penitus vacuitatem affectuum, & impatibilitatem humanæ naturæ præscribit: (nō enim æqui legislatoris est ea iubere, quæ natura non capit nec admittit. Nam id perinde est, ac si quis aquatilia traducat ad aëriam vitam, aut contrà ad aquam deducat ea, quæ in aëre viuunt: sed conuenit ad proprias & naturaleis vires aptā & accōmodatā esse legē.) idcirco vt moderati pariter & lenes simus, nō, vt affectuū prorsus expertes, & à perturbationibus omnino vacui sim⁹ beatificatio nos hortatur. nā hoc quidē excedit naturā: illud verò virtute cōficitur. Si igitur immobilitatē ad cupiditatē beatificatio instituerer, nullius vsus esset, nihilque adiumenti ad vitā benedictio afferret. (Quis enī carni & sāguini coniunctus id assequi posset?) nunc aūt non eum, qui aliquo casu concupierit, sed qui consultò vitium sibi asciuerit & contraxerit condemnandum esse ait. Nam vt innascatur aliquando talis appetitus, sæpe infirmitas insita naturæ, etiam præter animi sententiam efficit: verùm non in modum torrentis impetu perturbationis trāsuersum rapi, sed viriliter aduersus eiusmodi dispositionem & affectum consistere, & rationibus perturbationem discutere atque summouere, hoc virtutis est opus. Beati igitur illi, qui ad perturbatos & vitiosos animi motus, non procliues, præcipites atque propensi, sed ratione sedati sūt: in quibus ratiocinatio veluti frenum quoddam impetus reprimens, non sinit animum ad immodestiam, insolentiam ac perturbationem rapi atque efferri. Magis autem id aliquis cernere possit in ea perturbatione, quæ per iracundiam contingit, quàm beata res habenda lenitas sit. Posteaquam enim vel verbum, vel factum, vel suspicio

Simile ab igne.

Beati qui animi motus sedare possunt.

A molestior minusque iucūda eum morbum commouerit, & sanguis circa cor efferbuerit, & animus concitatus fuerit in vltionem: quemadmodū fabulæ per medicamentorum quandam potionē, in brutorum animalium species naturam transmutari fingunt: ita virum repente videre licet aprum aut canem, aut pantheram, aut aliam quampiam similium ferarum ab ira factum esse. oculi sanguine suffusi sunt: capillus erectus surgit & inhorrescit: vox aspera ac verbis incitata: lingua per turbationem torpens & non subseruiens motibus intestinis: labia constricta, & non articulatè verba exprimentia, neque cohibentia in ore præ perturbatione innatum humorem, sed indecorè spumam simul cum voce expuentia, tales manus: tales pedes: talis corporis dispositio tota: vnoquoque membro pr.. ur, animi motus fuerit, ita dispositio, pariterque affecto. Si igitur hic quidem talis fuerit: is autem, qui beatitudinem ante oculos habeat, rationibus morbum mitiget ac leniat, constanti sedatoque vultu, ac submissa placidaque voce tanquam medicus quidam ex phrenetide turpiter se gerentem arte curans: an non etiā ipse, comparatione illius cū hoc facta dices: quòd miserabilis quidem & abominandus ille efferatus: beatus verò iudicandus hic lenis sit, qui non imitatus sit vitium proximi, nec decorum habitum oris peruerterit? Quòd autem ad hanc maxime perturbationem verbum Sermo respiciat, perspicuum est ex eo, quòd secundum animi demissionem, lenitatem nobis præscripsit. Videtur enī alterum cum altero cohærere, ac veluti matrem quandam eius, qui circa lenitatem versatur habitus, esse animi demissionis constitutionem atque tranquillitatem. Nam si ex animo superbiam exemeris, occasionem innascendi vitium iracundiæ non habebit. Contumelia enim & ignominia talis infirmitatis irascentibus caussa existit. Ignominia autem non mouetur is, qui sese animi demissione moderatur. Nam si quis cogitationem ab humana fraude vacuam ac putam habeat, & vilitatem naturæ, quam adeptus est, cernat, à quali initio ortus sit, & in quem finem huius vitæ breuis fluxus atque cursus tendat, & carni coniunctas sordes, naturæque inopiam, quòd ea nimirum per sese sufficiens non sit ad sui conseruationem, nisi copia brutorum animalium suppleat id quod deest: adhæc molestias, luctus, calamitates & omnimodas morborum formas, quibus obnoxia vita humana est, à quibus nemo natura liber & immunis est: hæc si quis diligenter puro animi oculo cernat, haud facilè ad honorum defectus commouebitur & excandescet, quinimò contra fraudem ducet esse honorem, quo ob rem quampiam à proximo afficiatur: quippe cùm nihil tale in natura nostra habeam⁹, quod possit cū dignitate & honore communionē habere, præterquam circa animum duntaxat, cuius honor nō constat ex ijs rebus quæ per hunc mundum expetuntur. Nam ob diuitias gloriari, aut genus ostentare, aut ad gloriam spectare, aut supra proximū esse videri, quibus rebus complentur honores humani, hæc omnia subuersio atque dedecus animæ honoris existunt, vt nemo ratione præditus & consideratus, animæ puritatem eiusmodi aliqua re contaminare sustinuerit. Ita autem affectū & animatum

Iratorū affectus depingūtur.

Lenitatis descriptio.

Natura nostra vilitas

Matth. 5.

B C D E

& animatum esse, uihil est aliud, quam in profundo habitu animi bumilitatis esse: qua coufecta atque expedita, nullum iracundia aditum aduersus animnm habebit. porrò iracundia procul summota, quieta placidaque vita transigitur: quod nihil aliud uisi lenitas est: cuius finis beatitudo atque cœlestis terræ hæreditas est, per Christum Iesum cui gloria & imperium in secula seculorú. Amen.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO III. BEATI QVI *lugent, quoniam ipsi consolationem accipient.*



NONDVM in verticem montis eua simus, sed adbuc circa radices mótis intellectuum hæremus: etsi duos quosdam iam tumulos transiuimus ad beatam egestatem, atque hac seperiorem lenitatem per beatitudiues euecti: post qnos tumulos ad sublimiora nos verbum Sermo subducit, ac tertium nobis deinceps iugum per beatitudines ostendit. ad q̃ omni tumore & onere atque tenaciter inhærẽte,
Heb.12. vt iuquit Apostolus, peccato deposito, uos currere prorsus oportet, vt leues & expediti in cacumine coustituti puriori lumiui veritatis per animam appropinquemus. Quid igitur est, quod dicitur, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient?*
Matth.5. Risum prorsus non tenebit, siquis ad muudú respiciat, & bis verbis vtetur irridens atque subsannans verbum, Sermonem. Si in vita beati habentur, qui omni calamitate conficiuntur: miseri per consequentiam planè sunt, qnorum vita molestiia pariter & ægritudinibus incommodisque vacat.
Humanæ vitæ incõmoda. Atque ita species enumerans calamitatum, risum augebit, & amplificabit, incommoda viduitatis, & orbitatis erumnam aute oculos proponens, dána, nsufragia, captiuitates ex bellis, iniustas in iudicio seutentias, exilia publicationesque bouorum ignominiias, & infamiæ notas, calamitates cótractas ex morbis, cæcitates ac mutilationes, variaque corporis vitia atque detrimentes, ac si quid hominibus per bauc vitam accidit iucommodi, quod vel corpus vel animum attiuguat, omnia oratione persequetur: per quæ vt eius opiuio fere ridiculum ostender Sermonem, quo lugentes beati iudicantur. Nos autem parum curantes eos, qui & humili & pusillo animo diuinos coutemplantur iutellectus, quantum eius fieri poterit, eas, quæ in boc dicto altè defossæ iacent, diuitias penitus inspicere couemur: vt vel per boc planú fiat, quanta sit differentia inter carualem terrenámque, & sublimem cœlestemque intelligentiam. Ac prima qnidem facie potest aliquis illum luctum beatum putare, qui propter delicta atque
2.Cor.7. peccata existit, iuxta Pauli de tristitia doctrinam, vbi dixit, uon esse vnam tristitiæ speciem, sed aliam quidem mundanam, aliam verò, quæ secundum Deum representetur, ac muu-
Tristitia duplex. danam quidem tristitiam mortis effectricem esse, alteram verò per pœnitentiam salutem conficere mœrentibus. Nam reuera non potest non beata iudicari talis animæ perturbatio, quum a auims duerso eo, quod deterius est, vitam vitio-
Simile. sam deplorat. Quemadmodum enim in corporis morbis, quibus aliqua pars corporis, ex violenta quadam læsione tabida facta fuerit, indoleutia argumento est, mortuam esse, tabidam ac languidam illam partem: sed si arte quadam medica vitalis denuò sensus corpori restitutus sit, iã is qui laborat, quàm qni curationem administrãt, doleute iam parte gaudent, quippe certissimo argumento vtentes, ad sanitatem conuertisse se morbum, eo qnòd membrum seutire iam ceperit ea, quæ faciaut dolorem: ita nonnulli, postquã amisso sensu doloris, vt inquit Apostolus, tradiderint se vitæ peccatrici: cùm, quod ad vitam eum virtute degendam attinet, reuera mortui quidam tabesactique sint, uullum eorum, quæ faciunt, sensum habent. Sed siquis verbum Sermo medicus, veluti quibusdam calidis perurentibusque medicamentis (futuri inquam iudicij horrendis & acerbis minis) eos perstrinxerit, & terrore eorum, quæ in expectatione sunt, cor penitus exacerbauerit, terrorem gehennæ, ignem qui uon extinguitur, vermem non emorientem, stridorem dentium, perpetuumque fletum, & tenebras exteriores, & talia vniuersa, veluti calida quædam & acria medicamenta voluptatis affectibus torpenti inferendo, refouendoque, eò vsque redegerit eum, vt sentiat, in qua vita versetur, beatum eum effecerit, sensu doloris animo eius iuiecto. quemadmodum etiam Paulus eum, qui iu cubile patris debacchatus erat, tamdiu sermone verberat & castigat, quandiu peccatum uon seutiebat: posteaquam autem obiurgationis medicina motus erat, quasi iam per luctum beatum factum consolari iucipit, ne nimio dolore, inquit, talis absorbeatur. Erit autem etiam hic nobis intellectus ad propositam beatitudinis speculationem, & ad vitam eum virtute transigendam, nou inutiles, propterea quòd reduudet quodammodo iu hominum natura peccatú, peccati verò remediú esse luctum ex pœnitentia demonstratum est. Sed videtur mihi verbú, Sermo profundius quiddã quã ea, quæ modo dicta sunt, significare, per durabilẽ luctus vsum, aliud præter hoc intelligendum esse doceus. Nam si solá propter delicta resipiscentiam indicaret, magis consentaneum, magisque conueniens erat, vt eos, qui luxissent, beatos iudicaret, uon eos, qui lugerent, quemadmodum exempli gratia, comparatione eius vitæ, quæ cum morbo transigitur, eos, qui curati sunt, non qui perpetuò curantur, beatos iudicamus. Curationis enim prorogatio, infirmitatis quoque perpetuitatem & continuitatẽ simul indicat. Atque etiam alia ratione mihi rectú esse videtur, vt non secundum bunc solum intellectum ponamus, quòd verbum, Sermo propter peccatum lugentibus beatitudinem tribuat. Multos enim inueniemus, quorú vita iuculpata, nullisque crimiuibus obnoxia, atque ipsius adeo diuinæ vocis testimonio, cuiusque virtutis uomine cõmendata fuit. Nam quæ auaritia Ioannis? quis simulachrorum cultus Eliæ? quod paruum aut magnum in vita illorum, bistoria nouit delictú? Quis ergo? vtrùm beatitudinis expertes eos esse sermo ponet, qui nec ab initio prorsus ægrotauerunt, nec remedio boc, luctu inquam ex pœnitentia, opus habuerunt? an absurdum fuerit, taleis à diuina beatitudine repellere & alienos ar-

Ephes.4.

1.Cor.5.

nos arbitrari, quia neque peccauerunt, neque luctu peccatum sanauerũt? an hac ratione saue peccare, quàm sine peccato viuere præstabilius fuerit, si solis pœnitentibus & resipiscentibus gratia consolatoris tribuitur? Beati enim, inquit, qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. Ergo quoad eius fieri poterit, sequentes, vt inquit, Ambacum eum, qui ad sublimia nos euehit, rursus sẽtẽtiam, quæ cõtineatur in his verbis inuestigemus, vt discamus cui luctui consolatio sancti spiritus proposita sit. Videamus igitur in vita humana, primum omnium, quid tandem ipse luctus sit, vel ob quas res confletur & contrahatur. Ergò manifestum id omnibus est, quòd luctus sit, tristis animi habitus & affectus, qui existit propter priuationem rei alicuius, quæ placet & accepta sit: qui luctus in iis, qui cum lætitia vitam trãsigunt, consistendi locum non habet. Verbi caussa, prorsus aliquis in vita vtitur fortuna: omnia negotia per res iucundas ei secũdo cursu fluunt atq́ procedunt. Vxore delectatur: ob liberos sibi placet: præsidio fratrum munitus & tutus est: authoritate præditus & honoratus in foro: charus principibus: metuendus aduersariis: subditis non cõtemnendus: facilis amicis, diuitiis florens, & iisdẽ in deliciis & voluptatibus fruens: suauis & iucundus, nullis molestiis pressus, corpore robusto: omnia consequutus, quæcunque per hunc mundum in pretio esse videntur. Talis re quaque præsenti prorsus cum delectatiõe atque lætitia fruitur. sed si aliqua mutatio prosperitatis huius immaserit, aut disiunctionem charissimorum, aut damnum facultatum, aut aliquam corporis commodorum, ex aliquo aduerso grauique casu labefactationẽ adducens, tunc subtractione oblectamenti contraria existit affectio, quam luctum appellamus. Ergo definitio eius paulo antè edita vera est, nimirum, quòd luctus sit acerbus, ac dolorem capiens quidam sensus priuationis earum rerum, quibus homines delectantur. Si igitur intellectum est à nobis, quis sit luctus humanus, ea quæ clara ac manifesta sunt, viam nobis quandam ad ea, quæ ignorantur, patefaciant, vt perspicuum nobis fiat, quis sit luctus ille beatus, quem consequitur consolatio. Nam si priuatio bonorum, quæ cuique adsueuit, luctũ efficit in hoc mundo, nemo autem ignoti boni iacturam deplorauerit: ipsum bonum cognoscere prius, quid tandem reuera sit, haud alienum fuerit, atque ita deinceps humanam naturam considerare. Per hoc enim accidet, vt beatum luctũ assequamur. Quale enim vsu venit in iis, qui in tenebris viuunt, cùm alius quidem in caligine natus sit, alius autem vsui externæ lucis assuefactus, vi quadam eò conclusus fuerit, vt non eodem vterque modo præsenti incommodo commoueatur. (Nam hic quidẽ, qui nouit, quo cõmodo priuatus sit, grauem existimat esse iacturam lucis, ille verò, qui nec penitus quidem cognouit talem voluptatem, sine molestia vitam transiget propter caliginis vsum consuetum nullo se bono excidisse putans, atque ex hac re accidet, vt alterum quidem lucis vsus desideriũ nihil non moliri & excogitare cogat, quo rursus videre contigat id quo per vim priuatus est: alter verò propterea quòd id, quod melius est, ignorat, id quod sibi adsit bonum esse iudicans in caligine vitam transigens consenescet:) itidem se res habet in proposita sententia atque intellectu, qui id quod verè bonum est, videre potuit, deinde egestatem humanæ naturæ animaduertit atque considerauit, quasi calamitate accepta in animo se planè afflictabit & excruciabit, eò quòd in illo bono non versetur, præsentem vitæ statum, luctum esse ducens. Ergo non tristitiam beatam ducere, Verbum Sermo mihi videtur, sed cognitionem & scientiam boni, cui animi doloris affectus accedit, propterea quòd id, quod quæritur, vitæ non adsit. Iam verò consequens & proximum fuerit inuestigare quæ tandem illa sit vtique lux, qua obscura hæc humanæ naturæ spelunca, in præsenti vita non illuminatur. Nunquid ad id forsitan, quod nec expediri, nec explicari, nec comprehendi potest, cupiditas spectat? Quæ enim in nobis cogitatio coniecturaue talis est, vt inuestigẽt eius quod quæritur, naturam? quæ ex nominibus pariter ac verbis significatio constans talis est, vt dignam in nobis supernæ lucis notitiam ingeneret? quomodo nominabo id, q̃ spectari non potest? quomodo suggeram atque exprimam id, quod materiæ expers est? quomodo ostendam id, quod visum effugit? quomodo comprehẽdam id, quod superat omnem magnitudinem? quod sub quantitatem, sub qualitatem non cadit? quod effingi, quod assimilari non potest? quod neque loco, neque tempore deprehenditur? quod excedit omnẽ experientiam, & omnem definitiuam imaginationem? cuius opus est vita, omniumque quæ per bonũ ĩtelligũtur, subſtãtia? circa q̃ omnis cogitatio, omnis animi cõceptus & intellect⁹ sublimis versatur? omne nomẽ altũ consideratur? Deitas, regnũ potẽtia, æternitas, incorruptibilitas, gaudiumque & exultatio, & omne quodcunque in altitudine tam intelligitur, quàm dicitur! quo igitur modo, quibusue cogitationibus, eiusmodi nobis bonum ante oculos poni possit, quod spectatur & nõ cernitur? quod rebus vniuersis facultatẽ, vt sint, præbet, ipsum verò semper est, neque vt existat amplius opus habet? Verùm ne oratio frustra laboret in rebus captum nostrum superantibus enitendo sese intendens, supernorum quidem bonorum naturam, cùm fieri nõ possit, vt eiusmodi quippiam comprehensioni subiiciatur, curiosè & anxiè inquirere desinamus, tantum duntaxat ex quæsitis lucrati, vt per hoc ipsum, quòd non possumus perspicere id, quod quærimus, aliquam notitiam magnitudinis rerum, de quibus quæritur, in animo formemus & imaginemur. quãto autem cognitione nostra altius illud esse natura bonum credim⁹ tanto magis luctum in nobis intendamus & augeamus, quod tale ac tãtum sit bonum, à quo disiuncti sumus, vt ne cognitionem quidem eius capere possimus. Veruntamen huius boni, quod superat omnem vim comprehendendi, nos homines olim participes eramus: ac tantum erat in natura nostra bonum illud, quod superat omnem cogitationem & intellectum, vt alterum illud humanum bonum esse videretur exquisitissima plenissimaque assimilatione atque imitatione, ad imaginem primarii & originalis exemplaris formarum. Nam quæ nunc de illo per coniecturas speculamur & imaginamur, hæc omnia circa hominem quoque erant, incorruptibilitas simul & beatitudo,

Marginal notes: *Matth. 5.* — *Luctus quid sit.* — *Vnde luctus oriatur.* — *Beatus luctus.* — *Simile à caeco nato & effecto.* — *Lux vera.* — *Hominis dignitas ante peccatũ.*

beatitudo: propria, & à nullius alterius arbitrio dominioúe pendens potestas, vita nullis negotiis implicata, nullis molestiis, nulla ægritudine obnoxia: statioque augustior, atque in locis diuinis vitæ traductio, facultas item aperta simul ac pura mente omni velamento detracto, bonum contuendi. hæc enim omnia nobis liber De creatione mundi per ænigmata paucaque verba tecta atque inuoluta significat, dum ait hominem ad imaginem Dei effictum ac formatum esse, & in paradiso viuisse, ibique satis & enatis in deliciis esse vsũ. Porrò plantarum illarum fructus, vita, cognitio, scientiaque & res similes sunt. Si igitur hæc in nobis erant, qui fieri potest, vt calamitati vtique nõ ingemiscat, si quis hanc præsentem miseriam cũ beatitudine illa, quæ tunc fuit, comparet, atque ex aduerso examinet excutiatque? altum depressũ est, quod ad imaginem cœlestis factum erat, in terram redactum est, cui regnum destinatum erat, in seruitutem redactum est, quod ad immortalitatem conditum erat, morte corruptum est, quod in deliciis paradisi degebat, in hoc morbis & laboribus obnoxium prædium traductũ est, quod impatibilitati, nullisque affectibus & ægritudinibus assuetum erat, calamitosam, fragilem & caducam inuicem vitam accepit: quod nullius dominio subiectum, quod sui iuris, suæ potestatis, sui arbitrii erat, nunc à tot ac talibus malis tenetur obnoxium, vt tyrannos nostros difficile sit enumerare. Quiuis enim eorum, qui in nobis sunt, affectus cùm præualuerit, dominus subacti & in seruitutem redacti existit, ac veluti tyrannus quispiam arce animi occupata, per ipsos subditos vexat ac affligit obedientes, ministris ad id, quod ei placitum fuerit, nostris cogitationibus abutens. sic ira sic metus, sic timiditas, sic audacia, ægritudinis pariter & voluptatis affectus, odium, contentio, immisericordia, sæuitia, feritas, inhumanitasque, inuidia, assentatio, iniuriarum tenax memoria pariter & indolentia, & omnes, qui per contrarium in nobis intelliguntur affectus & perturbationes, tyrannorum quorumdam ac dominorum, pro suo imperio animam veluti captiuam quandam subigentium, enumeratio est. Quòd si quis etiam perpẽdat calamitates corporis, quibus natura nostra cõflictatur & implicata est, varias, inquam, & multimodas morborum species, quorum omnium expers & immune erat ab initio genus humanum, multo abundantiores lachrymas profundet dum pro bonis res tristeis & acerbas inuicem cõsiderat, incommoda commodis comparando opponit. Hoc igitur latenter & occultè docere videtur, qui luctum beatum esse prædicat, nimirum, vt anima verum bonũ intueatur, neúe præsentis vitæ fraude immergatur. fieri enĩ nõ potest, vt vel sine lachrymis viuat, si quis diligenter res inspexerit & considerauerit, vel non in rebus tristibus & acerbis versari existimet eum, qui huius vitæ voluptatibus sese immergat. quemadmodum in brutis & rationis expertibus animalibus id videre licet: quibus miserabilis quidem naturæ constitutio est: (quid enim miserabilius priuatione carentiaque rationis est?) sensum verò calamitatis nullum habent, sed per quandam voluptatem etiam ab illis vita transigitur. superbit & ferocit equus taurus puluerem spargit: sus erigit setas: catuli ludũt, vituli saltant, atque vnumquodque animal videre licet per certa quædam signa voluptatem indicare, quæ si rationis oblectamẽtum aliquo modo cognitum haberent, stupidam & ærumnosam suam vitam cum voluptate non transigerẽt, ita se res etiam habet in hominibus, qui nullam cognitionem habent illorum honorum, quibus natura nostra priuata est, ab his per voluptatem præsens vita transigitur. consequitur autem, vt hi, qui præsentibus delectantur & acquiescunt, potiora ferè non desiderent atque requirant. Porrò qui non quærit, non inuenerit id, quod solis quærentibus obtingit. Hac igitur de caussa Verbum, Sermo luctum beatum ducit, non quòd eum propter seipsum beatum esse iudicet, sed propter id, quod ex illo accedit. Ostendit autem Sermonis contextus, quòd nomine relationis ad consolationem, lugere beata res hominibus sit. *Beati enim, inquit, qui lugent* & non repressit atque finiuit orationem in hoc, sed adiecit, *quoniam ipsi consolationem accipient*. Quam rem cùm longè antè animaduertisset magnus ille Moyses (imò verò, qui hæc in illo disponebat, Verbum, Sermo in mysticis obseruationibus paschæ, panem quidem fermenti expertem hominibus in diebus festis præscripsisse, obsonium verò, quo vescerentur, intyba agrestia instituisse videtur, vt per eiusmodi ænigmata atque inuolucra disceremus, quòd illo mystico festo aliter frui non liceat, nisi seculi huius intyba amara simplici, & à fermento vacuæ vitæ sponte nostra immisceantur. Propterea magnus quoque Dauid, tametsi summum humanæ felicitatis fastigium (de regno nimirum loquor) circum se cerneret, largiter tamen de intybis amaris suæ vitæ aducit, suspirans in eiulatu, ac deplorans prorogationem inquilinatus in carne, deficiensque præ cupiditate ac desiderio rerum maiorum, Hei mihi, inquit, quoniam inquilinatus meus prolongatus est. In alio verò loco pulchritudinem diuturnorum tabernaculorum defixis oculis contuens, præ desiderio deficere se ait, prestabilius sibi esse ducens illic in extremis collocatum esse, quàm in rebus præsentibus primas tenere. Quòd si quis plenius beati huius luctus vim cõtemplari atque animaduertere velit, consideret enim in illa narratione, quæ de Lazaro ac diuite (in Euangelio) habetur, vbi eiusmodi doctrina nobis appetitus declaratur, Memento enim, inquit Abraham ad diuitẽ, ꝙ receperis bõa tua in vita tua. Similiter itẽ Lazarus quoque mala, Idcirco hic quidem solatio fruitur, tu verò cruciaris. Par enim & consentaneum id est. quandoquidem *aboulia*, hoc est, cõsilii contemptus & temeritas, imò verò *cacoboulia*, id est, prauum consilium nos à bona Dei circa hominem dispositione atque administratione abduxit. Nam cùm Deus bonum nulla permixtione cum malo confusum nobis fruendum proposuisset, vetuissetque experientiam mali cũ bono permisceri, quoniam præ ingluuie sponte nostra contrario degustato, (dico autem de verbi diuini contemptu & inobedientia,) nos ingurgitauimus & expleuimus, idcirco prorsus humanam naturam in vtrisque versari, & modo res tristeis, modò lætas inuicem experiri oportet. Porrò cùm duo sint secula, duplexque vita per vtrunque seculum peculiariter consideretur, atque itidem letitia quoque

Margin notes (left): *Calamitas humana post peccatũ.* — *Perturbationes animi quasi tyranni.* — *Morbi corporis ob peccatum.* — *Calamitatis sensum non esse in brutis sed voluptatis.*

Margin notes (right): A — B — *Matth. 5.* — *Agnus paschalis cur cum lactucis agrestibus ederetur.* — C — *Psal. 119.* — D — *Psal. 83.* — *Videtur hic aliquid deesse.* — *Quare læta & tristia experimur.*

que duplex,alia quidem in hoc ſeculo, alia verò
in eo,quod per ſpem nobis propoſitum eſt, ſpe-
ctetur: beatificum fuerit exiſtimandum, ſi quis
portionem lætitiæ per vera bona in ſempiteroú
ſeculum recôdat:triſtitiæ verò munus in hac bre-
ui ac temporaria vita expleat non in damoo ac de
trimento poneos,ſi aliqua rerum earum priuetur
quæ in hac vita ſuaues ac iucundæ ſunt: ſed ſi dú
illis fruitur atque potitur,meliorum ac potiorum
bonorum iacturam faciat. Quocirca ſi beatum
iudicandum eſt,in infinitis ſeculis,nunquam fioi-
enda,ſed in perpetuum duratura lætitia frui, ac
prorſus etiam cootraria deguſtare naturam hu-
manam oportet:non amplius difficile eſt perſpi-
cere & intelligere ſẽtẽtiã orationis,cur beati ſiot,
qui nunc lugent:quoniam nimirum ipſi iofinita
ſecula ſolatio fruentur. Solatium autem ex con-
ſuetudine, vſu atqoe cõmunicatione paracleti,id
eſt aduocati & cooſolatoris exiſtit. Cooſolatioois
eoim gratia peculiare ſpiritus opus eſt:quam etiã
nos conſequamur, gratia Domini noſtri Ieſu
Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum. Ameo.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO IIII. BEATI QVI *eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabuntur.*



QVI medicinæ periti ſunt,aiunt e-
os,qui ex ſtomacho laborant & ci
bos faſtidiunt,cùm praui quidam
ſucci & ſuperflui humores ad ſu-
periorem ventriculi partem con-
fluxerint,ſemper plenos pariter ac
ſatoros eſſe ſibijpſis videri,atque idcirco per adul
terioam ac prauam repletionem & ſatietatem,
naturali in eis appetito extiocto,vtilem cibum re-
ſpuere atque auerſari:ſed ſi aliqua ab arte medica
cura eis adhibita fuerit,per acutorum & incideo
tium medicamentorum potionem,ablutis & ex-
purgatis prauis ac ſuperfluis humoribus,qui in cõ
cauitatibus ſtomachi intercepti atque cooclufi
fueriot,ita tandem accidere,vt cùm id,quod alie-
num eſt,naturæ oon amplius officiat atque mole
ſtum ſit,iuuaotis pariter ac nutrientis cibi eis re-
deat appetitus.atque hoc reſtitutæ ſanitatis eſſe ſi
gnum,quòd noo amplius coacti & inuiti,ſed cu-
pidè & cum appetitu cibum ſumant. Quid ergo
mihi hoc principium vult? Quoniam ordine pro-
Pſal.83. grediens Sermo, qui ad ſuperiores ſcalæ beatitu-
dinum gradus nos qoaſi manu ducit, qui iuxta
prophætæ vocem præclaras aſcenſiones in corde
noſtro diſponit,talem nobis poſt antè expeditos
aſcenſus,quartam aliam præmõſtrat aſcenſionem,
Matth.5. dum dicit: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quo-
niam ipſi ſaturabuntur*: rectum ac commodum eſſe
opinor,vt expurgata ſatietate & ingurgitatiõe a-
nimæ,quoad eius fieri poteſt, talis & cibi & po-
tus beatum in nobiſmetipſis appetitum conficia-
mus & ingeneremus.neque enim fieri poteſt, vt
vel homo valeat,ſi alimentum ſufficiens,vires nõ
confirmet & ſuſtentet,vel abſque comeſtione ci-
bo repleatur,vel ſine appetitu nutriatur. Quoniã
igitur bonum quoddam in vita ſuot vires:hæ ve-
rò ſufficiẽti ſaturitate cooſeruantur: ſatietas autẽ
per comeſtionẽ exiſtit, comeſtioq́ ex appetitu fit:

beata res fuerit viuentibus appetitus,vt qui prin-
A cipium & cauſſa virium noſtrarum exiſtat. Quẽ-
admodum autem circa ſeoſibilem huoc victum
affecti ſumus,cùm ooo eadem omnes appetunt,
ſed ſæpe pro generibus eſculeotorum ſumẽtium
diuiditur appetitus,atque alius quidam dulcibus
delectatur,alius verò acria pariter & calefacien-
tia appetit,alius item ſalſis,alius adſtringentibus
gaudet.ſæpe autem accidit,vt non ex vſu & com-
modo appetitus cibi in vnoquoque exiſtat: (nam
ſi quis pro temperameoti quadam proprietate ad
aliquod vitium propenſus eſt,is æqualium & con
uenientium propria quadam vi ciborum morbũ
B nutrit,ſed ſi ea,quæ proſint,appetere ceperit, nu-
trimento booam ei valetudinem cõſeruante,pror
ſus in ſanitate viuet,) eodem modo in animæ quo
que alimeoto accidit,vt oon omnium cupiditates
ad eandem rem propendeant & inclinent. Nam *Propenſio*
alij quidem gloriam,aut diuitias,aut aliquem mũ *ſingulorũ*
danum appetunt ſplendorem, aliis circa menſam *in vitia.*
occupatus eſt appetitus,alij iouiam tanquam ve-
nenoſum aliquem cibum cupidè ſumunt. ſunt itẽ
nonnulli, qui appetunt id,quod natura bonum &
hooeſtum eſt. Natura autem bonum ſemper &
omnibus hoc eſt, quod non alterius cuiuſquam
rei cauſſa ſumendum,ſed ipſum propter ſe expe-
C tendum eſt,qood ſemper eodem modo ſe habet,
& nunquam ſatietate frãgitur & hebetatur. idcir
co verbum, Sermo beatos ducit nõ ſimpliciter e-
ſurientes,ſed quibus ad veram iuſtitiam cupidi-
tas ioclinata atque propenſa eſt. Quæ eſt igitur il-
la iuſtitia? hoc enim prius opinor oratione detegi
atque declarari oportere,vt pulchritudine eius a-
nimaduerſa,ita tandem appetitus in nobis ad rei
cooſpectæ decorem moueatur. Neque enim fieri
poteſt,vt quis cupidus ſit eius,quod non apparet,
ſed ſegnis atque ignaua quodammodo natura oo
ſtra aduerſus igootum,& immobilis eſt,niſi audi-
tiooe vel viſione aliquam notitiam acceperit eius
D quod expeteodum ſit. Aiunt igitor nonnulli eorũ
qui eiuſmodi res ſcrutati ſunt, Iuſtitiam eſſe habi *Iuſtitia*
tum tribuentem vnicuique id,quod æquum eſt, *quid.*
& quo quiſque dignus eſt. Verbi gratia,ſi quis pe
cunias diſtribuendi poteſtatem adeptus ,ad æqua
litatem reſpiciat,& pro modo indigentiæ ſumen-
tium & participãtium elargitionem temperet,iu-
ſtus dicitur. item ſi quis iudicaodi poteſtate acce-
pta,oon ad gratiam alicoius & odium ſententiam
ferat,ſed naturam cauſſarum ſequens , & ſuppli-
cio dignos afficiat , & innocentes ſenteotia ſua
obſoluat & ſeruet, reliquarumque controuerſia-
rum verum iudicium faciat,etiam hic iuſtus dici
E tor. item qui ſubditis tributa indicit,cùm pro mo
do virium tributum imponit,& paterfamilias, &
prætor ciuitatis,& gentiom rex,ſi quiſque horum
conuenienter & commodè ſubditis præſit, nul-
loque impetu atque appetitu ratione carenti, oc-
caſiõe poteſtatis moueatur,ſed rectè ſubditis ius
dicat,& ad voluntates & ſtudia ſubditorum in-
geoium & conſilium ſuom accõmodet & tempe-
ret,huiuſmodi omoia rationi ac definitiooi iuſti-
tiæ tribuunt & aſſignãt ij,qui habitu tali id,quod
iuſtum ſit, definiunt. Ego verò ad altitudinem
conſtitutionis diuinæ reſpiciens aliquid amplius
quàm ea , quæ modò dicta ſunt , per hanc iu-
ſtitiam intelligendum eſſe exiſtimo. Nam ſi ſaluta
xis

ris quidem sermo communis est, & ad omnē humanam pertinet naturam: non cuiusuis autē hominis est, in iis, quæ modò dicta sūt, officiis ac muneribus obeundis versari: (paucorum enim est regnare, præesse, imperare, ius dicere, potestatem pecuniarum administrandarum, aut alterius rei cuiusquā dispensationem habere: multitudo verò ac vulgus in numero subditorum & eorum, qui reguntur, sunt:) quomodo aliquis admittere & assentiri possit, veram iustitiam esse illam, cuius non æqualis ac par conditio omni naturæ propo sita est? Nam si iustus, prout tradunt disciplinæ sapientium externorum, æqualitatem sibi propositam habet, ad quam potissimum spectet: excel- B lentia autem ac dignitas inæqualitatem in se continet: non potest iustitiæ reddita ratio definitioque vera existimari, quippe cùm statim inæqualitate vitæ communis refellatur. Quæ est igitur illa iustitia, quæ ad omnes pertinet? cuius appetitus cuiuis ad Euangelicam mensam spectanti cōmunis propositus est? siue quis diues sit, siue pauper, siue seruus, siue dominus, siue patritius, siue pecunia comparatus, nulla fortuna, nullo statu, nulla conditione, nulla circunstantia neque augēte neque deminuente iusti definitionem. Nam si id in eo solo, qui potestate aliqua atque dignitate cæteros præcedit, reperiatur: quomodo iustus C erit ille ad vestibulum diuitis abiectus Lazarus? qui nullam materiam ad talem iustitiā habebat? non imperium, non potestatem, non domum, nō mensam, non alium quempiam ad vitam apparatum, per quem licet illam iustitiam ad opus & effectum deducere atque repræsentare? Nam si in imperando, aut distribuēdo, aut omnino aliquid administrando iustum esse cōsistit, qui in illis muneribus non versatur, expers iustitiæ procsus est. Quomodo igitur requiete dignus habetur is, qui nihil habuit eorum, per quæ iustitia iuxta vulgi opinionem designatur? Quocirca quærenda nobis est illa iustitia, cuius compotem fore verbū D Sermo promittit illum, qui eam expetiuerit. *Beati enim*, inquit, *qui esuriunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Multis ac variis rebus nobis ad vsum propositis, quibus afficitur, quæque appetit natura, multa nobis opus est scientia, vt nobis in eiusmodi esculentis discernamus, quid nutriat, quid noceat, ne id, quod loco cibi ab anima assumi videtur, pro vita mortem nobis & pestem efficiat. Forsitan autem non intempestiuum nec alienum fuerit, per aliam quandam Euangelicam quæstionem huius dicti sententiam distinguere atque explanare. Qui per omnia communem nobiscum naturam habuit excepto peccato, atque E eorundem nobiscum affectuum, incommodorum & afflictionum particeps fuit, famem non iudicauit esse peccatum, neque eius incommodi periculum facere recusauit, sed affectuum naturæ, quo cibus appetitur, admisit atque suscepit. Cùm enim quadraginta dies ieiunus permansisset, postea esurit. dedit enim, quando volebat, occasionem naturæ officio suo fungendi. Sed tentationum inuentor, cùm intellexit affectum famis etiam illum inuasisse, consuluit, vt lapidib᷒ exciperet appetitum. hoc autem est peruertere ac detorquere appetitum à naturali cibo ad ea, quæ à natura aliena sunt. Dic enim, inquit, vt lapides

Iustitia quæ ad omnes pertinet.

Luc. 16.

Matth. 5.

Matth. 4.

hi panes fiāt, quid enim peccauit agricultura? cu- A ius rei gratia respuuntur semina, vt cibus ex iis confectus reprobetur? cur arguitur sapientia creatoris, quasi non rectè per semina, genus humanū alat? nam si lapis ad cibum aptior atque commodior nunc apparet: nimirum à debita prouidentia circa vitam humanam Dei sapiētia aberrauit. Dic vt lapides isti panes fiant. Hæc etiam nunc dicit iis, qui à proprio appetitu tentantur, ac dicendo plerunque eos, qui ad ipsum spectant, impellit vt è lapidibus panes cōficiant. Cùm enim appetitus necessarii vsus fines excedit, quid id aliud nisi diaboli tunc calumniantis & reiicientis ex se- B minibus confectum cibum, & ad ea, quæ à natura aliena sunt appetitum prouocantis, consilium est? De lapidibus comedunt, quibus fraudis & auaritiæ panis apponitur: qui sumptuosas & redundantes, & oppiparè structas & cumulatas mensas ex iniustè partis bonis sibi parant: quorum apparatus cœnarum, pompa quædam, fastus & ostentatio est ad stuporē & admirationē vulgi commouendā excogitata, quæ vitæ necessarium vsū prælabitur & excedit. Quid enim cōmune habet cū vsu naturæ necessario, in graui pariter & onerosō pondere argēti exposita materia, quæ esui apta non est? Quid est affectus famis? nonne deside- C rium eius, quo carere nō possumus? Cū enim per flatus & euaporationes euanuerit & effluxerit nutrimentum, quo vires refectæ fuerint, rursus adiectione conuenienti repletur id quod deest. Panis est enim, aut aliquid aliud esui aptum, quod natura appetit. Si quis igitur loco panis aurū ori admoueat, nunquid necessitati medebitur? Cū igitur aliquis pro rebus esculentis materias esui non aptas requirit, in lapidibus planè occupatus est, quippe cū aliud querēte natura, in alio ipse versetur. Dicit natura per famis affectionē propemodum vocem emittens, se nunc egere cibo: propterea, quòd denuò oporteat inuicem ingeri corpo- D ri nutrimentum quod effluxerit, & per vapores & expirationes euanuerit. tu verò naturæ dicto audiēs non es. non enim quod quærit, das: sed vt magnū tibi argenti pondus in mensa sit, curas, & excusores materiæ requiris: & historiam simulachrorum & imaginum, quæ in materia insculpantur, curiosè exquiris, vt habitus & affectus animi tum vehementiores, tum sedatiores, artificio summo plenè sculpturis expressi conspiciantur: vt & iram agnoscas armati, cùm gladiū trucidādi caussa tollit, & cruciatum saucii, cùm accepto vulnere lethali, animo se demittens ac mœrens habitu ipso gemere & eiulare videtur: impetum item ve- E nantis, & feræ immanitatem: ac quæcunque alia per eiusmodi curiositatem & ineptā industriā, homines vani in materia ad vsū mensarum destinata effici studiosè curant. Potum natura desiderat, tu verò pretiosos tripodas paras, labra, crateras, amphoras, & alia sexcenta, quæ nihil cum eo, quod vsus requirit, commune habent. An nō planè per ea, quæ facis, dicto audiens es ei, qui tibi consulit, vt ad lapidem respicias? Quid autem attinet, reliqua huius lapidei cibi turpia exponere spectacula? vitiosa & absurda acroamata, quibus ad consequentia mala sibi viam sternunt, incitamentis libidinum cibum condientes? Hoc aduersarii de cibo consiliū est. hæc pro consueto & ordi-

De lapidibus comedere.

Fames vnde.

nario pauis vsu, per hoc quod ad lapides respicere A iubet, suggerit atque proponit. Verū profligator & peremptor tentationum, famen quasi malorū caussam non exterminat ex rerum natura: sed solam superfluitatem ac oimiam ineptamque industriam & curam, quæ de consilio aduersarii vnà cum necessario vsu introducta est, aduersatus, suis finibus gubernari naturā permisit. Quemadmodum enim ij qui vinum transcolant non reprobaot id, quod in eo vtile est, propter immixtos ei furfures: sed colo superflua eacernantes, puri vsū non reiiciuut: ita perspicax & solers in eaaminando atque discernendo ea, quæ ab natura aliena sunt verbum, Sermo subtilitate speculationis fa- B mem quidem, vtpote vitæ nostræ cōseruatricem noo exteminauit: superfluitates verò uecessario vsui connexas & implicatas transcolauit & abiecit, cùm diait: illum se nooisse panem nutrientem qui verbo Dei naturæ cōciliatus sit. Si igitur esurit Iesus, beatum fuerit esurite, cùm ad immitationem illius ingeneretur ac represeoteiut etiam fames in nobis. Si igitur intelleximus, quid sit id, quod esurit & appetit Dominus, fieri noo potest vt nunc propositæ nobis beatitudinis vim nō intelligamus. Quis est igitur ille cibus, cuius appetitum Iesus sibi turpem non ducit. Ait ad discipu- *Ioan. 4.* C los post habitum cum Samaritana sermonē: Me- *1. Timo. 2.* us cibus est, vt faciam quod vult pater meus. uon ignota est autem voluntas pattis, qui omnes homines seruari, & ad agnitionem veritatis veoire vult. Igitur si ille nos cupit seruari, & vita oostra cibus eius existit, didicimus quis vsus sit eiusmodi animæ habitus & affectionis. Quis igitur hic est? Esuriamus oostram ipsorum salutem: sitiamus diuinam voluntatem, quæ est, vt nos seruemur.

Quid esurire, & sitire debeamus.

Qua ratione igitur talem nobis famem conficere possimus, nunc didicimus à beatitudine. Qui em̄ iustitiam Dei desiderat, inuenit id, quod verè expetendum est: cuius desiderium non vno modo D eorum, qui per appetitum representautur, expleuit. uon enim solum tanquam cibum iustitiæ vsū proposuit. Semiperfectus enim esset, si in hac sola affectione consisteret appetitus. nunc autem etiam potabile hoe bonum fecit, vt ardorem & feruorem cupiditatis, per sitis affectiooem indicaret. Cùm enim in tempore sitis aridi quodammodo fiamus & ardentes, pro remedio eiusmodi affectionis potum sumimus cum voluptate. Quoniam igitur vnus quidem genere ipso cibi pariter & potionis appetitus est: diuersa verò ad vtrunque horum affectio est: vt summum nobis & extremum boni desiderium præscriberet, beatos iu E dicat eos, qui duobus his affectibus fame pariter & siti ad iustitiam mouentur: quasi satis idoneum sit id, quod desideratur, vt se vtrique appetitui inuicem accommodet, atqoe esurienti quidem outrimentum solidum, cum siti verò gratiam ad se attrahenti potabile existat. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Nunquid *Matth. 5.* ergo iustitiam qoidem expetere beatum iudicandum est, sed si quis erga temperantiam, continentiam, sobrietatem, aut sapientiam, aut prudētiam, aut si qua alia virtutis species est, similiter affectus est, hunc verbum, Sermo beatum uon iudicat? Verùm talem forsitan quod dicitur, sententiā in se continet. Vnum ex iis, quæ per virtutem intelliguntur, iustitia est. Pro cousuetudine autem id sæpe diuina scriptura habet, vt facta mētione partis, totum comprehendat: vt cùm diuinam naturam per aliqua nomina designat. Dicit enim tanquam ex persona Dei propheta: Ego Dominus: *Esa. 42.* hoc mihi oomen æternum, & memoriale generationum generationibus. & rursus in alio loco ait: Ego sum, qui sū & in alio, Misericors sum. & *Exod. 3.* sexcentis aliis nominibus id quod & altum & augustum est significantibus, solet Deum sancta scri- *Ibid. 22.* ptura nomioare, vt per hæc certò sciamus, quòd cùm vnum aliquod edat, tota nomioum congeries tacitè cum vno simul exprimatur. Non eoim cooceditur, nec probabile est, si Dominus dicatur, eum, nō etiam reliqua esse: sed omnia per vnū nomeo exprimuutur. Per hæc igitur didicimus, quòd per partem aliquam multa complecti solear diuinitùs prodita scriptura.

Pars multa comprehendit in scripturis.

Ergo cùm etiam hic verbum, Sermo dixisset, iustitiam iis, qui beatè esuriant, propositam esse, per hanc, omnē virtutis speciem designat, vt ea æquo beatus sit, qui & prudeutiam, & fortitudinem, & sobrietatem, continētiam, frugalitatem, & si quid aliud per eādem virtutis definitionem percipitur & compreheuditur, esuriat. Neque enim fieri potest, vt voa aliqua virtutis species à reliquis disiūcta, ipsa per se virtus perfecta sit. Nam cum quo non simul aliquid consideratur eorum, quæ per bonum intelliguntur, omnino oecesse est, vt contrarium in eo locum habeat opponitur autem continentiæ quidem & frugalitati luxuria atque incontinentia: prudētiæ verò stultitia, & cuiusque eorū quæ in meliorem partem accipiootur, prorsus est aliquid, quod ex contrario intelligatur. Si igitur nō omnia cum iustitia considerarentur, fieri non posset, vt quod reliqueretur, bonum esset. non em̄ aliquis dixerit stultam iustitiam, aut audacem aut incootinentem, aut aliud quicquam eorum, quæ per vitiositatem considerantur & iutelliguntur. Qood si ratio iustitiæ ab omnibus, quæcunque in peiorem partem accipiuntor, vacua, pura atque iotegra est, vniuersum in se bonum planè cōplexa est. bouum autem est, quicquid per virtuté cōsideratur & intelligitur.

Iustitia virtutes oēs continet.

Ergo omnis virtus hic nomine iustitiæ significatur: quam esurientes & sitientes verbum, Sermo beatos iudicat, satietatem eorum quæ expetuntur, promittens. Beati enim ioquit, esurientes & sitiētes iustitiam quo- *Matth. 5.* niam ipsi saturabūtur. Quod autem dicitur eiusmodi quaodam senteotiam coutinere videtur. Nihil earum rerum quibus voluptatis gratia studetur iu hoc seculo, operam dantibus satietatem affert. sed, vt alicubi per ænigmata atque inuolucra verborum sapientia dicit, Douum perforatū est occupatio circa valuptates: quò semper sedulo infuodentes irritum & inexplicabilem quendam infinitumque laborem ostentant, qui his rebus studeot, semper quidem aliquid in fundum cupiditatis infundentes, ac quicquid ad voloptatem facit, superinitcientes, ad satietatem verò cupiditatem non deducentes. Quis animaduertit ad auaritiæ peruenturn esse per id, quòd accesserit auaris id quod quærebant? quis honoris insana cupidine captus, ambitionis finem fecit, assequutus ea, quæ expetebat? iam verò qui voluptatem expleuit acroamatibus spectacu-

lis ve,

lis ve, aut Inanis & furiosis ventris studiis, aut A
iis rebus sectandis, quæ ventrem plenum consequi
soleut: quid sibi ex eo, quòd his rebus frui
atque potiri licuit, superesse deprehendit? An
non omnis voluptatis species, quæ corpore percipitur,
simulatque appropinquauit, præteruolat?
ne breuissimum quidem tempus apud eos, qui
illam attigerint, manens? Hanc igitur sublimem,
certam stabilemqne sententiam à Domino discimus,
quòd solum virtutis studium in uobis existens,
stabilis, fixa, firma, consistensque quædã
res sit. Nam qui aliquid ex rebus sublimibus assequutus
est, verbi gratia, continentiam, temperantiam,
modestiam aut moderationem, aut B
pietatem erga uumen diuinnm, aut aliam quampiam
ex sublimibus pariter & euangelicis doctrinis,
non transitorium & temporariam ob vnumquodque
eorum, quæ consequurus est, & instabilem
lætitiam habet, sed constantem, permanentem,
& omni spacio vitæ durantem. Quare? quia
hæc quidem semper licet agere. ac nullum est těporis
punctum in omni vitæ spatio, quod bonæ
actionis ingeneret satietatem. Nam & contiuentia
& puritas animi, & in omni bono constantia,
& vitatio mali, donec aliquis virtutem sibi propositam
habet, semper exercentur, & vnà cum actione C
& exercitatione sese producentem & durantem
lætitiam habent. In ijs autem, qui absurdis

Voluptas temporaria est.

cupiditatibus ardent, etiamsi semper anima
eorum spectet lasciuiam & incontinentiam, attamen
non semper gaudere licet. Nam & auiditatem
cibi immoderatam satietas sistit, & bibentis
voluptas vnà cum siti extinguitur, cæteraque ad
eundem modum & tempore aliquo opus habět,
& interuallo, vt extinctus à voluptate & satietate
rursus reuocetur eius, quod delectat & placet appetitus.
at virtutis possessio quibuscunque semel
firmiter insederit, non temporis subiacet mensuræ,
non satietate terminatur: sed semper purum,
synceremque & recentem, & vigentem secun- D
dum se viuentibus sensum suorum bonorum præbet.

Virtus non terminatur tempore.

Quamobrem ijs qui hanc esuriunt, Deus verbum,
Sermo expletionem promittit: expletioně,
iuqnam, quæ satietate accendat, non hebetet appetitum.
Hoc igitur est, quod docet ab excelso
intellectuum monte sermocinans, nempe, vt ad
nullam eiusmodi rem, cupiditatem nostram applicemus,
cuius uullus expetentibus propositus
est finis. in quibus & vanum & inutile studium
est. quemadmodum in iis, qui verticem vmbræ
suæ cursu insequuntur: quorum cursus fertur in
infinitum & in inexplicabile, eò semper celeriter
elabente eo, quod petitur, quò cursus insequentis [illegible]
contědit. sed vt ad eas res appetitum conuertamus,

Locus mutilus vtrobique esse videtur.

iu quibus per studium certa possessio studěti
acquiritur. Nam qui ad virtutem aspirat, rem
propriam acquirit, bonum qnod expetiuit, in sese
cernens. Beatus est igitur, qui esurit continentiam,
implebitur enim puritate. Repletio autem,
sicut dictum est, non auersationem & fastidium,
sed intentionem & vehementiam efficit appetitus,
& ex æquo vtraque simul inter sese augentur
Nam & studium & affectionem virtutis rei
affectatæ acquisitio consequitur: & innatum
bonum assiduam perpetuamque lætitiam simul
in animam infert. Talis enim huius boni natura
est, vt non in præsentia modò fruentem demulceat A
atque delectet, sed in omnibus temporis partibus
lætitiam represeutet. Nam & vitæ rectè
transacte memoria, eum, qui id assequutus sit:
& præsens vita, dum per virtutem transigitur &
expectatio retributionis & remunerationis delectat,
qnam remunerationem non aliam quandã
esse puto, quàm ipsam rursus virtutem, quæ & opus
rectè facientium est, & præmium rectè factorum
existit. Cæterùm si etiam aliqnem audacem
attingere sermonem oportet: forsitan per virtutis
& iustitiæ mentionem seipsum audientiũ appetitui
proponere mihi Dominus videtur: qui factus B
est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio,
& redemptio, quinetiam panis de cœlo

1. Corint. 1.

descendens & aqua viuens: quam sitire sese
Dauid in quodam psalmo confitetur hunc beatũ
affectum animæ Deo offerens his verbis: Sitiuit
anima mea ad Deum illum validum, viuentem,
quando veniam & apparebo in conspectu Dei?

Psal. 41.

Qui Dauid mihi videtur virtute spiritus has magnificas
Domini doctrinas iam antè edoctus, etiam
expletionem eiusmodi appetitus sibi prædixisse.
Ego enim, inquit, in iustitia apparebo in
conspectu tuo, satiabor videndo gloriam tuam.
Hæc igitur, vt mea quidem opinio fert, vera virtus C
est: bonum quod cum malo permixtum non
est: circa quod omnis intellectus eorum, quæ in
præstantiorem partem accipiuntur, deprehenditur

Psal. 16.

& percipitur, ipse Deus verbum, Sermo virtus
quæ cælos texit, vt Ambacũ exponit. ac rectè
qui hanc Dei iustitiam esuriunt, beati iudicantur.
Nam reuera, qui Dominum gustauit, vt psalmodia
dicit: hoc est, qui in sese Deum recepit, expletur
eo, quod & sitiuit, & esuriuit, iuxta promissionem
eius, qui dixit: Ego & pater venienius, &

Ioan.

mansionem apud eum faciemus, videlicet, Spiritu
sancto prius inhabitante. Ita mihi videtur etiam
magnus ille Paulus, qui arcanos illos paradisi D
fructus degustauit, & plenus eorum, quæ gustauit,
& semper esuriens esse. Etenim repletum
se esse eius, quod desiderabatur, fatetur, dum dicit:
Viuit autem in me Christus: & tanquam esuriens,

Gal. 2.

semper præteritis omissis ad vlteriora aspirat,
dum dicit: Non quòd iam ceperim, aut iam
perfectus sim: curro autem, vt assequar & comprehendam.

Philip. 3.

Detur enim nobis, vt ad arbitrium
nostrũ aliquid exempli gratia esse dicamus, quod
in rerum natura non habetur. Quemadmodum
enim in sensibili cibo, si nihil eorum, quæ nutrimenti
causa sumuntur, pro excremento eijceretur,
sed totum ad adiectionem corporeæ proceritatis
assumeretur, quotidiano nutrimento per
sese adaugente magnitudinem, in multam proceritatem
corpora excrescerent & attollerentur: itidem
illa iustitia & omnis vnà cum ea virtus, quoniam
secundum eum, qui mente percipitur, cibi
modum comesta non egeritur, altiores semper
per sese participantes efficit, sui semper adiectione
magnitudinem augens. Quocirca si à nobis
intellecta est illa beata fames, omni vitiositatis
redundantia per vomitum reiecta, esuriamus, iustitiam
Dei, vt etiam ad expletionem & satietatem
eius perueniamus per Christum Iesum
Dominum nostrum, cui gloria in secula seculorum.
Amen.

DE BEATITVDINIBVS ORATIO V. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.*



Gen. 28. FORSITAN aliquid tale est id, quod per quandam visioné Iacob per ænigma edoctus est, cũ scalam à terra ad altitudiné cœli pertinentem, & Deum super ea stantem vidisset, quale nimirum nunc etiam nobis doctrina beatitudinũ facit, quæ semper ad sublimiores intellectus per eam ascendentes erigit & extollit. Nam & illic opinor vitã cum virtute coniunctam patriarchæ per speciem scalæ effingi atque informari, vt & ipse disceret & posteris traderet, quòd aliter ad Deum erigi atque extolli non licet, nisi quis sẽper superna contueatur ac spectet, & sublimium rerum desiderio continenti teneatur, vt non contentus sit in ijs, quæ rectè iam fecerit, & consequutus sit manere sed in damno ponat, si superiora non attingat & assequatur. Et hic igitur aliarum alias excipientiũ beatitudinum altitudo efficit, vt ipsi Deo appropinquetur, qui verè beatus, & super omnem beatitudinem constitutus & firmatus est. Prorsus autem, vt sapienti per sapientiam, & per puritatem puro appropinquamus, ita beato quoque per viam beatitudinum consiliamur. Dei enim reuera propria beatitudo est. quamobrem etiam Iacob super eiusmodi scalam Deum stetisse narratur. Igitur participatio beatitudinum nihil est aliud, nisi Deitatis communicatio: ad quam per ea, quæ dicuntur, Dominus nos subducit. Videtur ergo mihi per eam, quæ ad consequentiam proposita est, beatitudinis expositionem aliquo modo Deum facere eum, qui & audiat & intelligat Sermonem. *Beati enim*, inquit, *misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Scio in multis locis diuinæ scripturæ, nomine misericordis sanctos viros diuinam potentiam appellare. sic Dauid in psalmis: sic Ionas in sua prophetia: ita magnus Moyses in multis locis suæ sanctionis nominat numen diuinum. Si ergo misericordis appellatio Deum decet: ad quid aliud te sermo hortatur, nisi vt Deus fias, tanquam formatus & insignitus propria nota Deitatis? Nam si Deus misericors à diuina scriptura nominatur: quod autem verè beatum iudicandum sit, id Deitas est: perspicuum fuerit quid ex consequenti intelligatur, videlicet, si vel ex hominibus aliquis existat, quid misericors sit, beatitudine diuina dignus habeatur, quippe cũ id assequutus sit, quo numen diuinum denominatur. Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. qui ergo non beatum est illud & fieri vocari hominem, quo Deus ex eo, quod facit denominatur? Verùm affectate quidem dona maiora in suis scriptis suader etiam diuinus Apostolus. nobis autem id agendum est non vt in animum inducamus appetere res bonas & honestas: (hoc enim sponte insitum est humanæ naturæ, vt ad honestatem propensa sit:) sed ne erremus & fallamur in iudicando atque discernendo, quid bonum & honestum sit. in hac enim maximè parte vita nostra peccat, nempe in eo, quod plenè intelligere non potest, quid natura bonum & honestum sit quid falso tale putetur. nam si nuda vitæ proposita malitia nequitiaque, & non honesti quadam imagine obducta atque decolorata esset, genus humanum ad eam non transfugisset. Quocirca intelligentia atque prudentia nobis est opus ad propositi dicti cognitionem, vt edocti, quæ sit vera insiti intellectus pulchritudo, ad eam formemur. Quemadmodum enim opinio de numine diuino naturaliter quidem insita est omnibus hominibus, sed ignorantia veri Dei peccatur circa id, quod colitur: (nam alij quidem venerantur veram Deitatem, quæ & in patre & filio, & spiritu sancto consideratur: alij verò ad absurdas opiniones delapsi, in creatura tale quid esse suspicantur: atque idcirco cùm in re exigua à veritate aberratum esset, impietati aditus patefactus est:) eodẽ modo se res habet in proposito intellectu, nisi veram sententiam perceperimus, & assequuti fuerimus, non in re exigua nobis à veritate aberrantibus damnum acciderit. Quid igitur misericordia est, & circa quam rem exercetur? & quomodo beatus est is, qui iniicem accipit quod dat? Beati enim, inquit, misericordes: quoniã ipsi misericordiam cõsequentur. Iam verò quæ quidem prima facie occurrit, atque in promptu est dicti sẽtentia ad mutuam charitatem & compassionem condolentiamque hominem inuitat, propter inæqualitatem & varietatem vitæ negotiorum nõ omnibus eadem fortuna, quod vel ad dignitatẽ, vel ad constitutionem & cultum corporis, vel ad reliquas facultates attinet, in vita viuentibus. Scinditur enim vita plerumque in cõtraria, seruitute & dominatione, diuitiis & paupertate gloria & ignominia, infirmitate, vitioque corporis & bona valetudine & omnibus talibus diuisa. Vt igitur ea pars, cui deest, ad eandẽ commoditatẽ perueniat cũ ea, cui quid superest, & suppleatur id quod deest, ab eo quod redundat, misericordiã aduersus tenuiores & inferiores hominibus præscribit. nam nisi misericordia animum ad eiusmodi motum emolliuerit, nõ poterit alioqui quis in animum inducere & impelli, vt in calamitate proximum subleuet, ex contrario enim, videlicet inhumanitate, misericordia intelligitur. Vt igitur ferus, sæuus & immitis appropinquantibus inaccessus est: ita qui & misericors est, & incommodis proximi condolescit, affectione quasi contemperatur cum eo, qui vel rogat, vel aliqua re opus habet ad id sese dolenti atque solicito accommodans, quod meos anxia molestiisque circumuenta requirit. Ac misericordia, vt eam aliquis definitione comprehẽsam interpretari & explicare possit, voluntaria tristitia est, quæ conflatur ob incõmoda aliena. Quòd si non plenè quid per eam intelligatur, expressimus forsitan alia ratione magis dilucidè ac planius explicari possit: Misericordia est erga eos, qui ob res aliquas tristeis ac molestas sese discruciant, cum dilectione coniuncta affectio. Quemadmodum enim inhumanitas & feritas ab odio caussam & originẽ habent: sic ex dilectione quodammodo misericordia enascitur: nec aliũde existeret, nisi ex bac: ac si quis plenè misericordiæ proprietatem exquisiuerit, intentionem & vehemẽtiã inueniet diligẽdi affectionis cũ affectu tristitiæ

Marginalia: Quid per scalam Iacob significetur. — Matth. 5. — Misericordis nomine quid significetur. — Psal. 114. — 1. Cor. 12. — Opinio de numine cui que insita est. — Matth. 5. — Vita nostra in contraria diuiditur. — Misericordia quid. — Misericordiam ex dilectione nasci.

stitiæ commixtam. Nam participationem quidẽ
bonorum omnes similiter appetunt & amici & A
inimici: at vt incommodorum, & rerum tristi-
um atque acerbarum participes esse velint, eorũ
duntaxat proprium est, qui dilectione tenentur.
atqui ex omnibus rebus, quæ per vitam colun-
tur & exercentur, constat rem præstantissimam
esse dilectionem. Dilectionis autem intentio at-
que incrementum misericordia est. Est igitur pro
priè beatus existimandus, qui in tali affectione a-
nimam occupatam habet, vtpote qui summum
virtutis fastigium contingat. Ac nemo in solis ma

Misericordia etiam ex voluntate æstimatur.

teriis illam virtutem spectet. sic enim non cuius-
que hominis esset eiusmodi rei successus, præter- B
quam eius, qui opes aliquas haberet ad benefa-
ciendum. quinimò mihi æquius & verius esse vi-
detur huiusmodi virtutem ex studio atque volũ-
tate æstimare. Nam qui bonum voluntate dunta-
xat in animo sibi proposuit ac destinauit, sed ino-
pia, quo minus id, quod honestum est, sequa-
tur, prohibitus est, animi destinatione nihilo in-
ferior est eo, qui per opera voluntatem suam o-
stendit. Iam verò quantum vitæ lucrum & com-
modum sit, si quis sententiam beatitudinis in hãc
partem accipiat, superuacuum fuerit exponere,
cùm vel admodum simplicibus & imperitis ma-
nifestæ sint eæ, quæ ex hoc consilio vitæ confici C
commoditates possint. Nam si, verbi gratia, om-
nibus eiusmodi animi affectus aduersus inferio-
res innatus esset, non amplius fuerit, quod vel
præstet, vel inferius sit: non amplius in diuersa
nomina vita diducetur: non molesta homini pau
pertas erit: non seruitus deprimet: non ignominia
auget, omnia enim omnibus erunt communia:
æquilibritas & æquabilis tributio iuris, tum in fa-
ciendo, tum in dicendo in vita hominum exer-
cebitur: cùm is, cui quid superfuerit, cum eo, cui
defuerit, sponte sua se exæquet: quod si accideret
nulla amplius inimicitiarum materia relinquere-
tur: cessaret inuidia: mortuum odium: extorris D
iniuriarum tenax memoria: mendacium, fraus,

Quæ ex habendi cupiditate nascantur mala.

bellum (quæ omnia soboles atque propago plus
habendi cupiditatis sunt) sublata esset. Illa autem
incomparabili condolentiæque experte affectio-
ne exterminata, vnà planè eiicientur, veluti cum
praua quadam radice etiam vitiositatis germina.
in locum autem exemptorum malorum succedet
bonorum caterua, pax, & iustitia, omnisque eo-
rum, quæ in meliorem partem intelliguntur comi-
tatus atque sequela. Quid igitur magis beatum
fuerit iudicandum, quam si ita viuatur, vt nõ am-
plius vectibus & lapidibus vitæ nostræ securitas
credatur, sed mutuis officiis muniti simus? quem- E
admodum enim immitis & efferatus infensos &
inimicos efficit eos, qui feritatem atque sæuitiam
eius experti sunt: sic ex cõtrario miseretur oẽs be-
neuoli efficimur misericordia participantibus di-

Misericordia beneuolentiæ mater.

lectionem naturaliter ingenerante. Ergo miseri-
cordia, vt definitio quidem ostendit beneuolen-
tiæ mater est, dilectionis pignus, vinculũ omnis
amicæ affectionis. hac verò cautione atque secu-
ritate, quid in vita firmi⁹ & tutius excogitari pos-
sit? Itaque meritò verbum, Sermo misericordem
beatum iudicat, quum tot in hoc nomine bona
appareãt. Cæterũ quòd hoc quidẽ consiliũ vitæ
nõ inutile sit, cuiusuis est haud ignorare, mihi aũt

aliquid amplius, quã ea, quæ prima fronte intelli-
guntur, expressione temporis futuri sententia per
arcana innuere videtur. *Beati enim, inquit, misericor-
des quoniã ipsi misericordiam consequentur:* quasi in po
sterũ recondita miserantibus misericordiæ remu-
neratione. Ergo prout poterimus omisso hoc faci
li intellectu, qui promptè primoque aspectu à vul-
go percipitur, ad velum interius, ratione pro viri-
bus prospicere conemur. Beati misericordes: quo *Matth. 5.*
niam ipsi misericordiam consequentur. Iam verò
certam stabilemque sententiam quandã & subli-
miorem doctrinam, per hæc verba discere licet:
quod nimirum is qui iuxta sui imaginẽ hominem
fecit omnium bonorum materias atque subsidia
in natura sui operis deposuerit, vt nulla res bona
atque honesta extrinsecus in nos se ingerat & insi
nuet, sed in potestate nostra sit, vt habeam⁹, quod
velimus tãquã ex cella quadã penuaria, ex natura
bonũ promẽtes, per singularia enĩ & particularia
de vniuersalibus docemur, ꝙ non alia ratione po-
tiri quis possit eorũ, quæ cupit, nisi ipse sibi bonũ
largiatur. quamobrem Dñs alicubi dicit ad audi-
tores Regnum Dei intra vos est: &, Quicunque *Luc. 17.*
petit, accipit: &, qui quærit, inuenit: &, pulsanti a- *Matth. 6.*
perietur: vt & accipiendi quod desideretur, & in-
ueniendi quod quæratur, & introeundi quò cupi
amus, penes nos potestas sit, & à nostro pendeat
arbitrio, cũ velimus. Vnde per consequens simul
probatur etiam id, quod ex contrario intelligitur
quod nimirũ etiam inclinatio atque propensio in
malum nulla necessitate extrinsecus expellẽte in-
nascitur. sed simul atque sumpserimus malũ sub-
sistit, tunc in rerum naturam proueniens, cùm
sumpserimus: extra verò destinatã animi volun-
tatem ipsum per sese malum secundum propriam
substantiam nusquam situm reperitur. Ex his au-
tem libera, plena, summaque potestas, quam in
natura Dominus naturæ fabricatus est, apertè
demonstratur: propterea, quòd omnia, siue bona,
siue mala sint, ex nostra libera voluntate depen-
dent: & quod diuinum iudicium incorrupta iu-
staque sententia sequens ea, quæ iuxta propositũ
nostrum commissa ac designata sint, cuique tri-
buit id, quod quis sibi ipse fortè præstiterit: his
quidem, qui vt inquit Apostolus, perseuerantes *Rom. 2.*
in bono opere gloriam & honorem quærunt, vi-
tam æternam: iis verò qui veritati non obtempe-
rant, sed iustitiæ morem gerunt, iram, & afflictio-
nem, & omnia, quæcunque nomina ad acerbã &
tristem pertinent retributionem. Quemadmodũ
enim artis exactæ, proba, vera certaque specula, *Simile à speculis.*
tales vultuum ostendunt effigies, qualescunque
ipsi vultus sint, hilares quidem alacrium, demissi
autem, obscuri & inamœni mœrentium ac te-
tricorum: nec speculi naturam aliquis culpare
possit, si tetra & inamœna repræsentata fuerit effi-
gies, principali forma propter mœrorem collap-
sa: ita iustum quoque Dei iudicium nostris affe-
ctionibus assimilatur: qualiacunque à nobis
commissa fuerint, tales nobis de suo præbens re-
tributiones. Venite, inquit, benedicti: &, Ite male *Matth. 25.*
dicti. Ecquã necessitas externa in his est, quæ ad
dexteram quidem collocatis iucundã, ad sinistrã
verò stantibus acerbam vocem attribuat? An non
hi quidem propter ea, quæ fecerunt, misericor-
diam consequuti sunt: illi verò, idcirco quòd ad-

uersus proximos & populares immites & inhumani fuerunt, sæuum & immite sibijpsis diuinum numen reddiderunt? Diues ille diffluens delicijs atque luxuria, mendici ad vestibulum abiecti atque afflicti misertus non est. idcirco misericordiam sibi præcidit, misericordia implorata non auditus: non quòd vna gutta de magno paradisi fōte dempta, damnosa esset, sed quia misericordiæ stilla commisceri atque communicari cum inhumanitate non potest. quæ enim luci communio cum tenebris est? qualia, inquit, seminauerit homo, talia metit. quia qui seminat in carnem, ex carne metet corruptionem. at qui seminat in spiritum, ex spiritu metet vitam æternam. Sementem esse arbitror hominis destinatam volūtatem messem verò voluntati atque proposito conuenientem compensationem & retributionem. Fœcunda spica bonorum est ijs, qui eiusmodi sementem sibi elegerint: laboriosa spinarum collectio est ijs, qui spinosa in vitā semina deiecerint. Oporret enim planè metere quemque id quod seminauerit. ac fieri aliter non potest. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quæ nam oratio humana profunditatem intellectuum, qui his verbis continentur, exponere possit? Nam absoluta pariter atque indefinita vox occasionē præbet etiam aliquid amplius, quàm ea quæ modò dicta sunt, exquirendi, eo quòd non adiecit, qui sint aduersus quos representari misericordiā conueniat: sed simpliciter dixit, Beati misericordes. Forsitā enim nobis aliquid einsmodi, Sermo per hæc verba latenter innuit, vt sententia misericordiæ beato luctui consentanea sit. nam & illic beatus habebatur, qui præsētem vitam in luctu transigit, & hic mihi Sermo videtur eandem doctrinam indicare. Vt enim in alienis afficimur calamitatibus. cùm necessariorum nostrorum amicorum aliqui in improuisa quædā incommoda inciderint, vel ædibus paternis eiecti, vel ex naufragio nudi seruati, vel in potestatem prædonū & latronum redacti, vel serui ex liberis facti, vel captiui ex fortunatis & beatis: vel cum aliqua alia simili calamitate prospera eorū fortuna commutata, qui paulò antè in aliqua felicitate atque commoditate vitæ comspicui erant: vt igitur acerba quædam in animis nostris, dum his condolescimus, existit affectio mutua: fortasse multo magis in nobis ipsis opportunum fuerit eiusmodi mentis instituere effectionem ac dispositionem propter eam, quæ præter dignitatem in vita nostra contingit, mutationem. Cùm enim reputauerimus, quæ sit splendida illa nostra sedes, vnde excidimus: quomodo in potestatem latronum venerimus: quomodo in profundo huius seculi demersi nudati simus: quales & quàm multos pro eo, quòd liberè & ad arbitrium nostrum vitam degebamus, dominos asciuerimus: quomodo beatitudinem vitæ, morte atque corruptione interruperimus: nunquid fieri potest, si has cogitationes sumpserimus, vt misericordia in alienis calamitatibus occupata sit, & non animus circa seipsum miserabiliter afficiatur, reputans quæ & habeat, & quibus exciderit? Quid enim hac captiuitate mirabilius? pro eo vt alamur in paradiso, hoc morbis & laboribus obnoxium prædium in vita sortiti & adepti sumus: pro illa impatibilitate infinitas passionum & afflictionū sortes inuicem accepimus: pro illa sublimi conuersatione vitaque communi cum angelis, ad viuandum cum feris terrestribus damnati sumus: angelica pariter & impatibili vita, cum pecuaria bestialique permutata, quis numero facilè cōprehendere possit acerbos vitæ nostræ tyrannos? furentes & sæuientes dominos? acerba domina iracundia: altera talis inuidia est, odium, superbiæ vitium, furiosa quædam ac sæua tyrannis est: tanquam pecunia redemptis insultans atque illudens libidinosa cogitatio est, quæ absurdis vitiosis pariter atque impuris ministerijs naturam mācipat atque addicit, quæ verò tanta tamque immensa acerbitas est, quam auaritiæ tyrannis non superet atque præcedat? quæ miseram animam in seruitutem redactam semper inexplebiles & insatiabiles suas cupiditates cogit explere: quæ cùm semper accipit, tum nunquam impletur, veluti multiceps quædam fera oribus innumeris inexplebili ventri cibum transmittens: cui nulla vnquam lucrandi satietas existit: sed id quod sēper accipitur, materies atque incitamentum plus habendi cupiditatis fit. Quis igitur hac infelici ac misera vita considerata atque perpensa, eiusmodi calamitates & incommoda non miseratur? non humano more efficitur & commouetur? Nā idcirco nosmetipsos non miseramur, quia sensu malorum caremus. quale quiddam furore correptis accidit: quorum insuperabile malum etiam sensum eorum, quæ patiuntur, insuper ademit. Siquis igitur seipsum agnouerit, qualis & prius esset, & qualis in presenti sit: (ait autem etiam Solomon alicubi, quòd qui seipsos cognoscant & scrutentur, sapientes sint) is nunquam desinet miserari. talem autem animæ affectionem etiam diuina nimirum misericordia, cōsequetur. Quamobrem ait, Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. ipsi, non alij. per hoc enim nomen declaratur. vt si quis dicat, Beatum est, habere curam corporis sanitatis. Nā qui curam habet, ipse in sanitate viuet: ita misericors beatus est habendus: quoniam fructus misericordiæ proprium bonum misericordis, existit: siue iuxta nunc repertam à nobis rationem dicta intelligantur: siue etiam iuxta eam, quæ antè discussa atque explicata est. de eo dico, qui in alienis calamitatibus animæ condolentiam & compassionem ostendit. simili enim vtrunque ratione bonum est, & seipsum, iuxta modò dictam rationem miserari, & condolescere infortunijs atque calamitatibus proximorum. propterea quòd iustū Dei iudiciū hominis aduersus inferiores & tenuiores propensā voluntatē in suprema potestate demōstrat: vt homo quodāmodo suijpsius iudex sit, sibi ipse sententiam ferens in subditorum causis iudicandis. Quoniam igitur creditur, & verè creditur futurum esse vt omnis humana natura tribunali Christi sistatur, vt recipiat quisque per corpus præmia paria factis: siue bonum, siue malum quis fecerit: (dicam forsitan etiam aliquid audacius) si fieri potest, vt arcana pariter & visum effugientia ratione comprehendamus, etiam nunc beatam eorum, qui misericordiam consequuntur, remunerationem animaduertere licet. Nam quæ aduersus eos, qui per hoc seculum in vita

Marginalia (left column): Luc 16. — 2. Cor. 6. 2. Cor. 9. Gal. 6. — Matth. 5. — Calamitas aliena commouet. — Quibus bonis excidimus post peccatum

Marginalia (right column): Misereri sui ipsius. — Auaritia. — Matth. 5.

Locus vero vbique multis esse videtur. vita misericordiam exhibeor, existit in animis hominum beneuolentia, ea nimirum in perpetuum manet apud eos, qui illius gratiæ atque officij participes fuerint. Quid igitur, si benefactor io tempore inquisitionis agnitus sit ab iis, qui beneficio eius vsi fuerint, quomodo verisimile est eum, dum iucundis & gratis vocibus coram Deo omnis creaturæ accipietur atque celebrabitur, animo affectum iri? nunquid aliqua alia beatitudine insuper opus habebit, qui in tam frequenti theatro ob res optimas quasi præconis voce celebretur? nam quòd adsint, qui beneficium acceperint: docet Euangelij vox, vbi Rex & iustis, & peccatoribus respūdet. ad vtrosque enim demonstratiuis verbis vtitur, tanquam digito indicans subiectum: Quatenus fecistis vni ex his fratribus meis minimis. per hoc enim, quod dixit, Ex his, eorum, quibus benefactū fuerit, præsentiā ostendit. Dicat nunc mihi quia ioanimam pecuniarum materiā futuræ beatitudini præfert: quis auri splendor eiusmodi? qui pretiosorum lapidū fulgores? quis indumentorum ornatus talis, quale bonum illud esse spes suggerit atque proponit? cū rex creaturæ in sublimi solio gloriæ magnificè præsidens, humanæ naturæ sese reuelauerit, & cōspiciendum præbuerit? cùm circum ipsum innumerabiles angelorum visæ fuerint legiones, atque adeò cùm in oculis omnium fuerit arcanum & ineffabile illud regnum cœlorum? ac rursus ex contrario demonstrata fuerint terribilia illa supplicia? io medio verò horum omnium hominum natura qui à prima creatione vsque ad rerum vniuersarum consummationem nati fuerint, tum metu, tum spe futurorum stet suspensa atque solicita in vtranque partem euentus expectatione sæpe tremens: atque etiam iis, qui cum bona conscientia vixerint, futurum rei euentum suspectum habentibus? cùm alios viderint à praua conscientia in horridas illas ac tetras tenebras, tanquam ab aliquo carnifice trahi? si hic faustis pariter ac gratis ab iis, qui beneficia acceperint, editis vocibus atque acclamationibus fiducia operum magnificus ac splendidus iudici se sistat: nunquid similem ac parem materialibus diuitiis felicitatem ac beatitudinem illā esse existimabit? nunquid montes omnes & campos, & saltus, & mare in aurum transmutata pro illis bonis sibi sedi ac tradi pacturus sit? Ille verò qui diligenter signaculis & claustris, ferratisque portis & tutis conditoriis mammonam absconderit, & omni mandato antiquius magisque curandum duxerit, vt materia sibi in occulto defossa atque custodita esset, si is, inquam, præceps in tenebrosum illum ignem detrudatur: omnibus iis, qui per hanc vitam experti fuerint, sæuitiam & inhumanitatem ei obijcientibus & dicentibus: Memento quòd recepe ris bona tua in vita tua: conclusisti simul in munimentis diuitiarum misericordiam, & reliquisti super terram miserandi affectum: non portasti ad hoc seculum humanitatem, non habes quod non habuisti: non inuenis quod non deposuisti: non colligis, quod non dispersisti: non metes, quorum non deiecisti semina: digna semēti, ibi messis, acerbitatem seminasti, collige manipulos. coluisti immisericordiam: habe quod dilexisti non aspexisti quenquam condoleuter: non aspicieris cum miseratione. despexisti eum qui affligeretur: despicieris dum peribis. fugisti misericordiam: fugiet te misericordia abominoatus es & fastidisti egenum: fastidiet te, qui propter te egenus fuit. Si hæc atque similia dicantur, vbi aurum? vbi splendida vasa? splēdida supellex? vbi per signacula thesauris adhibita cautio? vbi ad nocturnas excubias ordinati canes, aduersus insidiantes armorum apparatus? in codicibus perscripta nominum annotatio? quid hæc ad fletum & stridorem dentium? quis illuminabit tenebras? quis extinguet flammam? quis auertet vermem nunquam morientem? Quocirca consideremus & intelligamus, fratres vocem Domini tam multa paucis verbis de rebus futuris docentem: & efficiamur misericordes, vt idcirco beati fiamus, per Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

A (margin letter, first line)

Math. 25. (beside "cans subiectum")

B (margin letter, beside "monstratiuis verbis")

C (margin letter, beside "merabiles angelorum")

Qui bene vixerunt etiam suspectum habebunt iudicium. (margin note beside "plicia? io medio verò")

D (margin letter, beside "liquo carnifice")

Luc. 16. (beside "cientibus & dicentibus")

DE BEATITVDINIBVS ORATIO VI. *Beati puro corde: quoniam ipsi deum videbunt.*



QVOD accidere verisimile est iis, qui ex aliquo alto vertice montis io vastum aliquod pelagus despiciunt, id méti meæ accidit ab excelsa voce Domini, tanquam de aliquo cacumine montis, ad inexplicabilem intellectuum despectanti profunditatem. Quemadmodum enim in multis locis maritimis, montem videre licet circa eam partem qua mare spectet, quasi dimidium abscissum, & à vertice ad profundum vsque directo abrasum: cuius in superiore parte cacumen quoddam proiectum profundo imminet. quod igitur accidere verisimile est ei, qui à tali tantæque altitudinis specula in profundum mare despiciat: iti- dem mihi nunc animus quasi vertigine laborat in magna hac domini voce suspensa: *Beati puro corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Deus spectaculo propositus est iis, qui cor expurgatum habuerint. Deum nemo vidit vnquam, vt Magnus inquid Ioannes, confirmat autem eam sententiam etiam illa sublimi mente Paulus, qui dixit: Quem nullus hominum vidit, neque videre potest. hæc est illa leuis, abrasa atque prærupta petra, quæ nullum in sese intellectum sustentamentum & firmamentum ostendit: quam etiam Moyses itidem inaccessam in suis decretis pronunciauit, vt nusquam mens nostra adire possit, quicquid enitentes apprehendere, quo ùe sese subleuare poterant, per illam sententiam abraso: non est enim inquit, qui Dominum viderit, & viuet. Atqui, videre Deum, vita sempiterna est. hoc autem fieri nō posse, vt Deus videatur, columnæ fidei Ioannes & Paulus & Moyses affirmant. Vides ne vertiginem, cum qua vuā trahitur animus ad profunditatem eorum, quæ in hac oratione considerantur? Si Deus est vita: qui non videt Deum, vitam non videt. quòd Deus videri non possit, tum prophetæ, tum apostoli diuino spiritu ducti attestantur. in quas angustias spes hominibus redigitur? Verùm sublevat atque sustentat Dominus labascentem spem. quēadmodum

Math. 5. (beside "ro corde: quoniam ipsi Deum videbunt")

Ioan. 1. / *1. Tim. 2.* (beside "habuerint. Deum nemo" / "gnus inquid Ioannes")

E (margin letter, beside "re possit")

Exod. 33. (beside "abraso: non est enim")

Matth. 14. (beside "sustentat Dominus")

dum in Petro fecit: quem periclitantem ne submergeretur, rursus in solida atque resistenti vestigiis aqua collocauit. Si igitur etiam ad nos manus verbi, Sermonis admota fuerit, & instabiles in profundo speculationum, in alterutro intellectu constituerit, extra metum erimus, si miter quasi manu ducentem nos verbum, Sermonem amplexi. Beati enim inquit, qui puro corde prediti sunt: quoniam ipsi Deum videbũt. Promissio quidem certè tanta est, vt superet extremum terminũ beatitudinis. Quid enim aliquis post eiusmodi bonum, aliud desiderauerit, cùm omnia habeat in eo quem videtur? Nam videre, in vsu scripturæ idem significat, quod habere: quemadmodum illud, Videas bona Hierusalem, idem quod, inuenias, significante verbo. Et, Tollatur impius, ne videat gloriam Domini, per non videre, non participem esse, propheta significãte. Ergo qui Deum vidit, quicquid ĩ bonis numeratur, per hoc quod vidit, adeptus est: vitam sine fine, eternam incorruptibilitatem, immortalem beatitudinem, regnũ sine fine, lætitiam continentem, verum lumen, spiritualem & dulcem vocem, gloriam inaccessam, perpetuam exultationem, omne denique bonũ.

Videre deũ summum bonum.

Psal. 127.

Videre in literis sacris quid significet.

Enimuero quod in promissione beatitudinis per spem proponitur, tale ac tantum est, sed quoniam antè demunstratum est, modum videndi Deum confici per hoc, si quis puro corde extiterit: in hoc rursũ mens mea quasi vertigine correpta æstuat ambigendo, an ne puritas cordis sit ex iis rebus, quæ neque effici possunt, & naturam nostram superant & excedunt: nam si per hanc Deus videtur: Moyses autem & Paulus non viderunt per hoc, quod neque ab sese, neque ab alio quoquam Deum videri posse affirmant, ea, quæ nunc a verbo, Sermone beatitudini proponitur, res eiusmodi esse videtur, quæ effici atque repræsentari non possit. Quid igitur lucri nobis accedit ex eo, quod cognouimus, qua ratione Deus videatur, si vires rei excogitatæ non adiunt? Id enim simile est, ac si quis diceret, beatum esse in cœlo versari: quoniã illic conspicientur ea, quæ in hoc seculo non conspiciuntur. Nam si aliqua ratio expediendi itineris in cœlum per Sermonem præmonstraretur: vtile audientibus esset didicisse, quòd beatum sit in cœlo versari. quandiu autem ascensus expeditus non est, quid est emolumenti affert cognitio cœlestis beatitudinis, angens duntaxat & malè habens nos edoctos, qualibus rebus priuati simus, & propter ascensum impeditum careamus. Nunquid igitur ad id, quod naturam nostram excedit, Dominus hortatur, & superat modum humanarum virium magnificentia præcepti? Non ita se res habet. Neque enim volucres fieri iubet, quibus alas non produxit, neque sub aqua viuere, quibus terrestrem vitam assignauit. Si igitur lex in aliis omnibus accipientium viribus conueniẽs est, & ad nullam rem, quæ supra naturam sit, cogit: etiam hoc prorsus ex eo quod consentaneum est intelligemus, non desperandum videlicet esse id, quod per beatitudinẽ præmonstratur, sed & Ioannem, & Paulum, & Moysen, & si quis alius illorum similis est, non excidisse hac sublimi beatitudine, quæ ex conspectione Dei accedit, neque illum, qui dixit, Recondita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi iustus iudex, neque eum, qui recubuit super pectus Iesu, neque eum, qui audiuit à voce diuina, Cognoui te præter omneis. Si ergo non ambigitur, quin illi, qui contemplationem Dei supra vires esse prædicauerunt, beati sint, beatitudo autem ex conspectione Dei existit, atque Deum videre contingit, si quis puro corde sit, certè puritas cordis, per quam beatum fieri licet, nõ est ex iis rebus, quæ cõfici non possũt. Quĩ igitur dici potest, quòd & illi, qui cum Paulo contemplationem Dei supra vires esse pronũtiant, vera dicant, & Domini vox illis non aduersetur, quæ Deum per puritatem cordis conspectu iri pollicetur? Videtur mihi haud alienum esse, si de his rebus paucis digrediendo primùm quædã proponamus, quæ tanquam firma atque nullius probationis egentia sumamus, vt commodè nobis circa rem propositam speculatio procedat.

Locus vtrobique valde corruptus quem coniecturas sequutus ita reddidi.

Locus corruptus vtrobique.

2. Tim. 4.

Ioan. 21.

Diuina natura non potest comprehendi.

Diuina natura, quicquid ipsa tandem per se secundum essentiam est, superat omnem cõprehendendi rationem atque solertiam, quippe quæ coniecturales rationes & excogitationes reiiciat, repellat, aspernetur & non admittat, ac nulla adhuc inter homines facultas ad comprehensibilium animaduersionem & cognitionem inuenta est, nullaque ratio, nullum compendium: nulla via, nullus apparatus, nullum instrumẽtum excogitatum est, quo res inexplicabiles comprehendantur. Quapropter magnus ille apostolus *anexicniastous*, id est omni inuestigatione superiores, siue imperuestigabiles vias eius nominat, significãs per ea verba, cogitationibus inaccessam esse illã viam, quæ ducit ad naturæ diuinæ cognitionem. quasi nullus adhuc eorum, qui vitæ cursum antè confecerunt aliquod vestigium vel signum cognitioni impressit, quo signo excogitaretur & perciperetur res, quæ superat omnem cognitionem. Talis autem secundum naturam, cùm sit is, qui superat omnẽ naturã, alia ratione & videtur & percipitur, qui & videri & comprehendi non potest. multi autem sunt modi talis contemplationis & cognitionis. Licet enim per eam, quæ in vniuerso apparet, sapientiam coniectando cernere eum, qui omnia cum sapientia fecit. quemadmodum etiam in operibus humanis, mente cernitur aliquo modo artifex propositæ cuiusque structuræ, quippe qui artem in opere condiderit. Cernitur autem non natura artificis, sed scientia duntaxat artificiosa, quã artifex in opere expressam reliquit. Eodem etiam modo cũ ad ornatũ, qui in creatura cõspicitur, respicim[9] notio quædã ĩ animo nostro informatur non essentiæ, sed sapientiæ eius, qui res vniuersas sapienter fecit. quinetiam si nostræ vitæ caussam considerauerimus, quod nõ ex necessitate, sed ex bonæ voluntatis destinatione ad creandum hominem motus sit, rursus etiam per hũc modum Deum à nobis visum & animaduersum esse dicimus, quum non naturam, sed bonitatem comprehenderimus. Eodẽ modo cætera quoque omnia, quæ cogitationem erigunt ad consideratioñẽ eius, quod & prestat & excellit, & melius ac superius est, quam cæteræ res: talia omnia contemplationem & cognitionem Dei nominamus, vnaquaque sublimi cogitatione atque consideratione Deum nobis in conspectum adducente. Nam & potentia, & puritas, & eodem modo sese habere, & cum contrario permixtum non esse, ac talia omnia,

Rom. 11.

Contemplatio.

omnia, diuinæ cuiusdam & sublimis opinionis & notionis visum & imaginationem animis imprimunt atque informant. Igitur per ea, quæ modò dicta sunt, ostenditur, quomodo & Dominus vera dicit, qui pollicitus est Deum ab iis qui cor purum habeant, conspectum iri: & Paulus non mentitur, qui in suis scriptis dicit, quòd Deum neque viderit quisquam, neque videre possit. Nam qui natura inuisibilis est: dum per quasdam, quæ circa ipsam animaduertuntur proprietates, cernitur, efficientiis & actionibus visibilis atque conspicuus fit. Verùm non ad hoc solum beatitudinis sententia spectat, vt ex quadã efficacia atque operatione eum qui operetur, talẽ esse animaduertere atque existimare possim⁹, (forsitan enim etiam sapientibus huius seculi per aptitudinem atque concinnitatem mundi supernæ sapientiæ atque potentiæ animaduersio cognitioque contingere possit.) sed aliud mihi magnificentia beatitudinis iis, qui capere & animaduertere possint id, ꝙ desideratur nempe consilium tradere atque suggerere videtur: porrò consideratio atque intellectus, qui mihi in mentem venit per exempla atque similitudines declarabitur. Bonum quoddam in vita humana sanitas corporis est. sed beatum est, non modò scire rationem sanitatis, verùm in sanitate viuere. Nam si quis laudes sanitatis persequutus cibum sumat, qui malos humores & morbos generet, quid huic dum morbis conficitur, laudes sanitatis prosunt? Eodem igitur modo propositam quoque orationem intelligamus, quòd non cognoscere aliquid de Deo Dominus beatũ esse dicat, sed in sese Deũ habere. Beati enim puro prædìti corde: quoniam ipsi Deum videbunt. non enim mihi videtur quasi ex aduerso spectandum Deum proponere ei, qui animæ oculum habuerit expurgatum: sed forsitan hoc nobis magnificentia dicti suggerit, quod etiam alios Sermo apertius exprimit, vbi dixit, Intra vos est regnum Dei: vt doceamur, quòd qui cor suum ab omni creatura atque vitiosa affectione expurgauit, in suaipsius pulchritudĩe, diuinæ naturæ imaginem intuetur. ac mihi videtur verbum, Sermo paucis, quæ dixit, eiusmodi consilium complecti. O vos homines, quibus inest aliqua cupiditas contemplandi id, quod verè bonum est, cùm audieritis diuinam maiestatem supra cælos elatam & exaltatam, & gloriam eius inexplicabilem, pulchritudinem ineffabilem esse, naturam comprehendi ac percipi non posse: ne prolabamini ad desperationem, quasi non possitis intueri quod desideratis. Nam quod à te capi & comprehendi potest, Dei contemplationis ĩ te modus est: quippe cùm is qui te formauit, tale bonum statim ita naturæ quasi inessentiauerit, siue cõsubstantiauerit & incorporauerit: tui enim fabricationi & cõstitutioni Deus suæ naturæ bonorum simulachra similitudinesque & quasi imitamenta impressit & informauit, veluti ceram quandam sculptili figura præformans & fingens. sed vitiositas diuinam imaginem referenti signo circumfusa bonum turpibus velamentis obductum & occultatum inutile tibi fecit. Si igitur diligenti & accurata vita spes cordi illitas & obductas rursus ablueris, resplendebit in te diuina pulchritudo. Quemadmodum in ferro fieri solet, cùm id, quod paulo antè nigrum erat. per cotem detracta rubigine, splendores quosdem in se ad solem refulgens & nitores edit: ita homo quoque internus, quem cor Dominus nominat, cùm sordes rubiginosas, quæ propter prauum situm in forma efflorerunt, absterserit, rursus cum originali & principali forma similitudinem recuperabit, ac bonus erit. nam quod boni simile, bonum prorsus est. Ergo qui seipsum videt, in seipso quod desiderat, intuetur: atque ita beat⁹ fit, qui corde puro præditus est quoniam dum suam puritatem intuetur, per imaginem, formam principalem animaduertit. Quẽadmodum enim ij, qui in speculo solem vident, etiamsi cœlum ipsum fixis oculis non contueantur, nihilo secius, in splendore speculi solem vidẽt quàm illi, qui ipsum orbem solis intuentur, ita, inquit, etiam vos, etiam si vires vobis non suppetãt ad contemplandum & animaduertendum lumẽ inaccessum, si ad eum, qui ab initio in vobis constitutus est, imaginis decorem ac gratiam reuersi fueritis, in vobis ipsis, quod quæritis, habetis. Puritas enim & vitiorum affectuumque vacuitas, & ab omni malo alienatio Deitas est. Si igitur hæc in te sunt, Deus prorsus in te est. Cùm igitur ab omni vitio sitare pura, ab affectu ac vitio libera, atque ab omni inquinatiõe seiũcta in te ratio fuerit beatus es propter accumen atque claritudinem visus, quoniam id, quod effugit visum eorum, qui non fuerint purgati, ipse expurgatus animaduertis, ac materiali caligine ab oculis animi dempta, per puram cordis serenitatem beatum spectaculum clarè cernis. Hoc autem quid est? sanctimonia, puritas, simplicitas, omnes eiusmodi lucidi diuinæ naturæ splendores, per quos Deus videtur. Verum quòd hæc quidem ita se habeant, ex iis, quæ dicta sunt, non dubitamus. sed quod ab initio in dubio ponebatur, adhuc in eadem perplexitate Sermo relinquit. Vt enim is, qui in cœlum euasit, participatione fruitur cœlestium miraculorum: sed ascendendi modus impeditus efficit, vt nihil nobis prosint ea, de quibus nihil controuersiæ est, ita expurgatione cordis beatitudinem existere non dubitatur sed quomodo quis cor ab inquinamẽtis expurgare possit, eadem prorsus, quæ in ascensu in cœlum apparet, difficultas esse videtur. Quæ igitur scala Iacob? qualis inuenietur igneus currus ad similitudinem eius, qui prophetam Eliam in cœlum euexit, quo ad superna miracula cor nostrum erectum, terrenum hoc pondus excutiat? Nam si quis necessarias animi affectiones & vitia, cogitatione exactè complexus fuerit, atque perpenderit, nulla via, nulla ratione, nulla machinatione fieri posse putabit, vt coniũcta mala moueantur. Protinus à passione, ab affectione à perturbatiõe, ab ægritudine natiuitas nostra orditur, & per passionem & affectionem incrementũ ꝓgreditur, & ĩ passiõe & affectu vita nostra desinit, atque cõmixtũ quodammodo malũ cũ natura est, per eos, qui antiquitùs passionem, vitium & affectum admiserunt, qui per inobedientiam morbum inuexerunt & introduxerunt. Quemadmodum autem successione atque continuatione subinde nascentium per quanque speciem animaliũ natura simul traducitur & propagatur, vt iuxta rationem naturæ, quod natum fuerit, idem sit cum eo, vnde natum est, itidem ex homine homo nascitur,

1.Tim.6.

Locus vtrobique corruptus.

Luc.17.

Homo internus, cor.

Simile.

Deitas quid.

Passio in vita humana.

scitur, ex obnoxio vitiis, perturbationibus, & affectibus, iisdem obnoxius, ex peccatore peccator. Ergo vnà cum nascentibus aliquo modo peccatũ existit, simul & nascens & augescens, & cum termino vitæ vnà desinens. Verùm assequutu nobis difficilem esse virtutem, immensis & infinitis sudoribus & laboribus, studio atque defatigatione vix parabilem, in multis locis de sacra scriptura didicimus, arctum, & per angustias porrectum iter regni audientes, latam verò decliuem & expeditã viam: quæ, per vitiositatem & nequitiam, vitam in perniciem adducit. non tamen nulla planè ratione confici & expediri posse sublimem vitam, scriptura affirmat, quæ tot virorum in sacris libris miracula exposuit. Sed cùm duplex sit in promissione videndi Deum intellectus: vnus quidem cognoscendi naturã vniuersitati in supernis præsidentem, alter verò, per puritatẽ vitæ cum Deo quasi contemperandi & coniungendi, primã quidem contemplationis speciem impeditam esse, & confici non posse, sanctorum vox declarat, secundam verò per præsentẽ doctrinam humanæ naturæ Dominus promittit, cum dicit, Beati puro corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Porrò quomodo purum fieri liceat, id per omnem propemodũ Euangelicam doctrinam tibi discere licet, nam si ordine deinceps posita præcepta percurreris, manifestum cordis purificatorium remedium deprehendes. Cùm enim vitium & nequitiam bifariã diuisisset, eiusque vnam speciem posuisset, quæ per opera designatur, alteram, quæ cogitando cõcipitur, prius quidem per antiquam legem eam, quæ per opera proditur, nequitiam puniuit, nunc verò ad alteram peccati speciem legem spectare facit, non improbum facinus puniens, sed vt ne prorsus quidem malum existat, prospiciens & cauens. Nam ex animi destinata voluntate nequitiã eximere, est ex magna superfluitate vitam à scelestis facinoribus efficere alienam. Porrò cùm in multas parteis multasque species vitiositas diducta sit, vnicuique earum rerum, quæ vetitæ sunt, per præcepta, proprium opposuit remedium atque curationem. ac quoniam iræ morbus per omnem vitam plerunque in promptu atque in procliui est, ab eo, quod magis obtinet ac dominatur, curationem orditur, iræ vacuitatem sanciens in primis, Didicisti, inquit, ab antiqua lege, Non esse cædem faciendam, nunc disce, iram aduersus proximos & populares ab anima segregandam esse. non enim penitus irasci vetuit: (licet enim ob bonum nonnunquam vti tali animi impetu:) sed ob nullum bonum aduersus fratrem ira aliquando concitari, id verò preceptum extinguit ac tollit. Quicunque enim, inquit, irascitur fratri suo temerè nullaque ratione. nam adiectio dictiõis temerè, ostẽdit tempestiuũ & opportunũ esse sæpe iracundiæ vsum, cum vindicandi peccati caussa efferbuerit is affectus. Hæc iræ species Phineeso scripturæ testimonio assignatur, cùm cæde delinquẽtium minas Dei aduersus plebem commori placauit. Deinceps ad ea, quæ per voluptatem delinquuntur, curando transit, & adulterii petulantem & importunam cupiditatem per interdictum ex corde tollit. ita sigillatim etiam omnia inuenica insequentibus corrigere Dominũ, aduersus vnamquamque vitiositatis & nequitiæ speciem sanctionibus obsistentem Prohibet iniuria pugnam lacessere, ac manus afferre per hoc, quod ne propulsare quidem iniuriam permittit. Exterminat auaritiæ vitium per hoc, quod imperat, vt non modo pariamur, nos exui, sed id etiam, quod nobis relictũ fuerit, aduersario concedamus. medetur timiditati, iubens nos mortis esse contemptores. Et in summa per vnumquodque interdictum reperies in modum aratri incisorem Sermonem prauas peccatorum radices ex intimo corde nostro effodere, quibus interdictis à spinosis fructibus licet expurgari. Ergo per vtrumque naturam demeretur, quod & bonum promittit, & ad quanque rem propositam suggerit nobis doctrinam. Quòd si laboriosum studium bonarum rerũ esse putas, compara rem cũ vita contraria: ac reperies, quanto malitia nequitiaque laboriosior & molestior sit, si non ad presentia, sed ad futura respicias. Nam qui gehennæ mentionem audiuerit, is non amplius cum labore & studio se à voluptatibus cum peccato coniũctis abstinebit: sed solus metus cogitationi iniectus ad expellendum vitia sufficiet. Enimuerò haud incommodum fuerit animaduerso, quod tacitum subauditur, vehementiorem dehinc concipere cupiditatem. Nam si beati sunt, qui puro corde præditi sunt: miserabiles omnino sunt, qui mente sordidatem habent: quoniam faciem aduersarii intuebũtur. itemque, Si ipsa diuina effigies imprimitur vitæ cum virtute coniunctæ, perspicuum est quòd vita vitiosa, forma ac facies aduersarii existit. Iam vero si secũdum diuersas considerationes Deus quolibet eorum vocabulorum, quæ circa bonũ intelliguntur cognominant, lumen, vita incorruptibilitas, & quæcunque eius generis sunt: prorsus ex aduerso id, quod cuique horum oppositum est, nequitiæ inuentori attribuetur: tenebræ, mors corruptio, & quecunque eiusdẽ cum his generis & naturæ sunt. Quocirca cum didicerimus quibus rebus & nequitia, & cum virtute vita coniuncta formẽtur & insigniantur, proposita nobis iuxta liberum animi arbitrium in vtram partem velimus declinãdi potestate, fugiamus formam diaboli, deponamus prauam personam, resumamus diuinam imaginem, simus puri corde, vt efficiamur beati, diuina in nobis imagine, per purum vitæ institutum impressa per Christum Iesum Dominum nostrũ cui gloria in secula seculorum, Amen.

Peccatũ nascitur cum homine.

Math. 5.

Vitiositas diuisa in varias partes.

Math. 5.

Num. 25.

Lacus mutilus.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO VII. BEATI PACIfici: *Quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.*



ACRI testimonij tabernaculi, quod legislator iuxta demonstratam sibi in monte à Deo formã Israëlitis fabricatus est, omnia quidẽ & sancta & sacra sigillati erant quecunque septis intrinsecus commeabãtur: ad intimam autem in his partem accedere ac penetrare fas non erat: eaque sancta sãctorum dicebatur indicante, opinor, hac amplificatiua nominis formatione, quòd ea pars non etiam pari cum cæteris conditione particeps sãctitatis esset: sed quantum differret à communi atque propha-

Sancta sanctorum.

no

no consecratum & sanctum, tanto illa pars inaccessa: quoúe adire ac penetrare fas non erat, sanctis, quibus circũdata erat, sacrior & purior esset. Ad eundem igitur modum ex his, quæ nobis in hoc monte præmonstratæ sunt, beatitudinibus arbitror ego omnia quidem sacra ac sancta sigillatim, quecũque superior diuinus verbum, Sermo composuit & affirmauit: quod autem nunc contemplationi atque commentationi propositum est, adyton, id est, inaccessum, reuera ac sanctũ esse sanctorum. Nam si videre Deum ab nulla re superari potest in bono, filium Dei fieri omnẽ planè superat felicitatem. quæ nam enim verborum excogitatio? quæ nam ex omnibus conflata significatio tantæ promissionis donum complectetur? Quodcunque vehementiore mentis intentione aliquis cogitauerit, supra illud prorsus est id, quod significatur: si bonum, vel charum & honorandũ, vel sublime nominaueris id, quod iuxta beatitudinem hanc per promissionem propositum est, amplius quàm pro significatione illorum nominum, declaratur: superat votũ, prosper successus & felicitas, quæ consequitur: supra spem dominum, supra naturam gratia est. Quid est homo si cum diuina natura comparetur? cuiusnam sanctorum proferam vocem, per quam genus humanum exteouatur? secundum Abrahamum terra ac cinis: secundum Esaiam fœnum: secundum Dauidem ne fœnum quidem, sed simile fœno est. Nam ille quidẽ dicit, Omnis caro fœnũ: hic vero ait: Homo quasi fœnum. secundum Ecclesiastem, vanitas: secundum Paulum, miseria est. Quibus enim seipsum apostolus verbis denominat, his vniuersum genus humanum miseratur. hæc homo: Deus autem quid est? Quomodo dicam, quid, cuius ne videndi quidem, nec auribus percipiendi, neque corde comprehendendi potestas est? quibus vocibus enũciabo naturam? quod huius boni inter ea, quæ nota sunt, exemplar & similitudinem inueniam? quas nouas formabo voces ad significandum id, quod & ineffabile & inexplicabile est? Audiui diuinam scripturam magna de superna natura exponentem: sed quid hæc ad ipsam naturã? Quatum enim ego poteram capere, tantum scriptura dixit, non quantum est id, quod significatur. Vt enim eorum, qui respirando aërem ad se trahunt, quisque pro ea, quæ in ipso est, capacitate, alius vero minus aëris assumit: non tamen is, qui multum in se detinet aërem, totum intra sese elementum redegit, sed & is ex toto quantum poterat, sumpsit, & totum non habet: ita sanctæ quoque scripturæ de Deo sermones, qui nobis ab iis, qui sancto spiritu afflati erant, expositi sunt, ad nostræ mentis quidem modum sublimes & magni sunt: atque adeò superant omnem magnitudinem, sed veram magnitudinem non assequuntur. Quis cœlum, inquit, palmo dimensus est, & manu aquam, & omnẽ terram pugno? Vides ne magnifica verba describentis inexplicabilem potentiam. Sed quid hæc ad id, quod reuera est? Nam partem aliquam diuinæ efficientiæ talibus magnificis verbis Sermo propheticus indicauit. ipsam verò potentiam, vnde efficientia existit: (ne quid dicam de natura vnde potentia procedit:) neque dicendo expressit, neque expressurus fuerat, quinetiam sermone reprehendit eos, qui quibusdam cõiecturis diuinum numen quasi adumbrando exprimunt, atque effingunt, tanquã ex persona Dei talia verba proferens: Cui me assimilastis? dicit Dominus. Idem verò consilium Ecclesiastes quoque in suis ponit sermonibus, Ne festines efferre verbũ ante faciem Dei. quoniam Deus in cœlo supra, & tu in terra infrà: ostendens, opinor, per elementorum abiunctam distantiam, quantopere diuina natura terrenas superet cogitationes. Huic tamen tali ac tantæ rei, quam nequæ videre, neque audire, neque ratione perpendere licet, is, qui pro nihilo in rebus vniuersis reputatus est homo, qui cinis, qui fœnum, qui vanitas est, conciliatur, atque in locum filii assumitur à Deo rerum vniuersarum. Quæ gratiarum actio huic beneficio par inueniri potest? quæ vox? quæ sententia? quis cogitationis motus? quibus insuperabile beneficiũ celebretur? Excedit homo suam ipsius naturam, immortalis ex mortali: ex fragili atque caduco, integer & incorruptus: ex diario atque temporario sempiternus: in summa, Deus ex homine euadẽs. Nam cùm dignus habitus sit, qui filius Dei fiat, dignitatem patris in sese prorsus habebit, atque omnium paternorum bonorum hæres existit. O diuitis domini magnificam largitionem. O largam & vberem palmam: ô magnam manum. quãta arcanorum thesaurorum sunt dona? In parem propemodum atque ipse est, honoris conditionẽ humanitate adductus, naturam propter peccatũ ignominia notatam atque dehonestatam recipit. Nam si eius, quod ipse est, propinquitatem & necessitudinem hominibus largitur: nunquid aliud atque parem quandam honoris conditionẽ per cognationem pollicetur? Ac præmium quidem certaminis tantum est. certamen verò quod? Si fueris pacificus, inquit, adoptionis decore coronaberis. Mihi etiam opus ipsum propter quod tãtam mercedem pollicetur, alterum donum esse videtur. Quid enim hominibus ex ijs rebus, quibus frui atque potiri student, vita pacifica dulcius est? Quodcunque nominaueris ex iis rebus, quæ res in vita suaues & iucundæ sunt, pace opus ad hoc, vt iucundum sit. Nam si omnia suppetant, quæcunque in vita magnifiunt atque in pretio sunt, diuitiæ, bona valetudo, vxor, liberi, domus, parentes, ministri, amici: terra, mare, propriis prouentibus & hoc & illa ditans: horti amœni, venationes lauacra, palæstræ, gymnasia: loca deliciis & voluptatibus capiendis exercendæque pubi destinata atque omnia, quæcunque voluptatis inuenta sũt hnc adiiciãtur iucũda spectacula, atque musica acroamata: ac siquid est aliud, per quod delicias sectãtibus vita suauis existit. si hæc quidẽ õia suppetãt, pacis verò bonũ non adsit, quod illarũ rerũ lucrũ est? quid illa prosunt? bello, quo minus bonis fruamur, impediente? Ergo cum ipsa pax fruentibus iucunda est, tum omnia quæcũque in vita coluntur, expetuntur, & in pretio sunt, dulcia efficit atque iucunda. Quinetiam si qua more humano nobis in pace calamitas accidat, bono malum cõtemperatum leuius ac toleratu facilius, quibus accidit, existit: bello verò vitã premente, sensu quodammodo aduersus eiusmodi acerbarum rerum casus caremus. Cõmunis enim calamitas dolore superat incommoda singulorum. Ac quemadmodum medici de corporis incõmodis dicunt, cum duo

Filium dei fieri.

Gen.19. Esa.40. Psal.36. Eccles.1. 1.Cor.15.

Simile.

Esa.40. Eccles.8.

Matth.5.

Pax omnia quæ expetũtur iucũda reddit.

Bellum malum cõmune.

duo simul in vno corpore morbi concurrerint, solius exuperantis sensum existere, ac latere quodammodo mali inferioris dolorem immensa atque insuperabili magnitudine præualentis celatum: itidem incommoda belli exuperantia acerbitatum efficiunt, vt proprias calamitates homines singulares non sentiant. Quòd ad propriorum incommodorum sensum animus quodammodo torpet cõmunibus si belli malis consternatus, quomodo voluptatis sensu fruetur. Vbi arma & equi? vbi ferrum acutum & tuba sonans? vbi phalanges hastis inhorrescentes, & scuta cohærentia scutis? vbi galeæ cristis ad terrorem compositis ouantes? vbi conflictus, impressiones, manuum consertiones, prælia, cædes, fugæ, persequutiones, gemitus, vlulatus? vbi terra sanguine madet? mortui conculcantur & obteruntur? saucij derelinquuntur? atque omnia fiunt, quæcunque in aspero bello accidere solent? nunquid in his rebus occupato otium vnquam erit, cogitationem ad rei alicuius iucundæ recordationem conuertendi? quod si quando animum subeat etiam alicuius rei iucundissimæ memoria: nónne recordatio charissimorum in tempore periculi cogitationem subiens, accessio calamitatis fit? Ergo qui mercedem tibi proponit, si ab incommodis belli te abstinueris, duo tibi dona largitur. nam vnum quidem donum est ipsum præmium certaminis, alterum verò ipsum certamen. itaque si nulla ei rei etiam spes proposita esset, ipsa propter se pax cordatis quidem hominibus præ cæteris rebus omnibus cupidè expetenda atque amplectenda esset. Per hoc igitur in superabilem magnitudinem humanitatis agnoscere licet, quòd bonas remunerationes non laboribus ac sudoribus, sed deliciis & animi oblectationibus quodammodo largitur: si modò exhilarantium rerum caput est pax: quam tam multâ cuique suppetere vult, vt non modò quilibet ipse eam habeat, sed ex multa superfluitate non habentibus quoque impertiatur. Beati enim, inquit, pacifici. Est autem pacificus is, qui pacem alteri dat: at nemo præbere alteri possit id, quod ipse nõ habeat. Vult igitur te priorem esse plenum pacis bonorum, deinde verò præbere indigentibus eiusmodi boni. Nec verò nimis curiose mihi oratio in profundo latentem speculationem exquirat. Sufficit enim nobis ad boni acquisitionem etiam is, qui in prõptu est intellectus. Beati pacifici. Multorum morborum curationem Sermo exiguo remedio præstat, per collectionem hanc & vocem generalem singularia ac specialia comprehendẽs. Quid sit pax primùm consideremus. Quid aliud, quàm cum dilectione coniuncta aduersus populares & proximum affectio mutua? Quid igitur, est id, quod dilectioni ex aduerso intelligitur? odium, ira, excandescentia, inuidia, iniuriarum tenax memoria, simulatio, calamitas atque clades belli. vides ne aduersus quot & quales morbos, quasi præmuniens remedium vna sit vox? Nam pax cuique enumeratorum malorum ex æquo repugnat & aduersatur, suique presentia abolitionẽ mali præstat. Vt enim superueniẽte sanitate, morbus euanescit, ac luce apparente, tenebræ non relinquuntur: ita cum pax apparuerit, soluútur omnia, quæ ex contrario conflãtur incommoda. hoc verò quantum sit bonum, nihil opinor opus esse persequi oratione. tu ipse per te reputa atque perpende, qualis sit vita eorum qui mutuis odiis atque suspicionibus laborant, quorũ occursus quidem atque congressus infausti: abominabilia autem atque detestabilia ipsis inter se omnia: ora itẽ voce carentia, obtutus aduersi: aures ad vocem odio prosequentis & odio habiti obturatæ. quicquid alterutri eorum charum est, id alteri inuisum: atque ex contrario quicquid inimicum & hostile, id aduersario atque inimico gratum & acceptum est. Vt igitur aromata boni ac suauis odoris fragrãtia sui proximum cẽra repleor, ita tibi ex superflua copia abundare gratiam pacis vult, vt tua vita alieni morbi medela sit. Quantum autem id bonum sit, exactius cognoueris, si cuiusq; eorum, qui ex inimica voluntate in animo existũt morborum calamitates perpendas. Quis affectus & vitia iræ dignè exposuerit? quæ oratio turpitudinem eiusmodi morbi describet? Vides eorum, qui à dæmone vexantur, affectus in iis, qui ab ira victi sũt, apparere. repula ad inuicem comparata, tum quæ iratis, tum quæ à dæmone correptis accidunt atque contingunt, ecqua sit in his differentia? Sanguine suffusi ac distorti eorum, qui à dæmone vexantur, oculi sũt: lingua præceps: aspera loquela: acuta ac latratui similis vox. communia hæc tum iræ tum dæmoni: quassatio capitis: manuum stolidi motus: concussio & quasi æstuatio corporis tota, pedes istabiles: vna vtriusque morbi per eiusmodi accidentia descriptio est. tantum dũtaxat alterum ab altero variat, quòd vnum quidem voluntarium malum est, alterum absque voluntate ipsorum accidit in quibus existit. At quãto miserabilius est si præter animi sententiam alicui quippiam accidat, quàm si proprio imperio in calamitatem incidat? ac morbum quidem ex dæmone accidentem siquis animaduerterit, non potest non misereri, ex ira verò prouenientem væcordiam simulatque vidit, imitatur, damno sibi ducẽs, si suo morbo non superauerit eũ, qui prior ægrotare ceperit. ac dæmõ quidẽ torquens obnoxii corp' vlterius malũ nõ exiẽdit quàm vt ĩ aẽtẽ frustra furẽtis man' disiciat. iracũdiæ verò dæmõ nõ irritos corporis efficit motus. Cũ ẽm perturbatio præualuerit, & sanguis circa cor supra modũ efferbuerit, nigra bile, vt aiunt, ex iracunda effectione per totum corpus diffusa: tũc præ coarctatione vaporum internorum omnia sensuum vasa circa caput in angustum rediguntur: oculi quidẽ vltra palpebrarum limites protruduntur sanguineo quodam ac draconico obtutu in id, quod offendit, intenti: viscera autem anhelitu coarctantur atque premuntur: intumescunt in collo venæ: lingua efficitur crassa: vox, in angustum redacta arteria, sponte sua redditur acuta: labia suffusione frigidæ illius bilis, quasi concrescunt & congelãtur, obnigrescunt atque torpescunt ad naturalem distinctionem & occlusionem, vt ne saliuam quidem in ore redundantem continere possint, sed vnà cum verbis emittant, coacto sono spumam simul expuente. Tunc igitur & manus & pedes iti dem præ morbo moueri, videre licet. Mouentur autem hæc membra nõ iam amplius frustra, quẽadmodum fit in iis, qui á dæmone vexantur, sed in perniciem eorum, qui inter se per morbum cõfligunt. Protinus enim aduersus sensoria ictibus opportuna

Locus mutilus videtur vtrobique.

Matth. 5. Pacificus.

Pax quid sit & quæ ex ea proficiscantur bona.

Mala quæ ex odiis nascuntur.

Iræ affect. et vitia.

Irati similes iis qui a dæmone vexantur.

Locus corruptus.

opportuna se inuicem pulsātium impetus feruntur. Quòd si fortè os in conflictu corpori appropinquauerit, ne dentes quidem otiosi manent, sed feræ in modum iis, quæ iouaserior, inhæresscunt. Et quis siogolatim omnia mala, quæ ex ira proueniunt, enumerare possit? Qui igitur prohibet eiosmodi torpitudioem, ob maximum beneficium iure beatus & honorandus nominabitur.

Animus corpore præstantior.

Nam si is, qui aliqua corporea molestia hominē liberauerit, honorandus ob eiusmodi beneficium est: qoanto magis is, qui animum ab hoc morbo liberauerit, pro benefactore vitæ à cordatis hominibus habebitur? Quanto enim animus corpore præstantior est, tanto magis, qui animis medetur iis, qui corpora curant, honorandus est. Ac nemo arbitretur, me iræ iniucuoditatem eorum malorum, quæ ex odio designantur, grauissimam & atrocissimam putare.

Inuidia quæ ex odio nascitur ira grauior est.

Simile.

Videtur enim mihi inuidiæ atque simulationis vitium memorato morbo multo grauius esse: quāto occultum malum etiam aperto atrocius est. Etenim ex canibus eos magis cauemus, quorum neque latratus iram præsignificat: neque ex aduerso incursus est, sed miti pariter ac mansueto habitu noo præuidentes, neque circuospicientes nos obseruaot. tale est inuidiæ atque simulatioois vitium in iis, quibus intrinsecus quidem in profundo cordis odium veluti ignis quidam latenter fumigant, externus verò vultus ad amicitiæ simulatiooam effingitur. Quemadmodom autem ignis, si sub paleis occultatus sit ioitio quidem proxima quæque cremando corrumpit, flamma verò palàm non editur, sed fumus quidem grauis & acris odoris intrinsecus violenter coarctatus euoluitur: quòd si aliquem flatum per meantem nactus fuerit, tūc in claram pariter & apertam flammam excitatur: itidem inuidia quoque cor quidem veluti palearum qoeodam aceruum condensatū ignis in modum peredit & absumit: ac morbum quidē præ pudore occultat, non tamen penitus in perpetuum abscondi potest: sed veluti fumus quidē grauis & acerbus, acerbitas inuidiæ in iis, quæ circa habitum accidunt, apparet. Quòd si qua calamitas eum, cui inuidetur, inuaserit, tunc illius dolorem voluptate atque lætitia excipiens morbum prodit. Indicaotur autē occulta morbi mala, quādiu latēte videtur, per aperta signa faciei.

Inuidorū affectus.

Quæ enim desperatorum lethalia signa suot, ea sæpenumerò in eo, qui inuidia contabescit, existūt. Oculi aridi, iotra palpebras tabidas & extenuatas recedentes: supercilium contractum: ossa loco carnium translucentia. at quæ nam morbi caussa est? Quòd frater oimirum, vel propinquus & necessarius, vel vicinus io animi tranquillitate ac lætitia viuit. O nouas iniurias. Crimini dare, quod non aduersa fortuna conflictetur ille, cuius rebus secundis dolet: non ex eo, quod ipse ab illo accepit aliquid incommodi iniuriam æstimans: sed quòd ille sine cuiusquam iniuria, ex animi sui sententia viuat, & in rebus iucundis versetur. Quid passus es infelix? libenter dixerim ad eum: Qua accepta iniuria extabescis acerbis oculis successus prospetos inuidens vicini? Quid habes, quod de eo conqueraris? quod crimini des? si ille corpore decorus? si eloquentia ornatus? si genere superior est? si aliquo magistratu inito splendidus ac magnificus in digoitate conspicitur? si aliqua pecuniarum ei copia accessit? si propter prudentiā in verbis eius authoritas inest? si propter beneficium à multitudine obseruatur? si ob liberos sibi placet? si vxore delectatur? si ex reditibus atque prouentibus domus splendidè etque magoificè viuendo clarescit? cur hæc tibi tanquam cuspides telorum in cor incidunt? complodis palmas: digitos complicas: cogitationibus angeris: ex iotimis præcordiis, doloris significantia ducis suspiria: iniucundus tibi redituum atque prouentuum fructus: acerba mensa: focus subtristis: paratæ ac faciles aures obtrectantibus ei, qui secunda fortuna vtatur.

Si propter prudentiam in dicendo grauis est, multumque ponderis eius oratio habet?

Quod si aliquid dextri ac fausti dicatur, clausæ sermoni sunt aures. Et cùm ita animatùs sis, cur simulatione morbum obuoluis? quomodo amicitiæ persona per fictam beneuolentiam in te formatur? cur faustis appellationibus excipis, saluere ac valere iubens, contraria in animo clam imprecans? Talis erat Caio, qui iccirco, quòd Abel probaretur atque placeret, io rabiem & furorem versus est. inuidia quidem intrinsecus ad cædem hortabatur. simulatio verò carnifex erat. amicum enim qoendam, mitem ac benignum vultum fingens procul ab auxilio atque præsidio parentum, illum in campum produxit: atque ita deinde, cæde inuidiam detexit.

Inuidi similes Cain.

Qui eiusmodi igitur morbum eijcit ex vita humana, ac beneuoleotia pariter ac pace colligat eos, qui genere coniuncti sunt, & ad amicitiam atque concordiam homioes reducit, an non diuinæ reuera potentiæ opus facit, mala quidem ex humana oatura expellcos, pro iis autem bonorum communionem introducens? Idcirco filium Dei pacificum nominat, quòd veri filij imitator existit, qui hæc hominum vitæ largitur.

Locus corruptus vtrobique.

Beati igitur pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.

Matth. 5.

Quinam suot hi? imitatores humanitatis diuinæ, qui id, quod proprium diuinæ efficientiæ est, in sua vita ostendunt. Tollit & ad nihilum redigit bonorum largitor & dominus quicquid extra naturam boni, & à bono alienum est. hoc etiā tibi præscribit opus & officium, euertere odium, finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnam: tollere simulationē, extinguere intrinsecus in corde vrentem & incendentem iniuriarum memoriam tenacem, cootrà verò in locū eorum introducere quæcunqoe subductis cootrariis ex aduerso cōsistuot. Vt enim recedentibus tenebris lux succedit, ita etiam in locū horum cuioslibet spiritus fructos succedit, dilectio, gaudium, pax, benignitas, animi lenitas, vniuersus ab apostolo bonorū numerus collectus. Quomodo igitur noo beatus est dioinorum donorum distributor ac dispensator? imitator Dei munerum? qui diuinam munificeotiam sua beneficentia exæquat? Forsitan autem non ad alienum dontaxat bonum beatitudo spectat: sed, opioor, propriè pacificum appellari, qui eam, quæ intra ipsum est, seditionem carnis & spiritus, atque intestinum naturæ bellum ad pacificam concordiam & consensom adducit, vbi corporis lex, quæ legi mentis repugoat, nō amplius exercebitur, sed subiugata meliori regoo, ministra diuinorum præceptorum exister. Quinimò ne existimemus Sermonem cōsulere, quòd nimirum in numero binario cōsiderāda

Pacificus qui propriis affectibus imperat.

atque accipiêda sit vita eorũ, qui rectè egerint, & rè bene gesserint: sed vbi interstitiũ vitiositatis ex ea, quæ in nobis est, sæpe exemptum fuerit, duo illi contemperatione cum meliori coalescentes vnus existunt. Quoniam igitur simplex & non compositum esse diuinum numen, & effingi atque simulachri non posse creditur, cùm humanũ quoque genus duplæ compositioni per talem pacificationem exemptũ fuerit, ac plenè ad bonum reuerterit, simplex pariter & ab effictione atque simulatione vacuum, ac reuera vnum effectum, vt idem cum abscondito sit, id quod apparet, & vice versa, absconditum cum apparente: tunc verè confirmatur ac rata beatitudo fit, ac tales propriè filii Dei dicuntur, beati iudicati per promissionem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO VIII. BEATI QVI PERsequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam eorum est regnum cælorum.

RDO quidem sublimis disciplinarum doctrinæ præsentem dicti cômentationem ad octauum gradum ducit. ego verò haud alienum esse duco, si premiũ illud ratione atque oratione côsideretur, quid sit apud prophetam octauæ mysterium, quæ duobus psalmis præponitur, quid etiam purificatio, sanctioque circuncisionis: quæ vtraque vt octauo die obseruarentur, lege cautum erat. Forsitan aliquid cognatum habet hic numerus cum octaua beatitudine: quæ tanquam vertex omnium beatitudinum in summo gradu boni ascensus posita est. Nam & illic propheta resurrectionis diem per octauæ inuolucrum & ænigma designat, & purificatio coinquinati hominis reditum ad naturalem puritatem ostendit, & circuncisio mortuarum pellium, quas post inobedientiam vita nudati indueramus, indicat abiectionem: & hic octaua beatitudo restitutionem in cœlos continet eorum, qui in seruitutem quidem delapsi erant, sed rursus ex seruitute in regnum reuocati sunt. *Beati enim*, inquit, *qui persecutionem patiuntur propter me: quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Ecce finis & euentus diuinorum certaminum, & propter Deum susceptorum periculorum, laborum, remuneratio, sudorum præmium: quo regnum cœlorum athletæ consequuntur. Non amplius circa rem instabilem ac mutationibus variantem felicitatis spes obertat. Nam terrenus locus est ex iis, quæ alternatione variantur atque mutantur. de iis verò quæ per cœlum & mouentur & apparent, nihil tale indicamus, vt non eodem modo nimirum ac similiter sese habeant: sed serie atque ordine consequẽtiaque suum quodque cursum omnia, quæ circa cœlum sunt, peragunt. Vides igitur excellentiam doni, quòd non in iis, quæ mutatur, magnitudinẽ dignitatis largitur, ne qui mutationis metus bonam spem turbet: sed cùm regnum cœlorum dixit, ostendit id donum, quod nobis sub spe propositum est, non esse mutabile. sed semper eodem modo sese habere. Ex iam dictis autem, quæ mihi cum dubitatione quærere in mentem venit, hæc sunt: primum quidem cur eum, qui spiritu pauper sit, in eundẽ locum, quò eos, qui propter ipsum persecutionem patiantur, recipiens, parem vtrisque remunerationé proponat? (Quorum enim præmium idem est horum nimirum etiam certamina paria sunt:) deinde verò qui fiat, vt discretos dextros à sinistris inuitans ad regnum cœlorum, alias eiusmodi honoris caussas assignet? Nam cùm illic & condolentiam, & facultatum communicationem & mutuum amorem proferat, neque spiritualis egestatis, neque propter ipsum persequutionis vsquam mentionem facit. quanquam multùm hæc secundum eum intellectum, qui prima fronte occurrit, abinnicem disiuncta esse videntur. Quid enim paupertas commune habet cum persecutione? aut his rursus quid conuenit cum dilectionis & condolentiæ effectibus? Cibum indigenti aliquis subministrauit, aut nudum vestiuit, aut recto viatorem recipit, aut ægrotum & in carcerem coniectum eo, quo licuit, officio prosequutus est: quid hæc ratione studii & officii cum egestate & persecutione commune habent? his alienas calamitates curat, alieno incommoda sarcit & sanat: illorum autem vterque tam egenus, quàm persecutionem patiens officium præstantibus opus habent. sed finis in omnibus par. Pariter enim in cœlum ducit & eum, qui pauper spiritu fuerit, & eum, qui propter ipsum persequutionem passus sit, & eos, qui côdolentiã erga proximos præstiterint. Quid igitur ad hæc dicimus? nam omnia inter sese cohærent, ad vnum illum quasi scopulum conuersa atque conspirantia. Etenim egestas pulsu facilis, & benignitas in pauperes & egenos à paupertate aliena non est. Verum haud incommodum esse mihi videtur, præsentem prius inuestigare orationem, atque ita deinceps dispicere atque considerare, qui nam insit in iis, quæ quæsita sunt, intellectus atque consensus. *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam.* Vnde persequutionem patiuntur & à quo? Atque ea quidẽ, quæ in promptu ratio est, martyrum nobis stadium ostendit, ac fidei cursum designat. Nam persequutio currentis vehemens studium celeritatis significat. Imò verò etiam in currendo victoriam indicat. non enim aliter currando quis vincere potest, nisi post se reliquerit eum, qui simul currit. Quoniam igitur & is, qui ad præmium supernæ vocationis currit, & is qui propter præmium ab inimico exagitatur, pariter à tergo habent, ille quidem de præmio simul certantem, hic verò persequentem: (hi autem sunt, qui martyrũ cursum, in certaminibus pro pietate susceptis, conficiunt, quos inimici quidem persequuntur, sed non assequuntur:) videtur caput & summam in spem propositæ beatitudinis, veluti coronam quandam in postremis proposuisse verbis. Nam reuera beatũ est propter dominum pati persequutionem. Quare? quia à malo exagitari, caussa boni adipiscendi fit. nam abalienatio atque vitatio mali, boni consiliationis est occasio fit. bonum autẽ & supra omne bonũ ipse Dominus est, ad quẽ cursu contendit, qui persequutionem patitur & agitatur. Ergo reuera beatus est, qui inimico ad bonum vtitur adiutore. Quoniam enim

Marginal notes (left): *Psal. 7. & alii.* — *De numero octauo consideratio.* — *Matth. 5.*

Marginal notes (right): *Locus corruptus & mutilus vtrobique.* — *Quare pauperes & persecutionem patientes eodem præmii genere afficiuntur.* — *Matth. 5.* — *Beatum esse propter dominum persecutionem pati.*

enim in confinio boni & mali humana vita posita est, sicut is, qui à sublimi spe delapsus est, in barathro versatur: ita qui à peccato remotus & à corruptione alienatos est, ad iustitiam pariter & incorruptibilitatem accedit. Itaque persequutionis, qua martyres à tyrannis agitatur, species quidem prout prima fronte apparet, sensui acerba esse videtur: sed id, quò spectant ea, quæ fiunt, omnem beatitudinem superat. Commodius autem fuerit nos per exempla atque similitudines sententiam animaduertere Sermonis. Quis ignorat, quanto grauius & molestius esse iudicetur, insidiis peti, quàm diligi? hoc tamen quod molestum esse videtur, sæpe etiam felicitatis per hanc vitam caussa multis existit. quale de Iosepho scriptura indicat: qui à fratribus insidiis petitus, & ab illorum conuictu atque contubernio remotus per venditionem rex eorum, quorum insidijs petitus erat, designatus est, forsitan ad tantam dignitatem non progressurus, nisi inuidia per insidias illas iter ad regnum patefecisset. Quemadmodum igitur si quis futuri scientia præditus Iosepho prædixisset, Insidijs petitus beatus eris, prima fronte credibilia dicere audiēti, & ad id quòd in præsentia acerbum est, respicienti non videretur: (non enim fieri posse putaret, vt mali propositi bonus designaretur euentus) ita nimirum etiam hic cùm persequutio, qua fideles à tyrannis agitantur, multum iuxta sensum acerbitatis habeat, efficit, vt ab ijs, qui carni paulo magis obnoxij sunt, ea, quæ per res asperas & acerbas ipsis proposita est, regni spes haud facilè admittatur atque probetur. sed dominus naturæ vitio de specto prædicit infirmioribus, qualis laboriosi certaminis euentus sit, vt spe regni temporarium certum aduersarum sensum facilè deuincant. Idcirco magnus ille Stephanus gaudet lapidibus vndique petitus, ac veluti suauem quendam corem crebros lapidum ictus, in modum floccorū niuis incidentium, corpore cupidè excipit, ac benedictionibus nefarios homicidas prosequitur, pro his ipsis ne peccatum hoc eis imputaretur, orans quoniam & promissionem audiuerat, & spē eum iis, quæ apparebant, congruere & conueniens videbat. nam cùm audisset eos, qui propter dominum persequutionem passi essēt, in regno cœlorum versaturos esse, dum persequutionem pateretur, vidit id, quod sperabatur. currenti enim ei per confessionem quod sperabatur, ostenditur cœlum apertum, diuina gloria ad certamen currentis de supramundanis partibus despectans, ille ipse, qui in certaminibus athletæ testimonio celebrabatur. Nam præsidentis certamini statio per ænigma atque verborum inuolucrum, auxilium, quod certanti ferebatur, significat, vt per hoc discamus eundem esse & eū, qui certamina ordinet atque disponat, & eum, qui cum suis certatoribus & athletis contra aduersarios consistat. Quid igitur beatius fuerit eo, qui propter dominum persequutionem patiatur, cui liceat in certamine adiutorem certaminis præsidem habere? Neque enim facile est, atque haud scio an etiā prorsus fieri non possit, vt rebus per hanc vitam iucundis, quæ apparent, aliquis præferat bonum quod nō apparet vt facilè vel ædib' expelli, vel ab vxore & liberis, à fratribus, sororibus, parētibus & æqualibus segregari, & omnium quæ per vitam iucunda ac suauia sunt, expers esse malit, nisi ipse Dominus eum, qui iuxta propositum vocatus fuerit, ad bonum adiuuet. Quem enim prænoscit, vt inquit apostolus, hunc & predestinat & vocat, & iustificat, & glorificat. Quoniam igitur anima per corporeos sensus quodammodo coalescit cum voluptatibus vitæ, ac per oculos bono materiæ colore delectatur, & auribus facilis atque propensa est ad iucundas auditiones: itemque olfactu, gustatu tactuque. prout cuique horum sensuum conuenire, & natura accōmodarum esse solet, vnà afficitur: idcirco veluti clauo quodam sentiendi vi ad vitæ voluptates affixa, difficulter ab his, quibus adhæresceus coaluerit, auelli solet: & in modum testudinum & cochlearum veluti testatio quodam tegmento illigata, impedita ac tarda est ad eiusmodi motus, quippe totum simul trahens vitæ pondus. quamobrem cùm ita sese habeat, etiam prehensu facilis persequentibus existit, ad bonorum publicationis minas, aut accepto damno in aliqua alia re ex ijs, quæ per hanc vitam experiuntur, facilè concedens & summittens sese persequenti. sed vbi viuus Sermo, vt inquit Apostolus, efficax & omni gladio ancipite acutior penetrauerit in eum, qui verè fidem susceperit, & dissecuerit ea, quæ malè coaluerint, & consuetudinis vincula ruperit, tunc, cùm tanquam pondus animæ connexum mundanas voluptates veluti cursor quidam ab humeris excusserit, leuis & expedirus certaminum stadium percurrit, ipso certaminum præside, duce & adiutore vtens ad cursum. Nō enim spectat ea, quæ reliquit, sed quæ perit: neque oculum conuertit ad id, quod à tergo iucundum est, sed ad propositum bonū contēdit: neque damno rerum terrenarum cōtristatur, sed lucro cœlestium lætatur. propterea omne suppliciorum genus tanquam subsidium & auxiliū pro politi gaudii haud cunctanter excipit & admittit ignem tanquam materiæ purificatorem: gladium tanquam diremptorem coniunctionis, qua mens cum materialibus & carnalibus coaluit: atque in summa, omnes & dolores & labores quicunque excogitari possunt, tanquam medicamentum noxio voluptatis veneno aduersās cupidè atque parato animo suscipit. Quēadmodū enī biliosi quique superfluis humoribus abundāt, amara remedia haud grauatè sorbent, vt per illa caussa morbi efficacius expurgetur: ita qui ab inimico agitatur, & ad Deū fugit, excipit rerum acerbarū & aduersarum impetum, vt qui vim habeat voluptatis efficaciam extinguendi. non enim gaudere potest qui dolet. Quoniā igitur per voluptatem intrauit peccatū, per contrariū prorsus expelletur. Ergo qui persequuntur eos, qui Dominum confitetur, & toleratu difficilia tormenta atque supplicia excogitant, remedium quoddam animis per dolores adhibent violentis rerum asperarum admonitionibus voluptatis morbum curantes. Ita crucē Paulus excipit: gladium Iacobus: lapides Stephanus: capite deorsum verso crucifixionem beatus Petrus: omnes qui hos sequuti sunt fidei athletæ varias tormentorum & suppliciorum species: bestias, barathra, rogos & flammas, frigoris concretiones & cōgelationes, carniū ex lateribus & costis lacerationes & auulsiones, capita clauis vn-

Gen. 40.

Act. 7.

Rom. 8.

Heb. 4.

Locus vtrobique mutilus esse videtur.

Persequutionum diuersitas.

uis vndique confixa, oculorum amiſsiones digitorum abſciſiones, corporis per crura in vtrâque partem diſruptiones, per famem excruriationes & conſectiones. hæc atque eiuſmodi omnia, tanquam peccati expiationes ſancti illi cũ lætia admittebant, ne quod veſtigium cordi per voluptatem impreſſum relinqueretur, acerbo atque doloroſo hoc ſenſu omnia per voluptatem animæ impreſſa veſtigia delente. Beati igitur, qui perſequutionem patiuntur propter me. Hoc autem tale eſt: (vt etiam alteram rationem cognoſcamus & conſideremus:) ac ſi quis Sanitati facultatem ac poteſtatem dicendi dediſſet, diceret etiam illa: Beati à morbo liberati propter me. nam grauiũ & moleſtarum rerum alienatio efficit, vt in me verſentur, qui aliquando ægrotauerunt. Ita vocẽ excipiamus, quaſi ipſa vita nobis eiuſmodi beatitudinem proclamet: Beati quos mors perſequitur propter me: quaſi lux dicat, Beati quos perſequuntur tenebræ propter me. Similiter etiam iuſtitia, ſanctimonia, incorruptibilitas & integritas, bonitas, & omnis intellectus & mentis conceptus ex iis, quæ in meliorem partem & intelliguntur & dicuntur. Dominus igitur, prout intelligitur, ita tibi dicere exiſtimetur: Beatus eſt, quicunque ab omni re contraria pellitur & prohibetur, à corruptione, à tenebris, à peccato, ab iniuſtitia, à fraude & auaritia, ab vnoquoque eorum, quæ virtutis rationibus opponuntur, tum factis, tum cogitationibus. nam extra mala verſari, eſt intra bona reductum & conſtitutum eſſe. Qui facit peccatũ, inquit Dominus ſeruus peccati eſt. Ergo qui deſciuit ab eo, cui ſeruiuerit libertatem, quod ad ſtatum & dignitatem attinet, vſurpat. Porrò ſumma libertatis ſpecies eſt, ſui iuris ac poteſtatis eſſe factum, regia verò dignitas ſupra ſe non habere vllam tyrannidem. Ergo ſi ſui iuris eſt is, qui à peccato alienus eſt: at regni proprium eſt, merum imperium. ſummaque ac plena, nullius alterius arbitrio atque dominio obnoxia poteſtas: conſequenter beatus iudicatur, qui à malo pellitur, ac perſequutionem patitur: quippe illa perſequutione regiam dignitatem ei conſiliante. Ne doleamus igitur, & ægrè feramus, fratres, terrenis nos expelli atque prohiberi. nam qui hinc migrauerit, in cœleſti regia diuerſatur. Duo hæc in creatura rerum vniuerſarum ſunt elementa habitationi rationalis naturæ attributa, cœlum & terra. Locus eorum, qui per carnem, vitam ſortiti ſunt, terra: cœlum autem incorporeorum eſt. neceſſe eſt igitur, vitam noſtram prorſus alicubi eſſe. niſi ex terra pulſi & eiecti fuerimus, in terra prorſus manemus, ſi hinc abierimus. in cœlum traducemur. Vides quò ducat beatitudo, per id, quod triſte & acerbum videtur, tanti boni tibi conciliatrix exiſtens? Quod cùm etiam apoſtolus animaduertiſſet, Omnis, inquit, diſciplina in preſentia quidem non cum gaudio, ſed cum triſtitia coniuncta eſſe videtur: ſed poſtea fructum pacificum iuſtitiæ reddit iis, qui per ipſam fuerint exercitati. proinde fructuum, qui ſperantur, flos, afflictio eſt. Propter fructum igitur etiam florem decerpamus: agitemur vt curramus. currantes autem non fruſtra curramus, ſed ad præmium ſupernæ noſtræ vocationis curſus dirigatur. ita curramus, vt aſſequamur. Quid eſt id, quod conſequimur? quod nam eſt illud præmium? quæ nam illa corona? Non videtur mihi aliquid aliud eſſe quodlibet eorum, quæ ſperantur præterquam ipſe Dominus. Ipſe enim eſt præſes moderatorque certantium, & corona vincentium. ille eſt qui diuidit hæreditatẽ, ille bona hæreditas eſt: ille bona portio, ille eſt, qui tibi portionẽ largitur, ille eſt, qui dicat: ille ipſe diuitiæ, qui & oſtẽdit tibi theſaurũ, & theſaurus tibi exiſtit: qui & cupidum te bonæ margaritæ reddit, & venalis tibi rectè negocianti mercantique proſtat. Vt igitur illum adipiſcamur (ſicut in foro fit) iis, quæ habemus, comparemus id, id quod nõ habemus. Ne contriſtemur ergo cùm agitamur, & perſequutionem patimur, quinimo potius etiam lætemur, quoniam per id, quòd pellimur ab iis, quæ in terra habentur in pretio, ad cœleſte bonum compellimur, ſecundum eum qui promiſit beatos fore eos, qui propter ipſum agitati perſequutionemque paſſi ſint: quoniam illorum ſit regnum cœlorum, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniam ei gloria & imperium eſt in ſecula ſeculorum. Amen.

Matth.5. Ioan.8. Heb.12.

D. GREGORII NYSSENI IN ILLVD APOSTOLI: OMNE PECCATVM QVOD FECERIT HOMO, EST EXTRA CORPVS. QVI AVtem fornicatur, peccat in proprium corpus. Oratio. Gentiano Herueto Interprete.

1.Cor.6.



TERRIBILIS tuba Apostolici A præcepti, multa quidem etiam alia testificans exercitui pietatis, & maximè eos expellens à barathro turpitudinis, & in fine etiam addens militare præceptum, Fugite inquit, fornicationem. Omne peccatum quod fecerit homo, est extra corpus. Sensilium enim bellorum milites, nunc quidem aduersis frontibus pugnam capessantes, *Bellum animarum partim resistendo, partim fugiendo, prudenter geritur.* núc autem fuga vtentes, acies instruunt. Est etiam animarum bellum, quod & resistendo & fugiendo prudenter geritur. Hoc sciens Paulus, qui per vtranque instruendæ aciei artificiosam rationem ducit exercitum, nunc quidem præcipit, vt ad pugnam committendam stent fortiter. State accincti lumbos vestros in veritate: nunc au- *Eph.6.* tem fuga consulit despicere inimicos. Fugite, inquiens, fornicationem. Si irruat bellum incredulitatis, vtile est illi resistere. Sed si dolo nobis minetur acies, contra hos aduersarios pulchrum est locare insidias. Tenditur arcus calumniæ: vtile est aduerso fronte congredi cum mendacio. Quando autem iacit telum forma meretricia, honestum est tergum vertere, & aduersum vultum fugere. In oculos enim telum dirigit fornicatio: & oportet meminisse præcepti imperatoris. Fugite fornicationem. Habet enim aliquid magis *Fornicatio habet aliquid magis fugiendum quã cætera scelera.* timendum quàm alia scelera. Nam alia quidem peccata videntur abstinere à carne eorum qui ipsa admittunt: & quod actum est, in eo solo sistit, quod suscipit actionem: vt in rapinis, eorum est solum damnum quibus est raptum. In vitio inuidiæ, id erumpit in eos solum quibus inuidetur. In sycophantiis & calumniis, si eis fides habeatur, is solus vocatur in periculum, qui eis appetitur. In ijs quoque similiter qui cædem fecerunt, eius est in quem facta est infortunium. D Si quis nefariorum factorum persequatur actiones, inueniet eorum quidem qui faciunt iniuriam partem lucrari: eorum autem quibus fit iniuria, damnum accipere. Fornicatio autem non suscipit eiusmodi diuisionem: nec eius qui passus est actionem separat ab eo qui egit: sed vtrunque simul euertit, & colligat communi vinculo pollutionis. Possunt autem cùm alium damno affecerint, ipsi nullo damno affici. Fornicatores autem non possunt corpus probro & dedecore afficere, quinetiam simul cum eo qui probro est affectus, ipsi quoque probro afficiuntur. Ii qui E occidunt cædem facientes, fieri potest vt non simul occidantur cum iis qui sunt interfecti. Fornicatoribus autem, si carnem inquinauerint, non licet esse mundis ab inquinamento. Considera autem mihi hac in re Pauli subtilitatem. Fugite, inquit, fornicationem. Cur? Quoniam omne peccatum quod fecerit homo, est extra corpus, nempe corporis non corrumpens naturam, & nó cunsistens ad membrorum ignominiam, & non complerum inquinamento corporis, sed effectũ extra damnum corporis quod id egit. Qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat, non sicut homicida in alienum, inuulneratum suum corpus conseruans. Non sicut auarus in alterum, suæ carnis cauens offensionem: sed ipse sui corruptor fornicatur, configitur ipse telo suæ infamiæ. Fuc vt alat corpus, audet aggredi facinus. Fornicator autem suæ carni parat insidias vt eam deprædetur. Auarum ad rapinam incitat lucri appetens cogitatio. Fornicatio autem damnum honestatis corporis, inuidia struit facinus, cum amicus esse censeatur. Fornicator autem sibi suam operatur B ignominiã. Quid est enim fornicatione, quæ tanquam lixa fert impedimenta, turpius & ignominiosius? Omnis enim seruitus peccati turpis est *Fornicatio tanquam lixa, fert impedimenta.* & ignominiosa: afficit enim ignominia animæ nobilitatem. Fornicator autem peccati seruus turpior & ignominiosior, cænum haurit, ab ipso ordinatus, sordium congerit cumulũ, immundo munere fungitur. An non est res grauis & tetra volu- *Fornicator tanquam pannus.* tari in cœno, turpitudine alteri, habere corpus nó differés à panno? Quænam enim est panni & fornicatoris differentia? Eo quòd à pietatis sit abscissus corpore, quotidiana corrumpitur putredine. C In viis peccati proiectus, iacet tanquam pannus inutilis, & ab omnibus cóculcatur Dæmonibus. In eo diabolus suam subigit & imprimit putrefactionem. Ea autem quæ cadit sub intelligentiam fornicatoris miseria & infelicitate, non est minor ea quæ est aperta & manifesta. Est enim in ædibus *Fornicatori accidunt mala pluri ma.* fugiendus, in congressibus abominandus, contumelia appropinquantibus, inimicis opprobrium cognatis probrum & dedecus, ijs qui simul habitant execrandus, dolor paréntibus, famuli publicũ ludibrium, viciniѕ ridicula narratio. Si velit vxorem ducere reiiciẽdus. In matrimonio suspectus sponsus, pater filiis odiosus, despicabilis consiliarius, largiens ingratus, petens ingratior, mortuus magis laborans infamia. Tãtæ malorum multitudinis matrẽ videns Paulus fornicationem, victricem nobis modo præcipiẽs fugam, clamabat, Fugite fornicationẽ. Vox Pauli nunc nobis reuoca- *Iosephi in Ægypto continentia prædicatur.* uit in memoriã pudicũ adolescentẽ qui se fortiter gessit aduersus Ægyptiacam fornicationẽ. Atqui multa erant quæ adolescentem facile mouere poterant vt persuaderetur, ætas libidini obnoxia iugum seruitutis, dominæ amatoriæ blanditiæ, de impudico amore perpetuus sermo, ad eunucubi- E tum clam facta adhortatio. Fuit enim, inquit, qui- *Gen.39.* dam dies, & ingressus est Ioseph in domũ vt faceret opera sua, & nemo erat ex iis qui domi erant, intrauit & vestes eius attraxit, dicens, Dormi mecum, dormi. Temperantiæ serui magna est auctoritas. Dominam fecit seruam. Nam illi quidẽ supplicabatur, hæc verò supplicabat. Dormi mecum, ignitũ est telũ fornicationis, sed quæ crematetur nõ inuenit materiã, imò verò in veste fractum fuit & dissolutũ. Quæ fornicationis circũdata erat in pudẽtia, clamabat, Dormi mecũ. Fornicatorii de-

fidetii mugit famé: sed pudici magis obstruebat aures. Nā illa quidē dicebat, Dormi mecū. Adolescenu autē contrà proclamabat temperantia, vigila mecum & reipsa ostendit vigilantiam. Non enim blanditiis cedens dormitauit robur constantiæ. Non fuit mens sopita incantationibus, non fuit somno oppressa temperantiæ sobrietas, non iis quæ implicatum tenebant incommodis fuit dissoluta, non elegantis formæ capta est illecebris. non amatoriorum verborum fracta fuit blanditiis: sed maledictio ipsi erat acerbior vox Dominæ blandientis & dicentis, Dormi mecum. Paratus stabat diabolus adulterii pronubus, & simul cum fornicatrice stringebat vestem, & socius erat ansarum quas ipsa apprehendebat, sed nesciebat se luctari cum veterano athleta pudicitiæ, & qui ab illius ansis se facile exuebat. Relictis enim, inquit, suis vestibus in manibus eius, fugit, & foras exiuit. O nuditas sanctior indumentis. Quid igitur, Ægyptiacæ impudicitiæ rabies, sua ipsius mala in Iosephum confert? Et ad maritum accurrens, inquid: Adduxisti nobis puerum Hebræum vt nobis illuderet, & dixit vxori tuæ, quæ hucusque pudice conseruauit tuum cubile, Dormiam tecum. Postquam autem sustuli vocem & exclamaui, dimisit apud me vestes suas, fugitque, & egressus est foras. Rursus Ioseph per vestem appetitur calumnia. Fratres prius accepta eius veste, per illam improbè calumniabantur fuisse eum à fera deuoratum. Nunc autem ipsa tunica eius accepta accusat tanquam fornicatorem Iosepho cōuenit vox Domini, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & supra vestem meam miserunt mendacium. Pudicorum exercitui dulce est id quod dicitur à pudicitia: sed id imbecilitati carnis durum est & laboriosum. O iustam quam Deus Iosephi curam gessit. Ante tentationes Iosephum non honorauit: sed per somnia ostendit futurum, docens quòd longo antè tempore iustus

Psal. 21.

parauit gloriam. permisit autem tentationibus probare adolescentem, aures occludens iis qui delectantur probris ac maledictis. Si enim non dedisset Iosepho probationem dixissent maledici à cæca hæc fieri fortuna. Inter Aegyptios regnat Ioseph. Barbaris dominatur adolescentulus quamnam ostendit virtutem, pro quanam est virtute hoc assecutus? Ne ergo hæc de Ioseph dicerentur, ideo permittit tentationes, vt eæ iusto viro ferrent testimonium, & obstruerunt ora maledicorum. Auersemur ergo quæ à forma meretricia in nos iaciuntur iacula. Claudamus oculos lasciuiæ, à nobis rideantur voluptates inordinatæ, carnem custodiat temperantia, in membris inhabitet puritas versemur in honestis cogitationibus, bonorum operum splendeamus fulgoribus, expurgata vitia eniteamus, conseruemus mundū corpus habitationi sancti spiritus, ei scribamus hoc præceptum formidabile iis qui sunt impudici. Si quis templum Dei perdit, perdet eum Deus. Verum à vobis ne tantillum quidem seiungi. Quid enim patri est iucundius quam versari cū charis filiis? Sed quoniam nos vocat verbum ad certamina pietatis, oportet nos currere ad septa ecclesiæ, adiectis precum auxiliis. Cæterum illud, vestram adhortor charitatem, ecclesiasticum ordinem conseruate, & si aliqui irruant tumultus, eos patientia vincite & lenitate. Futurum enim est vt propediem corrigantur istæ turbæ. Nolite perturbari rumoribus nugis ne noueamini, sed nobiscum qui sumus in via comites, preces ad Deum emittite, vt vestri a confirmari precibus, dicamus omni tempore diuinis adiuti viribus: Omnia possum in Christo qui me corroborat. Cui gloria in secula seculorum. Amen. *Philip. 4.*

1. Cor. 3.

D. GREGO-

D. GREGORII NYSSENI IN ILLVD, QVANDO SIBI SVBIECERIT OMNIA TVNC IPSE QVOQVE FILIVS SVBIICIETVR EI QVI

1.Co.5.

sibi subiecit omnia, Oratio. Gentiano Herueto interprete.

Psal.11. & 17.



MNIA quidem domini eloquia, sunt eloquia casta & pura, sicut dicit propheta, quando instar purgationis argenti quæ fit igne, mens expurgata ab omni turpi existimatione, habet eloquiorum veritatis proprium & conuenientem, & qui est secundũ naturam splendorem. Ante omnes autem oportet attestari splendorem esse & puritatem in dogmatibus sancti Pauli. In paradiso enim initiatus in arcanorum cognitione, & Christum habens in se loquentẽ, ea loquebatur quæ consentaneum est eum loqui qui eruditus fuit à tali magistro, nempe sub Verbo duce & doctore. Quoniam autem mali cauponatores, aggrediuntur diuinum argẽtum efficere reprobum, mixtione hæreticorum & adulterinorum sensuum verbi splendorem obscurantes, & mystica Apostoli sensa, vel non intelligentes, vel maligne assumentes, ad defendendam suam malitiam attrahunt, dicentes ad euertendã vnigeniti gloriam eis dictum illud conferre apostolicum, *Tunc subijcietur filius ei qui sibi subiecit omnia*, tanquam ea dictio seruilem ostendat humilitatem. ea de causa visum est necessarium diligenter examinare hoc dictum. vt ostendamus verè purum argentum apostolicum, ab omni sordido & hæretico sensu separatum & minimè mistum. Scimus ergo in vsu sanctæ scripturæ hanc vocem multa habere significata, & non semper iisdem congruere sensibus, sed nunc quidem hoc significare, rursus verò aliud indicare, vt, Serui, inquit suis Dñis sint subiecti. Et de natura experte rationis, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et rursus mentionem faciens eorum qui seruantur per agnitionem, dicit tanquam loquens ex Dei persona, Mihi alienigenæ subiecti sunt, adeò vt videatur maximè conuenire id quod à nobis est examinatum in psalmo septuagesimo primo, Nunquid Deo subiicietur omnia mea? Accedit his omnibus illud quod nobis obiicitur ab inimicis ex epistola ad Corinthios. nempe, Tunc & ipse filius subiicietur ei qui sibi subiecit omnia. Quoniã ergo est multiplex huius vocis significatio, bene, erit, si cum vnumquodque eorum per se distinxerimus, agnoscamus cuinam significato subiectionis cõueniat dictio Apostoli. Dicimus ergo quod in his quidem qui bello redacti sunt in potestaté eorum qui vicerunt, subiectionis significatum indicat inuitum & coactum se submittere ei à quo victus est. Si enim captiuis aliqua accesserit potétia, spem ostendens futuram vt sint superiores iis qui ipsos vicerunt, aduersus dominos rursus insurgunt, vt qui probrum & dedecus existimét quòd sint subiecti inimicis. Bruta aũt alio modo sint subiecta animalibus ratione præditis, nempe quòd eorum naturæ desit maximum bonum, videlicet ratio. quo fit vt necesse sit id quod est defectum, esse subiectũ ei cui obtigerunt ampliores & meliores naturæ dotes. Qui auté ex legitima aliqua consequentia iugo tenentur seruitutis etiam si æqualis sit eorum natura, cùm tamen legi nõ possint resistere referuntur in ordinem subiectorum vt qui necessitate inexcusabili deducantur ad subiectioné. Nostræ autem Deo subiectionis scopus est nostra salus, sicut didicimus à prophetia, quæ dicit, Deo subiecta est omnia mea. apud ipsum enim est salutare meum. Quando ergo ab aduersariis nostris nobis obiicitur vox Apostoli, quæ dicit filium subiiciendum esse patri, consequés fuerit, distincta huius vocis significatione, eos interrogare, ad quodnam subiectionis aspiciétes significatum, hanc vocem existimant conuenire Deo vnigenito. Sed est perspicuum, quòd nullo ex dictis modis dicent se intelligere filii subiectionem. Neque enim cùm esset inimicus bello venit in potestatem hostis sui, vt aut speret aut studeat se posse aliquando insurgere aduersus dominum. Sed nec tanquam inter bruta, per boni defectũ, in natura necessarium habet subiectionem, vt oues & boues & pecora subiiciuntur homini. sed neque vt pecunia empti serui, aut dñi nati vernæ, lege seruiés expectat vnquã futurũ, vt vel dñi clementia vel gratia vnquã liberetur à iugo seruitutis Sed neq; salutis scopo sibi proposito dixerit quisquã Deum vnigenitum patri esse subiectum: vt ea ratiõe instar hominum sibi procuret salutem. Nam in mutabili quidem natura, quæ nata est propter bonorum participationem, necesse est vt Deo sit subiectio, proptereaquod hinc fit nobis bonorũ subiecto. In immutabili autem & inalterabili natura, locum non habet subiectio, in qua cõsideratur omne bonum nomen & intelligentia, nempe æternitas, incorruptio, beatitudo, semper similiter & eodem modo se habere, & neque melius, neque deterius posse fieri. Nã neque in bono admittit accessionem: neque propensionem ad id quod est deterius. Id autem à quo tanquã à fonte ad alios emanat salus, non autem opus habet alio quod ipsi det salutem, quodnam iure dicent ei competere eorum quæ propriè dicuntur significari à subiectione? Inuentum est enim ea quæ sũt examinata, procul abesse vt propriè intelligantur & dicantur de Deo vnigenito. Quod si etiam addendum est illud genus subiectionis, quod dicit Euangelium secundum Lucam, nempe quòd subiectus fuerit parentibus ad duodecimum annum procedens Dominus, ne illud quidem conuenerit in Deo vero & qui est ante secula, vt vero suo patri dicatur esse subiectus. Nam illic quidem qui tentatus fuit per omnia ad similitudinem nostrã absque peccato, voluit etiam procedere per ætates nostræ naturæ. Et quomodo cùm esset infans infantilem accepit ætatem, butyrum & mel comedens: ita etiam cùm processisset ad adolescentiam, non recusauit id quod huic ætati erat congruens ac conueniens, futurus vitæ exemplũ moderationis. Quoniam ènim in aliis hominibus imperfecta est in his intelligentia & opus erat iuniori vt deduceretur per perfectiora ad id quod est melius: propterea qui natus erat duodecim an-

Marginal notes: *In Pauli scriptis splẽdor est & puritas dogmatum.* — *Hæretici mali cauponatores.* — *1.Cor.15.* — *Subiici in scriptura accipitur multis modis.* — *1.Pet.2.* — *Psal.8.* — *Psal.59.* — *Psa.61.* — *1.Cor.15.* — *Subiici inimicis quid sit.* — *Bruta cur sint subiecta animali predito ratione.* — *Serui quomodo sint subiecti dominis.* — *Deo cur simus subiecti.* — *Psal.61.* — *Subiici filium patri quomodo intelligatur.* — *Christus quomodo fuerit subiectus parentibus.* — *Luc.2.*

nos, matri subiicitur, vt ostenderet quòd id quod per profectum perficitur, priusquam veniat ad finem, rectè suscipit subiectionem, vt qui ad bonū deduceret. Qui est autem sēper perfectos in omni bono, & neque profectum neque diminutionem ex se potest suscipere, propterea quòd non sit indigens eius natura, neque possit minui, cur nam subiiciatur, non possent dicere qui omnia dicūt incōsideratè. Cur enim in humana percarnē versās natura, in puerili ipse pgressus ætate, ad matris potestatē nō ampli⁹ aspicit? Illa eīm ipsū hortāte in Cana Galilææ vt suā ostēderet potētiā in nuptiali epulo, & vsū vini largiretur eōuiuio egētibus quidem non recusauit gratificari. maternū autem consilium, vt quod minimè in tempore adhiberetur, reiecit, dicēs, Quid mihi & tibi mulier? Visne me ante ætatem præesse ac imperare? Nondum mea venit hora, quæ præbet ætati vt imperet & sit sui iuris. Si ergo in vita quæ est in carne, qui conuenit ætatis modus, iis qui genuerunt tribuit subiectionem: quemnam locum habet in diuina & beata natura, in eodem semper manere & admittere mutationem quæ fit ex alteratione? Cùm ergo qui est in principio verbum vnigenitus Dei filius, est alieo⁹ ab omni profectu & alteratione, quemadmodum fiet postea quod non est nunc? Non enim hoc dicit Apostolus, quòd filius semper sit subiectus: sed quòd in fine consūmatiōis vniuersitatis subiectus sit futurus. Atqui si bonum est subiectio, & res digna quæ de Deo dicatur, quemadmodum a Deo nunc abest bonum? Est enim ex æquo bonum ambobus, & filio qui subiicitur, & patri qui filii suscipit subiectionem. Deest ergo in præsentia & patri & filio tale bonum, & quod nō habebat ante secula neque pater, neque filius, hoc in temporum complemento aderit & patri & filio. hoc quidem subeunte subiectionē: illo autem suæ gloriæ per hoc accipiente accessionem & incrementum, quod non habet in præsētia. Vbi ergo in eo est, nō esse alterabile? nā quod fit postea nūc autē non est propriū mutabilis naturæ. Si ergo bonum est subiectio, nunc quoque quod bonum est Deo esse credendum est. Sin autem hoc indignū est quod de Deo dicatur, neque nunc est, neque vnquam aliàs. Atqui dicit Apostolus filium Deō & patri tunc esse subiiciendum non nunc esse subiectum. Num ergo ad aliquem alium scopū aspicit Apostolus, & à peruersa hæreticorum intelligentia remotum est significatum nominis? Quænam est ergo ratio? Fortasse si simul dicantur quæ in hac parte simul scripta sunt, sensus magis perspici poterit. Quoniam enim aduersus Corinthios cōcertare constituerat, qui fidem quidem in Dominum susceperant, de resurrectione autem hominum opinionem censebant esse fabulam, dicētes: Quomodo excitantur mortui, & quali veniunt corpore, quibus multifariam multisque modis corpora post mortem deleta sunt & interierūt, aut per putredinem: vt quæ aut per carnē vorantia reptilia, natatilia, volucria & quatuor pedes habētia animalia cōsumpta sint, propterea eis multas attulit rationes, vt nec suæ potentiæ potentiam Dei assimilarent, nec quod ab homine nulla ratione fieri potest, id nec à Deo similiter fieri posse existimarent: sed ex nobis notis exemplis Dei potestatis reputarent magnitudinem: & ita eis adducit admirabilem seminum in corpora operationē, quæ semper à diuina renouantur potestate, & quod diuinæ sapientiæ non defuit potestas inueniēdi in vniuersitate innumerabilia corporum genera, ratione præditorum, brutorum, aëreorum terrestrium, & eorum quæ à nobis cernuntur in cælis, nempe solis & cæterarum stellarum, quorum vnumquodque diuina ortum virtute, est eundem argumentum in corporum nostrorum resurrectione modum ac rationem Deo minimè defuturam. Nam si quæcunque sunt, non ex aliqua subiecta materia ad id quod apparet, sūt transformata: sed diuina voluntas fuit materia & essētia rerum ab opifice creatarum multo magis fieri potest, vt quod iam est, rursus in propriā figurā reducatur, quàm vt quod non erat à principio, ad substantiam veniret & essentiam. Cùm ergo in iis quæ ipsis prius dixerat, ostendisset, quòd primo homine in terram per peccata resoluto, consequens esset vt non secus atque ille, ij quoque fierent qui ex illo duxerant originem, vt qui omnes ex eo orti essent terrestres & mortales necessariò subiunxit etiam secundum consequentiam, per quam homo rursus ex mortali reformatur ad immortalitatem, simili modo dicens, in natura bonum fuisse ingeneratum ex vno in omnes diffusum sicut & malum diffusum fuit per vnum, simul cum successione posterorū dilatatum. Vsus est autē his verbis, de hac re dogma confirmans. Primus, inquit, homo ex terra terrenus, secundus autem è cælo. Qualis terrenus, tales & terreni. Et qualis cælestis, tales & cælestes. Et sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus etiam imaginem cælestis. Cùm his ergo & similibus rationibus confirmasset resurrectionem, & multis aliis aduersas & contradictorias cōstrinxisset rationes, in quibus ostendebat eum qui non credit mortuorum resurrectionē ne christi quidem admittere resurrectionem, per connexorum mutuam in se inuicem connexionem, ineuitabilem cōfirmans conclusionem, sic dicens, Si non est resurrectio mortuorum, nec Christus resurrexit. Si Christus autem non resurrexit, inanis est etiam nostra in eum fides. Nam si vera est propositio, quòd Christus surrexit à mortuis, oportet etiam omnino hoc connexum esse verum, nempe mortuorum esse resurrectiōem. Per singularem enim demonstrationem, id quoque quod est vniuersè, simul demonstratur. Et cōtrà, si quis vniuersè falsum esse dicat, mortuorum non esse resurrectionē nec quod est in singulari omnino verum inuenietur, nempe Christum surrexisse à mortuis. Nam si vniuersè fieri non potest, nec alicui omnino potest fieri, Atqui iis qui verbum susceperunt, hoc est credibile, & de quo nulla est penitus controuersia, quòd Christus resurrexit à mortuis: necessariò ergo in singulari fide resurrectiōis Christi, credibilius quoq; erit fides quæ est vniuersè. Cùm ergo eos ad dogma suscipiendum sic coegisset syllogisticè, ex eo quòd dixerit, Si non est id quod vniuersè est, ne in aliquo quidem esse posse. Si eum autem credimus resurrexisse: eios rei fides probat vniuersam hominū resurrectionē. Cùmque illi orationi, qua huius dogmatis vniuersa concluditur confirmatio, hoc adiecisset, quòd sicut in Adā omnes moriuntur, ita etiam in Christo

Ioan. 2.

Declaratur quod à Paulo scribitur de resurrectione.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

sto omnes viuificabuntur, apertè de ea re reuelat A mysterium,ad quam aspicit in iis quæ consequũtur,per necessariam,quandam consequentiam,ad finem eorum quæ sperantur dirigens orationem. Hic est autem scopus & institutum eorum quæ dicuntur. Exponam autem prius mea dictione sẽsum eorum quæ dicuntur.& deinde addam contextum scripturæ congruens sententiæ à nobis prius expositæ. Quisnam est ergo scopus Verbi, cuius in ea parte dogma tradit diuinus Apostolus?

Mali natura ad nihilum redun ra.

Quòd aliquãdo ad nihilũ transibit mali natura,plenè & perfectẽ delata ex rerum essentia: diuinaque & ab omni interitu aliena bonitas in se cõtinebit omnem naturam ratione præditam,nullo B ex iis quæ à Deo facta sunt excidente à regno Dei

Purgatori⁹ ignis.

quando omni vitio quod rebus fuerat immistum tanquam aliqua materia,per ignis purgatorii consumpto fusionem,omne quod à Deo ortum habuit,tale factum fuerit,quale erat ab initio,quando nondum acceperat vitium. Hoc autem dicit sic fieri. Fuit:inquit,in mortali & interitui obnoxia hominum natura,pura & ab interitu aliena vnigeniti diuinitas Ex omni autẽ humana natura,

In christo natura vitii fuit deleta, et cũ peccato mors.

cui admixta fuit diuinitas, veluti primitiæ communis conspersionis,is qui in Christo est homo constitit,per quem diuinitati vniuersa adnata & & adiuncta fuit humanitas. Quoniam ergo in il- C lo fuit vniuersa natura vitii,qui peccatum non fecit,sicut dicit Propheta nec inuentus est dolus in in ore eius.

Esa.53. 1.Pet.2.

Simul autem cum peccatum peccato deleta quoque fuit quæ ex eo erat,& ipsum sequebatur mors. Non est enim mortis alia generatio quàm peccatum. Ab illo autem accepit initiũ & vitii deletio , & mortis dissolutio, Deinde ei quod fiebat,per quandam consequentiam, veluti quidã ordo fuit impositus. Quod enim per boni decremẽtum semper longius recessit à primo, aut quod inuenitur propinquius,prout est vniuscuiusq; dignitas & potestas,ita sequitur. id quod precædit. Quamobrem post eum qui est in Chri- D sto hominem,qui fuit primitiæ nostræ naturæ susceptam se diuinitate,qui fuit etiam primitiæ eorum qui dormierunt,& primogenitus ex mortuis solutis mortis doloribus. Post hunc ergo hominẽ qui fuit à peccato omnino separatus? & vim mortis in seipso vanam reddit & otiosam,& omne eius imperium vimque & potestatem fregit & aboleuit: si quis inuẽtus fuerit sicut Paulus,qui Christi,quod ad eius fieri potuit,fuit imitator à malo se ab alienando,is in tempore aduentus ponè sequetur primitias. Et rursus,hoc dico exempli causa,Timotheus , qui quantum potuit, Doctorem suum est imitatus,aut aliquis alius eiusmodi & sic deinceps quicunque per boni cuius in eis pãrum est naturam,inueniuntur eos ponè sequi,qui semper præoccupãt & præcedũt donec cõsequẽtia ad illos peruenerit,in quibus malo abundante inuenitur minor pars eius quod est melius : eadẽ proportione ac conuenientia:ab iis qui in vitio minus habent,consequentia,ad eos qui in malo precellunt faciente ordinem eorum qui resoluũt id quod est melius, donec ad extremum finem mali,boni peruenerit progressus delens vitium. Quod quidem est spei finis, vt bono nihil relinquatur contrarium , sed omnia permeans diuina virtus,ex reb⁹ omnino mortẽ deleat,ante eã pri⁹ sublato peccato,à quo,sicut dictũ est regnum habuit mors in homines. Omni ergo mala potestate & nuper in nobis facto & dissoluto,nec vlla naturæ affectione nobis amplius dominante,omnino necesse est vt nullo alio dominatum tenente, omnia subiiciantur ei potestati quæ omnibus imperat.

Dei quid sit subiectio.

Dei autem subiectio, est perfecta & omni ex parte absoluta à malo abalienatio. Quando ergo instar primitiarum omnes semoti fuerimus à vitio,tunc tota naturæ conspersio commista cum primitiis,& effecta vnum corpus,boni tantum in se suscipiet principatũ : & sit vniuerso corpore nostræ naturæ,cõtẽperato cum diuina & ab interitu B aliena natura,illa filii quæ dicitur subiectio , fit per nos , cùm quæ in eius corpore rectè se gerit subiectio,ad eum referatur,qui gratiam subiectio in nobis est operatus. Hic est ergo sensus dogmatis à magno Paulo traditi, vt nos existimamus. Tempus est autem afferẽdi ipsa verba Pauli,quæ sic habent.

Filii subiectio dicitur cum quæ in eius corpore rectè se gerit subiectio ad eũ refertur.

1.Cor.15.

Sicut in Adam omnes moriuntur , ita in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. Primitiæ Christus. Deinde qui sunt Christi. Deinde finis: cùm tradiderit regnum Deo & patri, quãdo euacuauerit omnem potestatem & virtutem. Oportet enim eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedibus eius. Postremus inimicus destruetur mors. Omnia enim sub C *iecit sub pedibus eius. Cùm autem dicat quòd omnia subiecerit sine dubio propter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem ei subiecerit omnia, tunc ipse quoque subiicietur ei qui ei subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.*

Deus est omnia in omnibus, quando malum est amplius vitiũ aut malũ.

Apertè enim in eo quod postremo dictum est , ipsis verbis ostendit,futurum vt non amplius consistat vitium,dicẽdo deum esse in omnibus,vt qui cuilibet sit omnia. Est enim perspicuum,tunc verum futurum quòd Deus sit in omnibus,quando nullum est malum in iis quæ sunt. Nõ est enim consentaneum vt Deus sit in malo. Quamobrem nõ erit in omnibus , quãdo in rebus aliquod malum fuerit reliquum. Certè quaten⁹ verè enim in om- D nibus esse oportet credere, simul ostenditur eum ea quam de ipso habemus fide nullum esse malũ.

Deus futurus est omnia, cibus, potus, indumentum & cætera.

Non potest enim fieri vt Deus sit in malo. Deum autem omnia esse iis quæ sunt, ostendit eam quæ à nobis speratur vitam esse simplicem & vniformem. Quòd cum non amplius per multa & varia instar vitæ præsentis , quærenda & comparanda sit nostra vita, his verbis ostẽdit, quòd Deus nobis sit omnia,quæ huic vitæ videntur necessaria,cùm per quandam analogiam ac conuenientiam vnũquodque sumatur ac percipiatur diuinius : adeò vt & Deus sit nobis cibus , vt deum est comedi cõsentaneum,& potio,similiter & indumentum B tegumẽtũ,aër,locus diuitiæ,delitiæ, pulchritudo, sanitas,robur,prudẽtia,gloria,beatitudo,& quicquid inter bona censetur,cuius eget natura,ad id quod Deum dicet eorum quæ dicta sunt reducta significatione.

Deum habere quid sit.

Eph.3.

Adeò vt per hoc discamus , quòd qui est in Deo, omnia habet quòd illum habeat. Nihil autem aliud est habere Deum,quàm Deo esse vnitum. Nõ aliàs autem vniri potest quispiã,

Per pœnitentiam Christi corpori coniuncti efficimur vnum corpus.

quàm si sit ei concorporalis, vt nominat Diuus Paulus. Omnes enim vni Christi corpori coniũcti per pœnitentiam,efficimur vnum eius corpus Quando ergo bonum per omnia peruaserit,tunc totum eius corpus, viuificæ subiicietur potestati,& sic huius corporis subiecto, dicitur esse sub-

ipsius filij cum suo corpore cuniectio, temperati, quod quidem est ecclesia: sicut Apostolus dicit ad Colossenses: Nnnc gaudeo in passionibus meis, & adimpleo ea quæ desūt afflictionib⁹ pro Christo in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia: cuius factus sum ergo minister secundum dispen'sationem. Et ad ecclesiam Corinthiorum: Vos, inquit, estis corpus Christi, & membra ex membro. Apertius autem de eo dogma exposuit Ephesiis, cùm dicit: Veraces in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus ex quo totum corpus compactum & connexum per omnes subministrationes secundum operationé in mensura vniuscuiusque membri, augmentum facit corporis in ædificationem sui in charitate: vt pote quod per eos qui fidei semper adiiciuntur Christus seipsum ædificet. qui tunc desinit seipsū ædificare, quando ad propriam mensuram peruenerit eius corporis augmātum & perfectio: & non vtique desit corpori ad ædificii quod adiicitur, omnibus superædificatis super fundamentū Apostolorum & Prophetarum, & eorum qui additi sunt fidei, quando, vt dicit Apostolus, occurrerimus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filiis Dei, in virum perfectum ad mensuram plenitudinis Christi. Si ergo cùm sit ipse caput, quod est deinceps suum corpus ædificat, per eos qui sẽper adduntur, compingens & cōnectens ad ea ad quæ natus est vnusquisque, secundum mensurā operationis: vt sit vel manus, vel pes, vel oculus, vel auris, vel aliquid aliud ex ijs quæ complent corpus, conuenienter proportioni vniuscuiusque fidei. Hæc autem faciens seipsum ædificat, sicut dictum est per hæc est perspicuum, quòd cùm fuerit in omnibus, in seipsum suscipit omnes sibi vnitos per communicationem corporis: & omnes facit membra sui corporis, adeò vt sint quidẽ multa membra, vnum verò corpus. Qui ergo nos sibi vniit & nobis est vnitus, & per omnes erga nos vnum effectus, omnia nostra sua efficit propria. Nostrorum autem bonorum summa est & caput, Deo esse subiectum, quādo vniuersa creatura sibi fuerit consonans: & omne genu ei se inflexerit celestium & terrenorum, & omnis lingua confiteatur quod Dominus est Iesus Christus, tunc cū omnis creatura vnū corpus fuerit, effecta omnia per obedientiam inter se inuicem ei coniūcta & coalita fuerint, ad se refert sui corporis patri obedientiam. Nemini autem id quod dicitur videatur alienum. Nam nos quoque id quod fit per nostrum corpus, per quandam consuetudinẽ animæ adscribimus. Ille enim qui ob agri fertilitatem suam alloquitur animam, dicens: Comede bibe, & lætare, peccatum carnis refert ad animā Ita illic quoque, ecclesiastici corporis subiectio, refertur ad eum qui inhabitat in corpore. Et quādoquidem omne quod factum est, in ipso seruatur, explicatur autem salus per subiectionem, sicut nobis intelligendum statuit Psalmodia, consequẽter in hac parte dicimus ab Apostolo credere, nihil esse quod non per ipsum seruetur. Hoc autẽ significat oratio per mortis delectionem & subiectionem filii: propter quod hæc inter se concurrunt, nempe & non esse mortem, & omnes esse in vita. Vita autem est Christus per quem conuenienter ei quod dicit Apostolus, vniuerso eius corporj adiunus fit ad patrem quando tradit regnum Deo nostro & patri. Corpus autem eius, sicut sæpe dictum est, est humana natura, cui est admistus. Propter hunc ipsum autem sensum, nominatus Dominus à Paulo, mediator dei & hominum. Nam qui est in patre, & factus est inter homines in hoc implet suā intercessionẽ quòd omnes sibi vniuerit, & per seipsū patri, sicut dicit Dominus in euangelio ad patrem verba faciens, Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi vnum sint in nobis. Per hoc enim apertè ostendit, quòd nobis sibi vnitis, qui est in patre, per se efficit nostram cum patre coniunctionem Sed & quæ deinceps sequuntur in Euangelio, conueniūt iis quæ dicta sunt. Suam enim, vt puto, hic dicit gloriam spiritū sanctum, quem dedit discipulis per insufflationẽ. Neque enim possunt aliter vniri qui sunt à se inuicem disiuncti, nisi vnitate spiritus simul in vnam coniungantur naturam. Si quis enim spiritum non habet, is non est eius. Spiritus autem est gloria, vt alibi dicit patri, Glorifica me gloria quam habui apud te ab initio, ante mundum habens gloriam patris. Postquam autem in vltimis diebus caro factum est: oportebat autem carnẽ quoque, per contemperatiōem cum Verbo, illud effici quod est Verbum: fit autẽ ex eo quod ante mundum habuit Verbum. Id autem erat spiritus sanctus. Neque enim aliud est ante secula præter patrem & filium & spiritum sanctum. Propterea hic quoque dicit, Gloriam quā dedisti mihi, dedi eis, vt per ipsam mihi essent vniti, & per me tibi. Videamus autem ea quoque quæ deinceps proposita sunt in Euangelio. Vt sint vnum, sicut nos sumus. tu in me, & ego in ipsis, quoniam ego & tu vnum sumus, vt sunt in vnum perfecti. Hæc enim existimo non egere vlla expositione, ad hoc vt sensui proposito congruant, cùm ipsa dictio de his dogma apertè exponat. Vt sint vnū, sicut nos vnū sumus. Neque enim aliter fieri potest, vt oẽs vnum fiāt, sicut nos vnum sumus, nisi separati ab omnibus quæ nos à nobis inuicem diuidunt, nobis fuerint vniti, qui quidem vnum sumus. Hoc autem quomodo fit, quod ego in eis? Non potest enim fieri vt ego solus sim in eis, sed omnino tu quoque quandoquidem ego & tu vnum sumus: & ita fient in vnum perfecti, qui in nobis perfecti fuerint. nos enim vnum. Hanc autem gratiam apertius significat per id quod deinceps dicitur, nẽpe, dilexisti eos, sicut me dilexisti. Si enī pater diligit filium, sumus autem omnes in filio, qui per fidem in eum eius corpus efficimur, consequenter qui filiū eius diligit, etiā corpus filii vt ipsū filiū. Nos autem sumus corpus. Per ea ergo quæ dicta sunt sit perspicuus sensus apostolicus, nẽpè quòd vniuersæ humanæ naturæ factam eius quod est agnitionem & salutẽ, significat filij patri subiectio Fiet autem id quod dicitur clarius etiam ex quibusdā aliis sententiis Apostolicis, ex quibus vnius Pauli meminero, consultò multa vitans testimonia, ne prolixior fiat oratio. Dicit enim alicubi in iis quæ scripsit Paulus, Cum Christo sum crucifixus: viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Si ergo non amplius viuit Paulus qui cum Christo est crucifixus, sed in eo viuit Christ⁹ quicquid à Paulo fit & dicitur, meritò refertur ad Christum qui viuit in ipso. Verba enim Pauli di-

cit

Ecclesiæ subiectio, Christi dicitur subiectio.
Col. 1.
1. Cor. 12.
Ephe. 4.
Eph. 2.
Eph. 4.
Deo esse subiectū est summa bonorum nostrorum.
Animæ adscribimus quod fit nostris corpus
Luc. 12.
Christus mediator dei & hominum cur sit dictus.
Tim. 4.
Ioan. 17.
Gloriam suam christus dixit Spiritum.
Ioan. 17.
Vnum quomodo efficiamur.

cit à christo dici, qui dixit? An quæritis experimẽtum christi in me loquentis? *1.Cor.13.* Bonas quoque actiones nõ dicit esse suas, sed eas attribuit gratiæ christi quæ in ipso habitat. Si ergo qui in ipso viuit christus, *1.Tim.5.* & operari & loqui quæ sunt illius ex cõsequenti dicitur: relictis autem omnibus quæ prius dominarum in ipso obtinebant quando erat blasphemus & persecutor, contumeliosusque & insolens, Paulus ad solum bonum aspicit, & et se reddit obedientem & morigerum: án non Pauli quæ Deo facta est subiectio, refertur ad eum qui in ipso viuit, & qui in Paulo bona loquitur & operatur: *Luc.24.* Bonorum autem omnium sũma est deo esse subiectum. Quod autẽ in vno inuenit oratio B hoc iure accommodabitur vniuersæ hominum creaturæ, quando, sicut dicit Dominus, in vniuerso mundo prædicatum fuerit Euangelium. Nam *Matth.26.* cùm omnes veterem exuerint hominem cum eius actionibus & concupiscentiis, & in se Dominum susceperint, necessariò qui in eis viuit, quæ in illis fiunt operatur bona. Omnium autem bonorum summa, est salus quæ fit in nobis per alienationem à malo. Atqui non alia ratione *Per subiectionem deo separamur à malo.* fieri potest vt à malo separemur, quàm si per subiectionem Deo fuerimus contemperati: an non ergo ipsa quoque Deo subiectio, refertur ad eum qui viuit in nobis? Nam si quid pulchrum est & C honestum, est eius: & si quid est bonum ab ipso est, aut quidem ex prophetis. Quoniam ergo si bonum est & honestum subiectio, eam illius esse est *Iacob.3.* ostensum: eius quoque bonum est omnino à quo est vniuersi boni natura, vt dicit Propheta. Nemo *Paulus vtitur quandoque verbis præter communem cõsuetudinẽ.* autem aspiciens ad communem subiectionis nominis abusionem, nomen asperetur & abroget. Scit enim magni Pauli sapientia liberè vti verbis ad id quod sibi videtur, & propriæ cogitationis connexioni adaptare verborum significationes, etiamsi ad aliquas alias mentis conceptiones vsũ dictionum ferat cõsuetudo. Nam vndenam sum- *Exinanire quomodo querebat paulus.* ptus est vsus huius dictionis, Seipsum exinaniuit. D &, Gloriationem meam nemo exinaniet aut euacuabit. & illud, Exinanita fides. &c, ne fides christi exinaniatur vel euacuetur? *Phil.2.* Ex quonã vsu hæc adsumpsit ad ea quæ scripsit. Quis autem eũ iudicat dicentem, *2.Cor.6.* Vos cupiens, per quod iudicat *1Cor.1.* habitũ dilectionis? Vnde autẽ à fastu & superbia *2.Thes.2.* alienam indicauit charitatẽ: propterea quòd non *1.Cor.13.* agat perperam? Litigiosa autem & ad vlciscendũ *Rom.2.* propensa contentio ab eo significatur verbo eritheias, *Erithia quid apud paulum significat cõtentionem* cum sit omnibus manifestũ, quod ex lanificio nominatur: érithos & quod in lanas confertur studiũ nomine eritheías solemus significare: attamen etymologiam iubens valere Paulus, per E quas vult dictiones quem vult sensum ostendit. *Vnde.* Nam multa etiã alia, ab iis qui diligenter exquirunt & examinant, inueniri potuerint in verbis Apostoli, quæ non seruiunt, vsui consuetudinis, sed quadam propria mentis conceptione liberè ab ipso proferuntur, minimè aduertentes consuetudinem. Ita etiam hîc quoque significatum subiectionis aliud à Paulo est excogitatum, diuersum ab iis quæ communiter intelliguntur. Quod dicimus auté probatur, quòd neque quæ in hac parte est subiectio inimicorũ quorũ meminit, necessitatem habet & violentiam inuoluntariam, quomodo dixerint qui seruiunt consuetudini: sed apertè in eo, nomine subiectionis salus exponitur huius autem rei est argumentũ, quòd in hac parte à Paulo sit distinctum nomen inimicitiarum in *Inimicitiarum nomẽ à paulo distinctum in duas significationes.* duas significationes, Nam ex inimicis alios quidẽ dicit esse subiiciendos: alios verò delendo. Deletur quidem qui est natura inimicus, nempe mors: & quod circa eam versatur peccati imperiũ visque & potestas. Subiicientur autem qui alia ratione Dei dicũtur inimici, qui à regno transfugerũt ad peccatum. Quorum etiam meminit in epistola ad Romanos, *Rom.5.* dicens: Si enim cùm inimici essemus, Deo reconciliati sumus. Nam quod hic sub *Reconciliari deo est illi subiici.* iectionem, illic nominat reconciliationem: per vtrumque nomen vnam indicans sententiam, népe salutem. Quomodo enim ex subiectione accedit salus: ita etiam alibi dicit quòd reconciliati erim* in vita eius. Atque eiusmodi quidem inimicos dicit subiici Deo & patri: mortem autem, & quod in ipsa est imperium, non amplius futurum. Hoc enim ostendit dictio, Delebitur aut exinanietur: adeò vt ex hoc sit perspicuum, quòd malorum quidem potẽtia omnino tolletur: qui autem pro- *2.Cor.5.* pter inobedientiã vocati sunt Dei inimici, ii propter subiectionem Dei fient amici, quando crediderunt dicenti, pro christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos hortãte, rogamus pro christo, reconciliamini Deo, & conuenienter promissioni quæ facta est in Euangelio, reconciliati non amplius numerabuntur inter seruos, sed inter amicos. Illud autem, Oportet enim eum regnare, *Regnare quid sit.* donec posuerit inimicos sub pedibus suis, piè vt arbitror, accipiemus, si per regnare intellexerim* eũm fortissimè se gerere. Tunc enim se fortissimè gerere dicitur qui potens est in bello, quando deletum fuerit & errauerit quicquid bono aduersatur: quando vniuerso regno coacto, Deo & patri omnia apud se vnita consiliat. Ipsum enim patri regnum tradere, hunc habet sensum, omnes ad Deum adducere, per quem in vno spiritu habemus accessum ad patrem. Cùm ergo omnes qui aliquando Dei fuerunt inimici, facti fuerunt sca- *Regnum tradere deo & patri quid sit.* bellum pedum Dei, eo quòd in se diuina susceperunt vestigia, & mors fuerit deleta, (nam si non sint qui moriuntur, ne mors quidem erit tũc omninò) in omniũ, vt opinor subiectione si non seruilis aliqua intelligitur humilitas, sed regnum & incorruptio, & felicitas, qui in nobis viuit, à Paulo dicitur Deo subiiciendus, qui bonum nostrum per se perficit, & facit in nobis id quod est ipsi gratum & acceptum. Hæc pro nostri ingenii modulo, ex magni Pauli sapientia, quantum capere potuimus, hac in parte excogitauimus, volentes ostendere hereticorum dogmatum principes Apostoli scopum minimè consideràsse, ad quem intuens hæc dixit. Si ergo per ea quæ dicta sunt in hac questione tibi fuit satisfactum, Deo agendæ sunt gratiæ. Quod si quid videtur adhuc deesse prompto & alacri animo suscipiemus eius quod deest implementum, si tu id scripsis,
nobis declarau eris, & à san-
cto spiritu per preces
nostras occultorum
facta fuerit ma-
nifestatio.

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS ORATIO, QVA DOCET, NON ESSE DOLENDVM OB EORVM OBITVM, QVI IN FIDE DORmierunt.

Petro Francisco Zino Interprete.



VI necessarium naturæ nostræ ordinem in iis, qui è vita discedunt, calamitatem existimant, & eus qui ex hoc múdo migrát ad cœlestem patriam, dolore, & lacrymis prosequútur, non videntur mihi huiusce vitæ conditionem considerasse, sed ita affecti esse, vt plerique è vulgo, qui consuetudine quadam homine indigna, quæcunque illis adsunt, vt bona diligunt, qualiacunque sint. quos tamen vt ratione B cogitationeque cæteris animantibus præstantes ad ea tantum propésos esse oporteret, quæ rationis iudicium honesta expetendaque proponeret, nec illa prorsus appetere, quæ consuetudine, & inconsiderata quadam affectione iucunda, ac suauia viderentur. Quamobrem operæpretium mihi videor esse facturus, si operam dabo, vt eos liberem ab hoc opinionis errore, quo soliti sunt perturbari, & ad meliorem homineque digniorem cogitationem pro viribus traducam. Quod quidem si erimus assecuti, temerarium illud dolendi mœrendique studium, quo multi tenentur, ex hominum vita depelletur. Rectè autem atque, ordi- C ne quod proposuimus, persequemur, si primum, quid verè sit bonum, exquiremus: deinde propriam vitæ quam in corpore agimus, conditionem considerabimus: postremò res præsentes conferemus cum iis, quas per spem nobis reconditas expectamus. Sic enim disputatio finem propositum assequetur, vt multorum animi ab opinione vulgari ad rectam de vero bono sententiam traducantur. *Hominis propensio ad bonum.* Nam cùm omnibus hominibus insita sit naturalis quædam ad bonum propensio, ad illudque consequendum semper omni studio conten- D dant, fit, vt ex veri boni ignorantia omnia ferè peccata committant. Quòd si cuncti verum bonum perspectum & cognitum haberent, nunquam ab eo, in quo natura felicitatem sitam esse scirent, aberrantes, malis, quæ falsam boni speciem præ se ferunt, experiendo vltrò sese implicarent. In primis igitur hac oratione, quid verè bonum sit, explicemus ne illius inscitia malum vnquam pro bono cóplectamur. Oportet enim illius, quod quærimus, definitionem quandam proponi, cuius tanquam iudicio tuta veri boni sit nobis inuestigatio. *Veri boni iudicium.* Ecquod autem erit iudicium veri boni? Illud nimirum mea quidem sententia, vt quod non ad vnam tantum aliquam rem vtile, neque quod alio tempore commodú, alio incommodum, neque quod ita cupiam prosit, vt alii obsit, sed quod & per se ac propria natura sua, & omnibus, & semper bonum sit, id sine vlla dubitatione verum bonum esse iudicemus. Quod enim nec omnibus, nec séper, nec per se sine vlla externa alterius ad

A iunctione bonum est, propriam boni naturam nó habet. Quamobrem multi minus consideratè res explorantes, in elementis mundi bonú esse falso sunt suspicati. *Bonum non esse in elementis.* Si quis enim diligenter consideret, nullum eorum nec per se, nec semper, nec omnibus bonum inueniet. Nam quod in vnoquoque eorum vtile est, contrarium aliquid admistum habet. Vt aqua salutaris quidé est animátibus in ipsa degétib⁹, perniciosa aút mediterraneis, si demergátur. Aër côtra in ipso natura viuentib⁹ ꝓdest, aquatilibus aút in eo expositis exitum affert. Sic etiam ignis aliquem nobis vsum prebet, sed longè plura inuehit detrimenta. Quid? quòd ne ipse quidé sol vtentibus, vbique aut semper, aut in omnibus prodest, quippe qui & nimio nonnunquam ardore vehemėter noceat, &, quæ sibi obiecta sunt immoderatius exiccet, & morborum persæpe causa sit, & lippientibus, atque oculis imbecillioribus officiat, & ex humidorum corruptióe damna, molestiaque viuétib⁹ importet. *Sol non est séper, neque in omnibus bonus.* Proïde, quéadmodú diximus, id solú ex omnibus bonum oportet existimare, quod séper & omnib⁹ æquè exhibet naturá boni, nec pro oratióe eorum, quæ extrinsecus obiiciuntur, immutatur. Nam quæ praua quadam consuetudine videntur hominibus bona, vt quæ ad corpus, ad res externas, ad robur, ad pulchritudinem, ad splendorem, ad opes, ad potentiam & gloriam pertinent, & alia eiusdé generis, cùm per se perspicua sint, silentio prætereúda censeo, ne tot rebus ex se claris enumerandis frustra laborem insumam. *Bona externa & corporis nó sút bona.* Quis enim ignorat, quàm celeriter formæ dignitas deflorescat? quàm breui corporis robur extinguatur? quàm facilè principatus dominum mutent? quàm caducus & fragilis sit gloriæ splendor? quàm stultum ac vanum hominum in cumulanda pecunia studium, qui ob inanem quandam, caramque speciem in tam abiectis rebus bonum esse positum arbitrentur? His ita constitutis considerandum videtur, an præsés hæc vita, quam in carne degimus, talis sit, vt ei nostra boni conueniat, an contrà. *An bonú conueniat humana natura.* Quod enim de ipsa disputando reperietur, considerantium animos erudiet quo modo in eorú discessu, qui ex illa migrant, affici oporteat. Est igitur nostri corporis vita repletio, atque exinanitio, quæ quidem dupliciter fiunt tum per cibum, & potum, tum per aëris attractionem, & emissionem. Sic enim natura, comparatum est, vt sine his viuere nequeamus. *Viuere quádo desinat homo.* Nam tunc hominem vita deserit, quando horum contrariorum successio naturam non mouet. Talis enim actio cessat vniuersa, cum nihil extrinse- A cus in defunctis nec influat, nec effluat: cumque singulæ cadaueris partes in cognata sibi elementa recedant ac dissoluantur natura deinceps conquiescit, suas cuique elemento cognatas ac similes partes restituens, terræ, quod terrenum est? ꝙ aëreum, aëri? aquæ quod ex aqua constat? & igni ꝙ illius est propriú. Etenim cúm illa corporis moles, quæ per vim ex diuersis generibus coacta cócretaque erat, non amplius consistat, sed omnes

illius

illius partes ad suas quæque sedes reuersæ sint,
natura quæ ex illa cõstabat violentãque diuerso- A
rum generũ coniunctionẽ cõtinebat, finẽ haber.
Si quis autẽ post illa, quæ dicta sunt, huic generi
vitæ somnum, & vigiliam adiunxerit, nõ aberra-
bit. Nam his quoque natura laborat, assidueque
in contraria distrahitur, dum vel somno soluitur,
vel vigilia rursum confirmatur. Hac enim vicissi-
tudine ad exinaniendum, replendumque dispo-
nitur. Quamobrem si vitæ nostræ proprium illud
est, vt à repletione, exinanitioneque pendeat, non
alienum erit, vt boni notam & indicium cum his
quæ istius vitæ propria sunt, conferamus, dispicia
musque vtrum ipsa sint verum bonum, nec ne. B
Quòd autem ipsa per se repletio boni naturæ nõ
quadret, omnibus vel ex actione illi contraria pe
spicuum fit, exinanitionẽ dico quam æquè bonã
arbitrantur. Nam boni ratio ac definitio talis est,
vt duobus inter se cõtrarijs nequeat conuenire,
sed si vni quadret vt bono, ab altero tanquã ma-
lo prorsus abhorreat. Hic autẽ in vtroque natura
suam vtilitatem habet. Quare boni definitionem
nec repletio suscipit, nec exinanitio. Quo circa a-
lind quiddã quã ipsũ bonum sit, est ipsa repletio,
cum nec vbique, nec semper, nec in omnibus om
ne genus ipsius à cunctis experendum iudicetur.
Nõ solum enim noxiis cibis expleri perniciosum C
est, sed quotidianis etiam ac bonis mediocritatis
vsum transilire, plerunque periculum, & damnũ
affert. Quòd si cum corpus repletum est, leuari-
que desiderat, alio adhuc oneretur cibo, tum ve-
ro contracto malorum cumulo in morbos inci-
dit desperatos & insanabiles. Itaque nec semper,
nec plane bonum est repletio, sed ad aliquid & a-
liquando vsui est, & in quãtitate, qualitateque cõ-
sistit eius vtilitas. Eodem pacto & contrariam
huic exinanitionem reperies periculosam ijs qui
à moderato eius vsu recessetint, non inutilem ta-
men, si prudenter adhibeatur, & eatenus fiat, qua-
tenus ratio quantitatis, & qualitatis, & tẽporis po D
stulabit. Constat igitur ex iis, quæ dicta sunt, cum
boni nota non congruere vitam istam, quam vi-
uimus: ex quo sequitur, discessum ab ea, non esse
seiunctionem ab vllo bono. Nam id, quod verè,
& propriè, & primo bonum dicimus, nec reple-
tio est, nec inanitio, quas aliquando, & ad aliquid
& in quibusdam tantum vtiles demõstrauimus.
Quamobrem cùm verè bonum ei, quod non est
verè bonum, ita contrarium sit, vt nullum inter ea
medium detur, consentaneum est eos, qui à non
vero discedunt bono, ad verum illud bonum ac-
cedere, quod semper, & omnibus, & omnino sit
bonum, nec pro tempore, aut aliqua ex parte, aut E
in quibusdam aut propter aliquid, sed semper, &
in eisdem, & eodem modo sese habeat. Ad hoc
igitur animus à vita corporea proficiscitur, & à
præsenti diuersum vitæ statũ assequitur: quẽ nos,
qui cum carne coniuncti sumus, planè intueri nõ
possumus, ex comparatione tamen istius vitæ, cõ-
iectura quædam illius fieri potest. Neque enim e-
rit concreta aliqua corporis crassitudo, nec vlla
contrariorum concurrens æqualitas elemento-
rum, quorum æqualis ac mutua pugna constitu-
tionem nostram, valetudinemque conseruat. Nã
si eorum aliquod vel redundet, vel deficiat, natu-
ra perturbatur, ac morbis afficitur. Illa autem vita

Somnus & vigilia nõ sunt in bonis.

Bonum nõ est repletio nec exinanitio.

Verè bonũ.

nec inedia laborat, nec cruditate, nec frigora, ca-
lores ve, aut alias aëris iniurias sentit, & illic agi- A
tur, vbi ab omnibus istis laboribus necessarijs li-
beri erimus. Neque enim aut agro colendo, aut
nauigando defatigabimur, non mercatura, nõ vl-
lo quæstu coinquinabimur, sed ab ædificandi, te-
xendi, omnique sordidarum artium miseria vacui
tranquillam, vt Paulus ait, ac quietam agemus vi-
tam: non terra, non mari pugnabimus: non equi-
tatu, non peditatu manus conseremus: in appa-
ratibus bellicis non occupabimur, non exigemus
tributa: non fossa, non muro nos muniemus, sed
ab omnibus eiusmodi laboribus & molestijs re-
motissimi, nec habebimus vllum ipsi negotium, B
nec exhibebimus alteri. Illic enim nec seruitus,
nec dominatus, nec paupertas, nec diuitiæ, nec ge
neris splendor, aut obscuritas, nec priuatorum
humilitas, nec dignitas magistratuum, nec vlla
talis fortunæ conditionis, & ordinis differentia
locum habet. Etenim omnium eiusmodi rerum
necessitatem excludit illa vita, quæ materiæ ex-
pers nulla re eget, in qua naturam animi non ex
sicco, humidoque constare, sed ex diuinæ naturæ
cognitione, & huiusce spiritus aërij loco vero il-
lo sanctoque spiritu frui non ambigimus. Quæ
quidem bona non immutantur ad similitudinem
eorum, quæ sunt in hac vita, dum ea vel assequi- C
mur, vel amittimus, dum inijcimus, vel eijcimus,
sed nonquam explent, nunquam satiant. Animi
namque deliciæ non sunt graues, nec fruentiũ de
siderio vllam vnquam afferunt satietatem. Ideo-
que beata est illa vita, atque immortalis, quippe
quæ sensuum libidine non fallitur in bonis dijudi
candis. Quid igitur est in ipsa re mali, quamobrẽ
amicorum & familiarium obitu doleamus? nisi
qui dolendum existimat, quòd ad vitam pertur-
bationem, ac miseriarũ expertem proficiscuntur,
in qua plagarum dolores non metuunt, non ignis
minas, non ferri vulnera, nõ terræ motus, aut nau
fragii, aut seruitutis calamitates, non immanium D
ferarum impetus, non venenatos ac pestiferos ser
pentium aculeos, morsusque reformidãt. In qua
nemo inflatur superbia, nemo humilitate deprimi
tur, nemo efferatur audacia, nemo timore concu-
titur, nemo nec iracundia æstuans, & insaniens ex
candescit, nec superantis impetum sustinere non
valens metu contremiscit. In qua nulla solicitu-
do est quales sint Regnum mores, à quonam fe-
rantur leges, quibus ve magistratus committantur
quæ decreta fiant, quæ quotannis imponãtur tri-
buta, aut ne immoderata imbrium multitudo sa-
ta deprimat, grando ve laborum susceptorum
spem auferat, aut siccitate, quæ nata sunt, exares- E
cant. Aliorum item malorum, quæ hic sunt, apud
eos nullus est timor. Neque enim aut orbitatis
tristitia, aut viduitatis molestia perturbantur. Il-
lic ex tam multis morborum generibus, quibus
corpora nostra vexantur, nullus adest. Illic nec fe
licibus inuidetur, nec despiciuntur calamitosi.
Omnes hæ denique, & id genus aliæ miseriæ ab-
sunt ab illa vita quamlõgissimè. Contrà verò iu-
ris & legum æquabilitas cum summa libertate &
pace in eo animorum populo versatur, cùm il-
lud quisque habeat, quòd cuiusque voluntas
exoptat. Quòd si quis ob inopiam consilij, ac
stultitiam suam pro bono malum amplexus sit,

1. Tim. 2

Animi delicia sunt insatiabiles

Vita beata

nullam eius rei mors culpam sustineat, cùm liberum cuique fuerit, quod vellet, eligere. Cur igitur mœrent, qui obortis lamentationibus prosequuntur? certè, nisi ab omni perturbatione liberi essent, qui vnà cum corpore voluptatem & dolorê exuerunt, æquius illi superstites miserarêtur, cùm non aliter affecti sint, quàm ij, qui in carcere conclusi viuunt. Mutua enim res asperas perpendendi, in tenebrisque viuendi consuetudine deuincti, deceptique, molesta & iniucunda non putāt, quæ perferunt. Itaque si qui eijciantur è carcere, eorum vicem fortasse reliqui dolent, ignorantia splendoris illius, ad quam veniunt, qui ab eorum tenebris discedunt. Etenim si quæ sub die spectacula cernuntur, cognouissent, si pulchritudinem ætheris, si cœli sublimitatem, si nitorem siderum stellarum choreas, solis ambitum, lunæque cursum, si eorum, quæ terra gignit, tam varia pulchraque genera, si iucundum maris aspectum, cum nullis ventorum flatibus turbatur, sed leniter crispatur, & tanquam pulchrè depictum splendet: si pulchra tum priuata tum publica ædificia, quibus magnificæ ac splendidæ ciuitates exornātur: hæc, inquam, & his similia si cognouissent, qui in carcere continentur, non dolerent vicem eorum, qui priores è custodia dimissi sunt, tanquam à bono aliquo discessissent. contra potius, qui egressi essēt, miseriam in felicium inclusorum vitam commiserarentur. Eodem modo qui istius vitæ carcere liberati sunt, si fieri potest, vt dolendo lachrymandoque suam erga calamitosos misericordiam ostendant, videntur mihi lamentationibus & lacrymis commiserari conditionem illorum, qui in istius vitæ molestijs, ac doloribus detinentur, quòd res illas pulcherrimas, & à materia remotissimas, quæ supra mundum hunc sunt, non conspiciant, nempe Thronos, Principatus, Dominationes, Angelorum exercitus, piorumque cœtus, ac supremam illam ciuitatem, celeberrimumque supra cœlum conuentum illorum, qui in ea descripti sunt. Nam illa, quæ his omnibus præstat, pulchritudo, quam ab iis, qui mundo sunt corde, perspici asseritur, qui non mentitur, maior est, quàm vlla spe coniectura ve concipi valeat. Neque verò id solum in nobis gemitu, doloreque dignum putant, qui hinc decesserunt, sed multo magis, quòd cùm tam multis ærumnis miserijsque referta sit mortalium vita tamen eas perferendi consuetudine si affecti sunt, vt viuendi moram non iam sibi vt necessarium tolerandam existiment, sed omni studio contendunt, & exoptāt, vt perpetua sit. Nam cupiditas principatus, & opum, & voluptatum, & si quid aliud præterea est, quamobrem arma capiantur, gerantur bella, cædes fiant, omnesque miseriæ voluntariæ contingant, & fraudes admittantur, quid aliud sunt, nisi cumulus quidem calamitatum, quem vitæ per se miseræ voluntate, studio, ac libidine sua infelices adiungūt? cæterum nec lachrimandi vis, nec vlla eiusmodi affectio adest ijs, qui ex hac vita migrarunt: & qui à carne, & sanguine seiuncti sunt, non mole, sed mente consistunt. Itaque non ea iam est ipsorum natura, vt nos oculis cernere, aut per se monere mortales queant, quo à falsa, quam de rebus habent, opinione desistant. Quamobrem eorum munere mens nostra fungatur, nosque commoneat. Ab ipsis corporibus, quoad fieri potest, cogitatione, atque animo recedamus, exuentesque nos ea affectione, qua carnem complectimur ita nosipsi compellemus: ô homo, qui naturæ particeps est, quemadmodū Moses præcepit, attende tibi: nosce te ipsum, animoque diligenter considera, qui nam verè sis tu, & quæ circa te videantur, ne quando, quæ extra te sunt, aspiciens, putes te ipsum intueri. Disce à Magno Paulo, qui naturam hominis planè perspectam & cognitam habebat. Ait enim, vnum esse hominem exteriorem, alterū interiorê, eumque corrumpi, hûc renouari. Quare cum illum, qui corrumpitur, cernis, te ipsum aspicere ne arbitreris. Et ille quidem aliquando erit à corruptione liber, cùm in regeneratione mortalis, & qui dissoluitur, homo, cum immortali, & qui non dissoluitur, coniungetur. Nunc autem qui extra nos videtur, fluit, concidit, atque corrumpitur. Hic ergo spectandus non est, quando ne reliqua quidem, quæ cernuntur, spectanda sunt. Quoniam, vt Paulus inquit, quæ videntur, temporaria sunt, quæ autem non videntur, æterna. Oportet autem, vt cogitationem ad ea, quæ in nobis nō videntur, conuertamus, idque nos verè esse credamus, quod sensus cognitionem effugit. Nos igitur ipsos, vt prouerbium iubet, cognoscamus. Hac enim cognitione expiatur peccata, quæ ab ignorantia proficiscuntur. At non est facile, vt etiam is, qui verè atque ex animo cupit, se ipsum cognoscere, id assequatur. Nulla enim ratio tribuit, vt, quod fieri nequit, effici possit. Nā quod natura corporeis oculis datum est, vt, cùm reliqua videant, se ipsi nequeant intueri, idem animo contingit, vt, cùm cætera omnia exploret, &, quæ extra se sunt, diligenter inquirat, & peruestiget, se ipse videre non possit. Itaque hac in re animus oculos imitetur, ac quemadmodum illi, cùm à natura non habeant eam facultatem, vt semet ipsos in se conuertentes aspiciant, speciem ac formam proprij orbis in speculo conspicati per imaginem illam sese conspiciunt: sic etiam ipse ad propriam imaginem se conuertat, & quod in exemplari, ad cuius similitudinem factus est, viderit, id ipsum vt proprium contempletur, & suum. Ab exemplo tamen hoc paululum est discedendum, vt res ipsa proposito congruat. Nam imago, quæ in speculi forma conspicitur, ad oculi exemplar effingitur: in animi verò imagine cōtrà fit. Ipsius enim species ad diuinæ pulchritudinis formam efficta, expressaque est. Itaque tum verè se ipse perspicit animus, cùm exemplar intuetur sui. Quid igitur Deus est, cuius similitudinem animus refert? non corpus, non figura, non species, non qualitas, non moles aspera, non pondus, non locus non tempus, non aliud quispiam eorum, ex quibus ea, quæ ex materia sunt procreata, cognoscuntur. Sed his omnibus eiusque similibus rebus summotis, est quiddam, quod mente constat, materiæque est expers, nec tangi potest, & corpore vacat, & omni dimēsione caret. Quocirca cùm exemplar sit eiusmodi, consequens est, vt, qui ad eius similitudinem formatus est animus, eisdem cognoscatur notis. Expers igitur materiæ est, cerni non potest, mēte sola percipitur, caretque corpore. Quæ cùm ita sint, age consideremus, quādo propius ad exemplaris pulchritudinem accedat humana natura,

eum in

Marginal notes and section letters (left column): A; *Vita hæc quasi carcer*; *Superstites magis lugendi quàm mortui.*; B; C; *Ecclesia sanctorum.*; *Matth. 5.*; D; *Mortui videri nō possunt.*

Marginal notes and section letters (right column): *Deuter. 27.*; *2. Cor. 4.*; *Homo exterior & interior.*; *2. Cor. 4.*; *Seipsum cognoscere.*; *Animus se ipsum non videt.*; *Deus animi exemplar.*

Soluti corpore, propius ad exemplar accedimus.

cũ in carne viuimns, an cũ ab illa separati sumus. Nemini dubium est, quin vt caro ex materia coacta cócretaque vitæ isti crasse coniunctior est sic animus tunc verè viuat vitã illam à materia remotam, quæ mente sola comprehẽditur, quando materiam sibi circuniectam excusserit, & abiecerit. Quòd si in corpore verum ipsum bonum cõsisteret, nobis profectò dolendum esset, cùm à carne distrahimur, quoniã discedentes à corpore, ab ipsa boni cõiunctione discederemus. Nunc autem quoniam bonum illud, quàm cogitati possit, longè præstantius, ad cuius similitudinẽ facti sumus, corporis expers est, mẽteque sola percipitur, nobis autẽ persuasum esse debet, quãdo per mortem corpus relinquimus, ad naturam illã, quæ ab omni corporea crassitudine remota est, appropinquare, & carnis exuuias tanquã personam quandam nobis impositã deponentes ad eã redire pulchritudinem, quã initio, cùm ad exemplaris imaginẽ creati sumus, habuimus. ea cogitatio lætitiam nobis, non tristitiam deberet afferre, cũ intelligimus hominem necessario peregrinationis perfunctum munere non amplius in alienis regionibus viuere, sed singulis elementis, quod ab vtroque ipsorum mutauerat, reddito, ad propriam sibi naturalemque domum, puram, ac cœlestem illam sedẽ reuertisse.

Corpus quasi animæ hospitium.

Hospicium enim profectò, alienumque domicilium est naturæ illi materia careoti corpus hoc, cui mens in ista vita à conditione ipsius prorsus abhorrenti necessariò coniuncta conflictatur. Nam mutua hæc elementorum coniunctio est veluti hominum varijs & linguis & moribus vtentium, qui ex diuersis gentibus in vnum confluxerint, violẽta quædam societas, atque dissentiens, cùm à sua vnumquodque natura ad proprium cognatumque genus distrahatur. Animus autem, qui nõ est compositus, sed simplici, atque vnius generis natura constat, inter hæc tanquam hospes, ac peregrinus viuit, nec cum elementorũ, vt ita dicam, populo potest congruere. Is enim necessitate quadã ex multiplicibus corporeisque particulis coactus naturam suam cogit, & ex contrarijs generib⁹ copulatur, atque vnum efficitur. Verum cùm elemẽta naturaliter interse dissentiant, ac dissoluantur, & ad suum propriumque genus singula contendant, in ea concentus dissolutione sensus angitur necessariò, & vna cum ipso sensu cruciatur animus: qui licet ab ipso corpore semper afficiatur molestia, in illud tamen ob consuetudinis necessitudinem propensus est.

Animi propensio in corpus.

Quamobrem tũc animus angi cruciatique desinit, cùm à pugna, quæ ex contrariorum elementorum coniunctione consurgit, euaserit. Etenim cùm vel frigidum ab exuperante calido victum fuerit, vel calidum vi frigidi superatum, vel sicci potentiæ humidum succubuerit, contra ve siccum ipsum, humiditatis copia dissolutum, cesserit, tunc bello per mortem confecto, animus, relicto dimicationis campo, id est, ipso corpore, pace vtitur & extra acies instructas egressus, viribusque suis, quæ complexu corporis afflictæ laborabant, per otiũ recuperatis, secum ipse viuit.

Animus relicto corpore per mortem pace vtitur.

His igitur mens ac similibus verbis in corpore viuente alloquitur, talemque propemodum vocem emittens: Vos, inquit, homines nec planè nostis, vbinam sitis? &, quò proficiscẽdum sit vobis, nondum intelligitis. nam & eorum, quæ hic sunt, naturam nulla adhuc ratio potuit indagare itaque solam viuendi consuetudinem spectans, nec intelligere potestis, quæ sit corporis natura: quæ sẽsuum vis: quæ membrorum, quibus vt instrumentis vtimini, structura: quæ neruorum per se mouentium actio. Quo modo eorum, quæ in nobis sunt, aliud in ossis naturam, aliud in lucidum oculi splendorem coalescat. Quo modo eiusdẽ sibi, potiusque pars extenuetur in capillos, pars in vngues ad summos digitos dilatetur. Quo modo, qui semper in præcordiis ardet ignis, per arterias in totum corpus emanet. Quomodo id, quod bibitis, cum ad epatis latitudinem accesserit: speciem qualitatemque commutet, & in sanguinem conuertatur.

Quanã sit natura corporis, quæ vis sensuũ, ratio nondum potuit inuenire.

Horum vos omnium ad hoc vsque tempus cognitio latuit, vt eam ipsam, in qua versamini, vitam ignoretis, nedum illam, quæ à sensibus est remotissima, cum sensibus coniuncti cernere valeatis. Quomodo enim quispiam per sensum id, quod sensu superius est, intuebitur? Vtraque igitur vita à vobis pariter ignoratur, & præsens hæc, quoniam id solum, quod apparet, inspicitis: & altera illa, quia sensus ad eam vestigando peruenire nõ potest. Quæ cùm ita se habeant, cur, ô mortales, sic affecti estis? cur hanc licet incognitam vt bonam complectimini? illam autem vt horribilem ac metuendam formidatis? non aliam vtique ob causam id agitis, nisi quia, qualis ipsa sit, non cognoscitis. Quæ tamen non est iusta causa metuendi, cum multa sint vel sensibus exposita, vel ab eis remota, quæ licet ignoretis, non pertimescitis. Nã & quæ sit eorum natura, quæ in cœlo cõspicitis, & qui circa polum cursu contrario motum cieat, quid ve terræ soliditatem sustentet, aut quo modo fluxa aquarum natura assiduè gignatur è terra nec ipsa terra deficiat, ignoratis, nec tamen ob inscitiam hanc exhorrescitis. Quid? quod diuinam ac beatam illam naturam rerum omnium præstãtissimam, quæ nec cogitatione, nec animo, nec mente plenè comprehendi potest, esse quidem creditis, in quo autem consistat, quid ve ipsa sit, nulla adhuc ratione conijcere potuistis, atque eã tamen, quam nullis rationibus valetis intelligere, toto corde, animo, virtuteque diligitis?

Diuinam naturam non percipimus eam tamen diligimus.

Cur igitur hæc stulta timoris ratio valet in illa sola, quæ nos post hanc exceptura est, vita, vt, quæ non nouimus, ob id ipsum solum, quòd ea non nouimus puerorum instar, qui inanibus opinionũ figmentis deterrentur, formidemus? Qui enim rem aliquam habere cupit perspectam & cognitam primum operam dat, vt, quæ sit eius natura, diligenter consideret, atque ita, vtrum commoda, & admittenda, an grauis auertendaque sit, intelligat. Quod autem incertum omnino, & incognitum est, quis eorum, qui sapiunt, ob id solum, quòd ab vsu & consuetudine remotum sit, fugiendum, vt ignis, aut feræ cuiuspiam impetum cõspicetur? cùm ipsa nos vita doceat, ne semper vsum, & consuetudinem attendamus, sed ad ea, quæ recta honestaque sunt, animos ac studia nostra conuertamus. Neque enim eadẽ semper hominibus est vita, sed, dũ in visceribus fœtus formatur, propriam illis & conuenientem in vtero vitã natura tribuit. Nec cùm ex vtero egressi fuerint, semper inhærent mammæ, sed quandiu imperfectæ il-

lorum ætatulæ id congruit & prodest, pòst autem ad alia conuertuntur, nec vbera semper ob consuetudinem appetunt. Pòst autem, cùm infantiam exuerint, alia adolescentuli, alia iam ætate prouectiore sequuntur studia, & sine molestia simul cum ætate consuetudinem mutant. Quemadmodum igitur qui in materno ventre nutritur fœtus, si vocis vsum haberet aliquem, dum in ipso ortu è visceribus expellitur, conquereretur, seque grauia pati clamaret, quòd à iucunda distraheretur viuendi consuetudine, id quod etiam facit, dû simulac primum respirat in hanc vitam ingressus lacrymas fundit, & quodam modo indignatur, & dolet, quòd à solita vita discesserit: sic mihi videntur facere, qui mœrent in istius vitæ commutatione, & instar eorum, qui in vtero sunt, velle semper in angustiis ac tetris ipsius in materia demersæ vitæ locis versari. Posteaquam enim mortis tanquam

Mors fungitur veluti officio obstetricis.

partus dolores quasi obstetricem acciuerint, vt in alteram vitam homines educantur, ipsi quidé, cùm ad illâ lucem processerint, & purum illum spiritũ hauserint, experimento cognoscunt, quantum illa vita ab ista differat. At illi, qui in humida putridaque istius vitæ fœditate relinquuntur, vt planè fœtus quidam in vtero, non autem homines, dolét vicem illius, qui prior ex istis, quæ nos ambiunt, angustiis egreditur, tanquam ab aliquo bono discedat, nescientes ei, ad similitudinem infantis, qui per partum in lucem hanc editur oculos aperiri, oculos inquam, animi, quibus veritatem rerum intuetur: aurium sensum patefieri, quo exaudit arcana verba, quæ non licet, vt ait

2. Cor 12.

Apostolus, homini loqui: os patefieri, quo purũ, à materiaque alienum haurit spiritum, per quem ad verba cœlestia, verumque sermonem edendũ confirmatur, cùm sanctorum canentium, & choros celebrantium numero admistus fuerit: diui-

Psal. 117.

num item gustandi sensum tribui, quo, vt in Psalmis proditum est, percipit, bonum esse Dominũ:

Psal. 134.

odoratum præterea talem dari, quo Christi fruatur suauitate: eamque tangendi vim, qua veritatem animus apprehendit, & verbũ ipsum contre-

Eph. 1.

ctat, vt Ioannes testatur. Quòd si hæc, & alia eiusmodi post mortis partum hominibus reposita sunt, quid sibi vult luctus, & mœror, & squalor? Respondeant hic nobis, qui rerum naturam explorant, vtrum melius putent, in bono diiudicando corporeis sensibus decipi, an oculis animi veritatem ipsam aspicere. Hic enim, in bonum ipsum animus discernat, alieno iudicio cogitur inseruire. Etenim cum perfectam ipsius vim corpus recens compactum, ac pueriliter agens capere nequeat, perfecta autem sensuum actio simul cum infante nascatur, fit, vt in iudicando bono sensus animum præuertant, &, quod sensibus bonum apparuerit, animo quoque videatur. Itaque propter institutam consuetudinem animus inconsideratè, vt bonum, amplectitur id, quod sensus colore, & succo, & aliis eiusmodi illecebris bonum dimetiens testimonio suo comprobarit. Quibus post discessum à corpore sublatis, necesse est, vt animus id verè bonum existimet, quod proprium ipsi, & natura coniunctum est. Neque enim amplius pulchra coloris specie allicietur obtutus, adéptis iam oculis. Nec aliud quidquam eorum, quæ sensum demulcent

eligetur, omnibus corporeis sensibus ablatis, relictaque sola mentis actione materiæ, & corporis expertte diuinam pulchritudinem cõprehendente, sine vllo impedimento natura proprium bonum percipiet, quod nec color est, nec figura, nec interuallum, nec quantitas, sed omnem coniecturæ similitudinem superat. Cur igitur, inquiet aliquis præsentis vitæ miseria dolens, factum est corpus, aut cur nobis datum? siquidem, vt ostendit oratio tua, vita ab illo seiuncta præstãtior est?

Quodnam è corpore lucrum capiatur.

Respondemus, non paruum ex illo lucrum accedere, si quis omnem naturæ ordinem consideret. Beata quidem est illa Angelorum vita, quæ nulla eget corporis pondere. Attamen neque hæc, quatenus ad illam dirigitur, & imperfecta. Est enim præsens vita tanquam via quædam nos ducens ad id, quod speramus. Vt in arboribus videmus: in quibus cùm fructus à flore principium ducat, per ipsum florem eò progreditur, vt fructus fiat, licet flos non sit fructus. Et ipsæ segetes, quæ ex seminibus proueniunt, non statim spicã ostentant, sed herba primum enascitur, deinde culmus herba corrupta consurgit, tũ in summa spica granum perficitur. Quæ cùm fiunt, necessarium hũc ordinem, & seriem non accusat agricola, nec ait, quorsum flos ante fructum? aut cur herba nascitur prius, quam ipsum granum? cùm & flos defluat, & herba inaniter, exarescat, humanoque victui nihil prosit? Nouit enim, qui mirabile naturæ artificium intuetur, aliter fieri non posse, vt ex seminibus plantisque fructus gignatur, nisi ad eius perfectionem artificioso hoc ordine natura viam muniat. Neque enim, quoniam herba, quæ prius emittitur, inutilis est, eaque non vescimur, iccirco id quod fit, est inane, ac superuacuum. Nam qui indiget cibo, nihil aliud nisi vtilitatem considerat suam, naturæ verò vnum illud propositum est vt instituto ordine fructum ad absolutionem perducat. Itaque multiplex primum è iacto semine radix emittitur, qua ex humore nutrimentum attrahatur. Tum herba pullulat, quæ radicem operit ne ab aëre detrimentum accipiat: ac licet ipsa fructus non sit, viam tamen præbet quodãmodo, & affert auxilium, quo fructus perficiatur. Etenim cùm insitam semini vim sic expurgat natura, herbam tanquam fructus excrementũ proiiciens, tum ea radicem protegit defenditque ab aëris iniuriis, quæ vel ex frigore, vel ex calore proueniunt. At cùm radicibus in imo firmius munitum est semen, neglecta deinceps herba, quòd radix non eget amplius defensione, tota vis ad culmum extollendum, ac perficiendum incumbit.

Vita præsens via est ad eam quæ speratur.

Eadem ferè describuntur postea in orat. iij. de resurrectione.

Natura enim artificiosa quadam sapientia sublimem fabricam machinatur, qua germen directũ mutuis in circuitu distinguitur tunicis: in quibus principio culmus humidus, ac tener inolescat, necesse est, &, quo tutior sit, geniculis per medium tanquam vinculis muniatur. vbi autem ad cõgruentem altitudinem ascendit, ita frugem emittit, vt extrema tunica ex se spicam edat, quæ aristarum multitudine tanquam capillorum vallo distincta frugem tegit, & imis aristarum receptaculis innutritur. Cùm igitur non indignetur agricola nec ob stirpium fibras, nec propter herbam, nec propter spicarum aristas, quæ quidem omnia proueniunt ex semine, sed in his singulis

vsum

vsum quendam perspicit necessarinm, qno natura artificiosè progrediens, & abijciens quæ sunt inutilia. frugem perficit,& absoluit, ne tibi quidem iniquo ferendum est animo, quòd natura nostra necessarias persequēs vias ad proprium finem perueniat. Sed vt in exemplo seminū cernis, debes existimare, quod præsens est ad vtile,& necessarium aliquid omnino referri, ac dirigi, neque illud esse cuius gratia geniti sumus. Neque enim fœtum creator noster formauit, vt in matris vtero permaneremus: neque inde nos educit, vt in infantia, aut in ijs, quæ deinceps subsequuntur ætatibus, natura semper aliam post aliam induente,& formam corporis commutante, degeremus: neque vt corpus ipsum accedente morte dissolueretur: sed vt per hæc, & alia eiusmodi, quæ sunt tanquam partes illius viæ, per quam incedimus, ad statum nostrum pristinum, hoc, est ad similitudinem Dei perueneriinus. Ac quemadmodum ad perficiendam spicam ex naturæ instituto herbam ostendimus esse necessariam, nec tamen propter ipsam herbam, nec propter tunicas, aut aristas, aut culmum instituitur agricultura, sed propter frugem victui accommodatam, ad cuius perfectionem natura per illa progreditur: sic expectatus huius vitæ finis est beatitudo. Quæ verò nunc corpori eueniunr, vt mors, senectus, forma incuruata, infantia, informatio fœtus in vtero, vt herbæ,& aristæ,& culmi, sunt veluti viæ, per quas ad perfectionem speratam contendimus. Quam tibi ipse proponens si sapis, nec propter hæc indignaberis, nec vllo modo sic animo afficieris, vt vel ab hac vita decedens angaris, vel sponte mortem præripias. Iam illud, licet à proposito nostro alienum esse videatur, fortasse non erit inutile vt adiungamus. Nempe naturam assiduè in mortē incumbere, vitæque tempore antecedenti mortem prorsus instare atque inhærere. Etenim cùm vita præteriens semper ad futurum contendat, nec ad præteritum vnquam reuertatur, quid aliud est, quā mors, id, quod vitalem actionem vsque subsequitur? Quare cum in tempore, quod ante fluxit, desinat motus omnis & actio vitalis, mortisque proprium sit, res ad interitum, nihilumque redigere, quod quidem semper actioni præteritæ omnino contingit, nō mentitur, qui huic vitæ mortem dicit esse coniunctā. Hoc autē res ipsa verum esse confirmat, quandoquidē, quod ad subiectam materiam pertinet, homo non est idē hodie, qui heri fuit. Aliquid enim ex eo momentis singulis moritur,& fœtet,& corrumpitur,& abiicitur: cùm tetrum natura fœtorem ex corpore, tanquā funus ex aliqua domo, efferat,& quod vitalem facultatem iam exuit, terræ tradat. Quamobrē, vt Paulus ait, quotidie morimur, quippe qui non ijdē semper manemus in ipso corporis domicilio, sed accessione decessioneque continua alij ex alio reddimur,& in nouum assiduè corpus immutamur. Quid igitur cū morte nos vt hospites peregrinosque gerimus, cū demonstratū sit, vitam hanc, quā in carne degimus, nihil aliud esse, nisi perpetuam mortis commentationem ac studium? Quid; ipse somnus, atque vigilia, quid aliud sunt, nisi mortis, vitæque cōplexus, atque cōiunctio? cū & dormientes tanquam extinctos sensus nos deserat,& excitatos vigilia speratæ resurrectionis admoneat?

Beatitudo huius vitæ finis.

Cum vita mors est simul natura.

1. Cor. 15.

Caro hec perpetua mortis meditatio.

Verum digressione hac ad alia consideranda nos A adducente, quod proposuimus, nondum explicauimus. Quare ad propositum reuertamur, ostendamusque ne corporis quidem naturam inutilē esse ad spem bonorum, quæ à nobis expectantur. Etenim si tales mansissemus, quales initio fuimus procreati, Dei similitudine in nobis elucente, pellicea tunica neutiquam indiguissemus. Diuina enim, quæ principio in nobis cernebatur nota, non in qualicunque figuræ coloris vt proprietate cōsistebat, sed quibus insignibus Dei pulchritudo conspicitur, ijsdem homo decoratus per beatitudinem ægritudinis & corruptionis expertem exemplaris gratiam exprimebat. Sed posteaquam à B vitæ nostræ inimico dolis deceptus ad bestiarum rationique contrariam vitam amplectandam voluntate sua propensior euasit, inconsideratius fortasse rem expendentibus videretur vtile, vt à malo discederemus inuiti, coactique ad bonum reuerteremur. At humanæ naturæ effectori inutile visum est, atque iniquum, vt ob eam dispositionē natura maximi boni iacturam faceret. Nam cùm Deo similis, beatusque ea re esset homo, quòd libera præditus erat voluntate: Iuris enim esse sui, & nullius subiectum imperio, diuinæ est beatitudinis propriū, sic necessitate illū, & vi ad aliquid C impulisset, ea spoliasset ipsū dignitate. Qui enim sponte motuque volūtario naturam suam ad aliquid eorum, quæ non cōueniunt, conuerterunt, si per vim ab ijs, quæ sibi ipsi delegerunt, desistere cogantur, bonum illis adimitur, quod habebāt prius eaque res est priuatio diuini honoris. Liberum enim voluntatis arbitrium est honor diuino æqualis. Quamobrem vt simul & humanæ naturæ relinqueretur dignitas liberæ voluntatis,& ipsum auferretur malum, hanc diuina sapientia rationem excogitauit, vt in iis hominē esse sineret, quæ sibi ipse elegisset, quo, gustatis malis, quæ cōcupiuerat, experiendoque discens, quæ quibus D commutasset, ea cupiditate rursum incenderetur, vt vitiorum perturbationumque, quæ rationi inimicæ sunt, onere deposito, & vel in presenti vita precibus sapientiæque studio purgatus, vel post obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus ad pristinam vellet redire felicitatem. Vt enim si quis medicæ facultatis,& eorum, quæ valetudini vel prosint, vel obsint, peritissimus adolescentulo quidem consuleret salutaria, sed ei tamen propter ætatis prudentiæque imbecillitatem consilio suo persuadere nō posset, quo minus à fructu, aut herba aliqua perniciosa temperaret, is omne remediorum genus in promptu haberet, permitte E ret filio, vt re noxia vesceretur, qno morbi molestia, aut dolore aliquo affectum, reque ipsa paterni consilij vtilitatem agnoscentem, valetudinisque cupidiorem medicamentis suis in pristinum reduceret statum, vnde propter stultam cibi pestiferi cupiditatē excidisset: sic humanæ naturæ dulcissimus, atque optimus pater, quæ salutaria, quæ ve perniciosa essent homini, planè nouerat. itaque illum admonuit, ne perniciosa contingeret. Verum cùm rei deterioris cupiditate victus esset, medicamentis non indiguit, quibus eum ad pristinam sanitatem reuocaret. Etenim cùm corpoream istam voluptatem animi lætitiæ prætulisset, visus est quodam modo Deus permittere, hominē eo

Deus quomodo apparebat in initio.

Beatitudinis propriū.

Libero arbitrio priuantur dum fecerit.

Vitiū post discessum purgatur igne.

impetu ferri, propter tunicam illam pelliceã, quã ob eius propositionem ad malum induit illum, qua quidem tunica naturæ rationè vocantis proprietates homini admistæ sunt. Sapiẽtia enim illa quæ per contraria, quod melius est, disponit, naturæ ratione prædita bestiarum indumentũ confecit. Nam tunica illa pellicea secum ferẽs omnes proprietates, quas ex bestiarum natura continet, nempe voluptatem, iracundiam, gutturis, vẽtrisque vitia, & alia eiusdem generis, hominis proposito præbet occasionem, vt, ad vtrũ velit, sese conuertat, cùm virtutis & vitii materia sit, in quibus, dum hic viuit pro arbitratu suo versatur. Si neglecto, quod bestiarum est, vrbanius viuendi genus complectetur, ratione vincens, quod rationi contrarium est, præsẽti hac vita vitium sibi admistum expiabit. Sin quò perturbationum impetus ducet inclinabit, bestiarumque pellem ad vitia ministram & adiutricem adhibebit, aliud ei deinde ineundum erit consilium, vt ad bonum perueniat, cùm è corpore egressus, cognita, quæ inter virtutem & vitium est differentia, non poterit diuinitatis particeps fieri, nisi maculas animo inimi-stas purgatorius ignis abstulerit. His de causis corporis vsus nobis est necessarius. Eo nãque & liberum nobis adest arbitrium, & reditus non intercluditur, sed hoc ordine & versu volentes ad bonum procedimur, aliis quidem iam inde ab eo tempore, quo viuunt hic spiritalem, & à vitijs ac perturbationibus alienam vitam instituentibus, quales intelligimus, Patriarchas, & Prophetas extitisse, & qui vnà cum ipsis, & post ipsos per virtutem & sapientiæ studium ad perfectionẽ reuerterunt, discipulos, & Apostolos, & Martyres dico, & quicunque corporeo in materiaque demerso honestum & cum virtute coniunctum viuendi genus anteposuerũt: qui licet numero pauciores fuerint, quàm illi, qui ad deteriora deflexerunt, exemplo tamen ac testimonio suo virtutem in carne coli, compararique posse testantur: Aliis autem post hanc vitam purgatorio igne materiæ labes & propensionem ad malum abstergẽtibus, & ad gratiam initio naturæ cõcessam voluntaria bonorum cupiditate redeuntibus. Alienorum enĩ cupiditas in natura perpetuo non inhæret. Quoniam naturæ nõ est propria, quodque nullã principio cum ipsa societatẽ habebat, vnicuique satietatem & fastidiũ affert, solumque id, quod illi cognatum, ac simile est, optandũ ipse semper amandumque relinquitur. Quòd si virtus deprauatæ voluntatis aliquo modo degenerauit, tunc inest illi cupiditas rerũ externarũ, quibus fruendis nõ ipsa natura, sed naturæ affectio delectatur, qua quidẽ affectione depulsa rerum externarũ cupiditas discedit: & q̃ illi suum, ac proprium est, rursũ amabile manet, & expetendum id autem est purum, & à materia corporeque seiunctum: quod si quis præstantissimæ rerum omnium diuinitatis proprium dicat, non errabit. Quemadmodum enim corporis oculis, si acutior aliqua destillatio neruos, viuendi spiritum subministrantes, perturbauerit, amicæ sunt tenebræ, propter similitudinem, quam obtusi iam, atque hebetes cum illis habeant: at si curatione aliqua conficiatur, ac deleatur id, quod neruis illis officiebat, lucem oculi rursum, vt propriam sibique congruentem amant, quæ pupillæ puræ, & per se videnti commiscetur: eodem modo, posteaquam inimici fraude vitium instar cuiusdam destillationis defluxit in oculos animi, vitam tenebricosam vt sibi propter ægritudinem conuenientem adamarunt. Quisquis enim malè agit, odit lucem, vt vox diuina testatur. Malo autem consumpto, & rursus ad nihilum redacto, natura eo depulso, quod animi oculos hebetabat, cum voluptate lucem iterum intuetur. Ex his igitur, quæ dicta sunt, patet, carnis naturam iniquo animo prosequi, stultum esse. Neque enim ab illa pendet malorum causa. Nam si sic esset, eandem haberet in omnes vim, qui corpoream sortiti sunt vitam. Verum cùm ij, quos commemorauimus, sic ex virtute vixerint, vt, cùm in carne essent, nullis tamen se vitiis obstringerẽt, perspicuum est, corpus non esse vitiorum causam, sed propriam cuiusque voluntatem, quæ se vitijs contaminat. Corpus enim naturæ suæ conuenienter mouetur, ad eaque, quibus statum suũ tuetur, atque cõseruat, impulsu proprio fertur, & trahitur. Exempli gratia cibo, potioneque indiget, vt, quod deperditur vinum, instauretur. itaque cibum, potionemque appetit. Natura corporis, quæ mortalis est, procreationis serie fit immortalis. idcirco cõuenientes illi procreandi appetitus insitus est. Ad hæc cum idoneo pilorum præsidio corpora nostra munita non sint, vestimẽtis extrinsecus admotis indigemus, cumque caloris, & frigoris, & imbrium vim perferre nequeamus, domos, & tecta nobis cõstruimus. Qui prudenter necessitatem considerat, eius habita ratione hæc & alia eiusmodi sine solicitudine cõparat appetitionique terminum constituit, vsum necessarium. domum igitur, vestimentum, coniugium, cibumque naturæ suppeditat, vt rebus necessarijs sustentetur. Qui verò voluptatũ est seruus, per necessarios vsus vitiis aditum aperit, alimentoque loco delicias quærit: pro vestimento sectatur elegantiam ornamentorum: pro ædiũ vsu colit amplissima magnificentissimaque palatia. pro legitima liberorũ susceptione, legibus cõtrarias, atque nefarias libidines aucupatur. Quibus de causis latis portis ingressa est in hominum vitam auaritia, mollities, & otium, & superbia, & ostentatio, multiplexque luxuria. Hæc & horum similia vitia, vt stolones, aut rami quidã inutiles, præter vitæ vsus necessarios prouenerunt, dũm necessitatis terminos transilit appetitus, hominesque non curant, honestis studijs, vt arbores vtilibus ramis, dilatati, & edere virtutis fructus. Quid alendo corpori prosunt argentea vasa, auro, gemmisque tanquam floribus distincta atque exornata? Quẽ vsum afferunt vestes aureis purpureisque filis cõtextæ, & varia elaboratæ pictura, qua & prelia, & venationes, & aliæ res eiusmodi in tunicis & indumentis ab artificibus describuntur? Quæ quidem luxuria semper auaritiam comitẽ habet. auaritia verò patefacit aditum inexplebili cupiditati. est enim, vt ait Solomon, dolium pertusum, quod qui conantur implere, frustra laborãt, & vacuum semper inueniunt. Corpus ergo non affert malorum causas, sed ipsa voluntas, quæ necessariũ vsũ ad absurdas & inutiles cupiditates detorquet. Nemo igitur temerè & inconsideratè nostrũ accuset corpus, quo postea per regenerationẽ in statũ diuiniorem

Tunica pellicea quid significet.

Purgatorii ignis.

Ioan. 3.

A carne nõ pendet malorum causa.

Corpus non est causa vitiorum, sed liberum arbitrium.

uiniorem commutato animus decurabitur, cum ab inutilibus illud & supernacaneis sordibus & incommodis mors expurgauerit, vt vita futura perfruatur. Nam quæ illi nunc congruentia sunt, iis non vtetur in altera vita, ad cuius fruenda bona fiet apta accómodataque corporis nostri constitutio. Non alienum auté erit, vt quod dicimus, notæ peruulgatæque rei cuiuspiam exemplo declaremus. Arti ærariæ vtilis est ferri infecti illaboratique massa, dum ea pro incude faber vtitur. At cum opus est ferro ad opus aliquod subtilius, & magis elaboratum conficiendum, tunc igne diligenter expurgantur massæ illius, terreæ atque inutiles feces, quas, qui artis eius periti sunt, scoriā appellant. Atque ita quod olim erat incus, rudis ve ferri massa, subtiliter elaboratum lorica fit, aut aliquod aliud opus egregiū, & expolitū, superuacaneis in fornace excoctis abiectisque sordibus, quæ tamé in ipso incude aut massa consideratæ superuacuæ nō putabātur. Cōfert enim aliquid ad ferri molem etiam scoria in massa permista. Perspicuum quidem exemplum, sed quorsum spectat? Illuc nimirum. Multas nūc habet natura corporis sordes, ac veluti scoriam quandam, præsenti vitæ non inutilem illam quidem aliquo modo, sed tamen alienam ab ea felicitate, quam expectamus.

Simile. Quemadmodum igitur in fornace ignis aufert, & absumit, quidquid in ferro est inutile, sic in ipsa morte corp⁹ ab omni re superuacanea atq; inutili per mortalitatis solutioné liberatur. Quæ autem sint ea, à quibus corpus in posterum expurgabitur, quæ nisi hic adessent, præsens hæc vita damnum faceret, licet cuiuis studiose consideranti facile vt intelligere, tamen quo planius etiam constet, vt à proposito exemplo non recedamus, breuiter à nobis etiam recensebuntur. Massa igitur sit appetitio, quæ naturaliter est omnibus insita. scoria autem, & feces, ea, ad quæ nunc impetu ducitur, & trahitur appetitio, nempe voluptates, diuitiæ, gloria, principatus, iracundia, tumor arrogātia, & id genus alia, à quibus omnibus nos expiatos mors, ac planè liberos reddit. His enim exuta vacuaque appetitio ad id, quod solum expetédū, optādū amandúque est, vim trāsfert suā, nō extinguens penitus insitos ad hæc impetus à natura, sed eos cōuertés ad illa bona perfruéda, quæ à materia seiuncta sunt. Nam illic viget veræ pulchritudinis amor, qui nunquam extinguitur. Illic laudabilis adest sapiétiæ diuitiarum cupiditas, & præclarum ac bonum gloriæ studium, quod in Dei regni societate consumitur, honestumque diuinarum epularum desiderium, quæ degustatæ nullam vnquam afferunt satietatem. Quamobré qui nouit, totius orbis auctorem & opificem Deum opportuno tempore corporis molem ac massam in arma bonæ voluntati suæ grata acceptaq; conflaturum, & loricam iustitiæ, vt inquit Apostolus, gladiumque spiritus, & galeam spei, atque omnē diuinam armaturam perfecturam, diligit corpus suum ex præscripto legis, quam tulit Apostolus, nemo, inquiens, proprium corpus odit. Purum igitur ac mundū corpus oportet diligere, non autem sordidam eius scoriam, quæ repudiatur & abiicitur. Verum est enim, quod continet diuina scriptura, nos, si terrestris domus nostra huius tabernaculi destruatur, tunc ipsam inuenturos ædificationem à Deo factam, domum non manu constructam æternam in cœlis dignā, quæ Dei sit domicilium in spiritu.

Eph. 6. 1. Tess. 5. Eph. 5. 2. Cor. 5.


Ac domus quidem illius non manufactæ figuram, & formam, & exemplum mihi nemo describat ad similitudinem earum, quibus proprietate distinguimur. Etenim cùm diuinis oraculis non solum prædictum sit nobis, nos in vitam esse reuocandos, & resurrecturos, verum etiam promittatur in ipsa diuina scriptura per ipsam resurrectionem, immutari atque renouari nos oportere, omnino necesse est, vt, in quid immutandi simus, ideo prorsus ignoremus, quòd nullum eorum, quæ speramus, exemplum in hac vita simile contuemur. Nunc enim, quæ crassa, & solida sunt, natura deorsum feruntur. Tunc autem sic immutabuntur, vt sursum tēdant. Nos enim, vt scriptum est, posteaquam natura per resurrectionem in omnibus in vitam reuocatis fuerit commutata, rapiemur in nubibus obuiam Domino in aëra, atque ita semper cum Dño erimus. Si igitur qui immutantur, corporis pondus non retinét, sed diuiniore in statū translati simul cū natura incorporea in sublimi versantur, planè cōsétaneū est, vt color, figura, circūscriptio, & reliquæ corporis proprietates aliqua ratione diuinius commutentur. Iccirco tametsi videmus non esse necessarium, vt in iis, qui resurrectione immutabuntur, vlla eiusmodi appareat differētia, qualem propter eorum, qui succedunt, ordinem, necessariò natura nunc habet, non tamen possumus explicare quales futuri sint, in illa commutatione. Vnum quidem fore omniū genus, vnumque Christi corpus futuros omnes, atque vnam omnibus formam imprimendam, diuina in cunctis imagine æqualiter elucēte, non ambigimus. idque, quod talium proprietatum loco in naturæ immutatione simus habituri, præstātius esse dicimus, quàm vt vlla cogitatione coniicere valeamus. Ac ne tali in re nostra planè rudis oratio deprehendatur, dicimus, maris, & fœminæ differentiam nullum naturæ vsum præbituram, nisi quandam veluti filiorum susceptionis similitudinem promissa illa à Deo bonorum copia dignam intelligamus, vt eiusmodi partui gignendi vis naturalis inseruiat, qualem sentiebat Esaias, cum diceret: Ex timore tuo domine concepimus, & parturiuimus, & peperimus, spiritúque salutis tuæ fecimus in terra. Nam si bonus est partus huiusmodi salutisque causa est procreatio filiorū vt ait Apostolus, nullus vnquā illic gignendi salutis spiritum finem faciet, qui tali partu sibi copiam bonorum semel pepererit. Sin aliquis eandem formam nobis reuiuiscentibus futuram dicat ego nec, vt eius sententiæ subscribam facile adduci queam, nec, vtrum res aliter habeat, cogitare. Multa enim absurda illius, qui ita sentit, opinionem consequūtur, cum non eadem semper in eodem homine species formaque maneat, sed pro ætatū affectionumque varietate assiduè commutetur. Etenim qui nunc est adolescens, infans puerque fuit, mox erit vir, deinde ad vitæ medium terminum veniet, post illum transibit, fiet que iam ætate prouectus, & senex. Et qui totum in aliquo sunt ætatis gradu, non sunt inter se similes, sed alius regio morbo squalidus est, alius aqua intercute inflatus, alius confectus tabe, alius praua car-

Immutatio quomodo fiat per resurrectionem. 1. Tess. 4. Perturbatio post resurrectionem. Esa. 26. 1. Tim. 2.

nis redundantia corpulentus, alius bilis, alius sanguinis, alius pituitæ nimia laborat copia, qui quidem oés, vt tales reuiuiscant, & iisdem cũ morbis maneant, minimè putandum est cùm omni a tunc in melioreq; diuinioreq; statũ immutatiõe sint conuertẽda, nec facilè mi sũ est explicare qnalis futura sit præclara illa forma, qua decorabimur, cùm spe nobis proposita sint ea bona, quæ nec oculis, nec auribus, nec cogitatione possumus comprehendere. Quòd si quis formã, qua dignosci valeamus, in certa morum qualitate diceret sitam collocatamque fore, is non prorsus forsitan aberraret. Vt quemadmodũ nũc quadam elementorum in nobis mutatione differẽtes in vnoquoque notas impressas cernimus, prout alicuius eorũ maiore minoré ve copia prupna cuiusque forma colorque fingitur, ita quæ tunc propriam singulorũ formã exprimant, non elementa futura sint, sed vitiorũ, aut virtutum quædam inter se hoc, aut illo modo cõmixtio, qua expressa vniuscuiusque species apparebit. Cuius rei simile quiddam propemodum hic etiam contigit, cùm ipse vultus intimam animi affectionem indicat, vt hunc mærore vinci, illũ efferri iracũdia, alium flagrare cupiditate, aut contrà hunc natura lætum, illum minimè iracũdum, alium insigni quadam modestia preditum, facilè cognoscamus. Quemadmodum igitur in hac vita animi affectio est veluti forma quædam in vultu, atque oculis expressa, qua, quo modo se intus habeat homo, declaratur: sic mihi videtur, cùm natura hominis diuiniorem adepta sit statũ, ex moribus quisque suis effingi, nec aliud esse aliud videri, sed qualis est talis omnino cognosci, vt qui castus, qui iustus, qui mãsuetus, qui purus, qui benignus, qui pius, atq; inter hos qui bonis omnibus aut qui vno tantum aut pluribus ornatus quiq; in vno quidem inferior sit in alio autem superior constet. Ex his enim similibus quæ magis, minus ve præstantibus proprietatibus, quæ in ipsis conspicuè sunt variæ, singulorum differentiæ distinguuntur, donec nouissima tandẽ, vt Paulus ait, inimica morte destructa, maloque cũctis è rebus penitus exturbato, atque deleto, vna in omnibus diuina pulchritudo fulgebit, ad cuius exemplar initio formati sumus. Hæc autem est lux, puritas, immortalitas, vita, & veritas, & alia eiusdem generis. Neq; enim dedecet, diei, lucisque filios & esse & videri. Lucis autem, & puritatis, & immortalitatis nulla mutatio, differẽtiá ve in eodem genere reperietur, sed vna gratia in omnibus elucebit, cũ filii lucis effecti fulgebunt vt sol, quemadmodum voce sua verissima Dominus ipse denuntiat, cumque ex diuina promissione perfecti erunt, idéque sentient, vna eademque in omnibus gratia sic effulgẽte, vt proximo quisque suo lætitiam impertiatur. Ex quo fiet, vt aliorum alii pulchritudinem contuentes mutuis inter se gaudiis vicissim afficiantur, nulla mali, aut vitii, aut turpitudinis macula decus illud indeformem speciem commutante. Hæc vobis mens nostra pro decẽtibus ex hac vita voces eorũ nobis, vt fieri potest, indicãs, differuit. Nos autem Pauli verbis vtentes consilium nostrũ ad eos qui in squalore luctuque versantur concludemus. Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Si quid ergo studio dignũ de iis, qui dormierunt didicimus, degenerem istũ seruilemque mœrorem amplius ne suscipiamus, aut, si lugendũ est, laudabilem illum complectamur luctum, qui cum virtute cõiunctus est. Vt enim voluptas alia pecudibus conuenit rationique aduersatur alia pura est, & materiæ sordibus remota, sic id, quod voluptati contrariũ est in vitium virtutem que diuiditur. Est igitur lugendi genus vnum, qnod beatum vocatur, & in excolenda, parandaque virtute non abiicitur, quod quidem ab insana ista seruilique mæstitia longe diuersũ est. In hac enim quicunque versantur, in posterum pœnitebit, quippe qui è constantiæ gradu depulsus se à perturbatione superari permiserit. At beatus ille luctus minimè repudiandam pudendam ue tristitiam præbet iis, qui per illum ex virtute vitam suã instituunt. Dolet enim ex animo vereque luget is, qui illa bona cõsiderat, à quibus excidimus, dum mortalem istam ac sordidam vitam comparat cũ immortali illa beatitudine, qua potiebatur antè, quàm potestate ad bonum abuteretur, quamtoque magis in hac vita eiusmodi luctum intendit, tantò celerius ad optatam bonorum possessionem aspirat. Nam qui boni iacturam animaduertit, ad illud recuperandum ardentiore studio concitatur. Proinde, cum salutare lugendi genus, vt ostendimus, inueniatur, animaduertite, qui ad mœrorem & luctũ estis propensiores, nos nõ interdicere, quo minus mœreatis, & lachrymetis, sed nobis consulete, vt pro malo damnatoque luctu bonum & laudabilẽ complectamini. Itaque nostre mundi luctum tristitiamque suscipere, quæ, vt inquit Apostolus, mortis causam affert, sed eam mœstitiam sumite, quæ Deo placet, cuius finis est animi salus. Etenim inanes temereque effusæ pro defunctis lachrymæ fortasse causa damnationis erunt illi, qui re abutitur bona. Nam si tristem hanc animi affectionem iccirco nobis inferuit is, qui cuncta sapienter regit vt à malo, quod nos innasit, expiaret, & ad ea bona quæ speramus, fruenda perduceret, fortè qui frustra, atque inaniter lachrymas fundunt, vocabuntur in crimen apud dominũ suum, vt malus ille villicus, qui, vt in Euangelio legimus, diuitias sibi creditas inutiliter dissipauerat. Quæcũq; enim ad bonos vsus referri possunt, diuitiæ sunt in thesauris cœlestibus enumeratæ. Nolo igitur ignorate vos, fratres, quæ de iis qui dormierunt, didicimus, & si quid præterea spiritus sanctus perfectioribus patefacit, ne tristitia, mœroreque afficiamini, vt cæteri qui spem non habent. Soli enim, quia fide alieni sunt, præfẽtis vitæ finibus viuendi spem terminant, & circumscribũt, ideoque mortem deplorandam putant, quòd ea, quæ nos credimus, non sperant. Nos autem, qui magno, locupletique resurrectionis à mortuis spõsori vadique credidimus, ipsi rerum omnium procreatarum Domino, qui ob id mortuus est, & resurrexit, vt re ipsa resurrectionis ratione confirmaret, & comprobaret, certam, atque exploratam bonorũ spem habeamus, qua presente luctus in eorum obitu, qui ex hac vita decedunt, nullum habebit locum. Deus autem noster, Dominus Iesus Christus qui afflictos atque humiles consolatur, consoletur animos vestros, & misericordia, benignitateque sua vos ad se diligẽdum inflãmet atq; corroboret, quoniam ipsi est gloria in secula seculorum. Amẽ.

Per mores homo formam accipiet. — *1. Cor. 15.* — *Pulchritudo diuina in resurrectione.* — *Math. 13.* — *1. Thess. 4.* — *Luctus seruilis vitandus.* — *2. Cor. 7.* — *Luc. 16.* — *Math. 24.*

D. GREGORII NYSSENI DE INFANTIBVS, QVI PREMATVRE ABRIPIVNTVR, AD HIERIVM. LAVRENTIO Sifano interprete.



DICENDI quidem vim, qua quisque prᴂditus fuerit, omnes & oratores & rerum scriptores (haud difficulter) ubi, ô vir optime, veluti in stadio quodam per amplitudinem miraculorũ tuorum discurrentes vtique demonstrabũt. (Etenim præclarum & egregium copiosumque dicẽdi peritis propositum argumentum exigere, & vna cũ magnitudine rerum quasi in altum tollere, & magis quodam modo grãdiloquam atque sonoram efficere solet orationem.) Nos verò tãquam equi veteres extra stadium argumenti manentes autem duntaxat iis, quæ propter te fiunt, orationum certaminibus præbebimus, si fortè etiã ad nos vsque vehementi impetu & incitato curru per tua miracula agitans orationẽ aliquis sonus peruenire possit. Sed quoniam accidit, vt etiam si propter senectutẽ extra certamina maneat equus sæpe tamen fremitu pulsúque ac sonitu lasciuientium insultantiumque ad alacritatem erectus & caput tollat, & veluti in certamine versãs, tum ardorem in oculis, tum in spiritu flatuque animos ostentet, & crebro motu pedum vngulas identidem solo illidat, cui sola alacritas ad certamina adest, facultas autem currẽdi ante lapso tempore absumpta est: eodem modo nostra quoque oratio propter senectutem extra certamina manens, stadio cedens eruditione florentibus, solam tibi alacritatem & voluntatem in gratiam tuam certandi ostendit, siquidem ita floreret, vt qui nũc eloquentia vigẽt. Sed quam ostendo, prompta voluntas & animi propensio, non eò pertinet, vt ex tuis reb⁹ aliquid exponere velim. (id enim vehemens, copiosaque & elaborata vix assequatur oratio, quin multa nõ assequatur, quæ pro dignitate rei non tractet. quæ immensam & omni imitatione superiorem hanc morum & ingenii concordantiam & consonantiam ex contrariis rebus compositam & contemperatam susceperit explicandam. quo pacto, sicut palpebrarum prominentibus pilis, quasi vallo obiecto, puritatem & vehementiam radiorum natura obumbrans & frangens temperatum ac dilutũ splendorem oculis infert, quo placidus sol pro eo modo, quem vsus poscit, cum vmbra quam palpebræ faciunt, contemperatus existat: ita morum grauitas atque maiestas cum moderata animi demissione commixta non auertat oculos intuentiũ sed iucũdum efficiat obtutũ, vt neque grauitatis ac seueritatis splendor obscuretur, neque latens in animo vis propter humilitatem despiciatur, sed alterum æqualiter in vtroque, tũ in celsitudine ac sublimitate comitas & humanitas, tum in humilitate vice versa grauitas & seueritas animaduertatur?) Alius hæc exponat, & animum istum compluribus oculis insignitum, laudibus prosequatur forsitam enim pilos capitis numero æquant animi oculi vndique pariter & ex æquo certum & acutum cernentes, vt & ex longinquo prospiciant. nihilque fugiat ac lateat eos ex propinquo, nec ex

In duobus quibus mi tio sum v sus exemplaribus, Almati est: in tertio quod postea nactus sum armati habetur: quam lectionem sequor.

Simile elegans.

Morũ grauitas lenitate condita.

A B C D E

perientiam vtilitatis & commodi magistram expectent, sed aliud quidem oculis spei prouideant, aliud verò per memoriam cernant, aliud item in præsentia vndique circumque circa animaduertant: omnia verò simul & eodem tempore omnibus huiusmodi actionibus absque cõfusione conuenienter & aptè mens sese distribuens accõmodansque efficiat & operetur. venerãdas item paupertatis diuitias admiretur, si quis nostra ætate est qui eiusmodi rem cum laude & admiratione celebrare sciat. ac forsitan et iam si prius non erat at nunc propter te paupertatis quoque desiderium florebit, tuaque tenuitas atque frugalitas ingentibus Crœsi auri ponderibus beatior habebitur. quem nã enim vel terra vel mare ambo suos prouentus benignè impartientes ita beatum reddiderunt, vt tuam vitam animus iste materialiũ facultatum & mundanarum opum contemptor? Vt enim illi, qui à ferro rubiginem abstergunt & abradunt splendidum id & ad argenti decus accedens efficiunt: ita tibi vitæ radius, dum semper à rubigine pecuniarum diligenter expurgatur, clarior euasit. Hæc quoque eloquentibus ac dicendi facultate prædit is relinquantur: & quod pulchrè calles, in quibus rebus ex sumptione, & acceptione, quàm ex abstinentia lucri plus laudis ac gloriæ quis ferre possit. Liceat enim mihi cũ bona venia tua dicere, quod non omnia lucra despicis atque contemnis: sed quæ nemo superiorũ adhuc attingere & assequi potuit, ea ambabus manibus solus complexus es. Pro veste enim aliqua preciosa, pro mãcipiis ꝑ pecũiis ipsas hominũ aĩas captas, & indilectiõis thesauro depositas tenes. hæc scriptores & oratores, quibus huiusmodi res pulchrè describere ornamento est, exponant nostra autem senilis oratio tantũm sese moneat & excitet, vt pedetentim persequatur à tua sapientia nobis propositam quæstionem, nempe, quid statuere & iudicare oporteat de iis, qui præmaturè abripiũtur, in quibus natiuitas morti propemodum coniungitur. quas res etiam sapiẽs ille inter externos Plato cum mul. a ex persona eius, qui reuixisset, de iudiciis, quæ illic apud inferos exerceantur, philosophico more disseruisset, reliquit inexplicatas vt quæ maiores videlicet essent, quàm quæ sub ratiocinationem & coniecturam humanã cadere possent. Si igitur aliquid quidem tale est in iis quæ per pendimus atque scrutati sumus, quod soluat propositæ quæstionis ambiguitates, amplecteris & approbabis, nimirum inueniram rationem sin minus, senectuti prorsus ignosces, solamque animi nostri propensionem, qua tibi gratum facere cupimus, approbabis. Etenim Xerxem illum, qui vniuersam propemodum, quæ sub sole est, terram vna castra fecit, & omnem terrarum orbem secũ mouit, cum aduersus Græcos expeditionẽ fecit, tenet fama, pauperis cuiusdam munus cũ voluptate accepisse. id autem donum aqua erat, eaque non in fictili vase ferebatur, sed in caua manuũ palma continebatur. sic ergò tu quoque pro ea, qua præ-

Hierii paupertas commendatur.

Quæstio de infantibus cum natiui tate mortuis.

dius

ditus es animi magnitudine, prorsus illum imitaberis, cui pro munere voluntas fuit si nostrum donum & exiguum & aqueũ fuerit inuentum. Quẽadmodũ in cœlestibus miraculis apparentes pulchritudines ex æquo quidem videt, siue eruditus, siue rudis & idiota fuerit, is qui in cœlũ suspicit: sed aliter de illis cogitat is, qui à philosophia ad contemplationem earum venit: aliter item is, qui solis sẽsibus id, quod apparet, permittit. hic enim vel radiis solis delectatur, vel pulchritudinem siderũ miraculo dignã iudicat, vel numerũ lunaris cursᵘ in mẽse obseruat. At is, qui animo perspicax, & per eruditionem ad contemplationẽ cœlestium purgatus & excultus est omissis his, quibus ratione minus vtentium sensus delectatur, rerum vniuersarum harmoniam, hoc est, consentientem & quasi concinentem conspirationem, copulationem atque coagmentationem intuetur, & ex circulari atque in orbem redeũte motu eam, quæ ex contrariis fit, aptitudinem & congruentiam contemplatur: quo pacto orbes interiores reuolutione motuque contrario, atque inerrantiũ cœloque inhærentium & infixarum stellarum ambitus rotundus, retrò vertentur atque ferantur: quomodo sidera, quæ in iis conspiciuntur, multiformiter figurẽtur, tum in appropinquatiõibus, accessibus, cõgressibusue, tũ recessibus, digressibus, distantiis elongationibus ve, tum subiectionibus atque defectibus, & obliquis trãscursibus indeficientem, indesinentem, stabilem, perpetuamque illam concordantiam & harmoniam sẽper æqualiter & eodem modo efficientia. à quibus ne minimi quidẽ sideris situs, quem non contempletur, prætermittitur: sed omnia parem curã præbent iis, qui per sapientiam ad supera mentem traduxerunt: eodẽ modo tu quoque, ô charum mihi caput, cum administrationem Dei in rebus vniuersis cõsideras, omissis illis, circa quæ vulgi mens occupata est, (de diuitiis loquor, & deliciis, & vanæ gloriæ cupiditate, quæ res planè radiorũ in modum quasi fulgure præstringentes eos, qui ratione minus vtuntur, obstupefacere, atque perculsos, attonitos & consternatos reddere solent) nec ea quidẽ, quæ minima videtur ex iis, quæ in rebus vniuersis considerantur, inexcussa relinquis, considerans, dispiciens & scrutans inæqualitatem humanæ vitæ nõ eam dumtaxat, quæ circa diuitias & paupertatem consideratur, vel dignitatum & generum differentias: (nosti enim hæc pro nihilo esse, quibus essentia non est secundum propriam subsistentiam sed in vana opinione eorum, qui rebus non entibus, quasi subsistẽtibus inhiant: nã si quis adimat ei, qui gloriæ splendore inflatus est, opinionem & existimationem eorum, qui has res intueri solent nihil relinquetur ei, qui magnos sibi res vanas spiritus sumit, & ineptè inflatus est, etiam si vel vniuersa pecuniarũ materia penes eum defossa sit.) sed tibi curæ est scire, cum reliqua diuinæ administrationis, quò quidque spectet eorum quæ fiunt, tum qua de causa alii quidem in longam senectutem vita prorogetur, alius vero hactenus vitæ particeps sit, quatenus per respirationem aërem hauriat, & protinus vitam finiat. Nam si nihil eorum, que in mundo sunt, non à Deo est, sed omnia à diuina voluntate pendent, ac sapientia prouidendique virtute præditum numẽ diuinum est: prorsus etiam his aliqua ratio subest, quæ sapientiæ Dei simul & eius curæ, qua prospicitur ac prouidetur rebus vniuersis, insignia ferat. Quod enim temere ac sine ratione fit, opᵘ Dei nõ fuerit. Dei namque proprium est, quemadmodum inquit scriptura, omnia cum sapientia facere. Quod igitur sapienter factum in illo? Prodiit homo per natiuitatẽ in vitam: hausit aërem: à gemitu vitam inchoauit: lachrymas naturæ muneris vice impendit: primitias vitæ soluit, & libamina fecit de fletu, priusquã alicuius rei in vita iucũdæ particeps fuisset, priusquam sensus vegetatus & firmatus esset: etiam nunc membrorum compage atque coagmentatione solutus, tener ac diffusus, inarticulatus artubus nondum compositis atque formatis, & vt sũmatim dicam, priusquam homo factus esset (siquidem hominis propriũ donum rationis est: at hic rationis nondum capax erat) hic qui nihilo plus habebat, quàm is, qui materno continetur, præterquam quòd in aëre fuit, in ea ætate cùm sit per mortem soluitur, vel expositus, vel suffocatus, vel sponte per infirmitatem viuere desinens. quid de eo cogitare oportet? quomodo itẽ de iis, qui hũc exitum vitæ habuerunt, sẽtire? an illa quoque anima iudicem videbit? tribunali cum aliis sistetur? subibit actæ vitæ iudicium? accipiet pro merito retributionem & compensationem? vel igni purgata, iuxta Euangelii verba, vel in rore benedictionis refrigerata atque refocillata?

Simile elegans. — *Deus omnia sapienter facit.* — *1. Corin. 3.*

EXPLICATIO.

Hinc planè manifestum est, quòd purgatorium ignem pater hic tormẽta cruciatusque dicit quibus post mortem quisque eorum, qui peccauerunt, & ante mortem non vt dignum & par erat, pœnitentiam egerunt, in flamma afficiuntur: iuxta parabolam Euangelicam de diuite & Lazaro. Perspicuum est enim, quòd huius hic parabolæ meminit, dum dicit, vel igne purgata (hoc propter diuitem) vel in rore benedictionis refrigerata (hoc propter Lazarum) at illa iusti iudicis sententia: Abibunt hi quidem ad æternum supplicium, iusti verò ad vitam æternam: nondum ante iudicium locum habet in his.

Luc. 16. — *Matth. 25.*

Sed haud scio quomodo hæc de huiusmodi anima cogitare oporteat. Nomẽ enĩ retributionis & remunerationis aliquid oportere prorsus antè præbitum esse significat: at ei, qui omnino non vixit, materia aliquid præbendi prærepta est. in quibus autem datio non est, nec compensatio quidẽ & retributio propriè nominabitur. Vbi autem retributio nõ est, neque bonum neque malũ, quod vel speretur, vel metuatur, propositũ est. Id enim nomen eorum, quæ in alterutram partem intelligũtur, cõpẽsationẽ & retributionẽ promittit: ꝙ autẽ neq; in bono neq; in malo inuenitur, in nulla re prorsᵘ est, sine medio est enĩ eiusmodi oppositionis cõtrarietas, boni & mali inquã, quorũ neutrũ continget ei, qui non alterius exemplum & specimen præbuerit. Quod igitur in nulla re est, ne esse quidem prorsus aliquis dixerit: Quod si quis tale & esse, & in bonis esse, dicat, Deo bona talibus dante, non reddente: quã huius attributionis causam afferet? vbi iustitiam in hac attributiõe simul in esse oratione demonstrabit? quomodo autem hanc opinionem cum Euangelicis vocibus concordantem ostendet? Illic quidem tanquam ex

Regnũ dei quare datur.

negocio

negocio contracto regnũ eos, qui digni habentur conſequuturos eſſe dicit. quoniam enim hoc & hoc, inquit, feciſtis, æquum eſt, vt regnum loco remunerationis accipiatis. hic verò cum nullum neque factum neque voluntas ſubſit: qua ratione & occaſione quis dicet, etiam his à Deo contingere id, quod ex retributione & compenſatione ſperatur? Quòd ſi quis ſine vlla excuſſione & examinatione huiuſmodi opinionem amplecteretur, quaſi prorſus in bonis futurus ſit is, qui hoc modo prodierit in vitam, ex hac opinione meliore conditione beatiorque eſſe videbitur, qui vitæ particeps omnino non eſt, quam qui viuit, ſi quidem ille proculdubio bonorum particeps erit, etiam ſi barbaros parentes habeat, & iuſtis legitimiſque nuptiis conceptus non ſit: illius autẽ vitæ, qui id, quod natura capit atque conſueuit, viuendo tempus exegerit, prorſ⁹ vel maior vel minor coinquinatio vitioſitatis admiſcebitur: aut ſi penit⁹ à cõmunione mali vacuus erit, multis ei ad hoc ipſũ ſudorib⁹ & laboribus op⁹ erit. Nõ em̃ abſq; negocio, qui virtuti ſtudẽt, eã aſſequũtur: neq; abſq; labore hominib⁹ cõtingit, vt à malis voluptatis alieni ſint adeò vt prorſus oporteat eum, qui diutius in vita futurus ſit, altero ex duobus moleſtis implicatum conflictari, vel nunc in laborioſo exercitio virtutis decertantem, vel tũc propter vitam per malitiam & nequitiam tranſactam, in retributione triſtium & acerbarum rerum cruciatus & dolores tolerantem: in præmaturis autem nihil eſt eiuſmodi. ſed protin⁹ eos, qui in immatura ætate ex hac vita trãſlati ſunt (ſi modò vera eorum, qui ita ſuſpicantur & credunt, opinio eſt) bona ſors atque cõditio excipit. Ergo ex conſequenti rationis carẽtia, etiam ipſa ratione eſſe præſtantior & optabilior oſtendetur: & virtus nullius precij per hæc apparebit. Nã ſi nullum damnum ac detrimentum, quantum ad vſum & participationem bonorum attinet, accidit ei, qui particeps virtutis nõ fuit, vanum & inutile eius ſtudium fuerit, quum ſtatus & ordo rationis expers priores partes in iudicio Dei obtineat. Hæc & huiuſmodi omnia, cum animo agitares, hortatus es me, vt huius rei rationem ſcrutarer, vt per conſequentem & conſentaneam queſtionem ac diſputationem nobis in aliqua firma opinione de hac re mens ſtatueretur. Ego verò animaduertens quanta difficultas ac perplexitas inſit in ea quæ nobis ad conſiderandum & contemplandũ propoſita quæſtio eſt, conuenire quidem opinor etiam præſenti commentationi apoſtolicam vocem, qua ille vſus eſt in arduis & mentis cogitationi inacceſſis & incomprehenſibilibus quæſtionibus: O altitudo, inquiens, diuitiarum & ſapientiæ & cognitionis Dei: quàm inſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit mentem Domini? ſed quoniam rurſus apoſtolus ait, proprium ſpiritualis eſſe, omnia ſcrutari, indagare, exquirere & examinare: atque cõmendat eos, qui à diuina gratia in omni ratione omnique cognitione ditati ſunt: rectè me facturũ eſſe cẽſeo, ſi quoad eius fieri poterit, inquiſitionẽ & inueſtigationem nõ negligam, neque quod in his quæritur, ita deſpiciam atque contemnam, vt id abſque ſcrutatione atque contemplatione prætermittam ne ad ſimilitudinem argumenti propoſitæ quæſtionis, oratio quoque de ea re imper-

Felicior an ſit qui obiit immature.

Rom. 11.

1. Cor. 2.

a fecta euaneſcat, vel etiam ante tempus veluti infans aliquis modò natus, prius quàm in lucẽ prodeat & augeſcat, tanquam morte quadam, in quæſtione veritatis deficientium ignauia atque ſocordia intereat atque corrumpatur. Haud igitur incommodum exiſtimo non ſtatim à fonte & initio more oratorum in iudiciis decertantium cum oppoſitionib⁹ implicari atque cõfligere, ſed quodam orationi impoſito ordine, per conſequentia propoſitæ quæſtionis producere commentationem. Quis nã igitur eſt ille ordo? Noſce primùm vnde natura humana & cuius rei gratia procreata ſit. Si enim hæc nos non fugerint, nec à propoſita

b quidem nobis cõmẽtatione aberrauerimus. Iam verò ſuperuacuum fuerit oratione probare, quòd quicquid ſecundum Deum in rerum natura, tum mente percipitur, tum videtur, ex ipſo Deo eſſentiam habeat: cùm nemo, opinor, eorum, qui vtcũque rerum veritatem contemplati fuerint, huiuſmodi opinionem oppugnaturus ſit. Cõſtat enim inter omneis ex vna cauſſa pendere res vniuerſas vllamque rem ipſam ex ſeſe eſſentiam habere, neque ſui ipſius principium & cauſam eſſe, ſed vnã quidem eſſe naturam non creatam & ſẽpiternam quæ ſemper ſimiliter & eodẽ modo ſeſe habeat, omni interuallari intellectu ſuperior, incrementi

c diminutioniſque expers, quæ vltra omnem terminum eſſe cõſpiciatur & intelligatur: cuius opus ſit & tempus & locus, & his conſequentia omnia ac ſi quid ante hæc cogitatio comprehendit, tum ſola mente comprehenſile, tum ſupramũdanum: vnum autẽ ex iis, quæ facta ſunt, naturam quoque humanam eſſe dicimus oratione quadam diuinæ doctrinæ duce ad hoc vtentes: quæ ait, omnibus à Deo ad generationem productis, hominẽ quoque ſuper terram creatum eſſe, cuius natura ex diuerſi generis rebus contemperata ſit diuina intellectualique natura ad eam, quæ cuiuſque elemẽti ei cõtributa eſt, portionem admixta: hunc autem

d idcirco factum eſſe à creatore, vt eſſet diuinæ atque ſuperæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum. Commodius autem fuerit etiam ipſam in medium afferre dictionẽ, quæ talis eſt: Et fecit inquit, Deus hominem, ſecũdum imaginem Dei fecit eum. Porrò cauſſam creationis huius animalis, quidam eorum, qui ante nos fuerunt, hanc reddiderunt, quòd cùm bifariã diuiſa ſit omnis creatura, quẽadmodum inquit Apoſtolus, in viſibile ſcilicet, & inuiſibile: per inuiſibile quidẽ, id quod mẽte percipi poteſt, & incorporeum: per viſibile autem, ſenſibile & corporeum ſignificatur. Cùm igitur in hæc duo diuiſa ſint omnia quæ ſunt, in ſenſibile, inquam, & in id, quod per mentis agitationem & cogitationem conſideratus & intelligitur: atque angelica quidem & incorporea natura (que ex inuiſibilibus eſt) in ſupramũdanis & ſupercœleſtibus partibus domicilium habeat, propterea quod ea ſedes illi naturæ conueniens & accommodata ſit: nam ſicut natura intellectualis tenuis quædam, pura, ponderis expers & agilis eſt, ita corpus quoque cœleſte, tenue, leue & ſemper mobile eſt: terra autem, quæ extremum nimirum ex ſenſibilibus eſt, eum ad hoc apta atque accommodata non ſit vt in ea degant ea, que ſola mente comprehenduntur (quam enim communionem habeat id quod leue eſt, ac ſurſum fertur, cum eo,

qnod

Vnde & quare natura humana ſit creata.

Videntur aliqua verba hic deſiderari in apographo.

Geneſ. 1.

Creationis humanæ cauſa.

quod graue ac ponderosum est?)ne terra penitus expers ac vacua esset ab intellectuali & incorporea conuersatione. idcirco prouidentia meliori, cùm A intellectuali diuinæque animæ naturæ terreoa portio circúdata & obducta esset, aiūt humanam conflatam esse naturam, vt per eam, qua cum pondere corporis coaluit coniunctionem, aptè atque accommodatè viueret anima in elemento terræ, quæ nónihil cognationis & affinitatis habet cum natura carnis. Hæc autem omnia huc spectant, vt nimirum in omni creatura per intellectualem naturam glorificaretur & celebraretur ea virtus & potestas, quæ suprà præsidet rebus vniuersis, tum cœlestibus, tum terrestribus, per eandem efficientiam (dico autem per hoc, vt ad Deum respiciant B ad eandem intentionem inter sese coniunctis. Porrò efficientia respiciendi ad Deum, nihil est aliud, quàm vita intellectuali naturæ conueniens & accommodata. Quemadmodum enim terreoa corpora terrenis conseruātur cibis, ac corpoream quandam in his vitæ speciē deprehendimus, quæ in brutis pariter & ratione præditis exercetur: ita ponere oportet esse quandā etiam mentis intellectu comprehensibilem & inuisibilem vitam, per quam in sua essentia natura conseruatur. Quòd si carnis alimentum affluere ac diffluere solitū, per transitum ipsum vim quandam vitalem submioistrat quibus ingestum fuerit: quanto magis partiC cipatio eius, qui reuera est, qui sēper manet, atque eodem modo semper se habet, in sua essentia conseruat eum, qui particeps eius fuerit. Si igitur hæc propria conueniensque intellectuali naturæ vita est, si Dei particeps fit, nequaquam per contraria participatio contigerit, nisi aliquo modo id, cuius participatio est, cognatum fuerit ei, quod appetit & particeps esse cupit. Vt enim oculo visus atque fruitio splendoris contingit ex eo, quòd naturalē in sese splendorem habet ad apprehensionem eius, per perceptionem eius, quod eiusdem generis est: ac neque digitus, neque aliud vllum corporis membrum visū exercet, propterea quòd nullus in alio D quopiam membrorum à natura inditus sit splendor: ita planè necesse est etiam in participatione Dei quiddam cum eo, cuius fruitio atque participatio est, cognatū esse in natura fruentis. Idcirco scriptura dicit, secundum imaginem Dei hominē esse factū, vt per id quod simile est, simile, opinor, videret. Deū autem videre, vita animæ est: quemadmodum in præcedentibus dictum est. Quoniā autem eius, quod verè bonū est, ignorantia, veluti nebula quædam perspectiuæ animæ facultati tenebras offudit: nebula verò densata nubes facta est, adeò vt per profunditatem ignorantiæ radius veritatis penetrare non possit, necessariò vnà cum priuatione lucis etiam vita ipsius defecit. Dictum est enim veram animæ vitam, per boni participationem exerceri: ignorantia verò Dei contemplationi atq; cognitiōi efficiēte vita excidisse animā, quæ dei particeps nō fit. Porrò nemo nobis necessitatē imponat originē ignorātiæ exponēdi vnde hæc īgniés, & à quo: sed ex ipsa significatiōe nōis intelligat, quòd scientia atque igoorātia indicent, animam aliquo modo sese ad aliquid habere. Nihil autem eorum, quæ ad aliquid & intelliguntur & dicuntur, substantiam exprimit atque demonstrat. Alia enim est eius, quod ad aliquid dicitur,

Homo creatus vt deū glorificaret

Simile

Simile.

Gen. 1.

Videre deū, animæ vita.

Scientia & ignorantia.

& alia substantiæ ratio. Si igitur scientia substantia non est, sed mentis circa aliquam rem actio, multò magis certum atque extra controuersiam est, ignorantiam longè abesse ab eo, vt substantia sit. Quod autem secundum substantiam non est, nec omnino quidē est. Absurdū igitur nec vanū fuerit de eo quod nō est, vnde sit, curiose inquirere. Qm̄ igitur vitā quidē aīæ, Dei participatioē esse sermo dicit: eaque participatio in eo versatur vt quantum ei licet & capit, scientia prædita sit: ignorātia autem non alicuius substāia, sed eius, quæ per scientiam fit, actionis interitus atque peremptio est: ac necessariò consequitur, vt vbi participatio Dei non exercetur, priuatio & alienatio vitæ sit: (id autem malorum fuerit extremum:) cō sequenter omnis boni factor curationem mali in nobis operatur. Bona enim res curatio est. at modum curationis prorsus ignorat, qui non respicit ad mysterium Euangelicum. Cùm igitur malum esse demōstratum sit, si à Deo, qui est vita, alienati sim⁹: curatio eiuscemodi infirmitatis erat, Deo rursus coniungi atque conciliari, & in vita versari. Cùm ergo hæc vita per spē humanæ naturæ proposita sit, non propriè dici potest remunerationē eorum, qui bene vixerunt, participationem & vsum vitæ fore, & supplicium vice versa. sed quod dicitur simile est ei, quàm de oculis in medium afferimus similitudini. Neque enim ei, qui oculos purgatos habet præmium quoddam & honorarium esse dicimus eorum, quæ cerni possunt animaduersionem: aut oculis laborantis, contrà, condemnationem quandam & pœnalem sententiam quò nō cōpos est efficientiæ vidēdi. Sed vt necessariò consequitur, vt is, qui secundum naturam dispositus est, videat, is verò, cuius ex morbo natura vitiata ac deprauata est, visionem non exerceat: eodem modo beata quoque vita cognata ac propria eorū est, quibus animæ sensoria purgata sūt: in quibus autem ignorantiæ vitium, quasi quædā lippitudo participatiōi veri luminis officit, necessariò sequitur, vt non participes sint eius, cuius participationem & vsum vitam esse dicimus participantis. His igitur à nobis hoc modo distinctis & explicatis, tempestiuum fuerit propositam nobis oratione tractare atque discutere quæstionē. Huiusmodi autem quiddam erat quod proponebatur. Si pro eo, quod iustum est, bonorum remuneratio atque retributio fit, in quibus versabitur is, qui infans in tenera ætate vitam finiuit, neque boni in hac vita neque mali quicquam conatus & exorsus, vt per hæc ei pro merito retributio fiat: Cui ad consequentiam eorum, quæ examinata sunt, respicientes respondebimus quòd bonum, quod expectatur, secundum naturam quidem humani generis propriū est: dicitur autem secundum quendam intellectum idem etiam retributio, atque eadem rursus similitudine seorsus hic explicabitur. Ponātur enim in oratione nostra duo quidam, qui in morbum quendam inciderint oculorum, quorum vnus maiori cum studio magisque sedulò sese curationi permittat, omnia, quæ ab arte medica adhibeantur, quātumuis etiam dolorē facientia, sustinens: alter verò à balneis & nimio vini vsu sese minus abstinere possit, nullum medici consilium quod ad sanitatem oculorum pertineat, admittens. Dicimus igitur ad finem

Ioan. 1.

Remuneratio bonorū.

finem & euentum vtriusque spectantes, vtrunque suæ voluntatis dignos recipere fructus: hûc A quidem priuationem, illum verò vsum & fruitionem lucis. quod enim necessariò sequitur, id per abusionem, retributionem & compensationem nominamus. Hæc etiam ad ea, quæ de infantibus quæruntur, dici possunt, quòd illius vitæ vsus atque fruitio, propria quidem humanæ naturæ sit: sed cùm ignorantiæ morbo omnes propemodum, qui in carne viuunt, correpti sint: qui quidē idoneis & cooperātibus curationibus sese expurgauerit, & veluti lippitudinem quandam à perspectiua vi animæ ignorantiam quasi detraxerit, abluerit atque sustulerit, dignum, studio lucrum consequutus in ea, quæ secundum naturā B est, vita versatur. qui autem ea, quæ per virtutem adhibentur, purgatoria fugit remedia, curatuque difficilem sibi per fallaces voluptates ignorantiæ morbum efficit, præter naturam dispositus & affectus alienus est ab eo, quod secundum naturam est, & expers fit eius vitæ, quæ nobis propriè conuenit & accommodata est. At puellus infans simplex omnisque malitiæ expers, nullo etiam nunc oculorum animi morbo participationi lucis officiente, in eo, quod naturale est, versatur, sanitate, quæ per purgationem contingit, non indigens: quippe nec ab initio quidem prorsus in C animum morbum admisit. Ac mihi præsens vitæ ratio per quandam conuenientiam atque proportionem affinis & propinqua esse videtur ei vitæ, quam expectamus. Quemadmodum enim prima infantum ætas mamma ac lacte nutrita educatur: deinde alius conueniens ei, cui adhibetur, excipit cibus, qui idoneus & proprius sit eius, qui enutritur donec ad perfectam peruenerit ætatem: ita opinor etiam animam per ea quæ semper competentiā sibi atque accōmodata sint, ordine atque consequentia quadam participem fieri eius vitæ, quæ secundum naturam est quantam capit ac potest, de iis, quæ in beatitudine pro D posita sunt, partem capientem, quemadmodum etiam id à Paulo didicimus, aliter nutriente eum, qui iam per virtutem creuerit, aliter infantem & imperfectiorem. nam ad huiusmodi quidē dicit: Lactis potu vos alui, & non cibo: nondum enim poteratis. ad eos autem qui iam impleuerāt mensuram ætatis, quæ ratione ac mente percipitur, Perfectorum autem est, inquit, solidus cibus, qui per habitum sensoria habēt exercitata. Quemadmodum igitur dici non potest, in similibus esse virum & infantem, etiamsi neuter eorum morbo aliquo implicetur: (quo pacto enim in paribus versari deliciis possint, qui earundem rerum participes non sunt?) sed morbo quidem nullo affligi, & in hoc, & in illo similiter dicitur, quandin E passionis & afflictionis vterque expers est: sed fructus deliciarum non amplius ab iisdem similiter percipitur. (Nam huic quidem licet vel orationibus delectari, vel rebus præesse, vel cum laude ac gloria magistratus gerere, vel benefaciendo hominibus egentibus clarescere, vel si res ita tulerit cum vxore, quæ cordi sit, matrimonio iunctum esse, ac domui præesse: ac si qua alia per hanc vitam vnà cum his iucunda licet inuenire, tum acroamata, tum spectacula, venationes, lauachra, gymnasia, conuiuales animi delectationes,

Simile.

1.Cor.3.

Heb.5.

Quibus delectetur vir

ac si quid aliud eiusmodi est. At infanti deliciæ sint lac, nutricis vlnæ quieta ac placida motio, quæ & somnum inuitet & demulceat. nam imperfectæ ætatis ea natura est, vt quæ superet hanc, oblectationem nō capiat) eodē modo, qui per virtutē in hac vita animas nutriuerunt, &, vt loquitur apostolus, mentis suæ sensuum instrumenta exercuerunt, si ad incorpoream illam vitam traducantur, pro oratione habitus ac potentiæ, quæ in ipsis insit, diuinarum deliciarum participes erūt, vel maiorem vel minorem, secundum præsentem cuiusque potentiam propositorum partem capientes. At anima, quæ virtutem nondū gustauit, eorum quidem malorū, quæ ex improbitate ac nequitia oriuntur, vt quæ ab initio prorsus in malitiæ morbum non inciderit, expers manet: illius autem vitæ, quam Dei tum cognitionem tum participationem esse, oratio superior definiuit, tātam in initio partem capit, quantæ capax est id, quod enutritur quoad tanquam cibo quodam conuenienti & ac commodato ad contemplationē eius, qui reuera est, gradus effecta maioris partis capax efficiatur, largiter & abundè pro arbitrio partē capiens eius qui reuera est. Ad hæc respicientes malorū quidē, quæ ex improbitate ac nequitia existunt, pariter expertem animam esse dicimus tum eius, qui per omnē virtutē progressus facit, tum eius, qui ne vitæ quidē penitus particeps fuit non tamen in eodē statu atque cōditione pari vtriusque horū cōuersatione vitæque traductionē esse intelligimus. hic enī cœlesteis, vt ait propheta, narrationes, per quas gloria Dei annunciatur, audiuit, & per creaturam ad considerationem Domini creaturæ deductus est, & ad cognoscendam eam, quæ verè sapientia est, magistra vsus est ea sapientia quæ in rebus vniuersis consideratur, & inesse intelligitur atque huius lucis pulchritudine animaduersa, per conuenientē similitudinē ac proportionem, veræ lucis pulchritudinem considerauit & intellexit: & per soliditatem ac firmitudinem terræ, eius, qui fecit eam, didicit immobilitatem ac stabilitatem. Immensa quoque cœli magnitudine animaduersa, ad infinitam & indeterminatam potētiam res vniuersas in se continentem deductus est. conspectisque radiis solis ab tantis altitudinibus ad nos vsque pertinentes, per ea quæ apparent, prouidentiæ diuinæ efficientis facultatem non deesse credidit, vt ab altitudine Deitatis ad vnumquēque nostrum descendat. Nam si vnum luminare & communiter quicquid subiectum est, illuminatrice vi occupat & comprehendit, & omnibus vtentibus atque fruentibus seipsum impartiens, totus vnicuique & indiuisus adest: quāto magis luminaris fabricator & omnia in omnibus vt apostolus loquitur, existit & vnicuique adest, tantum sese exhibens, quantum subiectum capit. Quinetiam si quis vel spicam super terram conspexerit, vel ex planta germen enatum, vel racemum maturum, vel autumni pulchritudinem tum in fructibus tum in floribus, vel spontè prouenientem herbam, vel montem ad æthereum altitudinem à cacumine pertinentem, & fonteis in locis depressis vberum in modū ex lateribus & hiatibus montis affluentes: tum amnes per concaua loca fluentes, tum mare, quod & omnia vndique flumina excipit, & in

Infantis deliciæ.

Infātes malorum expertes esse.

Cognitio dei etiā ex rebus creatis percipitur.

sua mēsura manet, fluctusque littoribus terminat, & non vltra constitutos fines in continentem mare erūpens: hæc & huiusmodi si quis consideret, quo pacto non omnia ratione comprehendat, per quæ theologis cognitio existit Eius, qui est? nunquid partiam sibi vim ad participationem illarum deliciarum comparauit? vt omittam interim disciplinas, quibus mens ad virtutem acuitur, geometriam astronomiamque. & eam, quæ per numerum cōtingit, cognitionem veritatis, atque omnem rationem ac viam demonstratiuam eorum, quæ ignorantur, & confirmatiuam eorum, quæ comprehensa & intellecta sunt: adhæc item diuinæ scripturæ philosophiam, quæ perfectam iis, qui per eam diuina fuerint edocti mysteria, affert purgationem. At is, qui harum rerum nullius cognitionem adeptus est, neque per mundum ad cognitionem supramūdanarum rerum quasi manu ductus est, simplex adeò, tener & inexercitatus menteque incultus vitam transiens, nō in ijsdem versetur, in quibus superiorem illum versaturum oratio demonstrauit, vt idcirco non amplius iuxta prolatam à nobis oppositionem, beatior esse ostendatur is, qui vitæ particeps non fuit, eo qui præclarè particeps eius fuit. Nam eo quidem, qui cum vitio nequitiaque vixit, non modò simplea vitijque ac malitiæ expers, verumetiam is forsitan, qui nec prorsus quidem ab initio prodijt in vitam beatior fuerit. tale enim de Iuda quoque per Euangelicam vocem didicimus, quòd in talibus is qui penitus in rerum natura non est, eo qui cum vitiositate prouenit in rerum naturam, meliore conditione sit. Nam illi quidem ob profunditatem innatæ vitiositatis in infinitum prorogatur ea, quæ per purgationem fit pœna: eum verò, qui non est, quomodo dolor attingere possit? Quòd si quis comparat immaturam infantium vitam cum ea, quæ secundum virtutem agitur, is reuera infans & importunus est, qui huiusmodi iudicio de rebus vtatur. Interrogas ergo cuius rei gratia in ea ætate quis è vita subducitur? quid per hoc diuina sapientia prouidendo canet? Quòd si de his quidem dicas, quæ illegitimum partum arguunt, & idcirco à parentibus de medio tolluntur, immeritò malitiæ operum à Deo rationem reposcas qui ea, quæ in hac parte non rectè facta sunt, in iudicium adducit. Sin autem aliquis etiamsi diligenter educetur & curetur à parentibus, votaque ab iisdē pro eo studiosè suscipiantur, vitæ tamen particeps non est morbo ad mortem vsque inualescente: (quod solius haud dubiè caussæ est) hāc de talibus coniecturam facimus, quòd perfectæ prouidentiæ sit, non modò morbos cōtractos curare, verumetiam ne ab initio quidem prorsus aliquis in rebus vetitis versetur, prouidere. Verisimile enim est eum, qui id quod futurum est æquè atque præteritum cognouit, progressum vitæ infantis ad perfectionē prohibere, ne quod vi præscia malum animaduersum est, in eo, qui ita victurus fuisset, perficiatur, atque ei, qui ea voluntate arbitrioque victurus fuisset, vitii nequitiæque materia vita fiat. Atque hunc intellectum similitudine quadam facile fuerit exprimere atque repræsentare. Sit enim exempli gratia, ex omni genere ciborum opiparum quoddam ac dubium conuiuiis epulum propositum. huic præsit ea conuiuis is, qui exactè cuiusque naturæ proprietatem nouerit, quid tali quidem temperamento atque complexioni commodum, quid item noxium & incommodum sit: addita sit item huic cū authoritate potestas & officium quoddam, vt ad suum arbitrium alium quidē vti & frui appositis sinat: aliū verò prohibeat, & omnia faciat ad hoc, quo quisque suo temperamento atque complexioni commoda conuenientiaque attingat, ne vel morbo obnoxius per esculenta materiam morbo adiiciens conficiatur, vel robustior incommodo cibo molestiam ea humorum abundantia cōtrahat atque laboret. In his aliquis vinolentiæ addictus vel ex medio conuiuio educatur, vel cùm incipiat inebriari: vel in finem vsque permaneat in cœna, hæc ita præfecto administrāte, vt nullum ea abūdantia atque ebrietate mentisque deprauatione malum existens in medio relinquatur, sed perpetuus decor & honestas in mensa seruetur. Quemadmodum igitur ei, qui à nidore condimentorū auellitur. priuatio eorum, quæ cordi sunt, ingrata atque iniucunda est, atque importunitatis ac temeritatis cuiusdem præfectum condemnat, quasi inuidia quadam & non prouidentia ab oppositis arcentem, sed si ad eos, qui prorogatione ebrietatis vomendo, caputque grauatum iactando, ac temerè quæ non decet proferendo, etiā nunc se turpiter gerētes respiciat. gratiam habet ei, qui antequam talia sibi acciderent, ab immoderata repletione eum prohibuerit. Si igitur similitudo à nobis intellecta est, facile fuerit in ea comprehensam à nobis speculationem ad propositum sensum accōmodare. Quid enim erat propositū? Cuius rei gratia cùm plurimum studii parentes in hoc ponant, vt suarum sibi facultatum successor reseruetur? Deus sæpe ante tempus ac præmaturè in imperfecta ætate abripi sinit id quod natum est. His qui ita interrogant, referremus conuiualem illam similitudinem, quòd cùm multum ac varium esculentorum apparatum vitæ mensa habeat: (intellige autem mihi secundum peritiam rei culinariæ artisque condiendorum ciborum non omneis vitæ partes voluptatis melle dulcescere, sed alicubi etiam acerbioribus casibus vitam condiri: qualia nimirum artifices voluptatum ad epulas & ventrem pertinentium excogitant, & tractant vel acrioribus, vel salsuginosis, vel astringentibus appetitus conuiuarum excitantes.) quoniam ergo non per omnia negocia officiaque vita suauis & iucunda est, sed in aliquibus etiam salsamentum obsonium est, vel astrictina, vel acerosa, vel mordax quædam & acris qualitas ingesta & quasi rebus intrita sūptu difficilem efficit vitæ cibum conditum: pleni item variæ mixturæ fraudis crateres sunt: quorum alii quidem inflationis vitium per fastus fraudem ingenerant, alij vero in temeritatem ac vecordiam deuocant eos, qui imbiberint, aliis item male quæsitorum vomitum per turpem solutionem mouent: ne ergo in tali mensæ apparatu diutius immoretur, qui non rectè ac decenter conuiuio vtatur, citius educitur ex cœtu atque consessu conuiuarum, id lucri faciens, quod in illa molestia atque turpitudine non versetur, quarum rerum immoderata sumptio helluonibus consiliatrix existit. Hoc est, quod dico perfectæ atque

Ou habetur pro quo lego, I. seruata in reliquis lectione prioris exemplaris.

Beatior an sit qui nullius rei cognitionem adeptus decessit.

Matth. 26.

Infantes quare decedant.

Simile.

Videtur hic altera periodi pars desiderari: aut certè oratio est defectiua.

stiphou est in apographis: ego lego, triphou bene an secus, ambigo.

atque absolutæ prouidentiæ opus esse, non solum contractos curare morbos, verum etiam prohibere antequam contrahantur. Quam adeò opinionem etiam de morte infantium modò natorum habemus, quod is, qui ratione omnia facit humanitate adductus vitiis materiam aufert spatium temporis voluntati per vim præsciam notatæ & animaduersæ non dans, vt per opera in nequitiæ vitiisque excellentia ostendatur, qualis sit cùm ad malum impetum habeat & effectum. Sæpenumero autem per huiusmodi etiam casus simulatam atque prætensam auaritiæ necessitatem arguit is, qui vitæ conuiuium constituit, vt opinor, nudatus speciosis prætextibus ac velamentis auaritiæ morbus appareat nullo falso tegumento obumbratus. Nam vulgò plerique aiunt, idcirco se cupiditati rem agendi indulgere, vt ditiores ex sese natos reddant, quorum morbum proprium esse, & ex necessitate non innasci arguit in excusabilis auaritia eorum, qui liberis carent. Multi enim, cùm nec habeant multorum labore partorum bonorum successores, nec aliquando habituros esse se sperent, pro infinitis liberis multas intra sese cupiditates alunt, non habentes in quos cōferunt huius morbi necessitatem. Quòd si quid malè in vita versantur, ac dedita opera consultoque crudeles, truces atque tyrannici sūt, omnibus libidinibus obnoxij, iracundia præcipites, à nullo incurabili malo abstinentes, latrones, homicidæ, patriæ proditores, ac si quid his est detestabilis, magis ve nefarium & execrandum: veluti patricidæ, matrum pulsatores, liberorum interfectores, & quadam quasi rabie mentis legibus vetitos concubitus sectantes: qui cùm tales adeò sint, in hac nequitia atque vitiositate consenescunt: quomodo dicet aliquis hæc congruere & conuenire cum iis, quæ suprà quæsita atque tractata sunt? Nam si is, qui præmaturè abripitur, ne iuxta similitudinem conuiuii æd finē vsque in vitijs huius vitæ quasi helluetur atque debacchetur, prouida quadam cautione ac beneuolentia ex vitali subducitur conuiuio: qua de caussa, qui talis est, vsque ad senectutem in conuiuio debacchatur, noxiam tum sibi, tum compotoribus & conuiuiis malorum crapulam offundens? Ad quos dicemus nihilominus etiam in his prouidam Dei administrationem elucere. Nam quicunque diuinam quidem potentiam considerat, is planè animaduertit, quod etiam illum, qui ad eum modum improbitatis progressus sit, longi cuiusdam temporis circuitu per æonium purgationem atque expiationem ordini eorum, qui seruantur, restituere possit. quis nam enim adeò non cōsiderauit diuinam naturam, vt cùm videat cæteras res diuinas: quas præstanti virtute solo motu voluntatis effecit, circa hoc solùm vires ei deesse putet? nam si quis more hominum res perpendere atque scrutari velit, difficilius reperietur cœlum & terram atque omnem in his ornatum, cùm non esset, in rerum naturam producere, quam animam per vitiositatem in errorem lapsam denuo reducere ad vitam naturalem. itaque benigna voluntas nec in his quidem cessauerit. Cæterum horum vitæ diuturnitas in vitio atque nequitia transactæ, non à Deo caussam &

Auaritia eorum qui carent liberis.

Hæc quæ sequuntur, vsque ad, Sed cur prorsus, ad ieci postea reperta in exemplari, quod mihi dominus Marc. Fuggerus ex bibliotheca domini Ioannis Iacobi sui fratris patruelis confecit.

originem habet. Nam viuendi quidem facultatē ab eo qui vitam fecit, accepit: sed malè viuendi præceptrix ac dux est sua cuique propria voluntas: quæ si ad hoc inclinationem propensionemque non haberet nec omnino quidam homo in vitiositate malitiaque versaretur. Malum enim & vitium ex propria natura nullum est, quod non in libero arbitrio malè viuentis creetur. Si igitur vitij atque malitiæ, quæ in aliquo conflatur, Deus author non est, nulla iam amplius probabili ratio ne horum per nequitiam vitæ caussa in illum conferatur. Sed cum, prorsus inquies, hunc quidem prouida beneuolentia subducit ex vita prius quā per malum voluntas perficiatur, illum verò relinquit talem fieri, vt melius ipsi esset penitus natum non esse? Ad hoc item eiusmodi quandam benignioribus & æquioribus rationem reddemus, quòd sæpenumero vita eorum, qui bene vixerint etiam iis, qui ex ipsis nati sunt, caussa melioris conditionis est. Atque sexcenta horum ex diuina scriptura testimonia sunt, quibus apertè docemur, eius curæ beneficiique quod digni à Deo consequuntur, etiam ex ipsis progenitos vnà participes esse. Haud contemnenda autem sors fuerit etiam alicui impedimento fuisse ad malitiam & nequitiam, qui iuxta illam omnino victurus fuisset. Sed quoniam hîc in rebus incertis oratio coniecturis vtitur, nullus omnino reprehenderit, si in multas partes coniectura mentem diducit. Non solum enim authoribus generis gratificantem Deum dixerit aliquis ex improba vita subducere eum, qui in ea victurus fuisset: verum etiam si nihil eiusmodi sit in iis, qui præmaturè abripiuntur, haud absurdum fuerit opinari, atrocius ac periculosius illos sese in vitiosa vita gesturos fuisse, quàm illorum quenquam, qui ob vitam nequam atque improbam nobilitati fuerint. Nam nihil fieri sine L eo ex multis rebus didicimus: rursum verò non fortuita esse, nec ratione carere ea, quæ diuinitùs administrantur, nemo non concesserit, sciens quòd Deus ratio ac sapientia est, & omnis virtus ac veritas. nihil autem rationis, ratione caret: neque sapientis aliquid insipiens est: neque tum virtus, tum veritas admiserit atque sustinuerit id, q cum virtute coniectū ac veritatis particeps nō fuerit.

Deus non est author malorum.

Bona vita parentum etiam liberis prodest.

SCHOLION LAVRENTII SIFANI INTERPRETIS.

Hanc vocem reliqui Græcam, vtpote mihi suspectā erat enim exemplar Græcum, vnde ista descripsi, recens quidem, sed valde negligenter descriptum, & fœde mendosum. Dictio autē αἰὼν, αἰῶνος, αἰώνι *(vnde* æonios*) variè accipitur apud varios authores, alias enim vitam, & animam, vitæque humanæ spatium, & ætatem alias tempus mille annorum, alias tempus septies mille annorum à mundi creatione vsque ad resurrectionem hominū vniuersorū, alias tempus æternū & infinitū, spinæ dorsi item, atque adeò totius corporis medullam. qua nam hæc significationum huic loco, modò corruptus non sit, conueniat, ego qui theologus non sum, iudicare non possum. vel lem quidem certè fideliter vertere quod suscepi.*

Siue igitur secundum iam dictas caussas præmaturè & ante tempus aliqui abripiuntur, siue quid etiam aliud, præter ea, quæ dicta sunt, est, assentiri conuenit, hæc intentione atque prorsus consilio fieri meliore. Noui autem quandam etiā aliam

rationem, quam à sapientia apostoli didici: per quam nonnullis, qui nequitia excellerent, ad arbitrium suum viuere permissum fuit. Cùm tractasset enim diutius eiusmodi sententiam in epistola ad Romanos, & ex aduerso subiecisset sibi id quod ex consequentia opponebatur, non iam amplius rectè accusari malū, siquidem diuinitus habeat, vt malus sit, qui prorsus futurus nō fuisset, si noluisset is, qui potitur rerum vniuersarum: sic occurrit orationi per profūdiorē quandam speculationem, oppositionem soluens. Ait enim Deum cuique id, quo dignus sit, tribuentem alicubi nequitiæ quoque intentione atque consilio quodam meliore locum dare. Idcirco enim passum esse nasci atque adeò talem nasci, Ægyptium illū tyrannum, vt illius plaga Israël multus ille populus omnemque ex numeris collectam cōprehentionem excedens erudiretur & institueretur. Nā cùm æqualiter diuina potentia per omnia cognoscatur, & ad benefaciendum iis, qui digni sunt, sufficiens sit, & ad punitionem nequitiæ facultas ei non desit, quoniam omnino oportebat populum illum deduci ex Aegypto, ne qua eis Aegyptiorum malorum, quod ad vitæ errorem attinet, communio contagioque accideret: idcirco aduersarius ille Dei, propter omnem nequitiam nominatus & nobilitatus Pharao in vita eorum quibus bene fiebat, & exortus est, & floruit, vt duplici efficientia Dei in vtrisque distributa iustam vtriusque cognitionem Israël acciperet, dū id quidem, quod melius erat in seipso disceret, tristius autem, in iis, qui ob nequitiam & maluā flagellabantur, videret, cùm excellentia sapientiæ su e Deus nimirum etiam malum ad adiuuandū bonum tractare & accommodare sciat. Opus eō erat artifici (si etiam nostris verbis apostolicum sermonem confirmari oportet) opus igitur erat per artem ex iubenti ferrum ad vtile quoddam vitæ instrumentum non solùm eo, quod ex naturali quadam teneritate ac molitudine facilè arti cederet, verumetiam si admodum durum, rigidum atque resisteos ferrum sit etiamsi non facilè per ignem molescat, & ad aliquod vitæ necessarium instrumentum ob renitentiam ac firmitudinem suam excudi ac formari non possit, etiam huius ais adiumentum requiri. Nam pro iocude talis vtetur, vt ictibus in ea ferrum tenerum & ad opus aptum ad aliquod vtile instrumentum excudatur & efformetur. Sed dicet aliquis, quòd non omnes in hac vita, suæ nequitiæ pœnas dēt. nam nec qui secundum virtutem quidem viuūt, in hac vita virtutis sudorum fructus capiunt. quā ergo, inquit, in his vtilitatem, qui in nequitia impunè vixerunt, esse dicemus? Adducam tibi in medium rationem etiam ad hoc humanis cogitationibus ac ratiocinationibus sublimiorem. Ait enī magnus Dauid in quodem loco suæ prophetiæ, partem quandam lætitiæ hoc quoque virtute præditis esse, si è regione suorum bonorum opposita damnatorum pernicie vtraque coosiderēt & inter se comparent atque contendant. Lætabitur enim, inquit, iustus, cùm viderit vltionem impij: manus suas lauabit in sanguine peccatoris: non quod iosultet doloribus mœrentium, sed quòd tunc maximè cognoscat & animaduertat id, quod ex virtute dignis accedit. Significat enī per dicta verba, quòd contrariorum ex aduerso comparatio, accessio lætitiæ atque incrementum virtute præditis existit. Nam per id, quod dixit, Manus in sanguine peccatoris lauat, huiusmodi nobis præbet sententiam quòd puritas eius in vita actionis in perditione peccatorum demonstratur. Nam lauandi dictio puritatis speciem & imaginem significat. In sanguine autem nemo lauatur, sed polluitur & inquinatur. itaque per hoc planum fit, quod rerum acerbarum ex aduerso comparatio virtutis beatitudinem demonstrat. Contrahenda est igitur oratio in capita, vt intellectus atque sententiæ, quas tractauimos atque scrutati sumus, memoriæ haud difficulter mandari possint. Nam immatura mors infantium neque in doloribus ac mœstitia esse eum, qui sic viuere desiit, intelligendum esse nobis suggerit, ne que in pari ipsum & eadem conditione ac forte versari cum iis qui per omnem virtutem in hac vita purgati sunt, prouidentia meliori exuperantiā vitiorum prohibente Deo in iis, qui ita victuri fuissent. Quòd autem nonnulli malorum diutius viuunt, id redditam sententiam non subuertit. Nam in gratiam parentum malum in illis impeditur ac prohibetur: quibus autem nullus à parentibus ad Deum aditus erat, ne ad eos quidem, qui ex ipsis pregnati sunt, amplius eiusmodi beneficij genus vna transmittitur: aut multo sæuior & atrocior illis, qui ob nequitiam nobiles sunt visus, fuisset is, qui per mortem, malus fieri prohibitus est siquidem liberam, expeditam, & non præclusam nequitiam habuisset: aut si qui etiam ad summū nequitiæ modum progressi sunt, apostolica contemplatio rem, de qua quærimus, cōsolatur, quòd nimirum is, qui omnia cum sapientia facit, etiam per malum aliquid boni efficere sciat. Quòd si quis etiam in nequitia atque improbitate fastigium ac verticem tenet, & iuxta propositam à nobis similitudinem, ad nullum vsum ab arte dei fabricatus est, hoc lætitiæ eorum, qui bene vixerūt, appendix, & additamentum existit. quemadmodum prophetia intelligendum proponit, quod in bonis haud paruum quis existimauerit, nec prouidentia Dei indignum.

Rom. 9. *Quare deus nasci voluerit Pharaonem.* *Deus ex malo bonū adiuuat.* *Psal. 57.* *In sanguine lauare.* *Epilogus.*

D. GREGORII NYSSENI ADVERSVS EOS QVI ÆGRE FERVNT REPREHENSIONES, ORATIO.

Gentiano Herueto interprete.



Propter rationem dicitur homo factus ad dei similitudinem.

Ratio reddit hominẽ principem & beat.

Deus prima ratio.

Ratione quid faciamus.

VERE diuina & sacra res est ratio, eximia Dei possessio quæ nõ aliunde accessit, sed est cum natura commista & cõtemperata, homini donum præciosissimum, quod venit ab eo qui ipsum creauit: quamobrẽ dicitur factus fuisse ed Dei similitudinem. Hac certè ab alijs differt animantibus, & diuina qua cæteris præstat dote propriam accepit formã & characterem, cùm in alijs cum pecudibus magnã habeat communionem. Figura enim oculorum, carnis effictio, cutísque superficies, & quæ latent in vẽtre, nequaquam homini insigne aliquod ornamentum & decus afferunt. Nam & in terrestribus & aquatilibus, & volucribus, & in omnibus, vt semel dicam, animãtibus illorum cernitur particeps. Hoc autem enim reddit omnium principẽ & planè beat, quod Deus habens affatim eius nobis parum est largitus: vt illum primam aspiciam & agnoscamus rationem, rationis datorem & sic colamus eũ qui tã pulchrè sua nos ornauit gratia. Ratione sumus fortibus, fortiores cũ simus corpore imbecillo, & in seruitutẽ omnia redigimus, & vsui nostro ministrare cogimus. Ea tauros domamus, & iugo subiungimus, & efficimus vt aratris terram proscindant: & equum celerem habenis Impatisque reprimentes, reddimus obedien C rem. & tardum asinum fuste vrgentes, facimus celeriorem: mulosque peruicaces currus trahere & onera ferre cogimus. Elephãtorum autem carnis vastam molem, & camelorum magnitudinem callidè & artificiosè tractamus, & deducimus ad id quod nobis videtur. Huic & profunda transimus, & paruo ligno arte gubernandi freti, ingredimur maria ad quæ non patet aditus, & illius vitæ certa non habentes signa, quando nostrum conspectum fugit terra, signis cæli tutò ducimur, & Nautæ, sicut Magis, dux est stella, cæli antè inuenta est latitudo, stellarúmque figura & nume- D rus, & vniuscuiusque quanta sit magnitudo & quod interuallum, lunæque descriptio & significatio & quid soli accidat vt aliquibus temporibus abscondat radios. Iam verò de terræ motu quoque philosophamur.

Est vna linea quæ non intelligitur, vt qua sit plane corrupta.

Siccitates contemplamur, & imbres futuros diuinamus: & ijs quæ è terra nascuntur rationem adhibentes, herbarum naturas examinamus: & aliam quidem pronuntiamus esse vulnerato salutiferam: aliam autem esse soporiferam ei qui non potest dormire: aliam mederi hepati, & aliam splenis tumorem deprimere. Mitto scientias, relinquo artes necessarias, & quæ sunt excogitatæ ad omnes delicias, variúmque studiorum & exercitiorũ ambitum. Hoc autem animal sapiens, vi agendi & efficiendi celeritate præditum, valénsque memoria, quod hîc est, & aspicit ea quæ sunt alibi, trahitur varijs voluptatibus & diuersis affectionibus. Vnum autem negligit, nempe veram vitam & propriam salutem. Tune qui præuides aëris mutationes, non vides resurrectionẽ? Qui annorum vices aspicis, vitæ non vides mutatio- A nem? Qui à tuo seruo eorum quæ gerit exigis rationem, tui iudicis & domini contemnis potestatem? Hæc non sunt eius qui est particeps rationis, sed eius qui rationem conuertit ad stultitiam. Non exerces iustitiam, non discis virtutem, preces negligis. Hoc autem nobis ostendit dies hesternus. Quibus enim oculis vides diẽ Dominicum, qui despicatus es sabbatum? An nescis quòd hi dies sunt fratres, & quod si alterum probro affeceris, alterum offendis? Cùm mẽtem habeas & rationem, non vides quod decet, & quod est conducibile nec vt conuenit curam geris tuæ immortalitatis, neque tuam consideras naturam, quis sis, B & quid esse possis, vẽtrique & libidini, & otio & somno Dei ac benefactoris tui prodis domum, vt tibi fiat irritum, vanum & inutile. Hoc est turpissimum, & quod puerile arguit ingenium, grauique dignum est reprehensione. Minus autẽ esset malũ, si domi & ex nobis ipsis non intelligentes quod est vtile, at alio quidem certè nos erudiente quid sit conducibile, ei pareremus. Sed hoc non ita habet, imò verò etiam magistris & doctoribus irascimur, & ægreferimus eorum admonitionem: & grauamur cõsilijs: nauseamus autẽ ad rerũ bonarũ & honestarũ erudinonẽ, vt qui cibũ abhorrent ægroti nauseant ad obsonia quæ eis C porrigũtur à medicis, & si fiat increpatio, indignamur: & si asperius aliquod verbum audiuerimus, intolerãter ferimus: & si segregatione nobis clausæ fuerint portæ ecclesiæ, blasphemijs & maledictis, insectamur. Non est autem hic modus discẽtium, sed seditiosorum, & eorum qui decertant propter contentionem. Pueri locum & ordinem tenere debet discipulus, qui tenetur desiderio vnius artis aut sciẽtiæ externæ. Qui autem exercetur in pietate, debet esse puer cum maiori accessione: quandoquidem dominus quoque illam ætatem tanquam morigeram & facile parentem suis or- D nauit laudibus. Puer enim nõ egreditur characteres & lineas quas illi cera signauerit magister, neque innouat elementa, stupida quadam & attonita libertate noui aliquid moliens in literas, sed primum quidem stylo exercet manum magistri elementis autem non alia dat nomina quã quæ audiuit: Omnino autem & verbis & factis imitatur præceptoris traditionem. Quòd si quando effectus socordior scutica vapulauerit, non propter verbera audacior redditur & insolentior: neque fractis præceptori tabulis recedit: sed cũ parumper præ dolore amaram effuderit lachrymam disciplinarum studia insequitur, in iisque meditãdis intentior redditur, non negligentior. Rursus cùm aliquando vt iuuenis fuerit negligens, iubetur manere ieiunus, faméque damnatur eius negligentia, manet autem solus in ludo literario, cùm alij pueri recesserint ad prandium, præceptum obseruans summa cum reuerentia. Non sic autem Christianus, qui audiuit, Nisi conuersi fueritis, & sitis sicut pueri, non intrabitis in regnum cælorum: sed quando viderit sacerdotem austerius & gestu & voce delictum corrigẽtem, apertè

Diebus sabbati conueniebant Orat.

Dies sabbati & dies dominicus sũt fratres

Irasci doctoribus malum est.

Excommunicatio.

Excommunicatis claudebantur porta ecclesia.

Pueri similis debet esse pietatis discipulus.

Matth. 18.

Murmurās qui reprehenduntur à sacerdotibus.

contradicit,& murmurat intra dentes,forumque & cōpita obiens,maledictis insectatur,& si ab ecclesia fuerit exclusus,eōtemnit, cùm palā abscindatur à precib' populi & à mysteriis,aut forte ne huic quidem subiectus supplicio,se aufert ab ecclesia,propter iram quā cōcepit in Episcopū,Deū & dominum aduersans. Ei autem dicendum est

Palam abscindi a precibus & mysteriis seu sacramentis.

quod dictum est Paulo,cùm adhuc esset Saulus? Durum est tibi,ò homo aduersus stimulos calcitrare. Siue ex te ipso Deum dimisisti,considera φ qui separatur à Sole,vitam degit in tenebris & caligine:siue tanquā indignus eiectus es à precibus, priorem statū reuoca pœnitentia. Nihil falsi scriptū est in euangelus:neque Christi prædictio aberrantem & incertū habet euentum. Per Petrū dedit Episcopis claues honorū cælestium. Agnosce quòd si solut' fueris, es solutus:& ligatus,cōstringeris vinculis quæ nō cadunt sub aspectum.

Act.9.
Episcopis per Petrum a domino data sunt claues bonorum calestium.
Matth.16.

Si haberes oculos apud animæ essentiam , ostendissem tibi segregato figuram & habitum condēnati,cuius collum premitur grauissimis vinculis, & nullum habet membrum liberum aut solutū. Et vtinam intra huius vitæ terminos circunscriberetur supplicium. Nunc autem si quid humanitùs contigerit,& mors repente,tanquam fur noctu,aduenerit,scias tibi esse clausa quæ illic sunt.

Damnati ab episcopo aut sacerdote qualis habitus.
Matth.24.
Excommunicati non admittuntur à regni ianitoribus

Sunt diligentes & non ludentes ianitores regni. Vident animam ferentem signa segregationis,nō secus atque quempiam qui sordida & implexa coma arguit carcerem. Eam itaque eijciunt à via quæ tendit ad ea quæ sunt bona & pulchra : nec concedent vt videat ordines iustorum,& angelicam lætitiam. Misera autem tunc sæpe conquerēs de suo malo consilio,flēnsque,lugens & eiulans , perpetuo erit in tetro aliquo & mœsto loco abiecta,tanquam in angulo,qui nunquam desinet , & nullam admittet consolationem, luctum extendens in æternum. Nolite,inquit,esse sicut equus & mulus quibus non est intellectus. In camo & freno maxillas eorum constringes. Durum mingans hæc dicit Psalmus,& tanquam oleo mollibus adhortationibus. Collum ergo incurua Iussis cede tanquam iugo. Quod durum est rumpitur. Quod cedit & inflectitur,dirigitur. Hoc te docet ipsa in plantis & arboribus experientia. Ne frenū mordens toto impetu feraris ad præcipitium aut barathrum:sed manu equitis circumacto collo, dirigere ad viam quæ tendit ad salutem. Quando susceperis reprehensionem,piò & reuerenti animo,dic illud Dauidicum: Bonum mihi quòd me humiliasti, vt discam iustificationes tuas.

Psal.31.
Psal.118.

Ne episcopalis arrogātiæ existimes esse segregationem. lex est patria,vetus est regula ecclesiæ,quæ cæpit, à lege,& fuit confirmata in gratia. Considera sanctum Paulum per Epistolas in reos emittentem sententias,segregationis, & iuuenē Corinthium eo curantem medicamento,qui satanicè nouercæ insano captus erat amore. Quem enim diligit dominus,castigat. Flagellat autem filium quem recipit. Disciplinæ enim radices nō sunt dulces, sed amaræ,sed postea ferunt fructum fauis mellis dulciorem. Et ideo ei quidem qui exercetur opus est vt laboret:ei verò qui non exercetur, plaga opus est & asperitate. Et in lege quidem Mosaica, ad hodiernum vsque tempus manēt quatuordecim plagæ legitimæ. In vita autem, Euangelica, in

Excommunicatio est vetus regula ecclesiæ.
1.Cor.4. & 5.
Prou.3.
Heb.12.
In vita Euangelica quæ sint plaga legitima.

primis est verbum,& misericordia & virga,& adhortatio & plaga. Nō enim te verberamus vt seruum:sed te erudimus & castigamus vt liberum. Tu enim ex Sarra libera genus ducis,nō ex Agar ancilla. Te reueremur vt filium liberæ:Non dedecore ac probro afficimus tanquam prolē seruulæ. Et ideo te delinquētē liberis exagitamus increpationibus,non corpus laniantes,sed animam molestiis afficiētes. Quòd si huic quoque rei parcimus, quomodo te erudiemus? Quæ ad docendum cōparatur oratio est tractatu difficilis & ad virtutē institutio, & postulat variam regendi & administrandi rationem se subiectis moribus accommodans.

Oratio quæ docet,est tractatu difficilis.

Est quispiam peruicax,asper,& qui nō facile morem gerit,opus habet flagris. Quidnam ergo faciemus , cùm virgas non tractemus : eum ne relinquemus,& eius nullam curam geremus? Nequaquam:sed eum oratione in alium traducemus habitum,vsui subiecto congruentem,& quomodo obsonia,si parum adhibeatur condimenti, in contrarias transeunt qualitates,mutata ab acerbo in dulce,& à dulci in acerbum Ita etiam nostra oratio adiectis figuris in vsus diuersos transformatur: vt excogitetur quod est aptum ad vnūquemque alendum. Ne ergo de me detrectes in angulis,vocans asperum id quod est ad doctrinā dandam accōmodatum:neque eos qui tuis communicant peccatis,adhibens in societatem tuarū de me querelarum & reprehensionum,sedeas indicans Episcopum cum consilio vanitatis. Ego autem animo non valde conturbabor, tanquam aliquid noni mihi accidat, si ex meis discipulis mihi succenseant qui sunt duriores & pertinaciores. Hæc est enim humana affectio,quæ ab initio ad finem vitam sequitur. Et grauis quidem est, vt in genere dicam,princeps & magistratus, iis qui eius reguntur imperio, sceleratis autem & iniquis etiam habetur odio. Eis enim est molestus, vt qui peccatum prohibeat.

Magistratus est grauis iis qui eius parent imperio maximè autē sceleratis.

Hoc mecum rebus externis satis etiam docet historia ecclesiastica. Quis Mose fuit melior pastor? Quis princeps & rector æquè moderatus & mitis,vt qui omnia fiat populo, educator, imperator, sacerdos, ipse denique pater, in bello conseruans, in solitudine bona præbens cùm terra nec arata esset nec seminata : rectè iudicans, citra errorem per viam ducens.

Moysis laudes.

Hæc autem quidnam est consecutum? Tanquam iniuriam faciens seditionibus fuit agitatus: probris ac contumeliis affectus est tanquam lædens, murmur in eum est exortum non secus atque in eos qui suffurantur & aliena sibi vendicant. Maledictis est appetitus tanquam exercitus imperator imperitus , & qui non rectè præesset. Venit etiam in periculum ne ab ipso expelleretur sacerdotio, quando Dathan & Abiron & filij Core, seditiosa plebe secum à populo abrupta & abducta, contendebant esse sanctorum profani sacerdotes, & inuaserant thuribula , & sancta exemplo tractauerunt,& ignem mysticum accenderunt,qui ante suffitum eos suffientes cōbussit. Et tam facilè offensionem incurrit populi administratio eiusque docendi munus & exercitatio, vt ne fratres quidem Moysi pepercerunt: sed & Maria detrahebat , & Aaron maledictis impetebat, grauéque ac molestum onus imperii naturalem

Moses quā multa a populo perpessus.

turalem irritauit beneuolentiam, & necessitudine coniunctissimos excitauit aduersus virum laboriosissimū. Sed vanum hoc fuit & irritum. Nā ille quidē erat Moses, & seipso nihilo euasit deterior. Deus autem de illis exegit & sumpsit supplicium, pro eorum io suum ducem delictis ac sceleribus. Quid qui eum sunt consecuti? Non Esaias docēs pietatē ac verā religionē serra fuit dissectus? Non Hieremias sua prædicatione abdicās & abigens idololatriā; clamore populi fuit accusatus? eūque exceperunt cisternæ & cataractarum cruciatus? Non zacharias inter templum & altare oppressus fuit & interfectus? Non ipse noster Dominus occisus fuit à transgressoribus? Non ab iis quos erudiebat actus fuit in crucem? Quid Paulum truncauit capite? Quid Petrū in crucem sustulit; Quid vnum quemque ex discipulis variis tradidit suppliciis? Non peccatum prohibere, et docere iustitiā? Discipulorū enim qui arguuntur semper sunt inimici, qui sunt veritatis amici & doctores. Nos autem nondum pro veritate colaphis cæsi sumus, nōdum caro nostra vocāta est in periculū. Quid magnum est si murmur aduersus nos excitetur, qui sumus ministri eius qui cruci est affixus? Tanquam pater & mater accipio tuam asperitatem & irritationem.

Esaias serra dissectus. Hieremias in cisternā deiectus. Zacharias inter templum & altare interfectus.

Paulus cur capite truncatus. Petrus cur crucifixus.

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS AD EOS, QVI DVRIVS ET ACERBIVS ALIOS IVDICANT, ATQVE CONDEMNANT, QVIque conuersione indigent, & pœnitentia, ORATIO.

Petro francisco Zino interprete.

ad inscribitur in mulierem peccatricem ex. 7. Luc.



OMO Pharisæus, vt ex Euangelio Lucæ nuper accepimus, dominum ad cōuiuium inuitat, domumque ducit, & mensam communē apponit. Dominus autem inuitatus non grauatur accedere nec inuitantem respuit, quamuis ille nec discipulus sit, nec in se credat, sed legis scripto deuinctus inhæreat, nec ad veritatis cognitionem oculos vnquam aperuerit, & in Prophetarum promissionibus grauiter hallucinetur. Cur autem nobis Lucas scripsit hoc caput? an ea nimirum de causa vt ea cognoscam, quę Christ egit, dū in corpore versaretur, & ex historiæ cognitione vtilitatē percipiamus, qua quidem vtilitate documēti quę referta hæc scripta nos ad vitam rectè cōstanterque instituendam erudiūt. Sic ego quidem existimo, vos que idem sentire par est. Pleriqne enim eorū, qui se ipsi iudicant, sibi assentantur, se diligūt, sibi placent, inanique opinione tumidi atque inflati, eos, qui ad se accedunt, peccatores appellant, & antequam veri iudicii tempus veniat, se tanquam agnos ab hœdis separant, cœlique fores sibi apertas iotuentes nec domum cum reliqua multitudine, nec cibum dignantur habere communem, atque omnes, qui non per summam, sed per mediam vitæ semitam incedunt, detestantur. Lucas igitur, animorum magis, quàm corporum medicus, præsentē hāc nobis non tam narrationem, quàm planè appositam ægrotantibus medicinam exhibuit, ostendens, ipsum Deum seruatoremque nostrum, qui sine comparatione purus atque integer est solusque iustus, clementer admodum, benigne que cum perditis, atque damnatis versari, & cum iis, qui nondum puri mundique sunt, viuere, non vt eorum maculas accipiat, sed vt illis iustitiām su am impertiatur, instar huiusce solis, quē cernimus, qui (licet enim ex re procreata procreatoris pro uidentiam intelligere) non planas solum regiones illustrat, sed illas etiam, quæ sunt antris, cauernisque tortuosæ. Deponamus igitur arrogantiam, si qui tales sumus, qualis est is, qui hac oratione descriptus est, imitemurque Domini misericordiam & humanitatēm, humiles & afflictos ita complectentes, non vt cum illis iacentibus cōsternamur, sed vt eos potius excitemus, & tanquam egregii quidam vrinatores in aquis demersos, ac moribundos ad vitalem hunc aēra extrahamus. Quoniam autem pulcherrimum, summeque nobis vtile signum proponunt hæc Euangelii scripta, age illuc mentis aciem intendamus. Vehementer admiror, quo modo isti, qui natura perturbationib abnoxia, voluptatumque studiosa circundati sūt, quique tum dormiendi, tum edendi, & cæteris ventri necessariis vsibus quotidie parent, atque iisdem cupiditatibus incitari se sentiunt, quas nos, qui vna eademque cū illis natura præditi sumus, experimur, iniquiores se, ac duriores in eos, qui peccaut, iudices præbeant, sibique pugnatores in firmi tam facilè indulgeant, in alios autem arbitri esse velint inexorabiles, adeo vt Dei benignitatis spem auferant, vberemque misericordiæ fontem obstruant, vt ipsi putāt, multaque auctoritate regni aditum errantibus patefaciant. Quod cū nihil aliud sit quàm, animis curationem quærentibus desperationem obiicere: cui enim curationis adempta spes est, is planè morbi seruus efficitur tum ab omni alienum est scripturarum nostrarū promissione: in quibus, si diligenter explores, nihil tam graue reperitur, quod non & gratia condonet, & misericordia curet, atque expiet. Quis autem est adeo surdus, qui verba Iob non exaudieuit, clara voce sic omnes alloquentis: Nemo mundus à sorde, ne infans quidem, cuius est vni diei vita super terram? Quamquam quis est tam frugi, quis tam modestè se gerit, qui si modo sapiat, cùm rationem totius vitæ suæ redditurus sit idque in Dei iudicio cōstiturus, superuacaneū putet, alteri ignoscere, & misericordiam impertiri? Quòd si ad summum iustitiæ probitatisque fastigium peruenissent, adeo, vt, quemadmodum scriptum est, super scorpiones, atque serpentes calcarent pronūtiatique essent victores, & de peccato triumphum reportassent, non tamen deberent aliorum omnium vitam ad fortitudinis suæ regulam dirigere, & explorare, sed virtutem propriam acceptam

Luc. 7.

D. Lucas medicus.

Simile à sole.

acceptā referentes ei, cuius beneficio, & munere adiuti vitam sapienter instituentes, aduersarii tentationibus non succubuissent imbecillioribus afflictisque fraternæ benignitatis dexteram porrigere, eosque è peccati luto & inquinationibus eripere, atque excitare. Hoc enim pacto duplicem laudem assecuti tum propriæ fortitudinis tum fraternæ humanitatis, misericordiæ præmia perciperent. Nunc autem cùm homines sint ex eorum numero, qui humi repunt, vitamque degant, non Angelorum, & cœlestium illarū Mentium, quæ corpore carent, vitæ similem, sed talem quæ in iudicium vocari, atque redargui possit, seueros, & acerbos se iudices præbēt, cōtractoque supercilio sententiam ferunt, & damnant, vt eorū *Matth. 7.* superbia arrogantiaque commotus cogat eos Euangelii verbis compellare: qui cùm trabes propriis in oculis existentes non cernant, ex aliorum oculis velint festucas eiicere: cumque grauissima onera cæterorum humeris imponent, seueri indices incedunt: & cùm imbecilles ipsi onus suum ferre non possint, Christi tribunal præoccupant, & iudicis sententiam præripiunt. Serui contumaces, qui conseruis immites se, atque inexorabiles præbent. Si Deum cupitis æmulari, quòd ad eius imaginem facti sitis, exemplum ipsius imitamini. Vos, qui Christiani estis, qui nomine ipso humanitatem profitemini, imitamini Christi charitatem. Benignitatis eius diuitias cōsiderate, qui cùm per hominem ad homines vēturus esset, præmisit Ioannem pœnitentiæ præconem, & ducem & ante Ioannem Prophetas omnes, qui docerent homines, vt resipiscerent, vt redirent in viam, & ad meliorem frugem sese conuerterent. Mox ipse *Matth. 11.* veniens ore proprio clamabat ex persona sua: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quo modo autem vocem suam audientes accepit? facilem eis peccatorum veniā largitus est, celeriter ipsos, & momento temporis ab iis, à quibus angebantur, liberauit. verbum sanctos reddidit, spiritus cōfirmauit. verus homo in aqua sepultus est, nouus generatus, gratia floruit. Quid deinde consecutum est? Qui inimicus fuerat, amicus euasit: qui alienus, filius, qui profanus, sacer, ac pius. Is ergo, qui tam magnificis, & incredibilibus affectus muneribus, benignū ac liberalem largitorem ingratus offendit, à nobis quidem doctorib⁹ seuerisque iudicib⁹ statim indicta causa ad cruciatum raperetur, presentique priuatus vita in altera supplicium inueniret. Verum, quoniam alius iudicii Dominus, qui in infinita milliū *Ezech. 18.* millia misericordiā tribuit, nec vult mortē peccatoris, sed expectat, vt resipiscat, eo fit, vt ne illi quidem, qui priorem gratiam contumeliosius abiecerunt, merito afficiantur supplicio, sed à posteriore misericordia priùs excipiatur, & obliuio cum venia coniungatur, vt lacrymarū effusio lauacri vim habeat, gemitusque reducat gratiā, quæ paulisper *Matth. 26.* recesserat. Si orationi nostræ fidem non habes, Petrum in ædibus principis sacerdotū interroga, & dicet tibi, quo modo abnegationis peccatum amare lugens expiauerit, nec in Simonem mutatus sit, sed Petrus per manserit Apostolus. Ego autem & Iudam Iscariotem existimo, nisi sui ipsius carnifex esse properasset, facinus suum grauius putans, quā vt sibi posset ignosci, sed supplex veniā periisset, eius misericordiæ, quæ per orbem erat diffusa, non fuisse expertem futurum: cui quidem rei testimonio sunt Iudæi illi, qui, cùm Christum cruci suffixissent, credentes, baptismo mentes simul, & manus abluerunt. Quòd si illi, qui Christū in crucem egerant, misericordiam sunt consecuti, & ipse profectò, qui illum prodiderat, veniam impetrasset. Et Paulus aliquādo Christianos vinxit, sed idē ipse postea pro Christo cathenas gestauit, eodemque cruciatus genere crimen dissoluit. Peccauit, dum Stephanum lapidibus peteret, & eius interfectoribus assentiret. pòst autē ipse quoque *Matth. 9.* lapidibus cæsus peccatum aboleuit. Mathæus, & *Luc. 19.* Zacchæus olim fuerunt publicani, sed mox, mensa publicanorum contempta, alter eorum domo, atque animo suo Iesum suscepit alter rerum admirabilium promulgator, & scriptor effectus est. *Luc. 15* Oportet, vt publicanum pariter, & Pharisæū memoria teneamus, & mulierē illam, quæ drachmā amissam inuenit. Si quis homines, qui seculis omnibus ad hoc vsque tempus extiterunt, vniuersos animo complectatur, fuisse multos animaduertet qui cùm se prius flagitiis inquinassent, ad frugem bonam deinde redierunt. Illud enim Dei solius proprium est, vt ab omni peccato remot⁹ omnia rectè gerat. Homo autem, qui ortum atque interitum subit, quique tā multis perturbationibus est obnoxius, vnquā effugere poterit, quin accusetur & condēnetur, si veniæ spes auferatur. Considera mihi Dauidē ipsum Israëlis Regem, quem Deus sibi singularem elegerat, testimonioque suo collaudarat, Inueni, inquiens, virum secundum cor meum. Hic post præclarum illud diuinæ laudis *2. Reg. 11.* præconiū mulieris pulchritudine captus, quibus se peccatis obstrinxerit, omnes scimus. Attamen idem à Propheta reprehensus admissum scelus agnouit, & pœnitentiæ modum posteris scriptum reliquit. Quamobrem dolorem eius in libro psalmorum tanquam in speculo videmus expressum. *Psal. 6.* Vbi nūc luctu, & squalore corpus excruciat: nūc sibi noctes ad lugendum præscribit. quod quidē tempus communi laborantium quieti datum est. nunc lachrymas è palpebris suis, tanquam è fontibus, profundens lectulum irrigat, & quinquagesimum Psalmum nobis elaborat, in quo Deum pœ- *Dauidis pœnitentia.* nitētia placantium exemplum effingitur. Neque vero luctus ipsius inanis fuit. Sed graues eius gemitus misericordiam inuenerunt, vt & imperii dignitate, & amicitia Dei liberè frueretur. Rex itē *Ioan. 3.* ille Niniuitarum multitudine peccatorum ad exitium contendebat, vnà cum populis, quibus imperabat. Et is, qui peccata ipsorū redarguebat, diē *Niniuitarū pœnitentia.* supplicio præfinitā denuntiabat appropinquare. Cùmque prudēter illi seme: affligētes calamitatē effugissēt, dolebat Propheta, quòd mala, quæ prædixerat, non euenissent. Deique commiserationē iniquo animo ferebat. At ille, qui vbique tum verbis tū factis iudicat, quāta homines beneuolentia cōplectatur, fecit, vt cucurbita nasceretur, quæ caput ei⁹ ab iniuria solis defēderet. Sub vmbra autē ipsius eo dormiēte statim exaruit. Qui cùm ex- *Iona. 4.* perrectus rem ægrè ferret, reprehenditur, quòd, cū ipse virgultum exaruisse indignetur, nolit Deum propinquo tantæ ciuitatis interitu commoueri. Vos igitur, qui duri estis atque immites, eius, qui nos procreauit, benignitatem, & clementiam imitamini,

miramini. Nolite, vos in conseruos vestros præbere iudices acerbos, & graues, donec veniat ille, A qui arcana cordium patefaciet, & potestate sua cuique conuenientem statum tribuet in vita, quã expectamus. Nolite, tristiores in alios ac seueriores sententias ferre, ne eisdem vos sententiis condemnemini, & propriis verbis tanquã dentibus acutissimis configamini. A quo quidem crimine

Matth.7. videntur mihi ea Euangelii verba nos deterrere: Nolite iudicare, vt ne iudicemini. Quib⁹ sanè verbis non aufertur nobis facultas humanè benigneque iudicandi, sed interdicitur, ne grauius & asperius iudicando condemnemus. Leuiora igitur fac aliorum pondera, ne in eadem damnationis trutina actiones tuæ deprimantur, quando vita nostra B tanquam in lance Dei iudicio examinabuntur. Tu, qui corpore indutus es, & in carne viuis, caue, ne medicæ artis curationem abiicias, & aspernetis. Nam licet commoda fruaris valetudine, nõ tamen semper ita liber ab omni futurus es morbo, vt opera medici nunquam indigeas. Animũ habes ad res terrenas caducasque ꝓpẽsũ, quãdiu oblitus sui impletur corporis affectionibus. Proinde noli misericordiam denegare, ne veniã ipse non inuenias, quãdo ipsam desiderabis. Sacerdos

Sacerdos in priuatos qualis esse debeat. est aliquis, populique regendi munus sortitus est? priuatorum casus cõmisereatur, meminerítque, C se quamuis dignitate præstet iis, quos gubernat, ac regit, naturam tamen eandẽ habere, ideoque posse aliquando fortasse in eosdem errores incidere. Quæ cùm Moses non ignoraret, quippe, qui & homo erat, & hominis naturam perspectam & cognitam habebat, constituit, vt pro sacerdote vitulus immolaretur, peccante nimirum & ipso, expiationibusque pluribus indigente. Quod autem tunc erat in carne vitulus, idem nunc est incorporea pœnitentia, incruẽtaque deprecatio: qua quidem, cauendum est, ne elati, gloriantesque humanitatem, & beneficientiam repudiemus, cùm sciamus, Aaron sacerdotem illum probatissimum, populo Deos flagitanti indulsisse, & temerè admodum murmure captum esse. Quòd si is, qui murmurauerat, nõ supplicasset suppliciũ nõ euasisset.

Priuatus in sacerdotem. Alius aũt nõ est sacerdos, sed vn⁹ è populo? caueat ne grauius iudicando iugum subeat. Nam si is, qui ad expiandum populum delectus est, indiget ipse expiatione, quid fiet illi, qui eiusmodi munus non sustinet? Imitemur eam pascendi rationem, qua Dominus vsus est. Euangelia cõtemplemur: ibique tanquam in speculo, diligentiæ & benignitatis exemplum intuentes, eas perdiscamus. Illic enim in parabolis adumbratisque sermonibus vi-

Luc.15. deo cẽtum ouium hominem pastorem, qui, cùm illarum vna à grege discessisset, & errabunda vagaretur, non mansit cum illis, quæ seruantes ordinem pascebantur. Sed ad eam requirendam profect⁹, multas valles saltusque superauit, magnos atque arduos montes transcẽdit, in solitudinibus peragrando multo cum labore tandiu peruestigauit, donec errantem inuenit. Inuentam autem nõ verberauit, nec vrgendo vehementius ad gregem compulit, sed humeris suis impositam, & leniter tractans ad gregem gestauit, maiorem ex vna illa inuenta, quàm ex reliquarum multitudine, lætitiã percipiens. Rem obscuritate similitudinis obnolutam, atque reconditam cõsideremus. Ouis hæc nõ ouem omnino, nec pastor ille planè pastorem, A sed aliud quiddã significat. His exẽplis sacræ res continentur. Nos enim commonent, ne homines pro perditis, ac desperatis habeamus, ne ne eos in periculis versantes negligamus, aut segnes simus ad ferendum auxilium, sed eos à recta viuendi ratione deflectẽtes, & errantes reducamus in viam,

Sacerdos pro populo intercedat. eorumque lætemur reditu, atque ipsos cum bene pieque viuentiũ multitudine coniungamus. Tam alienus autem à cædendi acerbitate sacerdos esse debet, tanquã promptus & paratus ad excolendã humanitatem, vt, etiam si Dominus aliquem, vt plantam inutilem, excindere iubeat, ipse tanquã B insitor debeat supplicare, vt ignoscat parumper, ac sententiam differat. Sic enim monet oratio illa

Luc.13. de ficu, quam vt sterilem cum Dominus vellet concidere, orat agricola, vt illi paulisper parcat, & moram aliquam interponat: aliquid enim bonæ spei in diligentia sua reliquum esse. Noli igitur

Sacerdotis munus. esse tam facilis ad amputandum, & excindẽdum tu, qui Dominum, ne id faciat, debes obsecrare, neque tam celeriter desperandum existima. Diligentiam adhibeto: reprehẽsionibus circũfodito: cohortationibus foueto, tanquam fimo: documẽtorum quasi aquarum copia irrigato: præceptis, vt vallo, communito. Tuum esto, placare iudicis a- C nimum. Demus operam, vt eodem nomine, quo

Io.14. Dominus, appellemur. Is enim dicitur consolator, dum hominum generi patrem propitium reddit. Quo quidem nomine vocatur etiam ille veritatis spiritus pro suo erga nos studio, atque beneuolentia. Hæc autem deprecationis, & consolationis munera pro peccatoribus suscipiũtur omnino non pro iis, qui sunt innocentes, & nullis criminibus obnoxii. Mosis curam, sacerdos, & sollicitudinem imitare. Imitare illius erga populum animi affectionem: qui Deum obsecrãs, ne populo, qui peccauerat, irasceretur, cùm rem lõgius duci, nec sibi id, quod petebat, cõcedi animaduerteret, supplicabat, vt sibi saltem liceret antè decedere, ne eorum, quos pauerat, & gubernarat, interitũ spectaret. Sed operæpretiũ est, vt verba ipsius in me-

Exod.32. dium afferamus: obsecro, inquit, peccauit populus peccatum magnum, feceruntque sibi Deus aureos. Et nunc si dimittis eis peccatũ hoc, dimitte: sin minus, dele me de libro, quem scripsisti. Cernis, quo modo propriæ saluti salutẽ multitudinis anteponit, cui nisi impetrat impunitatem, flagitat vt ipse deleatur? Nunc autẽ qui acerbiores se peccatoribus præstant, eos ad se accedentes propellũt supplices, prostratosque fugiunt, à lacrymantibus

Luc.15. oculos remouent, & se totos auertunt. Cur igitur mihi Lucas, immò verò spiritus sanctus descripsit

Prodigus filius. filium illum prodigum, qui primum discessu suo ignominia patrem affecit, deinde voluptatibus ebrietatiq; deditus & fœminarũ amoribus captus paternas omnes diuitias dilapidauit, atque exhausit? Pòst autẽ multo, cùm satis iam in miseria versatus esset, adeo, vt subulcus effectus mercenarius eodem, quo porci, vesceretur cibo, tandem aliquando resipiscens cùm ad patriam domũ reuertisset, non auertit se pater, nec reuersum exclusit filium. Quinetiã accurrit obuiam appropinquãti, & complexus eum, atque inhærens collo, misericordia commotus lacrymas fudit, & pro misero rursus beatum reddidit, ingenuo illum induens

vestimento

vestimento, & in manu eius anuulum imponens, ac diem festum agens, magnificumque ac splendidum conuiuium celebrans. Hæc nobis similitudo proposita est, vt resipiscentibus Ecclesiam tanquam domum paternam aperiamus, eosque humaniter, & benignè suscipiamus, ne cum porcis, id est, cum Dæmonibus vitam degant, sed ex alienis rursum ad filiorum numerum ascripti, ex Dei præscripto tanquam ex patris sententia viuant, & sanctorum hominum, vt fratrum cõsuetudine perfruantur. Noli fratris maioris natu sententiam sequi, nec ob patris humanitatem indignari, quòd nequissimum filium, qui familiæ dedecori fuit, susceperit. Dei benignitatem potius, & clementiam admirans, eos, qui relictis erroribus ad frugem bonam redeunt, amplectere, amanterque foue. Sic enim eris cæcorum dux, & viam errantibus demonstrabis. Satis multa ad eos, qui seueriore sunt animo, quique acerbitatẽ potius, quàm lenitatẽ, & misericordiam exercent

Parabola de prodigo quid significet.

Pœnitentiæ exemplum mulier peccatrix.

Nunc mihi vos, quibus in viã redeundum est, ac resipiscendũ, attendite. Si vultis discere, quo modo peccatis dolere, & errorib⁹ vestris ingemiscere debeatis, mulierẽ nobis à Luca in præsentia descriptam considerate. Illius demissionem animi, atque prudentiam æmulamini, absolutumque in ea nobis exemplum pœnitentiæ constituite, quæ Pharisæi domum ingressa nec conuiuarum multitudinem erubuit, nec cõuiuii tẽpus importunũ existimauit, quo minus ad confessionem confugeret: sed dolore affecta, & peccata, quæ commiserat, vehementer detestata, ne momentum quidem tẽporis sibi interponendum existimauit, quo minus statim ad peccatorũ medicum accederet. Nec tamen in conspectum eius adueniens supplicabat, sed ex habitu se indignam putans, que ipsũ alloqueretur, à tergo locum occupauit, nec planè stãs, sed retrò prostrata pedes illius complexa est, solutisque comis re ipsa mœrentis animi affectionem ostendebat, & Iesu pedes lacrymis rigãs multo cum dolore misericordiam postulabat. Tantã enim effudit vim lacrymarũ, vt pedes eius ablueret, eosdemque rursus capillis abstergeret, atque ita omnem animi afflicti demissionem declararet. Etenim, vt breuiter omnia complectar, sẽsibus, & membris omnibus, quibus peccauerat, mulier pœnitentiam egit. Quantum autem postea per otiũ peccata fuerit detestata, quæ publicè aperteque ea tantopere luxit, coniicientibus licet intelligere. Nos autem verbis quidem pœnitentiam pollicemur, factis verò nihil studii, laborisque præstamus sed eadem viuendi consuetudine vtimur, qua prius, quàm peccata confitendo detestaremur, vtebamur. Eadem in vultu hilaritas, idem in corporis cultu victuque splendor. Somno ad satietatem vsque indulgemus, negotiis, & occupationibus animo sedulitatis obliuionẽ iniicimus, pœnitentiæ nomen inane duntaxat, & nullis expressum factis retinemus. A mysteriis quidem arcanorumque communione sacramentorum culpa nostra decidimus, & separamur, nec tamen studium, ac diligẽtiam adhibemus, vt ad ea fruenda reuertamur sed vt vilia, & quæ paruo pretio redimi possint, cõtemnimus. Cõsidera, homo, qua dignitate iam ornatus fueris, nunc autem careas. Si regie mẽsæ particeps ab eo honore ob crimen aliquod excidisses, quantã pecuniæ vim expenderes, vt in Regis gratiam redires, vt honorem pristinum redimeres? Quorum autem fores supplex, hæsitans, dolens frequentares? Vitam profectò ipsam tibi acerbam duceres, squalore, & luctu, & vultus demissione dolorem animi præteferres, omnem denique, vt aiunt, moueres lapidẽ, vt ab ea te calamitate liberares. Nunc autem qui seiũctus est ab amicitia Dei, & verè sublimem illam dignitatem amisit, quem laborem impendit, quod studium adhibet, quid eximium gerit, quo demissũ, atque humilem, & afflictum animum ostendat suum? Non est consentaneũ, vt qui se egrotare confitetur, eadem victus ratione vtatur qua vtuntur illi, qui prospera sunt valetudine. Alius enim ægrotantis, alius valentis est vivẽdi modus. Non ne vides, quanta sit inter ægrotantem, valentemque differentia? Ille pro arbitratu suo viuit, quocunque vult, proficiscitur, omni officio, & munere liberè fungitur: hic autem in angusto iacet cubiculo, procul ab omnium consuetudine, omnibusque negotijs remotus. Agriculturã omittit, licet illius antea esset studiosissimus. Cumulandæ pecuniæ curam abiicit, quamuis ad rem vti mercator iam esset attentior. Qui cõuiuiis olim magnificis, & sybariticis delectabatur, aqua nunc, & panis frustulo vescitur, non liberis operam dat non vxoris vtitur consuetudine: illi die noctuque res est cũ medicis quos magnis præmiis accersit, vt eorum opera cõualescat. Hæc qui corporis morbo laborat. Tu verò, cuius animus æger est, cur non ad medicum properas? cur non ei confitendo morbum ostendis tuum? Quid pateris, vt depascatur, vt superat, vt inflammetur? Tandem aliquando resipisce, ac te ipsum nosce, Deum offendisti, Procreatorem tuum irritasti, eum; qui & præsẽtis vitæ potestatẽ habet, & futuræ Dominus, ac iudex est. Deliciis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia & ieiuniis cura. Animus laborat incontinentia adhibetur temperantiæ medicamentum. Multiplici, ac nimia pecuniæ cupiditate in febrim incidisti, liberalitate & eleemosyna depellatur. Hæc enim est nimium expletæ mentis curatio. Læsit te rerũ alienarum direptio: quæ rapta sunt, ad proprios Dominos reuertantur, mendacium te proximè duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes, qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum euitetur. Iurisiurandi violatio sublimem Zachariæ filii securim sustulit per aëra volitantẽ ac cædem minitãtem? inducãtur omnia arma pœnitentiæ, vt securis acies, & ictus propulsetur. Impiis hæreticorum opinionibus aliquis infestus est rectis Ecclesiæ decretis se ipsũ expiet, superstitionemque deponat. Quid enim aliud est pœnitentia, nisi dissolutio, & euersio præteritorum, que vel re, vel cogitatione sunt admissa? Qui verò cognita pœnitẽtiæ vtilitate adhuc ĩ flagitiorũ & impietatis cœno volutatur, similis est illi seruo, qui dominũ sibi iratũ sciens, in eius conspectu scelerate se gerit, peccatumque duplicat. Explora celeriter, & diligenter animaduerte morbum, quo affectus es. suscipe ex eo dolorem, quantum maximũ potes. affligere te, fratresque beneuolos atque vnanimes adhibe, qui simul doleant, adiumentoque sint, vt libereris. Ostẽde mihi amaras atque vberes lacrymas tuas, vt meas ego quoque commisceam.

Vitia quo modo curentur.

Psal. 5. b.

Luc. 3.

Pœnitentia quid.

Sacerdos pater & socius poenitentium. sceam. Afflictionis participem, & fucium sume sacerdotem, vt patrem, quis enim tam falso nomina tur pater, aut tam duro, atque adamantino animo praeditus est, qui non filiis, moerentibus doleat, & gaudentibus laetetur? Sacerdos ita tristatur ob peccatum illius, quem propter religionem habet loco filii, vt Iacob visa tunica Ioseph sanguine cōspersa querebatur, vt Dauid luxit Absoloonis interitum, vt Eli Ophnim & Phineem, qui in acie ceciderant, vt Moses impium populum, qui tecum nouarum studiosus vitulum sibi cōflauerat. Quamobrem maior tibi in eo fiducia sit, qui te in Deo genuit, quàm in illis, à quibus corpore procreatus es. Audacter ostende illi, quae sunt recondita. Animi arcana tanquam occulta vulnera medico retege. Ipse & honoris, & valetudinis tuae rationem habebit. Filiorum dedecore magis mouentur parentes, quàm ipsi filii. Nam vt filiorum gloria ad parentes pertinet, sic etiam dedecus & turpitudo. Incertus est, fratres, terminus vitae, discessum è vita diligentia praeuertamus. Absurdum enim est, cum illi, qui corporis valetudinis rationem habent, se ipsus expurgent ante caniculae exortum, ne, quod humidum in illis est, vehementi ipsius ardore corrumpatur, & morbos patiat, eos qui animi curam gerunt, incertum mortis diem non anteuertere, & ardorem excruciantis illius ignis, qui in aeternū comburit, & nullum vnquam refrigerium admittit. Drachmam Euangelicam, quam acceperas, & qua diues effectus fueras, ignauia tua perdidisti? poenitentiae lucernam accende Inclinate diligenter. Illam in terrenis affectionibus defossam conquire, inuentam tolle, atque conserua, vt nos vicini gratulemur, & eo gaudio afficiamur, quod est in Christo, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Gen. 37. 2. Reg. 5. 1. Reg. 4. Exo 32. Luc 15

Animi arcana sacerdoti retegenda.

D ... E

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS DE PAVPERIBVS AMANDIS, ET BENIGNITATE COMPLECTENDIS.

ORATIO. I.

Petro Francisco Zino interprete.



A VI HVIC Ecclesiae praesidet, atque adeo omnes, qui se veteris pietatis & eius viuendi rationis, quae ex virtute est, magistros profitemur, hominibus illis sunt admodū similes, qui grammaticam docent, & prima tradunt elementa literarum. Etenim quemadmodū hi pueros è parentum manibus susceptos adhuc infantes & balbutientes non protinus abditis disciplinarum praeceptionibus onerant, sed primo literarum formas insculpunt in ceris, earumque nomina declarant, & ipsorum manus per impressos illos literarum ductus agunt & exercent, mox eos ad syllabarum cognitionem prouehūt, atque ita deinceps ad verborum expressionem perducunt: sic ecclesiae Duces initio documenta quaedā quae sint instar elementorum, auditoribus proponunt, deinde gradatim ea, quae perfectiora magisque recondita sūt, patefaciunt. Quoniā igitur duobus superioribus diebus cupiditatem illam, quae gulae ventrisque voluptatem sectatur, castigauimus, hodierna item de iisdem de rebus me verba facturum ne existimetis, quòd videlicet conueniat & carne nō vesci: & à vino, cuius ferè risus & insania comites sūt, abstinere: & cohibere coquorū studiū: & pincernarū manus miscēdis pergēdisq; poculis fatigatas cōprimere. De his enī & nos satis multa diximus, & vos cōsiliū admonitionéque nostrā re ipsa & factis cōprobauistis. Quare dū primū hoc documentū excolitis, operaepretium est: vt ad ea vobis tradenda, quae maiora graujoraque sunt, progrediamur. Est igitur ieiunii & abstinentiae genus, quod à corpore & materia seiunctum est, cumque animam duntaxat respiciat, ea re perficitur, vt à vitiis temperemus. atque huius quidem ieiunii gratia etiam illud indictum est vt à cibis abstineamus. Quod cùm ita sit, à malitia ieiunate, cohibete rerum alienarū cupiditatem, à turpi & iniusto quaestu vobis temperate. Auaritiā Mammonae fame interficite. Nihil domi reconditum habete, quod sit per vim & rapinas compara tū. Quid enim proderit, ore carnē non attingere, si maledicentia fratrem laceres? Quaenā erit vtilitas, si, dum tua non comedis, ea, quae pauperis sūt, per iniuriam surripueris? Quae porro pietas ista, si aquam bibens struas fraudem, confuas dolos, & ex improbitate sanguinē sitias? Quid? Nonne Iudas etiam cum Vndecim ieiunabat? attamen quia mores auaritiae deditos non refrenauit, nihil ad salutē illi ieiuniū ꝓfuit? Quid? quòd Diabolus, cùm spiritus sit corporis expers, nihil vnquā edit omnino, & tamen propter improbitatē è sublimi illo cecidit dignitatis gradu? eademque ratione nullus Daemonum est qui, quòd aut se obsonus ingurgitet, aut immodicè bibat, ebriosus ve sit, accusari possit. Natura enim à bibendi edendique necessitate liberi sunt. Neque tamē iccirco vel die, vel nocte, per aëra oberrare vnquam cessant flagitiorum auctores & ministri. Nobis autē omni studio moliuntur insidias. Quippe liuore liquefiunt, & tabescunt inuidia, quòd ad eam nos homines necessitudinis coniunctionem cum ipso Deo, & felicitas possessionem, è qua ipsi deiecti sūt, simus peruenturi. Honestis igitur, ac bonis moribus instituatur Christianorū vita. Eorum animi declinent, & fugiant malitiae detrimentum. Nam si vino, & carne tēperātes obstrictos vitiis animos habuerimus, nihil quicquā nubis, cùm aliter animo, quàm

B ... C

Simile à Grammaticis.

Ieiunium verum.

Daemones nihil edūt.

Quare nobis inuideant.

quàm extrinſecus, affecti ſimus, aut aquam, aut olera, aut meoſas ſine ſanguioe ſtructas profuiura prædico atque teſtificor. Propter munditiam animæ ſunt indicta ieiunia Quæ ſi tum voluotate, tũ factis coinquinatur, quid fruſtra, quam bibimus, aquam ioſumimus? Cur ingens hoc cœnũ, quod elui expurgarique uoo poteſt, excolitur? Quid cõfert ieiunium corporis, niſi mens pura mundaque ſit? Nihil enim proſit, currum validum, ac ſtrenuis quadrigis inſtructũ eſſe, ſi auriga inſaoiat. Nulla erit bene ſabricatæ oauis vtilitas, ſi ebrius ſit ipſe gubernator. Ieiunium virtutis fundamentum eſt. Quemadmodum autem oauium carinæ, & fundamenta domus, licet ingentia ſubiicias, inutilia vaoaque ſint, niſi reliquas item partes periiè & ſcienter exædificaueris: ſic iſtius abſtineotiæ oullom erit emolumentum, niſi aliæ iuſtitiæ partes ac ceſſerint. Timor Dei erudiat linguam, ea, quæ decet, loqui: tacere contraria: temporis occaſionem animaduertere: modũ obſeruare: fari neceſſaria: aptè reſpondere: modeſtè dicere: ne verborum veluti grãdine colloquẽtes obruat. Iccirco enim & tenuis illa membra nula, quæ cùm ipſa lingua mentũ ioferius deuincit, frenum dicitur, ne ineptè loquatur & inconcinnè. Laudibus igitur, non cõuitiis vtatur: caoribus oõ, male dictis: cõmẽdationibus, non obtrectatiouibus. Manus petulans dei memora tanquã cathena vincta cohibeatur. Has eñ ob cauſas ieiunamus. AGNVS noſter prius quàm claois affigeretor cruci cõtumeliis affectus, & alapis cæſus eſt. Morem iudaicum ne imitemur nos CHRISTI diſcipuli. Alioqui ſi eo pacto erimus affecti, verbis illis nos Eſaias increpabit: Cur ad lites & contentiooes ieiunatis, & pugnis pauperem percutitis? Diſce ab eodem Propheta ſynceri porique ieiunij opera. Diſſolue colligationes impietatis. Solue faſciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti ſũt, liberos & omne onus diſrumpe. Fraoge eſurieoti panem tuũ, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem ruam ne deſpexeris. Multam oobis boc tempus affert nudorũ, vagorumque copiam. Magna enim cuiuſque fores ſteqoentat capriuorom multitudo. Hoſpites exuleſque oon deſunt. Vbique licet protenſas opem imploraotium manus aſpicere. His aer ſub dio tectum præbet. Porticus & bioia, & partes fori magis deſertæ ſunt hoſpitia. Nycticoracum, & noctuarum more in cauerois latitant. Pannoſis, attritis, & laceratis teguntur iodumeotis. Agriculturæ fructus eſt illis miſerantium animus benignitas. Cibus, ſi quid ad accedeote quopiam impetraoerint. Potio eadem, quæ ratioois expertibus animantibus, nimirum fontes. Pocula, maouum volæ. Penu, ſinus ipſe, niſi planè diffluat, ſed poſſit ea, qoæ iniciatur, operire. Menſa, cõtracta genua. Lectulus, ſolum. Balneũ, id, quod Deus omnibus commune & ſine induſtria conſtructũ dedit, flumen, aut palus. Vagam & agteſtẽ traducunt vitã, non quòd initio ſic inſtituerint, ſed quòd ad eam calamitatibus & neceſſitate compulſi ſiot. His neceſſaria victui ſuppedita tu, qui ieiunas. Erga fratres calamitoſos benignus eſto Quod ventri ſubtrahis, tribue eſuriẽti. Exæquet omnia iuſtus Dei timor. Duas inter ſe contrarias affectiones, tuàm videlicet ſatietatem, & fratris famem, modeſta

Ieiunium corporis nihil prodeſt niſi ad ſit mẽs pura.

Eſa. 54.

Ieiunii veri opera.

continentia tempera atque moderare. Sic enim faciunt & medici. Alios exinaniunt, alios replent vt acceſſione, deceſſioneque vniuſcuiuſque ſanitas cõſeroetor. Honeſtæ admouitioni obtẽperate Aperiat ratio pauperibus diuitum fores. Conſiliũ inopi ad locupletẽ aditum patefaciat. Egentes ne ditet humana ratiocinatio. Sed illis & domũ, & lectulum, & menſam tribuat Dei verbum ſempiteroũ. Dulci & humana oratione vſui neceſſariũ ex tuis facultatibus ſubminiſtra. Apud te multitudo pauperum atque langueotium ſibi profugium inueniat. Quiſque diligenter vicinorũ curã gerat. Studium promerendi de propinquis tibi ab alio præripi ne permittas. Caoe, ne capiat alius theſaurum repoſitum tibi. Calamitate affectum vt aurũ amplectere. Infirmam pauperis valetudioem ita, foue, vt in ea & ſanitatem tuam, & ſalutem vxoris & filiorum, ſeruorom, & totius denique familiæ poſitã putes. Nam cùm omnes pauperes fouendi adiuuaodiqoe ſunt, tũ illi, qui ægrotant, præcipuè ſunt complectendi. Qui enim egens & æger eſt, duplici laborat paupertate. Inopes enim, qui valeoti ſunt corpore, ex boc ad illud oſtiũ accedẽtes qui aliquid dent, aliquando tandem inueniuot. Præterea ſedeot io triuiis, & prætereuntes omnes interpellant opem implorantes. At illi pauperes, qui aduerſa prædıti valetudioe, anguſtoque hoſpitiolo, immò verò anguſtis hoſpitioli angulis cõcluſi ſunt vti Daniel in lacu, te benignum & pauperum ſtodioſum atque amãtem tanquã Abacue expectant. Quamobrem per eleemoſynã Prophetæ ſocius efficere. Celeriter & impigrè ad alendũ agentem accede. Nullam facies in promerẽdo iacturam, ne verearis. Multiplex enim & copioſus gignitur fructus ex eleemoſyna. Sere beneficium vt metere poſſis fructum, & bonis manipulis domum replere. At enim te quoque pauperẽ dices. Fac ſis, attamẽ dato. Da quod habes. Neque enim ſupra vires tuas quicquam abs te requirit Deus. Da tu panem, ille poculum vini, alius veſtimeotũ dabit. atque ita ex multorum benignitate voius calamitas ſubleuabitur. Ne Moſes quidẽ id, quod impendit in tabernaculum, ab voo tantum homine accepit, ſed ab vniuerſo populo. Alii enim aurum, argentũ alii, vt magis ve diuitiis affluebãt, obtulerunt. Pauperes verò vel pelles, vel etiam caprarum pilos, ſi quis grauius inopia premebator. Nonne vides pauperis etiam illius Viduæ quadrãtem diuitũ munera ſuperàſſe? Illa eoim quidquid habebat, exhauſit, cùm ex borum copiis vix puſillum quiddam exciderit Iacentes pauperes, tanquam nullius pretii ſint ne deſpexeris. Conſidera quinam ſint, & eorũ cognoſces dignitatem. Seruatoris noſtri perſonam indoerunt. Propriã enim benignus ille perſonam eis largitus eſt, vt, quemadmodum illi, qui aduerſus vim ioferẽtes tanquã propugnaculom regias prætendũt imagines, quo principis effigie irruentium impetus frangatur, & retardetur, ſic ipſi eos, qui nulla mooentur cõmiſeratiooe, quique pauperes odio proſequuntur, per illam flectant, mitigent, & exorent. Hi bonorum, quæ ſperamus, & expectamus, ſũt promicõdi. Hi ianitores Regoi celorum, qui forum aperiant benignis & bonis, occludant malis & inhumaois. Hi & vehementes ſunt accuſatores, & optimi patroni. Accuſant autẽ, & defendunt, noo oratione

Dan. 14.

Exod. 25.

sed

sed aspectu ipso, dum conspiciuntur à Iudice. A Quæ enim in eos fiunt, apud eum, qui corda scrutatur, qui cogitationes hominum omnes atque intimos animi sensus nouit, quouis præcone clarius, apertius, significantius vociferantur & clamant. Propter hos nobis & formidandum illud Iudicium, quod sæpe audiuistis, in Euangelio

Matth.25. perscriptum est. Illic enim video filium hominis venientem è cœlis, per æthera non secus atque per terram incedentem innumerabilibus stipatum millibus Angelorũ. Deinde gloriæ Thronum erectum in sublime, atque in eu considentem Regem. Tunc omnes hominum tribus, omnes gentes, nationes omnes, quæ in hanc vitam B ingressæ sint, quæ hunc spiritu aera duxerint, quæ hanc solis lucem aspexerint, duas in partes segregatas ad Tribunal iudicis astitisse. Audio, eos, qui à dextra sunt, agnos vocari: hœdos qui à sinistra. Nam ex morum similitudine sumunt appellationem. Audio illic eos interrogantem Iudicem, & rationes conficientem. Audio, quid ipsi respondeant Regi. Deinque pro suis quenque meritis ornatũ cerno. Illis, qui boni, benignique fuerint, atque optimè vitam egerint, summa & perpetua quies tribuitur in Regno cœlesti: inhumanis autẽ & improbis supplicium ignis, idque sempiternũ. Hæc omnia ibi diligenter, vt scitis, sunt explicata. C Non alia autem de causa Iudicium illud tã accurata oratione tanquam penicillo depictum, nobis ante oculos positum esse crediderim, nisi vt perdiscamus beneficentiam, & benignitatem complectamur. Hæc enim est quæ continet vitam. Hæc est pauperum mater, magistra diuitum, bona pupillorum nutrix, conseruatrix senum, egentium penu, communis miserorum portus, omnium ætatum curam gerens, omnibus ærum-

Simile. nis & calamitatibus consulens. Quemadmodum enim illi, qui in stolitiæ certaminib^9 præmia proponunt, tuba liberalitatem suam significantes, omnibus in palæstra decertantibus pecuniæ lar- D gitionem pollicentur atque denuntiant, sic ipsa beneficentia omnes in miserijs & calamitatibus positos ad se vocat, non vulnerum & plagarum præmia, sed ærumnarum & incommodorum remedia & curationem accedentibus impertiens. Hæc est omnium laudatarum actionum præstantissima. Hæc assidet Deo, & magna est cum ipso necessitudine coniuncta. Sic autem Deum ipsum nobis omnium, quæ rectè benigneque facimus, in primis auctorem effectoremque esse constat. Si quidem & terram procreauit: & ornatum cœli fabricatus est: & temporum vicissitudines statuit: & solis calorem, & glaciei refrigerantem na- E turam, omnia denique Deus ipse non sibi, cũ nullius horum indigeat, sed nobis continenter præstat & conseruat. Nam mirabili quadam ratione mortalium aciem effugiente præbet hominibus alimenta, seminãs opportunè, & scienter irrigãs.

Esa.55. ipse enim, vt scribit Esaias, dat semen serenti. & ex nubibus nunc sensim imbrem emittit in terram, nunc autem sulcorum latera & toros abũde perfundit. At vbi segetes creuerint, & viriditas ac cesserit, tunc disiectis dissiparisque nubibus, ab omnibus integumentis nudum & apertum ipsis ostentat & immittit solem, vt calidis atque ardentibus ipsius radijs tepefactæ perueniant ad maturitatem, & oportunas ad metendum spicas exhibeant. Quid? quòd vitem etiam enutrit, atque ita idoneo tempore sitientibus potum tribuit? Quid? quòd varia item alit animalium genera, vt hominibus & carnes ad vescendum, & pelles ad protegendum, & lanas ad vestes conficiendas præbeant? Cernis quo modo primæ beneficẽtiæ auctor & origo sit Deus, esurientem nutriens, sitienti lac giens potum, & nudũ operiens, vt ante diximus? Si vis autem intelligere, quo modo morbo laborantes, male affectos, atque afflictos curet, audi. Quis Apẽ docuit, ceras, & mella cõficere? Quis è pinu, Quis è Terebintho, Quis è Mastiches arbore pingues illos resinæ succos destillare fecit? Quis Indorum regionem constituit siccorum atque fragrantiũ fructuũ, & odorũ suauiũ matrem? Quis oleã corporis laboribus & doloribus opitulaniem procreauit? Quis nobis radicum & herbarum notitiam, quis qualitatum, & virium, quæ in ipsis sunt, peritiam tribuit? Quis effectricem conseruatricemque sanitatis Medicinã reperit? Quis calidarum aquarum fontes eduxit è terra, vt earũ vi tum frigidis & humidis, tum aridis & adustis affectionibus & morbis medeamur? Nonne Deus? Meritò igitur & oportune poteram verba Baruch vsurpare: Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Per hunc artes omnes, quæ vel in igne, vel sine igne, vel in aquis exercentur, inuentæ: per hunc scientiæ innomerabiles excogitatæ: vt nihil omnino desit hominibus, quod ad transigendæ vitæ necessitatem & commoditatem pertineat. Ac Deus quidem hoc modo beneficentiæ & liberalitatis inuentor, & fons, omnia, quæ nobis necessaria sunt, ditissimus ipse benignè subministrat Nos autem, qui singulis diuinæ scripturæ verbis ad dominum & procreatorem nostrum imitandum (quatenus mortalis beatum & immortalem imitari potest) instituimur, ad vtilitatem nostram omnia rapimus, omnia voluptatibus nostris metimur: & alia quidem vitæ nostræ delicijs elargimur, alia recondimus hæredum auditati. Miserorum verò nulla habetur ratio, nulla pauperũ idonea cura, nulla sollicitudo. O crudeles animos, ô mentes ab omni remotas humanitate, ab omni misericordia alienas. Homo hominẽ videt egentẽ pane, non habentem alimenta vitæ necessaria, neque tamen illi prõpto alacrique animo subuenit, & saluẽ præbet: sed illum despicit & tanquam virentem plantam aquarum penuria sinit arescere, præsertim cũ maximis inundet ipse atque circumfluat copijs, vt ex sua abundantia facile multorum inopiam reficere & recreare possit: Quemadmodum enim ex vno fonte profluẽs aqua multas camporum longè lateque protensas planities fœcundas & vberes reddit: sic vnius domus opulenta multitudinem pauperũ ex egestatis angustiis eripere potest & sustentare: modo ne parcos & auarus animus veluti prolapsus lapis venas & riuulos è benignitate tanquam è fonte publicè defluẽtes auertat atque intercipiat. Ne viuamus carni in rebus omnibus: in aliqua viuam^9 & Deo. Deliciæ enim epularũ, & quæ in ventrem ingrediuntur, tantulũ voluptatis carni duntaxat afferre possunt, quantulũ est illud spatium, quo fauces continentur. Nam simulatque in ventrem delapsæ

Fõtes aquarum calidarum morbis medentur.

Bar.3.

lapsæ sunt, putrescunt, & per inferiores partes secedunt.
A Misericordia verò & beneficentia virtutes sunt Deo gratissimæ: quæ si cuius animum incoluerint, eum diuinum efficiunt, & summo illi Bono quamsimillimum reddunt, adeo vt primæ illius atque immortalis, & mentem omnem superantis naturæ decoretur imagine. At qualem studij laborisque finem pollicentur? Nunc quidem præclaram spem, & lætitiæ plenam expectationẽ, pòst autem quando istius assiduè fluentis carnis spolijs exuti immortalitatem induerimus, vitam beatam, nullum finem habituram, nullis malis obnoxiam, in summis & admirandis, quæque hic à nobis cognitione comprehendi nõ possunt, versantem gaudijs & voluptatibus.
B Vos igitur qui ratione præditi, & interprete rerum diuinarum interprete ac magistra decorati estis, ne (quæso) vos rerum fluxarum & caducarum blanditijs deliniri, & tanquam esca allici, & capi patiamini. Complectimini eum, qui possidentem se nũquam est derelicturus. Vsui vitæ modum imponite, ne omnia vestra existimate. sit pars etiam pauperum & amicorum Dei. illius enim verè sunt omnia, quam habemus patrem. nos autem fratres sumus. Quapropter vt genere coniunctos ac fratres melius quidem, & iustius erat, æquis partibus cernere hæreditatem.
C Verum, quando id factum non est, sed vnus, aut alter plus interuertit, reliqui partem vnam saltem accipiant. Quod si quis omnium prorsus esse dominus, & vniuersam vult hæreditatem auertere, & sexta, aut quinta parte fratres excludere, ille frater non est, sed acerbus tyrannus, immitis barbarus, immo verò inexplebilis fera, quæ hianti ore sola suaues deuoret dapes, vel potius ipsis etiam feris seuior, & ægrestior. Si quidem & lupus ad deuorandam prædam lupum sibi socium adiungit. & canes multi nonnunquam simul idem dilaniant corpus. At iste diuitiarum suarum nullum eiusdem generis hominem participem facit. Modetata mensa sufficit tibi.
D Ne te in illud luxuriæ pelagus demittas, vt conuiuia omni genere ciborum instructa velis. Illic enim graue naufragium fit, quo non scopulis sub salo latentibus colliderís, sed in altissimam & obscurissimã voraginem detruderis, in quam qui semel incidit, nunquam emerget. Vtere igitur, vtere, ne abutaris. Sic enim Paulus etiam edocuit. Modesta oblectatione te recrea, temperanter animum relaxa. *1.Cor.7.* Ne te deliciæ sic obruant, vt nimia lætitia gestias, & insanias voluptatibus debaccheris. Ne sis animalium planè omnium pernicies, ingentium, mediocrium, minutorum, gradientium, volantiũ, natantium, siue inuentu facilia, siue difficilia sint. *Delicia ciborum fugienda.*
B Seu magno, seu vili pretio veneant. Multorum venantium sudore ventrem vnum ne repleas. Ne sint fauces tuæ veluti vorago, aut gurges, aut vastissim⁹, ac profũdissimus puteus, ad quem obruendum multorum laborent manus. Propter hominum luxuriam atque delicias non modo maris profundum turbatur: non aquis solum innatantes capiuntur pisces: sed marina animalia coguntur solum vertere, & in aquis fluminum degere. Inde in terram & cœlum hoc extrahũtur. Sic ostrearum genera non latuerunt. Sic captus Echinus. Sic serpentes irretitæ sũt Sæpiæ. Sic Polypus saxis, quibus inhærebat, auulsus. Sic ex locis altissimis extracta conchilia. Nullum denique est animalium genus, quod vel summas, vel infimas partes maris incolat, quod non humana fraus deceptum ad hanc cœli lucem aspiciendam eduxerit. Adeo hominum voluptates vndique captãtium ingenia ad varias insidias & dolos reperiendos elaborarunt. Sed qualia nam delicias eiusmodi consequuntur? Necesse est, vt luxuria, vbi semel radices egerit & coaluerit, reliquam secum nequitiæ materiam trahat. Quamobrem qui molliter, & delicatè viuere instituerunt, necessario ad excogitandos magnificos ædificiorum apparatus alliciuntur. In his construendis & exornandis maxima vis pecuniarum profunditur.
B Ad hæc cœtus hominum libenter conuocant, & inuitant, splendidam, & variam supellectilem studiosè comparant. Mensas pretiosissimas ex ære conflandas curant, alias leuitate politissimè exæquatas, alias vario artificio sculptas & fabrefactas, vt liceat conuiuis simul & gulam epulis delinire, & oculos intuendis & legendis historiis oblectare. Hic mihi deinceps tuiè reliqua considera: Crateras, Tripodas, Cados, Gutturnia, Lances, innumerabilia poculorum genera. Scurras, Mimos, Citharistas. Pœtas, Oratores, Cantores, Cantatrices, Saltatores, Saltatrices, totum denique petulãtiæ ludum. Pueros comis effœminatos, puellas
C inuerecundas, quas propter immodestiam meritò sorores Herodiadis appelles, Ioannem, id est, diuinum in vnoquoque sapientiæque studiosum animum è medio tollentes. Atque dum hæc intus geruntur, assident ad vestibuli fores innumerabiles Lazari, partim grauibus vlceribus pleni, partim oculis orbati, partim pedibus mutili. Quidam ipsorum quanuis sint omnibus ferè membris spoliati, serpere tamen audent, & vtcunque progrediuntur. Conclamant autem, nec tamen exaudiuntur. Impedit enim tibiarum strepitus, & carmina, quæ ab ipsis cantoribus concinuntur, & solutè ridentium Cachinnatio.
D Quòd si pauperes paulo vehementius fores pulsauerint, immitis ac sæuus alicunde prosiliens Domini Ianitor eos baculo propellit, & canes appellans verberibus plagas infligit & vulnera. Abeunt igitur CHRISTI amici, in quibus sita est mandatorum summa, cùm nec panis frustum, nec obsonii quicquam acceperint, sed potius contumelias & verbera lucrati sint. Intus autem in officina Mammonæ alij tanquam nimis onusta nauigia reuomunt cibum, alij præsentibus poculis indormiunt mensæ. Duplex autem in turpi domo exercetur peccatum, vnum propter ebriorum satietatem, alterum propter expulsorum pauperum famen.
B Si Deus hæc aspicit, vt profectò aspicit, quam vitæ commutationem, quem exitum fore cogitatis? dicite, quæso vos, ô pauperum inimici. An nescitis horum causa in sacro Euangelio poni, & commemorari exempla omnia horrenda, & terribilia? *Luc.16.* Nonne graues illius cruciatus & gemitus recensentur, qui in Bysso fuerat enutritus? an non in malorum Abyssu describitur coerceri. Quid? huic alter ille similis, nonne cùm vesperi de matutinis delicijs cogitaret, tam inexpectata & repentina damnatus est morte, vt ne orientis quidem *Luc.12.* solis radium potuerit intueri? Proinde, cùm mortales simus, fidem ne abiiciamus, ne ve fruamur volupta-

voluptatibus vt Immortales. Sic enim ferè affecti sumus, quicunque genio indulgere, & carni in omnibus obsequi volumus. Tanquam patres familias successorem nunquam habituri, & perpe- D tui rerum humanarum domini, messis tempore sementem facimus, & quando seminandum est, separamus lætitiam messis. Platanum serimus, & proceræ arboris vmbram moramur. Palmæ semẽ terræ committimus, & fructuum dulcedinem expectamus. Hæc autem ferè in ipsa senectute, quãdo iam adest ætatis autumnus, & mortis hyems aduentat, & vitæ residuum tempus est non integer annus, sed tres aut quatuor dies. Cogitemus igitur, nos, qui ratione præditi sumus, quàm fragilis fluxaque sit vita nostra, quàm velociter labatur tempus, vt sisti cohiberique non possit, vt E omnia, quæ metitur, ad interitum ducat & trahat. Atque vtinam breue tantum esset spatium vitæ, modo certum esset, modo reddendæ rationi non essemus obnoxii. Nunc autem illud meritò torquere nos debet, quòd & singulis horis instar periculum, & incorruptus, atque integer adeundus est iudex, apud quem non solum eorum, quæ fecimus, sed omnium, quæ diximus, reddenda nobis est ratio. Quamobrem hæc secum ipse animo voluens beatus ille Vates auet intelligere præfinitum sibi terminum vitæ. Itaque Deum precatur, vt sibi numerum dierum, qui reliqui sint, annunciet, quo accingat sese ad ea, quæ ad exitum pertinent, ne tanquam Viator improuidus, dum iter facit, & viaticum necessarium quærit repente turbetur. Sic igitur inquit: Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam, quid desit mihi. *Psal 38.* Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te. Cernis animæ bonæ prudentem sollicitudinem, id que in homine in regia dignitate constituto. Ne mirum: intuetur enim Regem Regum, & Iudicum Iudicem. Illud autem obsecrat, vt obsoluta mandatorum obseruantia decoratus discedat integer & perfectus cœlestis illius patriæ ciuis, quam nos item omnes vt assequamur, & opto, & spero per gratiã & benignitatem Domini nostri Iesu Christi cui gloria in æternum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS, DE PAVPERIBVS AMANDIS, ET BENIGNITATE COMPLECTANDIS, ALTERA.

ORATIO.

Eodem Zino interprete.

IN EA EVANGELII VERBA: QVATENVS VNI ex his fecistis, mihi fecistis.

ADHVC in formidolosi, Magni illius Regis aduentus nobis ab Euãgelio descripti contẽplatione detineor. Adhuc attentè consideranti A metũ, quem iniicit ea cõmemoratio, refugit horretque animus. Nã cœlestem ipsũ regẽ in Throno maiestatis, vt ibi describitur, terribili quoddam modo præsidẽtẽ mihi videor intueri. Magnificũ illũ Thronũ, quinque Thronus ille sit, eũ, qui nullo coercetur loco, continentem cerno. Innumerabilia Angelorũ Regẽ cõstipantium millia video. Magnũ quinetiam ipsũ ac formidandũ Regẽ aspicio ex immẽsa gloria in naturam humanã despicientẽ, & vniuersa genera hominũ, quicunque ex eo tẽpore, quo primũ generari homines cæperunt, vsque ad metuẽdi illius aduẽtus B diẽ reperiãtur, ad se cõgregãtem, singulisq; ex instirutæ, & anteactæ vitæ ratione & meritis, vel præmia dantẽ, vel irrogantẽ supplicia. Illis, qui rectè sancteq; vixerint ad dexteram partẽ, vt dictũ est, collocatis, qui verò flagitiosè & improbè, ad sinistrã positis, & condẽnatis. Vtrosque autem diuersa tamen ratione appellantem audio. Alios enĩ dulcissimis illis ac faustissimis verbis alloquitur. *Matth. 25.* Venite benedicti patris mei. Alios horribili ac metuenda illa cõminatione: Ite maledicti in ignem æternum. Sic autẽ mihi hæc legenti & cõsiderãti affectus & perterrefactus est animus, vt ea non le- C gi, sed fieri, non pronunciari, sed agi quodã modo existimẽ. Iamq; non audire, sed planè rebus ipsis interesse mihi videor. Itaque præsentiũ nihil amplius sentio, nec menti vacat respicere ad aliud quidquam eorũ, quæ mihi ad explorandũ & contemplandũ proposita sũt, quamuis ea profectò nec parua sint, nec exiguam indagationem requirant. Quo modo videlicet venire intelligatur, qui semper adest, præsertim cùm ipse dicat: Ecce vobiscũ *Matth. 28.* sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. & si nobiscum esse creditur, quo modò venturus, tanquam non adsit, existimetur? Si enim in ipso (vt inquit Apostolus) viuimus, moue *Act. 17.* mur, & sumus, qui fieri potest, vt ab illo, qui complectitur omnia, ii, quos ipse comprehendit, loco discludantur? Quòd si nunc adesse rebus, quas in se ipse cohibet & coërcet, negem°, quo modo posterius vnquam affuturum expectemus? Præterea, quæ possit esse illius aut sedes, aut præsentia, aut forma, aut in Throno circunscriptio, qui & corpore caret, & videri non potest, & formã nullam habet, & vbique sic adest, vt nusquam concludi secludi ve possit. Hæc igitur & cætera id genus tanquam maiora, quàm vt à nobis in præsentia explicari valeant, omittemus, & communis vtilitatis gratia illuc rationem nostram conuertemus. vt, quo pacto fieri possit, ne redigamur in reproborum ordinẽ, pro viribus ostendamus. Equidem, vt ingenuè fatear perturbationem animi mei, vehementer, ô fratres, vehementer illa comminatione conterritus sum. Hoc autem timore vos item affici velim, neque eum vlla ratione despicere. Beatus enim vir qui, semper est paui- *Pro. 28.* dus, vt quoddam loco inquit sapienti, qui autem contemnit, contemnetur. Priusquam igitur irruant mala, demus operam diligenter, ne nobis hæc tristia necesse sit experiri. Verũ quoniã modo ea declinabimus? hoc nimirum, vt eam viuendi rationem & viã, quam in præsentia scriptura nobis ostendit quæ nunc viget, & viuerè viuit, ingrediamur. Quænã hæc est ratio? quænã hæc via? Esuri- *Matth. 25.* ui, sitiui, hospes eram, & nudus, & infirmus, & in

carcere. Quod vni eorum fecistis, mihi fecistis. Icirco venite, inquit, Benedicti patris mei. Quid ex his dicimus? Benedictionem ac summum bonum in diligētia & obseruantia mandatorum positum esse: maledictionem & malorum extremū ex desidia mandatorumque despicientia proficisci. Eam igitur amplectamur, hanc fugiamus, quando in nostra manu situm est, vt, vtram volumus, adipiscamur. Ad quod enim egregia animi alacritate propenderimus, in eo futuri sumus. Quare benedictionis dominum, qui perinde nobis acceptum laturus est quidquid studij & officij in pauperes contulerimus, ac si in ipsum contulissemus, conciliemus nobis & obstringamus, præsertim hoc tempore, quo nobis, dum viuimus magna exequendi mandati facultas præbetur, multique sunt, qui rebus necessarijs, multi, qui & ipso corpore indigeant, ab ipsa vi morbi confecti atque consumpti. Sic igitur nos in hac re, hoc est, vt planius loquar, in ijs, qui morbo grauissimo mutilati sunt, fouendis curandisque studiose diligenterque geramus, vt præclarum illud promissum præmium assequamur. Quo enim grauior in his morbus reperitur, eo maius præmium laboriosum illud mandati munus obeuntes manet. Quid igitur faciendū est? illud vtique vt Sancti Spiritus voluntati ne resistamus: ea autem est, vt eos, qui eadem natura præditi sunt, tanquam alienos non euitemus, neque imitemur reprehensos illos in Euangelio, Sacerdotem, & Leuitam dico, qui miserabilem illum, quem historia à latronibus semimortuum relictum tradit, nulla commoti commiseratione præterierunt. Nam si coarguuntur illi, quòd ad plagas in nudo corpore intumescētes non respexerint, quo modo nos, qui illos immitamur, non in eandem rej rehensionem incurremus? neque enim profectò tā miserandum spectaculum præbuit ille, qui in latrones inciderat, vt præbent hi, qui eiusmodi oppressi sunt calamitate. Vides hominem ea improbitate morbi in quadrupedis formam commutatum, & vngulæ atque vnguium loco ligna manibus induisse, atque ita nouum vestigij genus humanis semitis imprimentem. Quis ex ea forma queat agnoscere, hominis gressu eiusmodi esse facta vestigia? Homo eo corporis habitu & figura formatus, vt rectus in cœlum aspiciat, cui manuum instrumentum ad res agendas Natura dedit, incuruatur in terram, & quadrupes fit, & parum abest, quin rationis expers esse videatur. Cū difficultate spiritum trahit, irraucescit, & ex intimis visceribus fremitus elicit, ipsis etiam rationis expertibus animalibus effectus (liceat audacter id dicere) calamitosior, siquidem illa, quàm ab ipso ortu formam acceperunt, eam ad finem vsque conseruant: nec vllum ex iis propter aliquem morbum ex ea forma in aliam conuertitur. Hic autem, tanquam cōmutata natura, non id amplius, quod erat, sed aliud quoddam animal videtur esse. Pedum munere funguntur manus. Genua præbent plantarum vsum. Nam ipsæ plantæ naturales, & tali, aut planè deficiunt, aut veluti appendices quædā extrinsecus temerè nauibus admotæ, fortuito trahūtur. In his tu hominem cernis, nec sanguinis coniunctionē reuereris? nec miseraris propinquum? sed auersaris calamitatem, & odio supplicem prose-

Luc. 10.

queris? Hominis accessum tanquam feræ alicuius impetum declinas? Atqui, ne id faceres, debebas vel ea cogitatione prohiberi: Nempe Angelum à corpore materiaque liberum te quāuis sis homo, tamen attingere, nec carne & sanguine mixtum atque concretū aspernari. Quid autem Angelos dico? cum ipse Dominus Angelorum, ipse cœlestis beatitudinis Rex propter te factus sit homo? & sordidas istas abiectasque carnis exuuiolas vnà cum anima, quæ ipsis erat induta, sibi circundederit, vt attractu suo tuis ægritudinibus mederetur? Tu verò, qui natura idem es cū ægrotante, fugis eiusdem generis hominem? Ne tibi, frater, ne, obsecro, placeat consilium prauum. Qui sis, & de quibus consulas, considera: homo nimirum, de hominibus, qui nihil in te proprium, & à natura communi seiunctum obtines. Futuris de rebus ne præiudicium facias. Dum enim affectionem in alieno corpore conspicuam damnas, incertam de tota natura sententiam pronuntias. Eius autem naturæ tu quoque particeps, vt reliqui omnes. Quapropter tanquam communi de re cōsulatur. Cur, quæ in alijs vides misera & calamitosa non ea te æquè ad commiserandum adducunt, ac si in te ipso conspiceres? Cernis homines vagos tanquam ex Nomadum genere ad ea comparanda, quæ gregibus sibique necessaria sint, dissipatos. His vestimenta sunt lacerata, ex attritis centonibus consuta: in manibus baculus, non ab ipsis digitis comprehensus, sed loris quibusdam ad palmas alligatus. Hoc illi pro gladio, hoc pro vehiculo vtuntur. sacculus adest ad seruandum panē situ carieque confectum. Pera timosa: in hac illis & focus, & domus, & stragulum, & lectulus, & penu, & mensa, omnis denique supellex in hac pera consistit. At tu hæc aspicis, &, quis in illis sit, minimè cogitas. Hic enim, si nescis, est homo, factus ad imaginem Dei. Huic, vt terræ dominetur concessum est. Huic in reliqua animalia datum imperium. Eò tamen calamitate redactus, atque sic inuersus est, vt, quidnam sit, ambigatur. Nam neque hominis planè, neque aliorum animantium cuiusquam indicia præsefert. Si cum homine conferas, effigies humana respuit eam deformitatem: si cum rationis expertibus animalibus, ea quoque similitudinem eiusmodi non admittunt. Soli igitur ad se ipsos solos respiciunt, & miseriæ similitudine inter se congregantur. Qui ab aliis despiciuntur, se ipsi præ necessitate non despiciunt. Vndique expulsi confluunt vnum in locum, & proprium quendam populum conficiūt. Vides homines iniucundos flebilem tristemque chorum efficientes. At verò vt ipsis sese quodāmodo iactitant calamitatibus? Vt in se ipsis naturam ostentant deturpatā? Vt varios abeuntibus se tanquam præstigiatores quidam morbos demonstrant? Poetæ carminum luctuosorum, tristium narrationum inuentores, grauium illarū modulatores cantionum, auctores nouæ istius miseræque Tragediæ, in qua nō ex alienis, sed ea proprijs calamitatibus exempla sumunt ad permouendos animos, atque ita sibi audiētiam faciunt. O quæ figuræ, bone Deus, quæ narrationes, quid ipsos dicentes audimus? Quo modo ab illis, qui ipsos procrearunt, nulla sua culpa reiecti sunt. Quo modo expellūtur è ciuitatibus. Quo modo ex collo-

ex colloquijs communibus, ex publicis festisque congressibus extruduntur, tanquã homicidæ, tanquam parricidæ exilio perpetuo mulctati, immo quàm illi longè infeliciores. Si quidem homicidis solum vertentibus licet alibi cum hominibus viuere. At isti omnium soli tanquam communes declarati hostes vndique exturbantur vt canes. Quid? quod eodem tecto, eadem mensa, eodem vasorum vsu iudicantur indigni? Quid? quòd quia si hæc satis grauia non sint, arcentur à fontibus, qui reliquis hominibus sunt communes? Ipsa quinetiam flumina creduntur ipsorum ægritudine coinquinari. Si lingua cruenta canis aquam lamberit, non eam iccirco respuunt homines. At B si ad illam æger accesserit, continuò propter hominem ipsa quoque aqua detestabilis prædicatur. Hæc enarrant. Hæc deplorat. Ob hæc necessariò se ad hominum pedes abijciunt miseri, & omnibus occurrentibus supplicant. Sæpe tristi spectaculo illacrymaui. Sæpe de natura cõquestus sum. Et ea me recordatio memoriaque nunc etiã mouet atque perturbat. Vidit ægritudinem miserandam. Vidi spectaculum plenum lachrymarũ. iuxta vias celebres, & à prætereuntibus frequentatas iacent homines mortui, immo ne homines quidem, sed infelices hominum reliquiæ, signis & indicijs aliquibus indigẽtes, vt, se homines esse C fidem faciant. Neque enim ex naturæ notis quidquam est reliquum, vt agnosci possint. Hi soli ex omnibus se ipsos oderunt. soli diem suum natalẽ execrantur. ac iure quidem detestantur illum diem: qui talis vitæ principium fuit. Homines qui se communi appellatione nominare erubescunt, ne ex ipsa nominis communione naturam communem dedecorent. Sẽper in miserijs vitam degunt Perpetuam luctus materiam habent. Quãdiu enim se ipsos aspiciũt, tandiu lugendi habent occasionem. Dubitant autem quas magis deplorent corporis partes, eane, quæ non adsunt amplius, an illas, quæ supersunt. Quas morbus absũpsit, an quæ morbo relictæ sunt absumendæ. D Dolendum ne magis sit, quòd in se ipsis eas miserias cernant, an quòd eas adempta etiam morbo videndi facultate, intueri non possint. Quòd talia de se narrare queant, an quòd sibi ab ipso morbo erepta etiam voce ne illa quidem valeant explicare. Quòd tali vescantur cibo, an quòd ne illo quidem commodè vesci possint, impedita propter oris corruptas à morbo particulas edendi potestate. Quòd sentiendo, ea, quæ mortuorum sunt propria, perpetiantur, an quòd ipsis etiã sensibus spoliati sint. Vbi enim illis aut viuendi, aut odorandi, aut tangendi vis? Vbi reliquorum sensuum E sedes, quas paulatim depascente morbo caries arrodit? Per omnia igitur vagantur loca, ad vberiorem pastum, vt animalia rationis expertia, identidem se transferentes. Occasionem ad negotiandum comparandaque cibaria circunferunt calamitatem. & supplicationis loco morbum omnibus ostendunt. Propter ægritudinem autem ministris egent, à quibus manu ducantur. sed obtorpiam sese vicissim confirmant. Sic enim alter alterius vtitur membris pro ijs, quæ sibi desunt, vt, qui per se singuli sunt imbecilli, mutua illa accessione fulciantur. Itaque in hominum cõspectum sigilatim non veniunt, sed (adeo egestas etiam ad parãdum victum ingeniosos & solertes facit) vniuersi atque inter se cõgregati conspici volunt. Inde fit, vt, cùm singuli miserabiles sint, hominibus ita coniuncti magis miserandi coadiuuandique videantur. Aliquid enim quisque in cõmune confert, & alius ex alia calamitate misericordiam cõparat. Hic prætendit mutilatas manus. Ille tumidum ventrem ostendit. alius dilaniatam faciem. Crus aut brachiũ putrescens alius. Qua denique quisque ægrotat corporis parte, eam denudat, & suam miseriam ostẽtat. Quid ergo faciendum est nobis, vt nihil in naturæ legẽ peccasse videamur? satis ne sit, eorum affectiones deplorare, & oratione morbum extollere, atque ipsa commemoratione commoueri? an necesse est, vt facto etiã aliquo misericordiam & beneuolentiam erga illos nostram declaremus? Sic est profectò. Nã quæ proportio est inter res veras & adumbratas picturas, eandem obtinent verba, si ab operibus seiungantur. Non enim in verbis salutem consistere dicit Dominus, sed in salutis operibus faciendis. Quãobrem, quod nobis ipsorum causa mandatum est id, oportet, vt ipsimet exequamur. Neque enim illud omnino quispiam dicat, esse satis, si procul à nobis in extremam aliquam nostræ regionis partem, tanquam in coloniam deductis alimenta suppeditentur. Eanãque sententia nullam vere clementiæ & commiserationis significationem habet, sed sub ea misericordiæ specie illud cõsilium latet vt homines è vita nostra prorsus exterminentur. Deinde nostræ nos viuendi consuetudinis nõ pudet? qui sues, & canes contubernales habeamus, adeo, vt ne suo quidem lectulo venator catulum arceat, & agricola vitulum exosculetur, & proprijs manibus viator asini pedes lauet, & curandis vulneribus medicas manus adhibeat, stercusque auferat, & cubile substernat, eos autẽ, qui generis necessitudine nobis coniuncti sunt, ipsis etiam rationis expertibus animalibus postponamus: Ne fiant hæc, quæso, ne fiant ò fratres. Ea sententia aduersus homines rata ne habeatur. Operæpretium est meminisse, qui simus, de quibus consilium capiamus. Nempe de hominibus homines, qui nihil proprium, & à natura communi seiunctum possidemus. Vnus omnibus in hanc vitam introitus, idem omnibus vitæ modus. Edẽdi, bibendi, viuendi similis ratio. eadem corporum constructio. idem è vita exitus. Omnia enim composita dissoluuntur, & ad interitũ veniunt. Nihil eorum quæ mixta concretaque sunt, semper eodẽ statu manet. Exiguum ad tempus bullarum instar spiritui nostro circumiectum est corpus. Mox autem extinguimur, nullo huius tumoris in vita relicto vestigio, in columnis, & lapidibus, & titulis monumenta, ac ne illa quidem sempiterna. Hæc tecum ipse reputans noli altum sapere, scribit Apostolus, sed, quod incertum est, time. Ne in te ipsum statuas sæuitiæ legem. Ægrotantem ne fugis? Dic, amabo, ecquid prætexens id facis? An quia in illo corruptus est humor, & putridus quidam succus, atra bile cum ipso humore confusa, sanguinem infecit? Has enim causas medici, cum de morbis disserunt, afferre solent. Quodnam igitur est hominis crimen, si naturæ materia mobilis & inconstans ad illud ægritudinis genus defluxit? Tu verò non cernis in ipsis etiam valen-

Matth. 7. Luc. 6.

Pauperes nõ sunt exterminandi à nostra consuetudine.

Rom. 11.

Morborum causa.

tinm corporibus sæpe contingere, vt qui cætera sanus est, inflammatione, ant carbunculo, aut eius A modi aliquo morbo corripiatur, iocensa, suprà quam opus sit, materia humida, & iccirco in tumorem, & ruborem, & putridam saniem conuersa: Quando igitur sic affecti sumus, eam ne carnis partem ægrotantem auertimur, an contra potius reliquas corporis partes sanas omnes ad illius laborantis curationem conuertimus? Non igitur eam ob causam homines despicimus, quòd morbus detestabilis videatur. Alioqnin in nobis etiā ipsis ab ea parte curanda, quæ morbo affecta est, sanæ partes abhorrerent. Quid ergo nos ab illis disiungit? quid tandem est? illud profectò, quòd nō timemus minas illius, qui dicit: Discedite à me B
Matth.25. in ignem æternum: quatenus enim vni ex his nō fecistis, nec mihi fecistis. Qui enim hæc ita habere arbitrarentur, nunquam adduci in eam sententiam possent, vt ægrotantes à se repellerent, nec studium, quod in calamitosos impéderetur, vitæ nostræ contagium existimarent. Quamobrem si fidelem eum, qui promisit, arbitramur, mandatis illius, sine quibus digni promissis eius esse non possumus, obtemperemus. Nudus, indigens cibo, infirmus, in carcere clausus, & omnia quæ commemorantur in Euangelio, in hoc misero tibi proposita sunt. Vagus vberrat & nudus, infirmus, & C propter inopiam, quæ morbum ipsum consequitur, rerum egens necessariarum. Qui enim nec domi habet, vnde alatur, nec aliúde labore potest quæstum facere, huic vtique desunt ea, quæ vitæ vsus requirit. Vinctus autem propterea est, quoniam morbi vinculis constringitur. Itaque Mandatorum omnium summam in hoc expletam habes, & ipsum omnium Dominus ob ea, quæ benignè ipsi præstiteris, obstrictū & obligatū. Cur igitur in tuæ vitæ perniciem niteris? Qui enim rerum omnium Dominū amicū habere non vult is sibi ipse grauis est inimicus. Quéadmodum auté Mandati obseruantia conciliatur, sic ab alieoatur D crudelitate. Tollite (inquit) iugum meum super
Matth.11. vos. Mandatorum obseruantiam iugum appellat. Iubenti pareamus. Efficiamur iumentum Christi induentes vincula charitatis. Tale iugum ne detrectemus, ne excutiamus. suaue est, leue est. Subeuntis ceruicem non atterit, sed demulset. seminemus in benedictione (inquit Apostolus) vt
2.Cor.9. etiam in benedictionibus metamus. Multiplex spica ex tali semente pullulabit. Ampla est Domini Mandatorum seges. sublimes benedictionis stirpes. Vis intelligere, in quantam altitudinem extollatur harum stirpium incrementum? ipsos cœli vertices attingunt. Quidquid enim in hos E contuleris, in cœli thesauris conditum inuenies. Ne diffidas iis, quæ dicta sunt ne ve horum amicitiam contemnendam putes. Manus quidem ipsorum sunt mutilatæ, sed ad ferendum auxilium nō imbecillæ. Pedes inutiles effecti sunt, sed currere ad Dominum non prohibentur. Effluxit lux oculorum, sed animo cernunt illa bona, quæ oculorū acies intueri non potest. Quamobrem corporis deformitatem ne despicias. Parumper expecta, & quod superet omnis miraculi fidem, intueberis. Non enim quæcunque materiæ fluxæ cōtingunt, eadem in perpetuum manent: sed quando anima huius caduci terrenique carceris nexu soluta est,

tunc propria splendet pulchritudine. Hoc autem vel inde coniicito, quòd post hanc vitam nō despexit pauperis manum voluptarius ille diues,
Luc.16. quinetiam optauit, vt, qui olim corruptus erat pauperis digitus, sibi aquæ guttam ministraret, cupiens ipsa lingua stillantem ipsius digitum excumlābere, id neutiquā desideraturus, si ex corpore prouenientem tristem illam turpitudinem in animæ quoque forma conspexisset. Quàm multa in ea vitæ commutatione verisimile est, diuitem recantasse? Quàm multis nominibus beatum existimasse pauperem illum propter angustias, quibus oppressus fuerat in hac vita? Quot modis fortunam suam, cui in perniciem animæ diuitiæ datæ fuerant, incusasse? Quòd si reuiuiscere licuisset, quidnam data optione fuisse creditis electurum? in eorum ne esse numero, qui in hac vita beati censentur, an in eorum potius, qui miseri iudicantur? Non est dubiū, quin infelicium conditionem fuerit accepturus. orat enim, vt ad fratres nuntius ex mortuis mittatur aliquis, ne ipsi quoque diuitiarum splendore elati ac tumidi, & propter lubricum voluptatis prolapsi, in eundem Infernoi hiatum atque voraginem detrudantur. Cur igitur eiusmodi exemplis admoniti nondum resipiscimus? cur præclarum illud negotiationis genus (vt consulit Apostolus) non exercemus? Vestra (inquit) copia eorum inopiam
2.Cor.8. sustentet, vt eorum opes in ea, quæ post secuntura est, vita, vobis ad salutem opitulentur. Si quid igitur benignitatis percipere volumus, bene merēdo anteuertamus. Si posthæc refici, eos in præ-
Luc.16. sentia recreemus. Si ab illis in æterna recipi tabernacula, nunc eos in nostra recipiamus. Si peccatorum nostrorum vulnera curari, illorum corporum plagis idem præstemus. Beati enim mise-
Matth.5. ricordes, quoniam ipsi misericordiam consequētur. At aliquis fortasse dicet, vtile quidem in posterum esse mandatum, sed hoc tempore sibi adhibendam esse cautionem, ne eiusdem morbi cōtagione contaminetur. Atque ita ne temeritatis pœnas det, & aliquid eorum, quæ nollet, perpetiatur, sibi eorum, congressum ac consuetudinem vitandam putat. Nugæ sunt hæ, & excusationes fictæ, ac commentitiæ, quibus veluti quibusdam integumentis, inertia ad conficienda Mandata Dei pretegitur. Non autem ita se res habet. Nullus enim in exequendo Mandato timor inest. Nemo malo malum curet. Quot enim homines licet videre qui iam inde à pueritia ad ipsam vsque senectutem suam in eiusmodi curatione operam collocarunt, neque tamen ob id studium bona ipsorum habitudo corporum naturalis est vllo modo facta deterior? Neque verò vlla probabili ratione id fieri potest. Cæterum quoniam aliquando sæuiunt quædam morborum genera, vt pestilentiæ, & alia eiusmodi, quæ ex causis externis pendent, quæ videlicet aëre aqua ve corrupta generantur: hæc autem tanquam ab illis, qui prius corrupti sunt, eos qui appropinquent, innadant atque coinquineot, multis suspecta sunt, quā quam meo quidem iudicio neque affectio illa ex successione sanis morbum dispertitur, sed communis pestilentiæ sæuina morbi similitudinem affert: Quando igitur eiusmodi contagiones grassantur, valeat excusatio, quòd morbus ex eo laborantibus

borantibus ad alios serpat. At hic quoniã affectio- A
nis vis intus contrahitur & consistit, & ex rabifi-
corum humorum permixtione quodãmodo san-
guis corrumpitur, in ægrotante solum hæret &
circunscribitur affectio Hoc autem sic habere, il-
lud indicium sit. Qui morbo laborant, aliquid ne
melioris habitudinis acquirunt ex cõsuetudine &
familiaritate eorum, qui commoda fruuntur vale
tudine, quãuis curentur ab eis diligentissimè? Ni-
hil omnino. Sic igitur è cõtrario fieri par est, vt ni
hil ex ægrotantibus ad rectè valẽtes incommodi
perueniat. Quare, cùm tanta Mandati vtilitas sit,
vt inde regnum cœlorum comparetur, in eo autẽ
exercendo nullum periculũ, vt corpus detrimẽti B
quicquam accipiat, quid impedimento est, quo-
minus ipsum Charitatis mandatũ excolatur? Dif-
ficile, & magni laboris est (inquies) vt homines ad
hæc, à quibus naturaliter & inductione quadam
animi abhorrent, amplectẽda pertrahantur. bellè.
rationem admitto, & laboriosum esse confiteor.
Verum quid nam eorum, quæ ex virtute perfici-
untur, à labore vacuum ostendes? Sudores & la-
bores multos rerum cœlestium spei Lex diuina
proposuit, arduamque ad vitam ducentem viam
hominibus demonstrauit, eamque laboriosissimis
ac difficillimis quibusque documẽtis perangustè
referciens vndique coarctauit. Angusta enim est C
Matth. 7. porta, & arcta (inquit) est via, quæ ducit ad vitã.
Quid ergo? illamne sũmi boni spem iccirco con-
temnemus, quòd ad illud ignauis & inertibus as-
pirare non licet? Interrogemus adolescentes, vtrũ
laboriosius sit, sobriè, castè, continenter viuere, an
relaxare habenas cupiditati, & solutè ac liberè cõ
quisitis vndique voluptatibus frui, & hæc an illa
viuendi ratio suauior, & magis optanda videatur.
Quid ipsi sint respõsuri, nemini dubium est. Nos
ergo propterea id, quod iucundum & facile est,
complectemur, à virtute autem, quòd difficilis la-
boriosaque sit, per ignauiam deficiemus? Atqui il D
li, qui vitæ leges tulit, ista non probantur. Proinde
spatiosa illa deorsum ad perniciem tendente no-
bis interdicta via, Intrate (inquit), per angu-
stam & arctam portam. Vnum igitur ex illis in-
stitutis, quæ rectè per laborem exercentur,
& hoc existimemus, vt reiectum è vita atque
exoletum mandatum in consuetudinem induca-
mus, & naturalem offensionem, atque fastidium a
nimi, quo ab illo abhorremus, exercitationis assi-
duitate leniamus, & emendemus. Magna est con-
suetudinis vis, & rebus etiam difficilioribus solet
voluptatem quãdam aspergere. Quamobrem ne
quis amplius mandatum esse difficile ac laborio- E
sum obiiciat: sed potius omnes vtile ac fructuo-
sum illud rectè obeũtibus fateantur. Et quoniam
apparet lucri magnitudo, labor omnis alacriter
suscipiatur. Nam quod principio molestum & ar-
duum videtur, id ipsa dies & consuetudo facile ac
iucundum efficiet. Iam verò si iis, quæ dicta sunt,
volumus aliquid adiungere, misericordiam erga
calamitosos in hac item vita frugiferam esse repe-
riemus. Nemo est enim, qui sapiat, quin tanquam
egregium præmium antè reconditum putet id,
quod in alterius calamitatibus humaniter & be-
nignè confertur. Quoniam enim humana omnia
moderatur vna eademque natura; & sibi per pe-
tuò prosperas & secũdas res fore, certũ est nemi-
ni; in omni vita Euangelicum illud præceptũ ex- *Matth. 7.*
pedit meminisse, vt, quæ volumus, vt faciant no-
bis homines, eadem faciamus. Quandiu ergo feli-
citer nauigas, illi manum porrigito, qui naufra-
gium fecit. commune est mare. tempestas cõmu-
nis. cõmunis fluctuũ perturbatio. saxa sub vndis la
tẽtia, syrtes, scopuli, & oĩa deniq; huius vitæ naui-
gationis incommoda parem cũctis nauigantibus
metum iniiciunt. Dum integer es, dum vitæ pela-
gus tutò pertransis, ne inhumanè prætereas eum,
qui prius nauem illi sit. Quis tibi sponsor, vt felicẽ
nauigationem perpetuò sis habiturus? Nondum
in portum quietis appulisti. Nõdum extra fluctu-
um periculum es constitutus. Tibi nondũ in loco
tuto constitit vita. Adhuc in vitæ pelago iactatis
obnoxius tempestati. Qualem te calamitoso præ-
stiteris, tales erga te eos, qui simul nauigãt, experie
ris. Omnes igitur in quietis portum secundo San
cti Spiritus afflatu prouecti contendamus. Adsit
diligens mãdatorum exercitatio, & gubernaculũ
Charitatis. Quibus adiuti tandem Promissionis
Terram assequamur, in qua sita est magna illa ci-
uitas, cuius architectus & ædificator est CHRI
STVS Deus noster, cui gloria in æternũ. Amen.

SANCTI GREGORII EPISCO-PI NYSSENI,

PRAEFATIO DE VIRGINITATE,

Petro Galesinio interprete.

ORATIO hæc omnis eo spectat, vt, qui eius vim assequuntur, iis profectò vitæ honestæ, & quæ virtute maximè conueniat, allatura sit cupiditatem. permultæ enim cũ sint, vt diuini Apostoli verbo vtar, distractiones, quæ communi hominum vitæ impendent: necessario hæc quidẽ oratio, quasi quosdam sanctioris disciplinæ aditus, atque fores virginalis vitæ, rationes constituit: tanquam neque iis, qui in hac vitæ vulgaris societate occupati sunt, facile sit otioso animo se diuiniores vitæ institutis tradere, & illis, qui ab omni turbulentæ vitæ consuetudine se remouerunt, valde promptum sit, ac facile, in grauioribus rerum diuinarum studiis sine vlla interpellatione, ac liberè versari. Et quoniam aliquo modo consilium per se nõ multũ ad persuadẽdum vim habet, neque qui ad res aliquas vtiles, & salutares adhortatur, facile quempiam simplici verborum ratione flectit, nisi illud vnum antè grauiter, & amplè exornauerit, ad quod auditorem ipsum impellere studet: propterea oratio hæc, quæ consilio cõcluditur & terminatur, à virginitatis laudibus exorsa est. Quæ autem cuique rei laus attribuitur, ea quia rerum inter se pugnantium appositione, qua si contentione quadam, illustrior fit: non sine causa à nobis molestiarum, ac difficultatum, quibus humana vita afficitur, mẽtio facta est. Deinde explicatio quædam, & illa quidẽ breuis est introducta vitæ illius, quæ philosophiæ cõsentanea est: illudque sane conclusum est, non posse eam vitæ rationẽ quẽquã assequi, qui in humanis negotiis omnino versatur. Sed cum eorum, qui rerum humanarum curam abiecerunt, corporis cupiditas debilitata sit, & quasi languescat appetitio illud itẽ ordine quæsitum est, quæ à nobis res sit

verè appetenda: cuius rei gratia ab eo, qui naturæ nostræ effector est, ipsam appetitionis vim naturamque nos accepimus. A Qua quidem re, quoad fieri potuit, planè explicata, neque etiam præposterè visum est, rationem quandam, atque viam indagare, qua hoc sanè bonum assequeremur. Vera igitur, & solida virginitas cùm nullis peccatorum sordibus obsolescat, ea ad hanc ipsam indagationem inuēta est valde accommodata. Quamobrē quæcunque hac oratione exposita sunt, etsi aliò spectare videntur, omnia tamen ad hanc virginalem laudem planè referuntur. singula enim huius vitæ præcepta atque instituta, quæ diligenter sūt, & accuratè exculta ab iis, qui sanctæ vitæ huius B participes sūt, nimiam verborum copiam effugiens, hæc percurrit oratio: ac generatim per communia præcepta adhortatione producta, res singulas ita quodam modo comprehendit, vt neque res vllas necessarias prætereat, neque extra modū vagetur. Cùm autem in more, atque hominum cō suetudine illud positum sit, vt oēs iis potissimum sese studiis dent, quorum laude viros illustres extitisse viderint: necessario qui cælibatus gloria floruerunt, eos piè commemorauimus. Et quoniam neque rebus narrandis exempla ad virtutis perfectionem tantum quidem momenti habent, quantum certè habet tum vox ipsa, tum maximè exem C pla, quæ res salutares gignunt: idcirco iure & merito, hac prope extrema oratione, religiosissimi Episcopi, & patris nostri meminimus: quasi vnus omnium maximè possit hæc ipsa, que quærimus, docere. mentio autem eius non nominatim facta est, sed ex quibusdam signis oratio ipsa ostendit eum esse, quem nos significamus: vt ne qui postea in hoc sermone versantur, id consilium iis videatur inutile, si, qui in hanc viuendi viam ingrediuntur, se ad iuuenes cōferre iuberētur. at verò hoc solum hi iuuēdo, nempe qualē esse deceat huius vitæ moderatorē, deligant eos sibi duces, qui munere, ac benignitate Dei instituti sunt, vt honestæ vi- D tæ huius rationibus præsint, ita enim aut inuenient id, quod quærunt: aut, quale hoc esse debeat, non ignorabunt.

SENTENTIARVM VERO, ratio, atque ordo hic est.

Virginitas omni est laude præstantior. I.
Diuina & incorporea naturæ Virginitas proprium est, ac perfectum officium. II.
Cōmemoratio difficultatum, & molestiarum, quæ e nuptiis existunt: qua in re demonstratur item is: qui hanc orationem conscripsit, non fuisse cælebs. III.
Quæcunque in hac vita eueniunt absurda, atque absona, initium ab nuptiis habent. Qualis item esse debeat is, qui vitæ huius se communione verè abduxerit. IIII.
Animi integritatem, eiusque ab omnibus affectibus vacuitatem, corporis munditiæ, atque elegantiæ anteire oportet. V.
Eliæ, & Ioannis mentio, qui hoc vitæ genus secuti sunt. VI.
Qui multis rerum curis distrahitur, fieri non potest, vt is animo integro sit, ac perfectio. VII.
Matrimonium neque contemnendum, neque vituperādū. VIII.
In omni re vsus, & consuetudo non facile commutari potest. IX.
Quid re vera vel maximè expetendum. X
Quo modo quis in huiusce rei consideratione, & contemplatione versetur. XI.
Qui sordes suas eluit, in se ipso diuinæ pulchritudinis speciem intuebitur. Atque de causa item mali. XII.
Potestate, & vi mortis potentior virginitas. XIII.
In omni studiorum genere vera virginitas spectatur. XIIII.
Quomodocunque aliquid extra virtutem positum sit, pariter in periculo versatur. XV.
Ad bonum item minimè aptus est, quicunque aliqua ex parte in virtutis officio peccat. XVI.
Sola aliqua virtus, etiam rectè exculta, minimè eum iuuabit, qui omnibus rebus virtutem non colit. XVII.
In omni re omnes animi potestates virtutem singulæ spectare debent. XVIII
De Maria Aaronis sorore, veluti de ea, quæ huius recti officii rationem prima inierit. XIX.
Non potest quis simul corporis voluptatibus seruire, & ea, quæ ex Deo capitur, lætitia frui. XX.
Qui rectè viuendi consilium capit, debet is ab omni corporis voluptatum genere abhorrere. XXI.
Non debet quis continentiam magis, quàm oportet, colere. XXII.
Ad perfectionem aduersatur animo tā corporis obesitas, quàm immoderata afflictatio. XXIII.
Qui accuratam huius vitæ rationem assequi cupit, ab optimo viro erudiatur necesse est. XXIIII

SANCTI

SANCTI GREGORII EPISCOPI NYSENI, DE VERA ET INCORRVPTA VIRGINITATE.

Omni laude praestantior Virginitas. I.

PERMVLTIS olim virginitas dicendi fuit argumentū, idque ad ostentationem, cùm innumerabiles iis, qui honoris appetétiores essent, occasiones afferret, non solum vt dicendo magnificè se iactarent, sed vt etiam donis, quæ huic perfecto virginitatis officio insūt, amplè gloriarentur. Ego verò omnibus, à quibus honestas cū castitate copulata pluris æstimatur, quàm reliquæ res omnes, quæ virtute præstant, iis graue quidem hoc studium, & honestum esse, neque ipse negauerim. atque, vt ii, qui in certaminibus victores præconio laudū exornant: sic ego tam excellens hoc, atque admirabile bonum, quātum in me erit, predicare nunquam desinam: propriamque virginalem laudem, ac maximè omnium accommodatam, rectè agentibus naturaliter inesse dixerim, atq; ea ipso magis nomine cognosci, quod cum ipsa se simul enunciatur. etenim qui nuptiis se continet, eum castum, & incorruptum didicit appellare hominum cōsuetudo. magni igitur huius, ac diuini muneris vel ex eo solo ostenditur excellentia, quòd, cùm multa sint, & illa quidem magna, quæ in perfecto virtutis officio elucent, hæc tamen vna virtutis ea omnibus incorruptiōis nomine, ac laude ornata est. Quicunque verò longius orationē digressionibus huius rei latius explicāt laudes, quasi ea hoc aliquid admirabili huic virginali studio sint addituri, hi profectò mihi se ipsos ignorare videntur, cùm suæ sententiæ magnopere ipsi repugnent. quibus enim encomiis se rei magnitudinē amplificare arbitrantur, iisdem suspectam faciunt laudem. nam quæ natura excellunt, admirationē secum afferunt, neque orationum patrocinio indigent: qualia sunt cælū, sol, ceteraque id generis quæ in omni cælo, & terra aliquid admirabile habent. humilioribus autem studiis oratio pro fundamento proposita aliquam magnitudinis opinionem laudum artificio adiungit. Ergo quæ laus virginitatis est? vt scilicet statuat quis virtutem ipsam omni esse laude præstantiorem: atque ex ipso potius vitæ genere, quàm ea aliqua oratione, castitatem suspiciat, atque admiretur. nam qui in hoc virginitatis laudandæ argumēto gloriæ cupiditate adductus versatur, non ab eo planè dissimilis est, qui aliquam sudoris sui stillam, quam is magni faciat, immenso mari putet fore additamentū si modo hominum sermone crediderit tantū munus posse illustrari, atque ornari. aut enim is suarum virium ignarus est, aut id, quod laudat, non intelligit.

Diuinæ, & incorporeæ naturæ proprium, & perfectum virginitatis officium. II.

INTELLIGENTIA non parua egemus vt cognitionē capere possimus huius excellentis gratiæ, quæ cum incorrupto patre comprehēditur. Res admirabilis est, atque inusitata, vt virginitas in patre inueniatur, qui & filium habet, &

A filium absque affectu genuit. Cum vnigenito autem Deo, qui omnis pudicitiæ, & incorruptæ virginitatis auctor est, simul cognoscitur, cùm in eius pudica, atque incorrupta generatione pariter eniteret. Rursusque mirum æquè est filium in virginitate comprehendi. Eadē ratione in spiritu puro atque incorrupto spectatur. Cùm enim purū nominas, atque incorruptum, virginitatem alio nomine significas: quæ in vniuersa denique cælesti natura simul versatur, quia cum ab affectibus vacua sit, sublimibus illis potestatib' inhæret. Neq; verò, etsi à nullis rebus diuinis seiuncta est virginitas, contrariis tamen est rebus adiuncta. cuncta

B enim, quæ & natura, & consilio ad virtutem propensa sunt, omnis incorruptæ virginitatis, pudicitiæque splendore decorantur: quæ verò in cōtrariam virtutis partem proclinia feruntur, castitatis lapsu ea talia & sunt, & nominantur. quamobrem quæ tanta erit dicendi facultas, & copia, quæ tam magni muneris dignitatem laudibus æquare possit? quòue pacto non pertimescendum, vt ne studio laudum quis dignitatis amplitudinem lædat, si minorem iis, qui audiunt, quàm ipsi antea con-

C ceperāt, opinionem is laudando afferat? præclarè agitur, si quæ in alicuius rei laudibus versātur orationes, in hac pretereantur: quasi difficile sit orationis vim, & copiam comparare, quæ grauissimo huic argumento respondeat: quemadmodum cōtra illud facile est, diuinum hoc munus perpetua memoria colere, atque id bonum in ore semper habere, quod incorporeæ, diuinæque naturæ proprium quidem ac præcipuum est, Dei tamen benignitate iis etiam, qui è carne, & sanguine effecti huius vitæ vsura fruuntur, datum, & tributum est, vt virginitas quasi manum munditiæ participem porrigens, hominum naturam vitiosa affectione abiectam rursus erigat, & ad cælestium contem-

D plationem perducat. ob eam enim causam mihi dominus noster Iesus Christus, à quo veluti fonte quodam omnis castimonia manat. non nuptiarū via quæsita, in hanc vitam ingressus videtur, vt ex eo modo, quo carnem humanam assumpsit, admirabile hoc, & magnum planè mysteriū patefieret: quoniam, quæ Dei aduentum demonstraret, sola castitas idonea est: quam aliter perfectè omnino præstare nemo potest, nisi qui ab omni carnis affectu se etiam atque etiam totum auerterit. quod enim in Mariæ virginis inuiolatæ corpore effectū est perfecta Christi diuinitate, quæ in ipsa virgine eluxerat, hoc ipsū in omni animo cōtingit, qui sit castitate ornatus, rationemque ducē in virginali vita sequatur. quoniam non amplius, vt corporis

E humani formam habitumque induat, venturus est Dominus, (non enim etiam nouimus inquit, secūdum carnem Christum) sed in spiritu veniet, & patrem secum ducet, vt quodam loco testatur euangelium. Quoniam igitur tanta vis virginitatis est, vt & in cælis apud spirituum patrem maneat, & cum celestibus illis mentibus vna exultet & salutem humanam attingat, cumque Deum ipsum sua vi ad humanæ vitæ cōmunionē ducat,

hominemque

hominemque sursus ad celestium rerum cupiditatem excitet; atque adeo hominum cum Deo familiaritatis vinculum quoddam hæc cùm sit; & ea, que vicissim natura valde distant, ipsa concilians in consensum, concordiamque redigat: quæ dicendi vis inueniri posset, quæ mirabilis huius rei magnitudinem assequatur? Sed quia absurdū planè est, mutarum rerum, & earum, quæ sensu carent, similem se esse videri; è duobusque alterum est, vt aut quis virginales laudes non agnouisse videatur, aut ad harum cognitionem non commotum se, neque affectum ostenderit: nos hoc ipso de genere toto pauca quædam cōmemorare proposuimus: quoniam illius, qui nobis præcepit, imperio omnibus in rebus parendum erat. Neque verò magnificam verborum ostentationem quis à nobis requirat: quandoquidē etiam si nos expeteremus, hoc fortasse nobis, id orationis genus negligentibus, præstare nō liceret. sin autem facultas nobis huius ostētationis, quæ generatim minus expedit, inesset: in cōcionum genere eam approbari, hoc nos antiquius habuimus. nam qui ratione præditus est, illud ei potissimum quærēdum esse arbitror, non quibus rebus maximam præter ceteros admirationem sui excitauerit, sed quibus cùm sibi, tum ceteris adiumentum sit allaturus.

Commemoratio difficultatum, ac molestiarum, que è nuptiis existunt: qua in re demonstratur item is, qui orationem hanc conscripsit, cælebs non fuisse. III.

VTINAM aliquo modo fieri posset, vt ex hoc studio mihi quoque aliquid amplius cōtingeret, quo propensiore animi voluntate ego in hoc studii genere laborē posuissem: quoniam si ea spe ducerer, vt, quēadmodū litteris proditū est, frugum, que ex aratione, tritura ve percipiuntur, partē ego quoque aliquam ferrem; accuratè sanè in hac oratione elaborassem. nunc verò mihi virginalium laudum cognitio quodam modo inanis est ac minimè fructuosa: quales solēt esse terræ fruges boui, qui ore frænis impedito ad aream conuertitur: id quod accidit item ei qui aquam sitit è preruptis saxis defluētē, neque eā capere potest. præclarè quidem cum iis agitur, quibus integrum & liberum est meliora deligere: quique cum communi se vitæ dederint, quasi vallo aliquo circumsepti non tenentur: quemadmodū nos, qui veluti quodam tertarum hiatu prohibemur. quo minus ad hanc virginalem gloriam accedamus, quam attingere illis amplius nō licet, qui in humanæ vitæ curriculo vestigiū semel impresserint. quare nos alienarum laudum spectatores, beatæque aliorū vitæ testes, licet magnum aliquid, & præclarum de virginitate cogitemus: tamen idem nobis contingit, quod conditoribus, administrisque conuiuii vsu venire solet, qui conquisitissimis cibis ad aliorum voluptatem diuitum mensas condiunt; ipsi verò earum rerum, quæ apparatæ sunt, nullā omnino partem habent. quàm beati essemus, nisi res ita se haberet: neque nos præpostero consilio seroque malum cognoscerem*. certè huiusce laudis hi æmulationē re vera profitētur, ac plus sanè, quam cupiunt, & optant, illi quidem agunt, quibus ad bona hæc perfruēda non est obstruct* aditus. nos verò iam in ea porro conditione sumus, in qua ii, qui diuitiarum, atque opū amplitudine suam cùm ipsi contempletur paupertatem, maiores ex rerum suarum statu sibi struūt solicitudines vehemētiusque torquentur. ita nos quo magis virginitatis diuitias cognoscimus, eo grauius, rebus melioribus indagatis, aliud vitæ genus lugemus; cùm animaduertamus quibus, quātis ve bonis careat, neque iis solum, quæ illos manent, qui honestè, casteque vixerunt, sed illis etiam, quæ huius vitæ propria sunt. siquis enim diligenter exquirere velit, quæ sit huius à virginali vita dissimilitudo: tantā profectò inueniet, quāta fermè est terrenarū rerū à cælestibus: hui* que orationis veritatē cognitam, exploratamque ii habere possunt, qui res ipsas ratione, animoque lustrauerint. Vnde igitur quis initium faciendo, acerbam hanc vitam tragicè satis deploraret? aut quo modo hæc communia vitæ incommoda ob oculos poneret, cùm ex vsu satis hæc ipsa omnes intelligant? Ac nescio quo modo natura effecit, vt hæc ipsa ignota sint iis, qui ea perspiciūt, cùm homines, in quibus hæ res insunt, vltrò ignorent. Sed lubet ne vt à rebus iucundissimis exordiamur? Igitur rerum omnium quas in nuptiis homines expetunt, caput illud est, vt conuictum, vitæque societatem iucundissimā assequatur. atque hæc quidem ita se habeant: nuptieque omni ex parte quam beatissimæ describātur. Generis nobilitas, diuitiarum satis, apta vtriusque ætas, pulchritudinis flos ipse, illecebræ multæ & blandi amores: quasique in vtriusque mente hoc versetur, se ceteris præstare: dulcis illa contentio, cū alter alterū in amore studet vincere accedāt ad hæc gloria, opes, potētia, splendor, & omne denique, ꝙ addi lubet. attamē tu velim videas ægritudinem quandā, quæ sensim hominē conficit, vnaque, necessario iis rebus inest, quæ in bonis numeratæ sunt. prætereo inuidiā, quæ concitari in eos solet, qui gloriæ assecuri sūt splēdorem neque commemoro, quàm facile hominum insidiis illud expositum sit, cùm quis in vita rebus secūdis vti videtur; quàm ve paratus sit omnis, cui bonorum æquatio non contingit, naturale quoddam odium habere in eum, qui plus adeptus est: atque propterea iis, qui optima animi constitutione esse videntur, propter suspicionem quandam molestiarum plus vita hæc, quàm voluptatum affert. Missa hæc facio, quasi contra eos omnis languescat inuidia. At non facile inuenire quempiā licet, in quo hæc duo simul conuenerint, vt secundioribus, quàm multi, rebus vtatur, & inuidiam declinet. sed tamen faciamus esse, vt ab his omnibus, se videtur, vacua sit, & libera hominum vita: videamusque an fieri possit, vt qui hoc secundo rerum cursu vtuntur, tranquillo, rectoque animi statu sint. Quid igitur erit, inquies, quod molestiā afferat, nisi florentissimos homines attigerit inuidia? Hoc ipsum dixerim, cùm illorum vita omnibus circumfluit bonis, quod est doloris incitamentum. nam quàm diu homo res mortalis est, & caduca; sepulcraque eorum, à quibus ortus est intuetur; si paululū modo rationis est particeps, in dolore est, qui cum hac vita coniunctus separari, & auelli non potest. nā assidua, quotidianaque mortis expectatio nonnullis certis, neque definitis signis cognita, sed propter incertos casus semper,

vt in

vt in tabis morbo, perterrefaciens, hanc vitæ incunditatem perpetuo turbat, atque rerum, quæ sperantur, metu lætitias omnes peruertit. si enim fieri posset, vt ante periculum rerum, quas postea quis est expertus, disceret; aut aliqua alia coniectura is, qui in hac vita versatur, res perspicere posset quantus profectò fieret illorum concursus, qui ad virginitatem à nuptiis confugerent? quanta cautio prouisioque animi adhiberetur, vt inexplicabilibus iis laqueis nunquam se irretirent, quorũ difficiles nodos nõ potest alius accuratè cognoscere nisi qui rebus ipsis illaqueatus tenetur? Cerne res enim, si hoc tamen sine periculo liceret, multam rerum inter se dissimilium perturbationem, risũ luctu admistum, mærorem cum lætitia confusum semperque iis, qui nati sũt, propter spes, quas sibi proponunt, mortem impendere, ac singula, quæ in voluptate posita sunt, mortem attingere. Sponsus honestam faciem, & amabilem cùm cernit, cõtinuò eũ metus inuadit, ne à se disiungatur: cùm suauissimam vocẽ auribus percipiet, ei in mentẽ statim veniet, à se nunquam amplius auditum iri: formoso, & liberali aspectu cùm delectatur, tũ luctus expectationem horret: ac denique quæ adolescentes in pretio, & in honore habent, quæ ve insani experunt, si ea intuebitur, verbi caussa, oculum palpebrarum venustate insignem, supercilium oculo decore circumfusum, genas forma, & lepore eleganti affluentes, labrum naturali rubore suffusum, comam auro intextam, capitis verticem variis coloribus, gemmisque refulgentem, & omnem illum denique venustatis splendorem qui ad tẽpus manet: tũ omnino vel si paulũ rationis in eo sit, illud simul mente intuetur, omnem illam venustam aliquando prorsus interiturã esse ad ossa performia, turpia, ac fœda redactã, amissa pristina specie, nullum autem vestigium nullum monumentum, nullas huius floris reliquias afferentem. Si igitur hæc, ceteraque huiusmodi secum quis animo reputarit, num iucundè viuet? nõ in iis, quæ ipse bona possidet, fiduciam, spemque ponet, quasi illa perpetuo maneant? non ex his exploratum habet, se veluti in somniorum fallacias incertum fore, nihil in iis, quæ ad hanc vitam pertinent, se fidei habiturum, cùm in eas res, quæ videntur esse, tanquam in alienas incumbat? Iam planè intelligis, si rerum, quæ sunt, aliquam rationem tenes, nihil eorum, quæ in hac vita speciẽ aliquam prebent ita, vt est, videri, sed omnia ex opinionis errore diuersa sese nobis ostendere; spe eos illudendo, qui illis intenti sunt, occultandoque sese specie quadam eorum quæ videntur, dum e uestigio in commutationibus aliquid aliud compertum sit præter hominũ spem, quæ stultis errore quodam innascitur. Ergo qua voluptate ei, qui hæc ratione secũ cogitat, dona videntur? num vitæ iucunditates is verè sentiet, qui hæc intelligit? & iis reb*, quas putat in bonis habere, omnino gaudebit? cõ vicissitudinis perpetuo metu affectus, gustũ, qui ex his rebus capitur, sine sensu voluptatis habebit? Prætereo, signa, prodigia, sõnia, vaticinationes, ceterasque id generis ineptias: quæ omnia stulta hominum consuetudine obseruata in peiorem partem coniectura trahuntur. Sed tempus pariẽdi instat, laborat puella è dolore: neque poeri ortus, sed quia mors tum imminet, hoc negotium putatur: mors enim prægnantis propter incertum partus exitum timetur: eosque sæpe hæc mala diuinatio non fefellit: antè verò quàm diem natalem egerint, bonumque vlluin, quod in spe esset, degustarint, omne gaudiũ in mærorem repẽte commutarunt. præterea qui amore flagrant, neque dum rerum, quæ in vita iucundissimæ sunt, quasi specie voluptatis aliqua in somnis oblata, sensũ ceperũt; hi ab omnibus, quæ in manibus tenent, subito diuelluntur. Ad hæc illud etiam, quòd eorum cubiculum à domesticis, vt ab hostibus, diripitur: cubiculique loco funeris exequiæ exornantur: insanæ in his lamentationes ac plangores, inanes manuum percussiones anteactæ vitæ commemorationes, diræ detestationes eorum, qui nuptias suaserunt: querelæ grauissimæ de amicis, qui non prohibuerunt: in magna culpa parentes, si adsunt, sin minus, stomachatio, & deploratio humanæ vitæ, naturæque omnis reprehensiõ, & contra Dei ipsius prouidentiam criminationes, & accusationes multæ: secum pugnæ, bellum cum iis, qui adhortati sunt: nullis aut verbis, aut rebus insulsissimis abstinent. quos enim perturbatio mentis superauerit, & qui præ dolore sæpe mente deseruntur, peiori termino eorum tragœdia sæpe conclusa est, cum dolori resistere minus potuerint. Sed hæc mittamus, ponamus meliora: laborum in pariendo periculum fugit, natus est ei scitus puer, imago ipsa parentum formæ. Vides profectò quanto in bono tibi ex argumenti ratione gratificetur oratio, Quid? est ne propterea deplorãdi materia imminuta, an non potius adaucta? Nam cùm superiores illi formidines sustinẽt, tum hanc etiam filii causa assumpserunt: metuunt enim, ne quid in educatione rei acerbæ accidat, ne qua communis mala fortuna impendeat, ne ve fortuitus aliquis casus aut morbus, aut febrim, aut periculum ei aliquod importet. Atque hæc quidem vtriusque communia: illa verò, quæ vxoris sunt propria, quis commemoret? vt præterea mus ea, quæ in promptu sunt, atque omnibus notissima, veluti prægnantis molestias, pariẽdi periculum, educationis labores, & quandam denique cordis ipsius præ amore filii quasi conuulsionem. Si verò complurium liberorum mater est, eius animus in totidem curas distrahitur, quot illi numero sunt; tanquam, quæ illis accidant, ipsius visceribus infixa planè hæreant. Hæc autem, quæ perspecta omnes habent, quis oratione cõplectatur? Sed quando illa ex diuino præcepto non est sui iuris, verum ab eius volũtate, in cuius arbitrio propter nuptias est, omnino pendet: si tempore est ab eo relicta, quasi capite à se conuulso solitudinem ferre non potest, & tanquam vitæ solitudinem, viduitatemque exiguam viri separationem interpretatur: continuò metus efficit, vt in nulla sit rerum expectatione meliorum. atque eam ob causam oculus eius plenus perturbationis, ac formidinis in ædium aditum, ostiumque conuersus est: aures autem susurrationes obloquentium obseruant: rerumque terribilium metu percussum cor eius disrumpitur: antè verò, quàm rerum nouarum aliquid allatum sit, ostii vel solus concrepit*, siue fact*, siue cogitatione cõprehẽs*, quasi inanẽ latũ rerũ nũciũ e uestigio eius animũ commouit: fortasseque nihil absenti marito aduersi accidit aut metu dignum: sed animi cõsternatione, nullo accepto nuncio, mentem a iucundis rebus ad cõtrarias

Molestia ex muliebri pulchritudine.

Difficultas partus.

Mors quæ ex puerperio exsistit.

Formidines parentum ob liberos.

Matris solius molestia.

Sollicitudo ob viri absentiam.

trarias conuertit. Hæc est felicium hominum vita
A valde scilicet digna: non enim eum virginali liber
tate comparatur. Atqui multa, quæ grauiora sunt,
percurrens præterit oratio. Nam sæpe illa cùm a-
dolescentula est, atque in sponsæ splẽdore elucet,
fortasseque adhuc sponsi aduentu rubet, & pudẽs
limis aspectat: quandoquidem cùm animi cupidi
tates pudore quodam comprimuntur, quo minus
Viduitas ærumna. sese ostendant, acriores fieri contingit: tum de im
prouiso viduitas, ærumna, solitudo: quæ ve hor-
ribilia sũt, nomina sibi imponit & ecce, quæ lauta
modo erat amictu candido: ornatuque insigni
Luctus repente quæ incidit calamitas, eã pulla veste, atro-
B que habitu induit, dilaceratoq; spõsæ ornatu in lu
ctũ illam, & squalorẽ conijcit: deinde pro luce in
nuptiali cubiculo caligo, & tenebræ, luctus lamẽ-
tabiles ploratus, atque odium in eos, qui dolore le
nire conãtur: cibiq; abstinẽtia, corporis tabes, cõ
tractio, demissioque animi, mortis cupiditas, q̃ sæ
pe ad ipsam vsque mortẽ perdurat. Sin autẽ ali-
quo modo fit, vt tẽpore mitigetur calamitas, rur-
sum alia exoritur ærumna: siue liberos habet, siue
caret, etenim si habet, orbi omnino sũt, propterea
commiseratione digni, atque ex his ipsis doloris
affectus renouatur: sin omnino caret, mortui me-
moria funditus tollitur; grauiusque est solatio ma
C lum. Reliqua, quæ sunt viduitatis propria incom-
moda, omitto: quotus enim quisque est, qui om-
nia accuratè enumeret? vt inimicos domesticos,
tum eos, qui in calamitatem incidunt, tum illos,
qui ea solitudine gaudent, sensuque quodam ocu
lorum iniquo, & cum voluptate labentem domũ
seruosque omnia negligentes aspiciunt, cũctasq;
alias res aduersas, quas multas in iis quidem cer-
nere licet: quarũ causa non pauræ mulieres, cùm
eas deridentium iniquitatem non ferrent, ex ne-
cessitate iterũ se similium malorum periculo ob-
Secunda nuptiæ iecerunt, quasi malis suis pœnas petierint ab iis, à
quibus dolorem acceperint. complures verò su-
D periorum malorũ recordatiõe quiduis sustinere,
ac perpeti maluerunt, quàm in similes rursus cala-
mitates incurrere. Sin autem communes huius
vitæ difficultates cognoscere cupis; velim audias,
quæ commemorent mulieres, quæ illud vitæ ge-
nus expertæ cognoscunt, quã beatissimas eas esse
quæ virginalis vitæ rationem delegerunt, neque
ex vlla calamitate, quid melius esset, didicerunt:
quoniam ab omnibus his malis vacua est virgini-
tas: non orbitatem luget, non viduitatem lamen-
tatur, vnaque semper est cum incorrupto sponso,
& fructibus pietatis perpetuo gaudet, ac domum
verè propriam omni rerum optimarum genere
E continentet institutam videt, propterea quòd
harum ædium dominus vna semper est, atque in-
colit, vbi non seiunctionem, sed coniunctionem
cũ eo, cuius desiderio tenetur, mors efficit: tũ em̃
dissoluitur, inquit Apostolus, tum est cũ Christo.
Sed quoniam quæ ad lætos homines pertinent,
sunt aliqua ex parte a nobis indagata; tempus iam
est, vt hac oratione ceteras vitæ rationes persequa
mur, quæ paupertatibus, reb9 aduersis, reliquisq;
malorum humanorum sunt implicatæ pestibus:
quales omnino sunt febres, morbi, & quæcunque
id generis humanæ vitæ acciderunt: quorum om-
nium is periculum aut declinat, aut eorum cala-
mitatem pulcherrimè fert is, qui sibi viuit, vt pote

cùm omnis eius mentis cogitatio in ipso hæreat,
A neque alienarum rerum curis abstrahatur. Qui
verò vxoris, ac liberorum cogitatione destinetur,
propter rerũ sibi charissimarũ curam, quæ in alie-
nis malis animum occupat, sæpe negotiũ quidem
is habet, vt suis ipse doleat incommodis. Sed for-
tasse superuacaneum est hæc commemorare, quæ
exploratissima sũt. etenim si tantus labor, tanta ve
miseria cũ iis coniuncta est, quæ in rebus optimis
esse videntur, quid aliquis de rebus contrariis o-
pinabitur? quandoquidem est veritate inferior
omnis illa sermonis explicatio, qua quis hanc vitã
ob oculos omnium ponere conatur. attamẽ mul-
B tas fortasse huius vitæ iniucũditates ex paucis de-
mõstrari licet: qm̃ quib9 hoc vitæ genus cõtingit,
si cõparẽtur cũ iis, qui beati esse videntur, è rebus
contrariis dolorem, ac mæstitias capiunt. nam his
qui gaudenti sunt animo, aut expectata, aut quæ
iam instat mors perturbationem affert: illis verò
calamitas est dilatio mortis: vitaque eorum inter
se contraria est, quasique interiecto diametro di-
stat: vtriusque tamen imbecillitas animi eodẽ ter-
mino commiscetur. Quamobrem multiplex, &
varia est copia malorum, quæ à nuptiis existunt,
dolorem enim liberi nati æquè important, ac non *Liberorum educatio.*
nati; & rursus tam viui, quàm mortui. Hic enim li-
C berorum multitudine gaudet, rũ non satis habeat
vnde alat: ille verò herede caret facultatum suarũ
in quibus maximè elaborauit: atque vnius quidẽ
bona fortuna alterius calamitatẽ efficit, cùm sibi
vterque illud euenire velit, quo alterum cruciari
videt. At huic mortu9 est suauissim9 puer: illi verò
in vita est filius perditus: vterque sanè cõmisera-
tione dignus: vnus quidem filii mortẽ, alter verò
vitam luget. Prætereo, quibus affectibus, & ca-
lamitatibus suspiciones, & rixæ, vel ex rebus veris
vel è falsis cogitatiõibus exortæ, terminẽtur. quis
enim omnia diligenter narrare posset? Tu vero si
scire vis, vt his rebus vita sit hominum implicata:
D ne mihi repetas antiquas narrationes, quæ pœtis
fabularum argumenta præbuerunt. nam propter
incredibilem quandam insulsitatem fabulæ illæ
quidem putantur: in his enim liberorum cædes,
ac vorationes, fratrum trucidationes, virorum
neces, matrum interemptiones, nefarii coitus, &
varia denique naturæ perturbatio, cuius com-
memorationẽ ii, qui vetera narrant, à nuptiis exor
diuntur, huiusmodique calamitatibus narrationẽ
ipsam concludunt. Verum, omnibus his prætec-
missis, tu velim in huius vitæ theatro tragœdias
spectes, quarum omnino ministræ hominibus nu
ptiæ sũt. Veni ad iudicia: pertracta de his leges: in- *Nuptiæ tragædiarum sunt ministra.*
E uenies in illis res de nuptiis nefarias. quemadmo-
dum enim, cùm medicos de variis morbis disserẽ-
tes audieris, animaduerterisque quibus, quód ve
morbis corp9 humanũ affici potest, illius miserias
cognoscis: ita ex legibus, cùm perspicias multa, &
varia, quæ in nuptiis scelera committuntur, quorũ
pœnæ legibus ipsis definiũtur, accuratè intelligis,
quæ sunt nuptiarum propria. neque enim aut me
dicus eos, qui non sunt, morbos curat: aut delicta
item, quæ non committuntur, leges puniunt. At
verò quid huius vitæ absurditatẽ breui oratione
prestringere nos oportet, qui adulteriis. dissidiis
dissensionibus, atque insidiis calamitatũ enume-
rationem terminemus? veriori enim ratione mihi
omnis

omnis vitæ improbitas, quæ & cunctis in rebus, & in studiis cernitur, nullum in hominũ vita imperium habere videtur, nisi quis huiusmodi vitæ necessitatem sibi ipse imponat. Atque hoc quidẽ modo huius orationis veritas nobis aperietur.

Quæcunque in hac vita eueniunt absurda, initium ab nuptijs habent. Qualis item esse debeat is, qui huius se vitæ societate abduxerit. IIII.

QVI huius vitæ fraudes puro mentis sensu animaduertit, & altius à rebus, quæ hic expetuntur, se tolit, omniaque, vt est apud Apostolum, quasi putida stercora despicit, atque ab omni vitæ consuetudine, repudiatis nuptiis, quodam modo se remouit, nullum omnino is habet cum ira, odio, gloriæque cupiditate commercium, neque cum ceteris, quæ id generis sunt. qui enim ab omnibus his vacuus, atque omnino liber est, quieteque viuit, nihil sane est, in quo plus habere contendat, aut contra se alicuius rei gratia, vicinorum inuidiam commoueat, cùm nihil earum sit rerum assecutus, ex quibus in hac vita cõcitetur inuidia. nam qui ab omnibus humanis rebus animum suum superando abduxit, & virtutem solam, quæ magno à se æstimetur, possessionem sibi statuit, hic ab omni certè dolore vacuam, quietam, atque otiosam vitã deget. virtutis enim possessio, etsi omnis homo pro virili quisque aliquam eius partem tenet, appetentium tamen cupiditates semper explet, non vt aliqua soli possessio, quam qui in partes diuidunt, quantũ vni parti addunt, tantum de altera detrahunt, atque ita quod, vni redundat, id plane deest alteri, qui socius est: vnde de maiori, cumulatiorique parte contentiones existunt: ex eo enim, quòd imminutio facta est, conflatum est odium. virtutis verò si quis maiorem partem occupauit, ab inuidia vacuus est. neque verò qui plus ab ea rapuit, vllum ei detrimentum importauit, qui æquas partes ferre dignum se esse ducit: sed, vt quisque capax est, ita & recta cupiditate expletur, & rebus iis, quas suprà meminimus, non exhauriuntur virtutum diuitiæ. itaque hanc vitã qui intuetur, atque in virtute, quæ nulla hominum definitione describitur, omnes sibi thesauros constituit, an vnquam ad res vllas humiles, & caducas animum suum procliuem ferri patietur? an terrenas diuitias, an hominum opes, & potentiam, an aliud quippiam eorum, quæ præ stultitia expetũtur, is admirabitur? etenim si quis ita humili est, & abiecto animo, vt ad hæc ipsa afficiatur, is vtique est ab hoc cœtu alienus, nihilque ad nostrum sermonem. sin autem cælestia cogitat, diuinaque simul cum Deo contemplatur ad sublimiores hic omnino res, relictis humilibus conuertur, cùm minimè nuptiis vinctus sit, vnde communis existit occasio, cur in eiusmodi rerum errore quis versetur. nam cùm quis vult se aliis præponere grauissimus est hic superbiæ affectus: quem si quis semen, vel potius radicẽ dixerit omnis spinæ, quæ è peccato est, non recta is aberrabit. Hic sanè affectus à nuptiarum causa initium maximè habet. non enim potest plerunque auarus huius vitij liberos accusare, neque item is, qui præ gloriæ auiditate insanit, neq; qui honoris studio tenetur: ne huius mali causam ad progeniem ipsam referat, vt ne iis, qui ante se nati sunt, ipse inferior videatur, & vt à posteris, aliquam de se cõmemorationem liberis suis relinquendo, magnus omnino existimetur. Eodemque modo reliquæ, quæ sunt animi ægritudines, inuidia, odium, iniuriarum recordatio, & si quæ aliæ sunt, ab hac sanè causa proficiscuntur. hæc enim omnia in his vna insunt, qui hanc vitam attigerunt: à quibus quidem rebus qui remotissimus est, tanquam ex alta aliqua specula hominum perturbationes longè prospiciens. eorum dolet cæcitatem, qui rebus his fallacibus sese manciparunt, rerumque humanarum prosperitatem magnum aliquid esse putarunt. Cùm enim hic quempiam hominem rebus, quæ in vita eueniunt, secundis florentem, honoribusq;, aut opibus, aut potentia ornatũ videt, eorum quidem qui, harum rerum studio efferuntur, ridet insaniam, humanæque vitæ tempus, vt à psalmorum auctore terminus eius certius dictus est quamhreuissimum numerat: deinde infinitis illis sæculis cum exiguo hoc vitæ spatio collatis, mollitiem eius luget, qui ad res huiusmodi sordidas, humiles, quæ ve ad tempus manent, animum extollit. quid enim causæ est, cur in iis ipsis rebus honos, quem plerique expetunt, sit beatitudine dignus? quoniam quid iis, qui honore affecti sunt, addit honor? At qui ea conditione natus est, vt moriatur, mortalis hic manet, siue honos ei tribuatur, siue non. Aut multa iugera terræ possedisse, ad quem optimum finem hoc perducit eos, qui ista possederũt? nisi quis demens arbitretur sua esse ea, quæ nullo pacto ad se pertinent. præ multa enim inexhausta auiditate, vt verisimile est, hoc ignoras, quòd Domini est terra, & plenitudo eius. Rex enim omnis terræ Domi- *Psal. 23.*
nus. hominibus verò vt rerum, quas possident, domini appellentur, falsò hoc illis tribuit auaritiæ affectus. Terra enim, inquit Ecclesiastes, in æternum stetit, omnibus ætatibus suppeditans, aliosque subinde è se natos nutriens. Neque verò homines sui potestatem habent, sed ex voluntate, nutuque summi rectoris pendent. cùm enim nesciunt, in hãc vitam ingrediuntur: cum autem minimè volunt, ex eadem rursus excunt: cumque ad tempus sint in hanc lucem editi, præ nimia stultitia arbitrantur, se illius quasi perpetuo manentis potestatem habere. Ergo qui hæc mente intuetur, hacq; de causa pro nihilo ea putat, quæ hominum vulgus in pretio, atque in honore habet, qui ve cælestis vitæ solum amore ducitur, fenumque esse omnem carnem, quasique feni florẽ omnem hominis gloriam videt, studio ne dignũ fenum vnquam putabit, quod hodie est, cras non futurum? qui enim diuina rectè contemplatur, hic animaduertit non solum res humanas nihil firmi, solidique habere, sed, quasi neque vniuersus hic mundus in perpetuum sit futurus, propterea vitam hanc quasi alienam, eamque caducam negligit: quoniam, vt voce Domini significatum est, cælũ & terra transibunt, cunctaque formæ cõmutationem necessario expectant. Quamobrem quàm diu aliquis, inquit Apostolus, in hoc habitaculo est, mortalitatem præseferens, hacque vita grauatus prorogari sibi huuc incolatum dolet, vt in diuinis canticubus Psalmistes cecinit, verè

enim in tenebris viuent ii, qui in his tabernacu-
lis vitam degent. itaque huius incolatus proroga-
Psal. 119. tionem Propheta his verbis luget: Væ mihi quo-
niam incolatus meus prolongatus est. Tenebris
porrò domicilij, & incolatus huius causam tri-
buit. Hæbreorum enim voce Cedar tenebras
appellari à sapientibus didicimus: aut id quidem
non verè. vt enim quædam noctis caligo morta-
libus offunditur: sic hi ad erroris cognitionem ob
cæcantur, vtpote cū minimè videant, quæ in hac
vita summa magnificaque existimata sunt, quæ
ve in contrariis sunt rebus habita, omnia hæc so-
lum insana quadam hominum opinione talia ex-
titisse: ea verò per se nihil omnino sunt, nulla igno
bilitas: nullum illustre genus, nulla gloria, nullus
splendor, nullæ de maioribus commemorationes
nulla rerum præsentium animi elatio, nihilque est
in alijs dominari, nihilque aliorum imperio tene-
ri: non diuitiæ, non pauperias, non egestas, nullæ
denique huius vitæ inæquabiles varietates, quæ
imperitis quidem hominibus, cùm hi voluptatē
suis sensibus metiantur, multum eminere viden-
tur. At verò qui magno, altoque est animo, omnia
hæc paria esse, neque rem vnā alteri præstare pu-
tat: quoniam ex rebus inter se contrariis vitæ cur
sus æquè conficitur, æqualisque in vtraque vitæ
cōdicione & bene, & malè viuendi inest facultas
tam ex rebus dextris, inquit Apostolus, quàm si-
nistris, & æque ex gloria, atque ex aliqua ignomi
nia: in quibus quidem rebus is, qui pura mente fu
it, & incorrupta, rerum veritatem intuitus est, ab
ortu vsque ad obitum præfinitum sibi tēpus per-
currendo, recta hunc ipsum vitæ cursum conficit,
cùm neque voluptatum blanditiis molliatur, ne-
que rebus grauib' debilitetur, ac deprimatur; sed
viatorum more longius progressus, paruam ea-
rum rerum, quæ se illis ostendunt, rationem ha-
bet. illud enim in consuetudine eorum est, qui pe
regrinantur, vt siue pratis, siue cultis agris, siue va-
stis, desertisque locis iter faciant, neque rei vllius
oblectatione, neque re aliqua molesta impediti,
itineris cursum conficere maturent: parique ra-
tione hic nec diuerticula, neque viarum flexiones
respiciendo, ad illud, quod sibi maximè propo-
situm est, omnino perueniet, sed in cælum solū
contuendo, hunc vitæ cursum, tanquam aliquis
optimus gubernator, conficiet, qui cæleste ali-
quod sidus intuendo ad id nauis cursum dirigit.
Ille verò, cui obtusior est mentis acies, inferiora
respicit, & ad corporis voluptates, tanquam ad
pabulum pecudes, animum adiecit: ventrique
soli, cæterisque ventris vitium consequentibus re-
bus deditus viuit: qui ve à vita diuina auersus, &
à testamentorum promissis alienus, nihil aliud in
bonis esse putat, nisi cùm quis in corporis volu-
ptate est, hic profectò, & omnis homo, qui hoc
numero est, in tenebris, vt diuinis litteris scri-
ptum est, ambulat, cùm in vitam huiusmodi ma-
la introducat. in his enim auaritia, animi impo-
tentia, immodica ad voluptates affectio, imperii
cupiditas, gloriæ appetitio, ac reliqua inest ea-
rum, quæ sunt hominus contubernales, pertur-
bationum multitudo. ex his enim morbis, alter
quodam modo alterius vinculo tenetur, & cui
vnus ex his accedit, reliqui quasi naturali qua-
dam necessitate compulsi, ad eum concurrunt.

id quod in catena fieri videamus. eius enim prin- *Eadem si-*
A cipio attracto, neque reliqui illius orbes cōsistere *militudine*
possunt, sed vltimus cathenæ orbis cum primo si *vsus est in*
mul motus est, cùm ex eorū perpetuo ordine qui *principio e-*
simul annexi sunt circuli, à primo motio ipsa pro *pistolæ de*
grediatur. ita humani affectus impliciti inter se, at *professione*
que connexi sunt: sæpeque fit, vt, cùm vnus impe- *christiana.*
rauerit, reliqua item morborum turba animū in-
uadat. Atque si hæc quidem ipsa quasi malorum *Quod qui*
cathena tibi explicetur necesse est, fac esse quem- *in vno of-*
piam, qui præ voluptate quadam sit inanis gloriæ *fendit fact'*
affectus superatus: est huic sanè inanis gloriæ cu- *sit omnium*
piditati adiūcta etiam appetitio quædam, vt plus *reus.*
is assequatur: quoniam non potest quis plus habē
B di cupiditate teneri, nisi huius affectus dux & co- *Vitiorum*
mes quædam sit gloriæ auiditas. deinde appetitio *concathena*
hæc, qua quis afficitur, vt & opum, & digni- *tio.*
tatis amplitudine ceteris ipse antestet, vel in æqua
les concitat iram, vel superbiam in inferiores, vel
in superiores inuidiam: cuius socia est simultas:
huius verò comes acerbitas, quam odium quod-
dam hominum consequitur: at horum omnium
postremum est damnatio in geennē, tenebræ, at-
que ignis sempiternus. Vides horum omniū ma-
lorum quasi viam, quemadmodum videlicet ab
vno voluptatis affectu cuncta proficiscuntur: ina
nis enim gloriæ causa, & principium à voluptate
C existit. Quamobrem vbi huiusmodi malorū con-
iuncta multitudo in hanc vitam semel sese conie-
cit, vna est, vt ab his liberemur, ratio, quam in di-
uinis litteris contemplemur: ea autem est, vt ab il-
la vitæ disciplina nos auocemus, quæ rebus graui
bus est, atque molestis adstricta. neque enim, cui
Sodomam incolere cordi est ignis imbrem decli
nare hic potest: neque ab Ægyptiorum seruitute
se quis vindicabit, nisi Aegyptum, id est hanc sum
mersam vitam deserit, & non rubrum illud, sed
nigrum hoc, & obscurum vitæ mare transit: sin au
tem non liberauerit nos, inquit Dominus, veritas
D in malo seruitutis permanem'. quo modo potest,
qui falsum quærit, qui ve in huius vitæ erroribus
est, in veritate versari? quó ve pacto quis hoc iu-
gum seruitutis deiecerit, qui vitam suam, quasi ser
uam, in naturæ necessitates coniicit? Sed notior
quidem nobis, proposito aliquo exemplo erit de
his planè oratio. Quemadmodum amnis aliquis, *Simile ab*
qui sua natura satis profluens, incitatis aquarum *amne.*
profluxionibus rapidior fertur, lignaque, & lapi-
des, & omnia, quæ sibi obuiam fiunt, in alueū ra-
pit calamitatem hic & periculū iis importat, qui
propè incolunt, illis verò frustra defluit, qui longè
remoti eū vitant: ita, qui sibi huius vitæ perturba-
E tionem peperit, eā solus sustinet, & solus eos sua
spōte recipit affect', in quos natura, quæ suo quo-
dam cursu fertur, cū his vitæ malis circūfluat, illos
impellit, qui eius cursum tenent. sed si quis, vt est
in sacris litteris, torrentem hunc, intolerabilem-
que aquā relinquit, hic planè liber erit, vt in psal- *Psal. 123.*
mo sequitur, à captione dentium huius vitæ, ve-
luti passer, qui virtutis alis è laqueis euolauit.
quoniam igitur, vt illo ipso torrentis exemplo
patet, variis perturbationib' inæquabilibusque re
rum varietatibus referta mortalium vita. ad na-
turæ delirationem effusa semper fertur, nihilque
ꝙ in ea expetatur, proposuit, neque expectat, dū
ii, qui cupiditate aliqua tenentur, satietate exple-
antur,

antur, cúmque omnia, quæ impetu quodam feruntur propè simul accesserint, & quæ attingunt, A cursum confecerint, quódque semper præsens adest, fluxu quodam clandestino ex oculis ereptū, cùm sensum nostrum celeri transitu effugiat: propterea vtile sanè esset, extra hunc vitæ fluctū longè se tenere, vt ne rebus his caducis nos impediti, ea, quæ sempiterna sunt, omnino despiciamus. quo enim modo potest his vitæ rebus addictus, assiduè id habere, quod in rebus, quæ maximè expetuntur, optabile est vt perpetuò maneat? quod adultæ ætatis robur? quæ virium aut formæ integritas, quæ opes, quæ gloria, quæ potentia? num omnia hæc vel exiguo tempore, cùm floruerint, rursus diffluunt? atque in contrariam nominis appellationem defluxa conciderunt? quis omni tempore in adolescentia? cui perpetuò suppeditarunt vires? an non pulchritudinis florem citius vel illis ipsis floribus, qui se primo vere ostēdunt, interiturum natura efficit? quæ sanè tempore suo natura conseuit, cùm eā breui tempore floruerint, rursus surgunt, rursus diffluunt, rursus frondescunt. atque hanc quidem pulchritudinis speciem adulta in ætate natura ostēdit: quam verò hominum pulchritudinem in adolescentia, quasi primo vere, planè demonstrauit, senectutis postea hyeme extinxit. eodémque modo reliqua omnia, quæ ad quoddam tempus carnis sensum deceperunt, postea quàm cursum ea perfecerunt, obliuione simul occultata sunt. Quoniam igitur eiusmodi commutationes, quæ quadam naturæ necessitate eueniunt, dolore illum afficiunt, qui in affectione versatur: vna certè est horū malorum declinatio, vt ne vllis rebus, quæ animum concitent, sese adiungat, sed, quantum fieri potest, se ab omni vitæ consuetudine auocet, quæ ad vitiosam disciplinam, carnísque deditam adducat, vel potius ab ea conuenientia, coniunctionéque naturæ se remoueat, qua suo quisque corpori astrictus tenetur, vt ne vita, quæ è carne est, sit carnis obnoxia calamitatibus. hoc autem est, soli animæ viuere, vt quis, quantum in se est institutum imitetur illarum potestatum, quæ corporis experteres sunt. illæ enim neque nubunt, neque nubentur: sed hoc est ipsis propositum munus, studium, atque perfectum officium, vt incorruptæ integritatis partem contemplentur, atque, quantum imitatione assequi possunt, ad ipsius pulchritudinis exemplar contennendu suam ipsi ornent formam.

Omnia cito diffluunt.

B C D

Animi integritatem, eiúsque ab omnibus affectibus vacuitatem corporis munditia anteire oportet. *V.*

HVIVS igitur mentis, summæque cupiditatis adiutorium, vt in diuinis litteris appellari solet, homini virginitatem tributam esse diximus. vt enim reliquorum studiorum artes quædam ad illorum, earum studio reneantur, perfectam disciplinam inuentæ sunt: sic virginitatis studium mihi ars quædam, & facultas diuinioris vitæ videtur esse, quæ doceat, quemadmodum ii, qui his corporis vinculis adstricti tenentur, earum rerum, quæ corpore carent, naturæ similes efficientur. vitæ enim huius omne studium, atque institutum illud est, vt ne voluptatum

Virginitatis studium ars quædā est.

impetu animi deprimatur altitudo, ne ve nos, qui cælestia contemplari, qui úe ad diuina animo cōtueri debemus, ad corporis affectiones delapsi cadamus. quo enim modo animus noster, qui inferiori huic carnis voluptati mancipatus est, atque in humanorum affectuum appetitionem totus incumbit, potest cognatum illud lumē quod ve mente ipsa cernitur, vacuo, & libero sensu aspicere, cùm is praua quadam, atque inerudita anticipatione ad humiles has res, & lutulentas aciem intendat? nam vt porcorum oculi natura in terram conuersi, mirificarum rerum cælestium aspectum non habent: sic animus, corporis luxu perditus, cùm ad humilia, & ad ea, quæ sunt pecudum, inclinatus sit, non cælum amplius, neque reliquarum rerum conuenientiam, & decorem cernere poterit. Quare vt ad voluptatem diuinam illam quidem, & beatam animus noster quietus, ac liber maximè respiciat, ad nullas omnino res caducas, & terrenas se ipse conuertet, neque earum voluptatum particeps fiet, quæ ad cōmunis vitæ indulgentiè comparatæ sunt, sed omnem potius amoris vim à rebus corporeis ad eā traducet pulchritudinis contemplationem, quæ & corporis expers est, & mente cernitur. Atque ad hanc quidem animi affectionem, studiúmque est corporis inuenta virginitas, vt, cùm affectionum, quæ à natura tributæ videntur, obliuionem animo maximè attulerit, in pura diuinæ sempiternæque voluptatis consuetudine versetur: quam cor solum, pura eius, qui nos regit, animi integritate adhibita, capere solet. Beati enim mundo corde, inquit, quoniam ipsi Deum videbunt.

Simile à porcis.

Matth 5.

Elias, & Ioannes diligentem harum rerum curam adhibuerunt. *VI.*

OB eam causam magnus in prophetis mihi videtur Elias, & is, qui postea in spiritu & virtute Eliæ in vitam venit: quo sanè in natis mulierum nemo maior exortus est. Quæ porrò de his ipsis narratur historia, etsi quid aliud obscurè, illud tamen maximè indicat, quod vitæ rationem docet, vt, qui scilicet contemplandis rebus, quæ minimè sub aspectum cadunt, se dedit, hic ab humanæ vitæ consuetudine alienus, fiat, ne huiusmodi fraudibus, quæ sensibus concipiuntur, addictus, perturbatione, atque mentis errore in illius iudicio afficiatur, quod re vera bonum est. Hi ambo ab adolescentia sese statim ab humanæ vitæ societate remouerunt. cùm enim potionis, atque cibi, qui ceteris ad vitæ sustentationem est datus, despicientia, tum vita, quam in solitudine egerunt, se quasi à naturæ alienarunt instituto, vt vel aures obstrusas, neque in sublimi loco positas haberent, oculorúmque obtutu, & gustatu simplici essent, & ad nullam rē parato, nimirum cùm necessitatem victus ex quibusuis rebus, quæ vtrique obuiam fierent, sanè explerent. quamobrem ab externis perturbationibus remoti, in summa vitæ tranquillitate atque otio sese constituerunt: indéque ad tantam diuinorum munerum altitudinem elati sunt, quantā hæc de vtroque commemorat oratio. Elias enim quasi Dei munerum quæstor aliquis, cùm ex potestate quadam cæli administrationem haberet, illius

 & pecca-

& peccatoribus obstruendi,& iis,qui pœnitentiam agendo resipiscerent,aperiendi potestatem habuit. Ioannem verò tale aliquid miraculum fecisse, nihil diuinis est literis proditum: at is, qui res occultas perspicit,testatum reliquit, maius illi munus esse tributum,quàm ceteris omnibus prophetis. Hæc fortasse his duobus contigerunt,quoniam puram,omnisque materialis expertem affectionis suam in Deo cupiditatem posuerunt, neque liberorum amoribus, neque coniugum curis,neque ceteris vllis rebus humanis intenti, ne quotidiani quidem,ac necessarij victus curam ad se pertinere censuerunt: vestiumque asperitate quadam graui meliores cùm se ostendissent,à quibusuis, qui sibi occurrerent, res necessarias ex tempore petebant. vnus enim quidem caprinis pellibus,alter pilis cameli amictus erat.neq; profectò,vt arbitror,ad eam magnitudinem peruenissent,si nuptiæ eos corporis oblectamentis delinitos molliuissent.Hæc porrò nō sine causa,sed, vt est apud Apostolum, ad nostram sane doctrinam scripta sunt,nempe vt ad illorum vitæ institutum nos item vitam nostram dirigamus. Ergo quid ex his documēti percipimus?id sanè,vt,proposito sanctorum virorum exemplo,iis rebus quæ ad hanc vitam pertinent,animum ne adiiciat, is qui se cum Deo iunctū esse studet. fieri enim nō potest,vt cuius animus multarum rerum curis distrahitur, iis in Dei contemplationem, cupiditatemque planè totus incumbat.

Rom.15. (margin) — A, B, C (margin)

Qui multis rerum curis distinetur,fieri non potest,vt hic animo sit perfecto. VII.

Simile à riuulis fontis. (margin)

MIHI sanè videtur, quod de his præceptum est,exemplo illustrius fieri posse. Ponamus igitur, aquam, quæ à fonte aliquo manat,in diuersas fluxiones, ac riuos, vt fit, dispergi, atque dissipari: quàm diu certe ità fertur, ad nullas eas res, quæ agriculturæ expediant, erit accommodata: cùm illius aquæ in multas partes dissipatio exiguum id efficiat, quod in singulis partibus tenue est, vixque præ tenuitate mouetur.sin autem quis omnes eius dispersos riuos colligat,quæ passim dissipatum est, in vnum alueum concludat,ad multas vitæ commoditates,& eas quidem necessarias vberiore vtetur aqua, quæ in vnum sit locum deriuata. Ita hominum mens, si passim diffunditur, eoque potissimum, quò sensuum illecebris rapitur, perpetuò diffluit, ac dissipatur, nullam planè mihi magnam vim habere videtur ad eum cursum, qui ad verum bonum pertinet: sed si vndique sese collegerit, atque in se receperit, totaque ad eam, quæ sibi propria est,ac naturalis muneris functionem impellatur, nihil quidem impedimento erit, quo minus ad superiora feratur,atque rerum, quæ vere sunt,veritatem attingat. vt enim magna aquæ vis aquæductibus obtecta,& conclusa,sæpe, cùm vis illa erumpat,in sublime fertur,quoniā non habet, quà diffundatur,idque cùm motus eius naturalis ille sit,vt deorsum feratur,sic humana mēs, quasi angusto quodam aquæductu,cùm vndique cōtinentia ipsa comprimatur,neque habeat, vnde erumpat,agitatione ipsa naturali ad rerum cælestium quodam modo excitabitur appetitionem. nā

Pluribus intentus animus. (margin) — D, E (margin)

neque animus, qui perenni agitatione mouetur, consistere potest,cùm ab eo,qui illum effecit,huiusmodi motus naturam sortitus sit:neque,si prohibetur,quo minus ad res inanes eo motu vtatur, dubium est,quin, cùm vndique à rebus absurdis repellatur,ad veritatem recta omnino cōtendat. in multis enim itineribus viatores maximè videmus recta via non aberrare,cùm reliquorum itinerum errore antè instructi omnino caueant, ne aberrent. veluti is,qui in itinere faciendo cùm se ab incertis, transuersisque semitis se abduxerit, magis in rectā se via conseruabit, ita animus noster à rebus inanibus auersus,in rebus quæ sunt, veritatem planè agnoscet. itaque de summis illis prophetis commemoratio nos ad hoc erudire videtur,vt iis rebus, quæ in hac vita expetuntur, ne implicemur: in quarum rerum numero sunt nuptiæ, quæ studiorum inanium semen potius est,atque principium.

Simile à viatoribus (margin)

Matrimonium neque detestandum est, neque improbandum: quoniam Dei consilio, prouidentiaque est hominibus datum. VIII.

NEMO verò ex iis,quæ diximus, in opinionem veniat,nos matrimonii improbare institutionem:non enim ignorari sumus, neque illud à benedictione Dei fuisse alienum: sed quoniam hoc ipsum satis accuratè defendit communis hominum natura , quæ sua sponte ad huiusmodi res vim infert iis,qui matrimonii via quæsita ad liberorum procreationem accedunt,naturæ enim quodam modo resistit virginitas, superuacaneum vtique esset admonitiones,atque hortationes de matrimonio diligenter conscribere:cùm voluptas ipsa ostendat,se acerrimum illius patrociniū suscipere:nisi fortasse tamen his sermonibus opus esset propter eos, qui Ecclesiæ præcepta, atque instituta corrumpunt:quos cauteriatam suā conscientiam habentes vocat Apostolus, propterea quòd, spiritum ducem relinquendo, dæmoniorū doctrinis cicatrices quasdam, atque inustiones cordibus suis imprimunt. præcepta Dei detestantes,quasi impura illa sint, ad malumque trahant atque in causa sint malorū. Hæc atque alia eiusmodi dicunt at quid ad me extraneos indicare, inquit Apostolus? Extranei enim, & alieni re vera sunt illi à sede domiciliioque, in quo mysteriorum sermo positus est,qui non in Dei præsidio, sed in spelunca Diaboli ad eius voluntatem commorantur,propterea que non intelligunt,cùm virtus omnis in mediocritate consistat,id, quod in contrarias partes connectitur,esse vitium. qui enim in omnibus rebus & eius,quod parū,& illius, quod nimium est,mediocritatem capit, hic vitiū à virtute distinxit. Quæstio hæc illustrior erit,si rebus ipsis demonstretur. Metus, & audacia, duo è regione posita vitia putantur. hic quidem,quoniam confidentiæ modum deserit, illa quia superat, mediocritatem continent, quæ in fortitudine cernitur. Rursus, qui pietatem colit,is neque impius est, neque superstitiosus. in vtroque enim æque inest impietas: alter, quia Deū negat: alter quoniam multos esse opinatur. Vis ne hoc ipsū ex aliis cognoscere? Qui in auaris,ac prodigis esse recusat,contrariis inter se affectibus remotis, liberali-

1.Timo.4. *1.Cor.6.* *Virtus in medio consistit.* (margin)

liberalitatem habitu quodam rectè coluit. liberalitas enim in eo elucet, vt ne quis in sumptus immoderatos, minimeque vtiles temerè profuseque eroget, ne ve in rebus necessariis parcus sit ac remissus. Atque ita in ceteris omnibus, ne singula nos persequamur, rerum inter se pugnantium mediocritatem in virtute positam esse ratio definiuit. itaque temperantia itē mediocritas est atque in vtraque parte conuersiones ad vitium habet perspicuas, qui enim animi firmitate deseritur, voluptatisque affectu facile vincitur, eâque ob causam ad incorruptæ, temperatæque vitæ viam propè nō accessit, in ignominiosas hic affectiones delapsus incidit. qui verò temperantiæ fines transit, & à virtutis mediocritate recedit, hic conscientiā suam, inquit Apostolus, cauteriatam habens, in aliquas dæmoniorum doctrinæ salebras compulsus incurrit. Nam quòd matrimonium detestabile esse statuit, matrimonium ipsum vituperando, se ipse conscindit. si enim arbor mala, vt est quodā loco in Euangelio, fructus eius item est arbore planè dignus. matrimonii quasi alicuius plantæ germen est, atque fructus homo: quæ igitur ipse in matrimonium conuicia conijcit, in eum illa ipsa recidunt. At illi quidam, qui conscientiam notis inustam habent, atque ex sententiæ absurditate sic cicatrice quadam affecti, eiusmodi rebus conuincuntur. Nos verò de matrimonio ita sentimus, oportere nos rerum diuinarum studium, curamque huic matrimonii officio anteferre, neque tamen eum despicere, qui temperatè illo, ac moderatè vti potest: qualis patriarcha Isaac fuit, qui non florescente ætate, vt affectioni coniugium seruiret, sed exhausta iam adolescētia, ob Dei in semine benedictionem, Rebeccam in matrimonium duxit: cui cùm vsque ad partum operam dedisset, rursus in rebus, quæ oculis non cernuntur, totus fuit, clausis corporis sensibus. id enim significare mihi videtur historia, quæ grauē illius patriarchæ oculorum obtutum commemorat. Atque hæc quidem ita se habeant, quemadmodum iis ita se habere videntur, qui eiusmodi res contemnere planè sciunt. nos verò, quæ ad orationis perpetuitatem pertinent, persequamur. Quid ergo illud est, quod dicitur? si licuerit, neque à diuina voluntate discedat, neque nuptias fugiat. quæ porrò naturæ institutionem aspernetur, criminetur ve id, cui honos attribui solet, nulla est oratio. nam vt in eo, quod à nobis expositum est, aquæ exemplo patet: cùm in regionem aliquam agricola canalibus aquam deriuat, in medioque cursu contingit, vt exiguo riuulo opus sit: tantum ille aquæ diffluere concedet, quantum vsus ille moderatè exigere videtur. rursusque paratus est, vt id cum reliquo iterum aquæ cursu committeatur. sin autem, aquæ nihil reseruando, aditum illi incautè aperiet, periculum erit, ne tota aquæ vis, rectum cursum relinquendo, paludibus ex transuerso omnia occupet. Pari ratione, quoniam in vita opus est mutua successione, si quis hoc, quod iam contractum est, matrimonio ita vtetur, vt, rebus spiritalibus propositis, tenui ad eiusmodi res ac remissa cupiditate vsus sit propter temporis breuitatem, hic temperans est, ex Apostoli præcepto, agricola, qui se ipsum sapientiæ præceptis excoluit, nec in retribuendis illis frigidis debitis sordidè semper, abiecteque occupatus est, sed ex conuenientia quadam munditiam animi in orationum studio constituit. timet enim, ne ex hac affectione ratio efficiatur caro, & sāguis, in quibus non permanet spiritus Dei. Qui verò ita infirmus est, vt naturæ onus sustinere nequeat, validior vtique sit, si longè se potius ab his rebus contineat, cùm in certamen viribus suis maius descendat. periculum enim non leue est, ne hic voluptatum vsu, quasi esca, deceptus, nihil aliud in bonis esse putet, quàm illud, quod cum suauitate quadam carnis percipietur sensibus, né ve, cùm à rerum corpore vacantium cupiditate suam mentem planè auerterit, in rebus sanè corporeis totus omnino sit, rerumque harum voluptatem omni tempore indager, quasi potius voluptatis sit, quā Dei amator. Et quoniam, præ naturæ imbecillitate, non cuiusuis hominis est, harum rerum moderationem assequi, periculosumque est, qui extra modum positi sunt, ne hi, vt est in psalmorum auctore, in materiam profundi impingantur: illud maximè expedit, huiusmodi vitæ genus, vti hæc oratio monet, minus experiri, ne rerum, quæ permissæ suot excusatione adhibita, animi affectionibus aditus pateat.

Matth. 7.

Isaac suscepti filiis abstinuit.

In omni re nō facile commutari potest consuetudo. IX.

IN omni re difficilis est, quæ expugnetur, consuetudo: quoniam cùm multam ad attrahendum in se animum, afficiendumque vim obtineat, tum in eo valet, vt aliquam honesti opinionem afferat. nam si quis ex consuetudine, vsuque habitum, & aliquam animi affectionem sibi comparauit, nihil vel ipsa natura sic fugiendum est, tanquam assiduo vsu comparatum quod non omni studio dignum, expetendumque putet, huiusque sententiæ testis est hominum vita in qua cùm infinitæ existant nationes, non omnes tamen vno, eodemque studio ducuntur, sed apud diuersas, ex earum cuiusque consuetudine, quæ studium in aliqua re, & cupiditatem gignit, res in honore, atque prætio sunt: neque apud diuersas solum nationes, eiusmodi horum studiorum variam commutationem cernere licet, vt apud quasdam gentes in prætio illa sint, apud alias improbentur, sed in eadem natione, eademque ciuitate, & familia hanc, quæ è singulorum consuetudine nascitur, dissimilitudinem planè cognoscere possumus. Eodemque modo sæpe germani fratres diuersis vitæ studiis ex vsu consuetudineque affecti sunt. neque hoc sanè mirabile est: quoniam singuli homines non sæpe idem de vna eademque re sentiunt, sed ita, vt quisque est consuetudine affectus. Et ne, quæ à re ipsa valde remota sunt, commemoremus, multos nos quidem amatores cognouimus, qui ab ineunte propè ætate se omnis temperantiæ maximè studiosos ostenderunt: impuræ verò vitæ initium quoddā fecerunt, quod iustum ac permissum videtur esse voluptatum consortium: postea verò quàm hoc semel experti sunt, omnem, vt in aluei nos exemplo diximus, appetitionis vim cùm ad hæc ipsa cōuerterint, & à rebus diuinis ad humiles, caducasque mentem, & cupiditatem traduxerint, ita val-

 de sibi

de sibi patentem ad animi affectiones aditum aperuerunt, vt cælestia petere omnino desierint; pæneque illarum ardore arrefacti sint, cùm omnis eò confluat appetitio. Quamobrem iis, qui in virginali studio minus firmi sunt, conducere hoc arbitramur, vt ad tutissimum aliquod præsidium confugiant, neque ad huius vitæ consuetudinem descendentes, contra se tentationes prouocēt, neque vt propter hoc carnis affectus, illis se maximè rebus implicent, quæ summopere mentis nostræ repugnant rationi, periclitenturque non de prædij finibus, non de pecuniarum iactura, non de vllis denique cæteris rebus, quæ in hac vita expetuntur, sed de ea spe, quæ prælucet. non enim qui ad res humanas mente, animoque se conuertit, atque omnem illuc curam reiicit, animumque suum in eo occupat, vt hominibus placeat, is potest primum illud, & maximū Dei præceptum explere, quo monemur, vt toto corde, totis viribus Deum diligamus. quo enim pacto fiet, vt toto quis animo Deum diligat, cùm suum hic animum modo in Deum, modo in res humanas impellat? debitamque illi soli pietatem, ac beneuolentiam quodam modo eripiens, in humanis affectibus exauriat? matrimonium enim ea, quæ Dei sunt, curat: qui verò matrimonio vinctus est, in his, quæ & mundi, & hominum sunt, curam, studiumque adhibet. sin autem laboriosa cōtra voluptates, ac difficilis videtur pugna: fidēti animo quisque sit, & forti. non enim parum in eo consuetudo valet, vt vel iis, qui se maximè difficiles ostendunt, voluptatem quandam, eamque hon estissimam, & maximè puram ex aliqua perseuerantia pariat. cuius quidam voluptatis amore is, qui mente præditus est, potius est detinendus, quàm à rebus verè magnis, quæ úe omnem mentem excedunt, alienandus ex dimissione quadam animi, quæ in rebus humilibus cernitur.

Quid re vera expetendum. X.

QVANTA enim iactura fiat, cùm quis à veri honesti possessione cadit, quæ orationis vis hoc explicaret? quantá ve mentis esset adhibenda præstātia? quo enim modo quis id explicando assequeretur, quod neque oratione exprimi, neque mente comprehendi potest? nam si quis ita mentis aciem purgauerit, vt aliquo pacto intueri possit, quod in beatitudinibus factum est nobis à Deo promissum, is omnem hominum vocem reprehendet, quasi nullam vim habeat ad rei intellectæ explicationem. si quis autem corporis ita est irretitus affectibus, vt mentis suæ acies affectione mala, quasi lippitudine quadam obscurata sit, inanis huic est, & minimè fructuosa omnis vis, & orationis copia. quoniā res admirabiles orationis vi & imminuere & amplificare, hoc in earū rerum similitudine constitutum est, quæ sensu nō percipiuntur. vt in solis radiis, inanis est, atque minimè vtilis de his sermonis explicatio ei, qui lumen ab ortu non aspexit, quoniam luminis radios auribus percipere non potest: ita in verò lumine, quod mente cernitur, suis cuique oculis opus est, vt illam pulchritudinem aspiciat, quā qui munere Dei, ac prouidentia cernit, incredibili mentis stupore tenetur in eo, quod exprimi non potest: qui verò non aspexit, is neque earum rerum damnum sentiet, quibus orbatus est. quo modo enim illi quispiam bonū exponeret, quod ab eius sensu refugit? qua ratione rem ob oculos poneret, quæ sub aspectum non cadit? nō propria verba, quæ illius pulchritudinis speciem significarent, nos didicimus: non vllam eius, de quo quæritur, extat exemplum: comparatione verò aliqua hoc ipsū illustrari difficile sanè est. quis enim paruæ scintillulæ solem comparat? aut paruam stillam cum immensa aquarum voragine confert? nullam enim comparationem habet neque cum voragine gutta, neque cum solis radijs minima scintilla. Eodem modo se habent omnia, quæcunque homines tanquam pulchra admirantur, comparatione facta cum eo, quod omne pulchrum atque bonum excedit. itaque quæ mentia vis est, vt ei, qui hoc damno afficitur, illud ipsum demonstraret? Rectè mihi quidem hanc difficultatem summus ille Dauid demonstrasse videtur, qui, spiritus vi, aliquando mente elatus, quasique extra se positus, cumque in beata illa mentis elatione esset, pulchritudinem illam difficilē, quæ non mente comprehenditur, ipse vidit, atque ita omnino vidit, quasi hoc ipsum homini contingere possit. is igitur carnis inuolucris exutus, sola mente, animoque cùm ad rerum, quæ corpore vacant, menteque solum intelliguntur, contemplationē se conferret, quoniā aliquid dicere cuperet eo dignum, quod à se conspectum erat, eiusmodi verbum protulit, quod vulgo dici solet: Omnis homo mendax: hoc est, vt mea fert opinio, homo omnis, qui ineffabilis luminis interpretationem sermone petuerrit, hic est re vera falsus, non quia veritatem odit, sed quoniam ad eius quod mente comprehenditur, explicationem infirmus est. pulchritudinem enim, quæ sensibus percipitur, quæ ve in terris in nostra hac vita cernitur, siue illa sit in rebus inanimis, siue in corporibus animatis, bono aliquo colore excogitata, vis sensuum nostrorum per se satis est, vt illam nos aspiciamus, admiremur, demonstremus aliis, ac sermone, quasi in tabella quadam sit huius pulchritudinis expressa species, notam illam ceteris faciamus. neque enim eius exemplar intelligentiam fugit. Quo modo fiet, vt ob oculos rem ponat oratio, quæ nullam describendi artem comperit, non dicendi colorem, non figuram, non magnitudinem, non integritatem formæ, neq; vllas planè id generis nugas habet? quod enim omni ex parte obscurum est, neque vlla forma expressum, quod ve omni magnitudine alienum, longeque ab his omnibus positum est, quæ corporis sensibus cernuntur, id quo modo aliquis cognitum ex iis rebus haberet, quæ solo sensu comprehenduntur? non propterea tamen huius cognitionis, cupiditatisque nos spem deponere debemus, quoniam altior ea appareat, quàm vt mente cōprehendi possit: sed, quò maius est id, quod quæritur, eo altius animo menteque efferri, reique ipsius magnitudine magis, atque magis nos excitari oportet, vt ne ab ipsius boni societate alieni nos planè efficiamur. periculum enim nō paruū est, ne, eū nullius rei cognitione, huius intelligentiam capi posse affirmauerimus, propter magnā quādā, & inexplicabilem magnitudinē nos eius omnino cognitionē amittamus

Quæ pulcherrima & optima sunt, nō recipiunt comparationem.

Psal. 115.

amittamus. itaque, propter hanc ipsam imbecillitatem, ex rebus sensu cognitis mētis vim nos quodam modo ad id traducere oportet, quod sub oculos non cadit. Atque in hac quidem contemplatione nos ita versemur.

Quemadmodum quis in consideratione veri honesti versari debet. XI.

QVI in ciuitatibus nullo animi indicio res intuentur, cùm hominem, aut rem aliquam aspiciunt, quæ speciem aliquam præferat, nihil sanè amplius exquirunt, quàm id, quod sub oculos cadit. nam qui corporis molem contemplaturi sunt, iis satis est, si totam corporis constitutionem comprehendisse se putent. at verò, qui mente est acuta, & perspicaci, scientiarumque disciplinis instructus est, nō solum satis habet oculorum sensu res, quæ sunt, intueri: neque rebus, quæ videntur, simpliciter acquiescit: neque id, quod non cernitur, rebus iis considerat, quæ omnino non sunt: sed omnem etiam animi naturam diligenter inuestigat, corporumque qualitates, quæ apparent, & vniuersè, & sigillatim considerat: & harum vnam ab altera præcipuè ratione distinguit: rursusque illarum communem concursū & conspirantem quendam consensū in corporis constitutione contemplatur. Eadem igitur ratio est in huius honesti pulcrique indagatione. qui enim mente minus perfecta est, cum aliquid cernit, quod speciem pulchritudinis aliquam præsefert, illud ipsum pulcbrum sua natura esse opinabitur, quod voluptate quadam eius sensus affecerit: nihilque plus de eo elaborat. sed qui integerrimo est animi sensu, eiusmodique res inspicere potest, is materiam relinquens pulchri formæ subiectam, eo, quod oculis cernitur, quasi fundamento aliquo vtetur ad illius contemplationem, quod mente compreheditur: cuius communione cùm reliqua honesta pulchraque sunt, tum etiam habentur. Mihi verò diff. cile videtur, cùm plerique obtusa mentis acie sint, eos, qui sermone materiā disiungunt, & à pulchritudine illa secernunt, quæ aspicitur, posse ipsam per se pulchritudinis naturā cognitam habere. Ac si quis malarum opinionū in erroreque versantium causam accuratè perspicere velit, non aliam sanè eum inuenire arbitror, nisi quòd non accuratè nos hos nostri animi sensus in hoc exercuimus, vt honestum pulchrum ve ab eo internosceremus, quod neque honestum, neque sane pulchrum est. Quamobrem cum ab hoc studio, quod in vero bono consistit, se abduxerint homines, partim in carnis amorem delapsi sunt, partim in inanimatam pecuniarum vim cupiditatibus prolapsi inciderunt: plerique verò in honoribus, in gloriæ splendore, in opibus & potentia honestum posuere: nonnulli autem sunt, qui in artium, scientiarumque disciplinis, stupore quodam affecti tenentur: qui verò sunt his abiectiores vilioresque, hi in gula, ac ventre sedē honesti collocāt. verū qui à rebus sub sēsū cadētibus, & ab animi affectionibus ad eas res, ꝓpēsis, quæ speciem aliquam præbēt, sese abduxerint, hi simplicem ipsius honesti indagarūt naturam, quæ materiæ expers est, nullaq; figura exprimitur; neque in diligendis iis aberrarūt, que maximè optabilia sunt; neque huiusmodi sunt erroribus ita circumuenti, vt, cùm voluptatē, quæ in his ad tēpus est, respexerint, ad tantarum rerū despiciētiā deducti venerint. Hæc igitur nobis quidem via est, qua ad ipsius honesti inuentionem ducimur, vt cetera omnia, quibus hominum trahuntur cupiditates, quæ ve honesta putantur, ea cum pro nihilo habeamus, quasi humilia sint, ad tempusque maneant, nullam in his sanè appetitionis nostræ vim nos cōsumamus, neque tamen, vt, cū in nobis ipsis eam cōcluserimus, otiosam, ab omnique agitatione vacuā habeamus: sed cùm ab omni rerum vilium, abiectarumque cupiditate nos illam liberauerimus, eò planè feramus oportet, quò sensus ipse peruenire non potest ita vt neque cæli pulchritudinem, neque luminum radios, neque res ceteras admiretur, ac suspiciat, quæ aliquā præbeant pulchri speciem. at ex ipsa, quæ in his omnibus spectatur, pulchritudine animus noster ad pulchri illius cupiditatē ducatur oportet, cuius gloriam & cæli, & firmamentum enarrant, omnisque creatura cognitionē eius annunciat. Cùm enim animus ita se relaxat, atque omnia, quecunque occupauit, ea relinquit, quasi minora sint eo quod quæritur, tum in illius magnificentiæ contemplatione se exerceat, quæ vel ad summos cælos fertur. sed qua ratione fiet, vt qui rerum humiliū studio tenetur, res sublimes, diuinasque assequatur? quo ve modo circa cælū peruolaret is, qui nō alis cælestibus sublatus, neque sublimia petit, neque ex sublimi quodam instituto cælestia cōtemplatur? quis ita ab Euangelii mysteriis auersus est, qui ignoret, illud vnum esse itineris vehiculum, quo hominū animus ad cælos vehitur, cùm quis scilicet se ipsum efficit similem columbæ deuolātis? cuius quidē alas sibi effici sūmus etiā ꝓpheta Dauid valdè expetiuit, ita enim Spiritus sancti vim mos est diuinis litteris subobscurè appellari. siue quoniam auis hæc felle caret, siue quia est inimica fœtori, vt tradunt hi, qui hæc ipsa inuestigarunt. Is igitur qui ab omni acerbitate, & carnis fœtore lōgè refugit, qui ve a rebus humilibus, terrenisque altius fertur; vel ab omnibus pori° reb° mūdanis se illis ipsis, quas diximus alis sublimius tollit; is ꝓfectò inueniet, ꝙ est solū appetitione dignum, cumque ad pulchritudinem ipsam propè accesserit, pulcher etiam ipse efficietur, splēdidus que in ea, ac luminosus factus in veri luminis societate constituetur. vt enim nocte frequentes cæli ignes, quos micantes stellas vocāt, nihil aliud esse dicunt hi, qui in hoc studio versati sūt, quàm aetem, qui spirituum quorundam vi in æthereum celestemque illum sit locum effusus, dicunt enim inflammato in æthere spiritu, igneū hunc tractū cælo imprimi, vt igitur aer hic, qui omnem terrā complectimur, vi spirituali in sublime pulsus, cū æthersisque puro splendore commutatus, lumino sus existit, ita hominum mens, cùm turbulentam hanc vitam, tenebricosamque deserit, quoniam spiritus vi iam pura effecta est, eū sublimi illo veroque puro splendore commixta, in illo quodam modo perlucet, radiorumque corruscatione impleta est, atque ex Domini promisso lumen quodam modo efficitur, promiserat enim is iustos viros ad solis similitudinē refulgētes fore. Atque id ipsum quidem in terris fieri videmus, vel in spe

Micantes stellæ quid.

culo, vel in aqua, vel in ceteris rebus, quæ præ tenuitate relucendi vim habent. cùm enim res aliqua eiusmodi radios solis exciperet: alios rursus in se radios ipsa efficit: quod vtique non factû esset, si pura illius rei splẽdidaque superficies sordibus quibusdam esset inutilis facta. Ergo nos, terrenis his tenebris relictis, si sublimia petimus, cùm ad veram lucem, qui Christus est, propè accesserimus; aut lucidi illic quidem, aut lux profectò vera efficiemur, quæ in tenebris elucet, atque vsque ad nos descendit. Nos lux estis, inquit discipulis Dominus, nisi quibusdam malitiæ impuritatis que sordibus propius cordi admotis, luminis nostri obscurabitur gratia. Atque fortasse quidẽ hæc B quæ in exemplis consistit, oratio sensim eò nos adduxit, vt putemus nos in id commutatũ iri, quod melius est: demonstratumque est, non aliter fieri posse, vt animus cum immortali incorruptoque Deo iunctus sit, nisi ipse, quantum fieri potest, integritatis, castitatisque præsidio purus, atque incorruptus fiat: vt hac similitudine id, q̃ simile est, apprehendat; tanquam aliquo speculo adhibito Dei puritati se ipse subiiciat, que pulchritudinis ipsius exemplari sibi demonstrato, ad illius similitudinem, formam suam exprimat. sin autem quispiam talis est, qui nouerit hæc humana deserere, aut corpora, aut pecunias, aut scientiarum, artium C que studia, aut quecunque moribus legibusque præclara putãtur; quoniam in his rebus, quarum sensus iudex est, de honesto opinionis error versatur; hic profectò & amore, & cupiditate ad illud ipsum solum honestum, pulcbrum ve trahetur, quod non aliunde existere potest, neq; aliquando neque ad aliquid eiusmodi refertur: sed quod ex se, & per se, & in se honestum est, hoc sanè est semper honestum, neque aliquando non fuit, aut aliquãdo non futurum, sed perpetuò se vno eodemque modo habet, neque omnino augeri, neque amplificari, neque vlla permutatione mutari potest. Atqui cunctos animi sui potestates omnium D vitiorũ sordibus qui absterserit, illud ausim dicere, affirmaremque perspicuum ei omnino, esse id, quod natura est solum honestum, à quo cùm honesti omnis, tum boni principiũ, atque causa existit. vt enim oculus, qui lippitudinis morbo liberatus est, apertè ea cernit, quæ in cælo apparent: sic animo ex pura integritate, castitateque facultas accedit lucis illius cõtemplandæ. Atque vera quidem virginitas, incorruptæque castitatis studium eò sane refertur, vt illius ipsius ope adhibita, Deũ quis possit intueri. nam propriè, & primũ, & solum honestum, putumque Deum esse, nemo ita mente cæca est, quin per se intelligat. sed hoc ipsũ fortasse nemo ignorat: at æquũ tamẽ est, vt nõ nulli si fieri potest, omnino iudagẽt, quæ sane ratio sit ac via, quæ nos ad illud ipsum honestum ducat. E Plenæ igitur huiusce narrationis diuinæ litteræ, complures que sanctissimi viri vitam suam, quasi lumen aliquod, illis ostendunt, qui cum Deo ambulant. Verum præcepta quidem multa, quæ ad hoc propositum pertinent, ex diuinis vtriusque testamẽti scriptis copiosè satis colligere licet. nam cùm multa è prophetis, atque lege, tum pleraque sanè, & ex euangelicis, & Apostolicis traditionibus abundè percipi possunt. Quę verò nos, diuinos imitati sermones, commentati sumus, hæc A omnino sunt.

Neque à principio, neque natura innata sunt homini affectiones, sed ex consilio sibi eueniunt. XII.

HOMO, qui rationis particeps, mentisque cõpos animal est, & diuinæ incorruptæque naturæ opus, atque simulacrũ effectum: in mundi enim constitutione de eo his verbis scriptum est: Ad imaginẽ Dei fecit eum: hoc, inquam, animal homo principio non illud sibi natura ingenitum habuit, vt affectibus esset, morti que expositus. neque enim fieri poterat, vt similitudinis cõseruata esset ratio, si contra se id haberet, quod ad exemplaris imaginem, similitudinemque expressũ est. sed post primam hominis fabricationẽ affectionum vis in eũ: introducta est: introducta est autẽ hoc modo. Imago erat homo, similitudoque, vt dictum est, eius potestatis, cuius imperio, quæcunque sunt, omnia reguntur, ac reguntur: idque propterea; in hominis libero consilio, voluntateque positum fuit, se illius similitudinem tenere, cuius potestate res vniuersæ complectũtur: neque vlla sanè rerum externarum necessitate seruus effectus est, sed sua ipse sẽtentia ad id, quod sibi visum est, sese affecit: cunque ex potestate id elegisset, quod sibi placuerat; calamitatem hanc, qua hominum genus iam oppressũ tenetur, sponte ipse fraude circumuentus contraxit: & ita omnis mali auctor fuit mortem enim Deus non effecit, sed mali conditor quodãmodo, fabricatorque homo extitit, quemadmodum enim solis lux communis proposita est omnibus qui cernendi vim habent; purest enim quis, si voluerit, clausis oculis efficere ne lucẽ illã excipiat; nõ quia sol aliò migret, atque ex eo tenebras offũdat; sed quia homo ipse, clausis palpebris, oculũ à radiis seperit: nã cũ vidẽdi vis, opertis oculis, suo munere fungi nõ possit necesse est omnis hæc aspectus cessatio tenebras efficiat, quas homo sibi sponte ex eo offundit, quia videre recusat: aut veluti si quis domum sibi ædificat, nullumque luci aditum patefacit ad ea, quæ domi sunt, is certè cùm ingrediendi viam radius spõte obstruxerit, in tenebris ipse vitam deget: pari ratione primus terræ homo, vel potius is, qui malum homini peperit, vnum quidem natura honestum, & bonum vndique sibi propositum in potestate habuit: per se tamen vltrò est ea molitus, quæ cõtra naturam sunt: cùm mali, vitiique vsum, repudiata virtute, suo ipse consilio introduxerit. malum enim extra consilii deliberationem positum est, sique eius status consideratur, in earum, quæ sunt, rerum natura nullum est. nam Dei opus omne bonum, neque detestandum: cuncta ve, quæ Deus effecit, sunt admodũ bona, sed post ea quã eo, quem diximus, modo in vitã humanã non sine maxima pernicie irrepsit peccandi consuetudo; atque ex parua causa, quæ in infinita hominum mala latius manauit, diuina illa animi pulchritudo, quæ ad exemplaris imitationem fuerat expressa, quasi ferrum, rubigine vitiũ est consũpta non tantum quidem, quanta certè sibi ex natura inerat, conseruauit imaginis gratiam, sed ad peccandi turpitudinem sese tota conuertit, vnde magnũ hoc, & nobile animal homo, quasi à pictura numen sumpserit, è dignitate sua cecidit. ad quod accidere

Gene. 2.

Homo fabricator mali.

Simili a solis lumine.

accidere solet iis: qui è lapsu aliquo erepti: sordib⁹ ac luto aspectũ cũ immutauerint, sūt vel familiarissimis incogniti. ita qui peccat, & labitur, incorrupti Dei imaginẽ peccati sordibus perdidit, mutatoque habitu corruptam quandam, peccatique labe inquinatam imaginem induit, quã ratio deponere suadet ei qui incorrupta vitæ disciplina se quasi aqua quadam abluerit, vt hoc sanè terreno abiecto integumento animi appareat pulcritudo. Aliena verò abiicere, in eo est, vt sua quisque vestimenta induat, atque ad naturam redeat, quod profectò assequi nõ aliter licet, nisi talis rursus quis fiat, qualis principio sanè effectus est. non enim nostrum est neque facultatis hominum officium, vt diuinitatis similes fiant sed hoc sanè cõtingit maximo munere Dei, qui à primo statim ortu nobis sui est similitudinem largitus. at hominum studii tãtum illud sanè est, vt quas sibi sordes postea ex peccato ipsi contraxerant, eas omnino eluant, pulchritudinemque illam illustrent, que in animo occultata est. Eiusmodi autem præceptum in Euãgelio Dominum docere arbitror, cùm loquitur ad eos qui sapientiam in mysterio
Luc.17. loquentem audire possunt. Regnum Dei, inquit, intra vos est. Demonstratur enim, opinor ratio ex eo, quod diuinum bonum non nostra natura definitum est, non procul tamen vllo modo ab iis abest, qui illud indagare instituunt. ipsi sanè ab eo remoti sunt, at in singulis illud est, incognitũ tamen atque obscurum. cùm enim & curis, & vitæ voluptatibus compressum est, rursus porro tum inuenitur, cũ mẽtẽ, animũq; nostrũ ad illud cõuertemus sin autẽ ex aliis quoq; hoc, ꝙ dicim⁹ cõfirmatum iri oportet, in amissæ dragmæ indagatiõe hoc ipsũ
Luc.15. nobis Dominum præcipere censeo, quasi è ceteris virtutibus, quas dragmas ille vocauit, etiam si omnes adsint, illa tamen vna remota sit ab animo viduo, nulla existat vtilitas. propterea lucernam primum quidem accendi iubet: rationem enim fortasse significat, quæ res occultas, atque obscuras illustrat: deinde suæ quemque domi, nempe in seipso amissam dragmã exquirere vult. Hac sanè dragmæ indagatione summi regis imaginẽ tacitè intelligi oportet, quæ non planè amissa, sed sub fimo occultata est. Fimum verò, vt arbitror, carnis est interpretanda immunditiæs, cuius sordibus purgatis, atque ablutis perspicuũ id fit, quod quæritur: quo inuento, par est & ipsum, qui inuenit, animum gaudere, atque ad ipsius gaudii societatem vicinas asciscere. omnes enim re vera contubernales animi potestates, quas nũc vicinas appellauit, cùm ipsa magni regis patefacta imago refulsit, quam initio nostra dragma is significauit, qui separatim nostra corda effecerat; tum incredibilem rei inuentæ pulchritudinem illæ attente aspicientes, ad diuinum illud gaudium lætitiãque conuertentur. Congratulamini, inquit mihi quia inueni dragmẽ, quam perdideram, Viciuæ enim hoc est, contubernales animi potestates, quæ diuina dragma inuenta gaudent, hæ merito esse putantur: ratio scilicet, appetitio, doloris itæque affectiones, atque reliquæ, quæ in animo spectantur facultates, quas quidem vniuersas æquum est in Domino tum gaudere, cùm & ad honestum, & ad bonum omnes conuertentur: neque peccati amplius circumseptæ armis, cuncta efficiunt, quæ ad

A Dei gloriam maximè spectant. Quamobrem si ratio hæc est inueniendi id, quod quæritur; aut si diuinæ imaginis, quæ iam carnis sordibus obsoleuit, in integrũ restitutio hæc est: nos illud sanè efficiamur, quod principio is fuerat, qui primum fabricatus est homo. quid igitur illud erat? nudus quidem is, non mortuis pellibus amictus, liberè autẽ Dei faciem cernens, neque ex gustatu suauitatem sentiens, sed Domino solum delectatus, adiutorioque, quod ad hoc, vt diuinæ ostendunt litteræ, da-
Genes.4. tum ei erat, simul vtens. non enim prius Euam cognouit, quàm à paradiso expulsus est: illaque dolorum partus supplicio damnata est ob peccatũ
B quod dolo circumuẽta admiserat. Ergo qua sanè via è paradiso primi nostri parentis causa nos eiecti sumus, eadem profectò nobis licet, si rursus in cursu erimus, ad pristinam beatitudinem redire. Quæ igitur via est? Voluptas tum quidem fraude, doloque inducta, à peccato, lapsu ve initiũ habuit: deinde pudor, & met⁹, voluptatis affectũ consequuti sunt, vt non auderent porro in cõspe-
ibid.3. ctu amplius illius esse, qui eos procreauit, sed foliis, vmbrisque sese occulerẽt, ac mortuis deinde pellibus se contegerent. Atque ita in pestiferã hãc regionem laborumque plenam, in qua moriendi solatium est coniugium inuentum, incolæ ambo,
C atque habitatores mittuntur. Quamobrem si futurum est, vt nos hinc dissoluamur, atque cum Chri-
simile à peregrinis. sto simus, ab vltima rursus dissolutione expedit nos exordiri. vt enim qui à patria procul peregrinati sunt, cum ad eum ipsum locum reuertuntur vnde profecti sunt, primo illum locum relinquunt, quò postremo peruenerũt. Ita quoniam nostræ in paradiso vitæ separationis postremum est coniugium, hoc ipsum primum, quasi postremũ aliquod diuersorium, relinquere, hæc oratio monet eos, qui ad Christum redeunt, deinde ab iis vitæ miseriis difficultatibusque segregati, quibus post peccatũ est homo affectus, præterea ab his
D carnis inuolucris remoueri pelliceas tunicas, hoc est vt carnis prudentia exuti homines, omnæque verecundiæ integumenta abiicientes, non acerbè amplius huius vitæ quasi fici vmbris sese occultẽt sed depositis, abiectisque hui⁹ caducæ vitæ foliorum integumẽtis, in oculis versentur eius, qui illos procreauit; ac fraudem, que ex gustatu aspectúque concipitur, eã planè repellant; in consiliũque non amplius venenosum serpentem, sed Dei præceptum solum adhibeant. illud enim est vt honesta dumtaxat attingamus, gustum verò malarũ rerum aspernemur, quasi huiusmodi rerum, quæ in malis sunt, vsus ex eo initium habeat, quoniam
E malũ nos ignorare nolumus. Itaque illud primis parentibus præceptũ est vt ne vna cum bono rerum cõtrariarũ cognitionem caperẽt, sed à scientia & boni, & mali abstinerent, puroque & simplici, neque cum vlla mali parte coniuncto bono fruerentur, quod sanè, vt mea fert sententia, nihil perinde est, ac solum cum Deo esse, perpetuamq; & sempiternam hanc delectationem habere, nec quæ ad contrariam partem spectant, cum hac ipsa suauitate communicare. Atque si confidenti animo loqui decet, fortasse hoc ita est, ac si quis à mundo hoc, qui in maligno positus est, in paradisum rursus rapiatur, quò Paulus sublatus & audiuit, & vidit, quæ neque exprimi, neque cerni pos-

sunt

sunt, neque fas est hominem loqui.

Virginitas vi mortis potentior. XIII.

ET quoniam viuentium quidem domicilium est, ac sedes paradisus: neque eos recipit, qui ob peccatum morti addicti sunt: & nos è carne sumus, mortalésque peccati causa effecti: quomodo in viuentium loco esse is potest, qui mortis vi & potestate tenetur? quem modum, quod ve consilium hic inueniet, vt hac ipsa potestate solutus ac liber fiat? At verò ad hoc vel satis omnino est Euangelii doctrinæ. Quin etiam Dominū audiuimus, qui Nicodemū his verbis alloquitur: Quod è carne natū est, caro est: quod è spiritu natum est, spūs est quæ nos nouimus, carnem propter peccatū morti subiectam: Dei verò spiritum & incorruptum & viuificum, & immortalem esse. atqui vt quod è carne genitum est, inhæret ei omnino vis quædam, quæ id dissoluit, quod est carne concretum: sic spiritus vim quādam vitalem scilicet iis rebus attribuit, quæ à se gignuntur. Quò spectant hæc, quæ diximus? vt sanè ab hac nos mortali vita abalienati, cui omnino comes adiuncta mors est, illud vitæ genus quæramus, in quo non est mortis cursus: vita autē eiusmodi in virginitate cōsistit. Atque hæc quidem quàm vera sint, paucis sanè propositis, apertiora fient. Quotus enim quisque est, qui ignoret, corporeæ coniunctionis opus è mortalibus corporibus constitutionē esse? spiritalis verò societatis copulationem iis, qui pro liberis iuncti sunt, vitam, & immortalitatē parere? rectéque ad hoc illud Apostoli quadrat: saluabitur autem per filiorum generationem mater, quæ his filiis gaudet: vt in diuinis hymnis psalmorum vates his verbis cecinit. Qui habitare facit sterilē in domo matrem filiorum lætantem. Verè enim ac solidè virgo mater gaudet, quæ spiritus opere immortales liberos parit, sterilis ob temperātiam à propheta appellata est. Certè eiusmodi vita, quæ vim mortis superat, potior est ab iis habenda, qui mente præditi sunt. corporea enim liberorū procreatio non vitæ magis, (pace omnium dictū sit) quàm mortis occasio hominibus existit: si quidē ab ortu initium habet interitus: à quo virginitatis causa qui immunes futuri sunt, mortis in se terminum constituerunt, cum vltra in se illam progredi prohibuerint, & vitæ & mortis se quasi terminos aliquos cum statuerint, eam sane continuerunt, ne vltra prorumperet. Ergo si virginitatem mors superare nō potest, sed eius potius præsidio illa cōcluditur, ac dissoluitur; illud manifesto compertum est, morte ipsa virginitatem esse potentiorem: vnde rectè corpus incorruptū vocatur, quoniam caducæ huius vitæ muneri neque operam præstitit, neque hoc etiam admisit, se mortalis posteritatis instrumentum fieri. hoc enim pacto perpetuum illum & corrumpendi, & moriendi cursum interrupit, qui à primo parente vsque ad virginalem vitam nunquam est intermissus. neque enim fieri poterat, vt hominum genere è nuptiis procreato, mors vnquam cessasset, sed superiores omnes hominū ætates prætergressa, cū his etiam qui hanc vitam ingrediuntur: simul iam illa percurrens, virginitatem muneris sui terminum inuenit, quem porro transilire difficile est: tanquam Dei matris Mariæ tempore ab Adamo vsque ad eam regnum mors obtinuerit: posteaque sola efficit, vt, cùm tanquam ad lapidem aliquem virginitatis fructum mors offenderit, in ea contrita sit: ita omni animo, qui virginitatis præsidio hāc carnis vitam cohibet, atteritur quodam modo, ac dissoluitur potentia mortis, quasi non habeat quibus ipsius stimulus infigatur. vt enim, igni nisi subiecta sunt ligna, stramenta, foenum, aut aliud id generis, quod igne consumitur, nōn potest eius vis ac natura consistere: sic neque mortis vis quidquam efficiet, nisi ei materiam coniugiū suppeditauerit, moriturósque quasi damnatos parauerit. Si verò tu coniugium complecteris, id velim animaduertas, quod iam orationis initio dictū est vnde proficiscuntur calamitatū nomina, quæ mortis causa hominibus imponūtur. Num viduitatem, aut orbitatem, aut omnium denique rerum calamitatē, nuptiis non antè contractis, lugere licet? exoptatæ enim animi voluptates, & letitiæ, & oblectatiōes, cunctaue, quæ in nuptiis iucunda expetuntur, his dolorum cruciatibus concluduntur, ac terminātur. nam vt gladii capulus politus ille quidē, tactu facilis, & ornatu vndique cinctus apparet: reliquum verò ferrum mortis est instrumentum: (formidolosum hoc certè est videre: illud tamen formidolosius multò est, si ad aliquem vel pugnæ, vel cædis vsum adhibetur) hoc in genere nuptiæ sūt: quæ quasi capulum aliquem artificioso opere illustratum, politam quandam voluptatis speciem gustui, cōtrectationique nostræ præseferūt. Cùm verò in manibus eius sunt, qui illas attigerit, luctus, miseriarùmque ipsæ mortalibus cùm effectrices existant; rerum omnino grauium quæ secum connexæ sūt, aditum aperuerunt. Hæ miserabilia spectacula, lacrymarumque plena edidere. videmus enim sæpe liberos immatura ætate solos relictos, potentiúmque hominum prædæ propositos, qui ob malorum imperitiam plerunque in rebus aduersis rident. Viduitatis verò principium & causa quæ alia est? an non nuptiæ? diuortium igitur ab innumerabilibus his omnibus malis vacationē habet idque non inuitia. cùm enim dissoluitur pœna, quæ contra eos, qui deliquerunt, initio statuta est, rum etiam, quemadmodum scriptis proditum est nō matrum solicitudines perturbationesque augentur: neque dolor ortū hominis præcedit: tollitur enim simul calamitas, lacrymæ faciei arescūt inquit propheta: neque in iniquitatibus amplius cōceptio, neq; in peccatis partus, neq; ex sanguine, neq; ex volūtate viri, neq; ex volūtate carnis, sed voluntate Dei procreatio fit, etenim cū incorruptam spiritus integritatem viuo corde quis concipit; sapientiam hic, iustitiam, sanctimoniā parit, eodèmque modo redemptionem. Cuique enim licet, se matrem esse eius, qui hæc sunt, vt quodā loco ait Dominus. Quoniam inquit, qui facit voluntatem meam, hic & frater, & soror, & mater mea est. Quem igitur locum in his partibus mors habet? Re vera mortalitas à vita absorpta est: virginalisq; vitæ illius futuri æui beatitudinis imago quædam esse videtur, cùm multa secum signa illorum bonorum afferat, quæ ex spe nobis proposita & parata sunt. Primū enim quidem qui peccato prorsus moritur, Deo is porro viuit, cùm nullum amplius morti fructum pariat; cūque vitæ huius,

quæ

Ioan. 3. *Psal. 112.* *Ab ortu exitus interitus.* *Simile ab igne.* *Simile ab ense.* *Ioan. 1.* *Matth. 12.*

quæ carnis vinculis astricta tenetur, perfectam, quantum in se est, disciplinam ipse constituerit; expectet porrò, in beataque illa spe omnino sit fore, vt faciem magni Dei aspiciat: quoniam nullũ interiectis sæculis temporis spatiũ inter se, & Domini aduentum iste facit. Deinde quæ in resurrectione maximè præcipua bona sunt, iis in hac vita fruitur. si enim vita Angelorum similis post resurrectionem à Deo iustis viris promititur, illud Angelorum naturæ proprium est, vt sint à nuptiis alieni. Iam promissionis præmia is accepit, qui sãctorũ virorũ splẽdoribus simul eluxit, qui ve nullis vitæ sordibus eorum, qui corpore carent, purã est naturam imitatus. Quamobrem si harũ ceterarumque huiusmodi rerum virginitas conciliatrix est, quæ sanæ oratio huius muneris admirationem satis excitabit? quæ reliqua animi bona ita magna, atque adeo perfecta videbuntur, vt comparatione facta, perfectioni huic adæquata sint?

In omnibus studiis vera Virginitas spectatur. XIIII.

SED si huius muneris præstantia à nobis comperta est, illud sanè etiam, quod sequitur, expedit vt intelligamus: quoniam non simplex est, vt aliquis certè putauit, hoc perfectũ virginitatis officium, neque in corpore solum consistit, sed opinione etiam ad omnia peruenit, ac pertinet, quæcunque recta animi officia & sũt, & habẽtur. nam virginitatis præsidio animus cum vero sponso cõiunctus non corporeis modo sordibus, se ipse remouebit; sed inde etiam profectus ad munditiem aggredietur, ad omniaque pari itẽ securitate ibit: illud tamen pertimescendo, ne aliquo modo ad rei prauæ societatem corde plus, quàm par est, inclinato affectionẽ aliquã ex ea parte adulterinã capiat. Verbi gratia, sermonẽ em rurs⁹ repetã, anim⁹ qui cum Dño iũctus est, vt vnus ad eũ spiritus efficiatur. cumque tanquam aliquod communis vitæ pactum cum eo fecerit, vt toto corde viribusque eum solum diligat; non cum fornicatione sese cõglutinabit, ne vnum cum illa corpus fiat: neque [illegible]m vllis rebus, quæ saluti repugnent, societatem inibit, quasi vna sit omnibus in rebus impuritatũ communitas: sique vnius alicuius sceleris labe cõtaminatus est, non possit eam in se contractã labẽ amplius eluere. atqui exemplis id, quod dicimus apertè indicare licet. Veluti in stagno aqua pura, atque immobilis manet, nisi aliqua extrinsecus perturbatio incidit, quæ illius motũ agitet; si autem lapis alicundecadit, quæ in parte aquæ turbatio facta est, vniuersa in orbem commoueretur: nam præ grauitate, & pondere in imum gurgitem ille fertur: cumque aquæ fluctus circa eum in gyrum mutuo ducantur; medioque motu impulsi in sũmum aquæ æstum erumpant; omnis summa stagni aqua, cum ima pars mota sit, æstuũ ambitu agitatur: pari ratione tranquillitas & animi quies si vnus aliquis affectus in eum inuadet, tota tamẽ simul concutitur, & in aliqua parte læditur. commemorant enim ii, qui hæc ipsa indagarunt, virtutes inter se minimè disiunctas esse; neque fieri posse, vt, qui vnius rationem diligenter, accurateque percurrerit, ceteras quoque non attingat: sed cui vna ex virtutibus inest, reliquas necessario eũ cõsequi dicunt: quin etiam contra alicuius rei, quæ nos attingit vitium ad omnem honestam vitam pertinet. vereque, vt est apud Apostolum, è partibus totum compactum est. siue enim vna pars patitur, totum simul dolet: siue gloria afficitur totũ vna gaudet.

Simile ab aquis stagnantibus & lapide iniecto.

Vt aliquid est à virtute remotum, ita in periculo versatur. XV.

SED innumerabiles in nostra vita sunt peccãdi viæ, variosque hos delinquendi modos multitudinis nomine diuinæ litteræ ostendunt. Multi enim sunt, inquiunt, qui persequuntur me, & tribulãt me, & multi bellum gerunt aduersus me ex alto. Atque alia quidem multa eiusmodi sunt. Fortasse igitur aptè commemorare licet multos esse, qui adulterando insidias struunt, vt honorabile hoc verè connubium, & immaculatum thorum deturpent: sique hos adulteros nominatim enumerare oportet, adulter ira, adulter auaritia, adulter inuidentia, iniuriarum recordatio, inimicitiæ, Inuidia, & omnia denique, quæ ab Apostolo colliguntur: tanquam adulterorum enumeratio ea omnia sint, quæ salutari doctrinæ repugnant. Atqui faciamus in feminis vnam esse forma integra, quæ ve digna sit, vt ametur ideoque quoniam regis coniugio conueniret, à quibusdam impudicis hominibus egregiam ob formã ei insidias poni. hæc sanè quàm diu in eos omnes, qui sibi vitium offerre student, inimico est animo; remque ipsam vero marito indicat, mulier est pudica, quæ ve solius viri sui honori seruit: nullumque propterea cum ea locum habent petulantium hominum insidiæ. sin autem ex iis, qui insidiantur, vni consentit, non sanè à pœna illam liberat pudicitia, quam aliis præsefert. ad damnationem enim sat est vel vnius labe cubile deturpatum. Eodem modo animus is, qui Deo viuit, non vllis rebus se oblectauerit, quæ sibi ex errore quodam non veram honesti speciem præbent: sin ex aliqua affectione vitii maculam cordi contraxerit, spiritalis ipse matrimonii iura rescidit: atque, vt in diuinis litteris scriptum extat, in animam maleuolam nõ intrabit sapientia. Pari ratione nos verè dicere possumus, *Sap. 1.* in animo irarũ, inuidiæque pleno, qui ve eiusmodi aliquo peccato irretitus tenetur, fieri non posse vt in eo bonus sponsus inhabitet. quæ enim consilii ratio conciliabit id, quod natura inter se alienum non cohæret, neque vllo societatis iure illigatum est? Tu, velim, audias Apostolũ, qui docet, nihil esse luci cum tenebris cõmune, neque æqui- *2. Cor. 6.* tati, iustitiæque cum iniquitate, atque, vt summatim, breuiterque, dicam, omnia quibuscunque & mente comprehensus, & vocatus est Dominus, ex earum rerum differentia, quæ in eo cernuntur hæc omnibus iis, quæ in vitio posita sunt contraria intelligi. Si igitur difficilis est rerum inter se dissimilium societas: remotus omnino est à virtutis contubernio, neque planè virtutis capax est is animus, qui aliquo vitio irretitus est. Ergo quid ex iis documenti nos accepimus? hoc sane, quod pudicam virginem, quæ rationem vitæ ducem sequitur, ab omnibus animi affectionibus se omnino abducere oportet ac spõso, qui eam adornabit integrã se atq; adeo purã cõseruare, vt aut sordes aut rugas, aut aliquid eiusmodi minus contrahat.

Ad bonum

Ad bonum minimè aptus est is, qui aliqua ex parte in virtutis officio peccat. XVI.

VIA est vna tecta, angusta illa quidem, & trita, quæ neque alterius viæ flexiones, & diuerticula comprehendit: atque ex hac aliquo sanè modo deflectere fortasse periculum est, ne quis labatur, & concidat. Si hæc ita se habent, multorum nos consuetudinem, quoad eius fieri potest, moderari oportet. qui enim contra fœdissimas voluptates pugnacissimè se defendunt, eas verò, quæ in honoribus atque imperii appetitionibus existunt, voluptates consectantur, hi nihil omnino dissimile faciūt, ac, si quis seruus libertatis auidus, maturè operā det, nō vt à seruitute vindicetur, cū in eo libertatem esse putet; si ab eo, in cuius potestate fuit, ad alium dominum transferatur. serui enim pari condicione omnes sunt, quamuis non eorundem dominorum imperio potestate ve teneātur: cū vnus aliquis illis dominetur, atq; cū potestate imperet. Rursus sunt plerique, qui multo contra has voluptates certamine, facile quodam modo sunt ab aduersario superati: atque in accurata beneque constituta viuendi ratione, doloribus & animi concitationibus, & malorū recordationibus, & ceteris deniq; oib⁹, quæ contra hūc voluptatis affectū testificētur, cū facile expugnantur, tum difficulter ab iis liberantur hocque tum accidit, cùm virtuti consentanea minimè est ratio, sed vitæ cursum aliqua animi dirigit affectio. Præceptum enim Domini, vt diuinis litteris scriptum est, 'valde quidem lucidum est, vt vel infantum oculos illuminet; cum illud nos doceat, vt soli Deo inhæreamus: si quidem neque dolor est Dominus, non voluptas, non formido, non audacia, aut ira, aut aliquis huiusmodi affectus, qui in animo rudi dominatur, at sapientia ipsa est, inquit Apostolus, sanctificatio, veritas, pax, & gaudium, omniaque alia id generis. Quo igitur modo huic iunctus esse potest is, qui cōtrariis affectibus tenetur? aut quo modo non absurdum est, eum, qui studium in eo ponit, vt nulla affectioni vi impellatur, putare in eo, quod contrariū est, esse virtutem? verbi causa, si qui voluptatem fugit, dolore hic vincatur: qui ve audaciam, ac temeritatem declinat, præ timiditate is animum prosternat atque abiiciat: aut qui iniuicto esse animo studuit, is metu fractus cecciderit quid enim interest, hoc, an illo modo quis à virtute cadat, vel potius se à Deo ipso remoueat, qui virtus obsoluta est, ac perfecta? nam in corporis ægrotationib⁹ nihil referre quis dixerit, vtrum morbi tabes à nimia cibi tenuitate sit, an ab immoderata ingurgitatione, cum vtriusque immoderatio eodem termino concludatur. itaque 'qui & animi vitæ, & salutis curam habet in moderata quadam animi æquitate versabitur, quoniam in eo permanet, vt nullam cum ea repugnantia societatē habeat, que sit vtrinque virtuti opposita. non mea quidem hæc est, sed vocis ipsius diuinæ oratio. Apertè enim Domini doctrinæ hoc præceptum est in iis, quæ discipulos docet vt agni in lupos conuersi non columbæ solum ipsi sint, sed aliquid etiam habeant, quod in moribus serpentis positum sit. Hoc sanè est, cum quis supra modum simplicitatem colit, illud in hominibus nō laudabile videri, quasi habitus hic ad extremā dementiam propius accedat: neque tamen putet quis solertiam, quæ à plerisque laudata est, & calliditatem in virtute poni; quoniam contrariorum expers sit, neque modum excedat. sed qui ex vna imprudentiam, ex altera quādam in rebus prauis sapientiam amputauerint, vnam aliquam efficiūt habitus constitutionem, quæ ex ea, quæ videtur repugnantia, sit conglutinata: quasi ex vtroque cōtrario vnum perfectum sit honestum, quod & ex animi simplicitate, & solertia conflatū est. Estote, enim inquit, prudentes vt serpentes, simplices vt columbæ.

Psal. 18. — *Matth. 10.* — *Ibid.*

Sola virtus, etiam perfecta, nihil omnino prodest ei, qui in omnibus virtutem non colit. XVII.

QVOD igitur eo loco dictum est à Domino commune sit omnis vitæ præceptum, iis præscitim, qui virginitatis studio ad Deum accedunt: vt, cùm ad vnum aliquod rectum officium respiciant, non modo res contrarias caueant, sed quod bonum est vndique sibi colligant. neque enim miles, qui armis partem aliquam corporis munierit, reliquum corpus armis nudū periculo obiiciet. quid enim ei lucri est ex parte corporis armata, si à partibus nudis occasionem aduersario ostendet? quis formosum eum dixerit, cui ex iis, quæ ad formæ speciem attinent, aliquid est calamitate rescissum? turpitudo enim, ac deformitas reliquarum partium venustatem eius qui firmo est corpore, corrupit: qui si, vt in Euāgelio quodā loco scriptū est, ridicul⁹ est, qui turris ædificiū aggressus, atque in fundamētis omne quidē studiū suum cum posuerit, extremam ædificii partem nō est executus: quid ex hac nos parabola aliud cognoscimus, quàm vt, proposita re aliqua sublimi, finem assequi studeat, qui variis mandatorum quasi structuris Dei opus perficiont? Neque lapis enim vnus tota est turris ædificatio: neque præceptum sanè vnum perfectionem animi ad eum ducit, quem nos querimus, 'modum: sed iactum esse oportet planè fundamentum, atque super aurum, vt ait Apostolus, & lapides pretiosos ædificium struendum est: ita enim mandatorum opera propheta appellauit his verbis; Dilexi mandata tua super aurum, & lapidem pretiosum moltū. Atque pro aliquo quidem fundamento sit honestæ vitæ propositum studium: hocque fundamento extructa sint omnia virtutis opera: si valde honestum hoc, & Deo conueniens esse creditur; vt sanè & est, & creditū est. Sed nisi huic perfecto officio vita omnis conuenit, reliqua ve animi perturbatione hoc inquinatur; illud aurium ornamētum est, quod in naribus feræ, aut margarita, quæ sit porcorum pedibus proculcata. Sed de his quidem hactenus.

Simile à militibus. — *Luc. 14.* — *Vna virtus non reddit perfectum.* — *1. Cor. 3.* — *Psal. 118.*

Omnes animi potestates virtutem spectare debēt. XVIII.

SI verò quis pro nihilo putat, vitæ suæ rationē sapiam inutiliter accōmodare, res suas domesticas cōtemplatus ad hoc præceptum erudiatur. vt enim paterfamilias domi suæ passurus mihi nō videtur, vt res fœdas, ac turpes cernat, veluti non stratum lectum, aut mensam sordium plenam, aut vasa pretiosa quæ aliquo coniecta sint, vbi sordiū

situs

situs est, quæ verò sunt ad vsus minus honestos accómodata in oculis adeuntium illa posita sint: A sed apiè ille atque ordine recto cuncta collocando, suumque cuique rei locum tribuendo: cùm exploratum babeat quo ordine res domi suæ sint tum fidenti animo, quasi nullo pudore prohibitus, hospites ac peregrinos excipiet. eodem modo domicilij nostri domino, ac moderatori, nempe rationi, agendum esse arbitror: vt, quæ in nobis sunt omnia rectè instituat, singulisque animi potestatibus, quas & pro instrumentis, & vasis summus nostræ naturæ opifex fabricatus est, iis aptè, & ad honestatem vtatur. Si verò quis hoc, quod à nobis ineptè fortasse, & multis verbis dicitur, B non intelligit: sigilatim sanè explicabitur, quo pacto üs, quæ sibi sunt, vtendo, sit ad id, quod expedit, accommodaturus. Atqui cupiditatem, quæ in animi pura castitate sedem posuerit, quasi rem aliquam detestabilem baberi oportere dicimus, ac Deum, qui bonorum suorum primitias capit, cum illum semel consecrauerit, & intactum, & purum conseruare, ne vllo modo buius vitæ sordibus inquinetur. Excandescentiam verò, & iram & odium quasi canes aliquos ostii custodes ad solam peccati repugnantiam in vigilia, & statione manere:: aduersusque furem & hostem natura eum vsum esse, qui in diuini thesauri perniciem a C ditum sibi facit, atque ob eam causam venit, vt furetur, & mactet, & perdat: pro telo aliquo audaciam, & fortitudinem afferri oportet, ne vlla formidine, quæ incidat, aut subitis impiorum affectibus animus consternetur: spe autem & tolerantia quasi baculo inniti, si quando quis tentationibus defatigatur, in peccatis verò pænitentiæ tempore si vsu venerit, doloris remedium parare, atq; adhibere, quasi neque hoc alias vtile sit, ac salutare nisi ad solum huiusmodi pænitentiæ vsum: tú verò recta horum regula iustitia erit, quæ docet, quid in omnibus & dictis, & factis sit à peccato alienú, quó ve modo animi partes institui opor- D teat, quá ve ratione, quod cuiusque proprium sit, pro dignitate tribuatur. Cupiditatem anté, quæ in plus habendo posita est, multam illam quidem, & immensam in singulorum animis, si quis ad eam, quæ à Deo est, appetitionis vim addiderit, is in hac ipsa plus habendi cupiditate beatissimus erit, cùm eam illuc impellat, quò impelli laudabile est. Atqui sapientiam, prudentiamque rerum omnium, quæ expediant, consultrices, vitæq; suæ contubernales adhibebit, vt nullo vnquam tempore aut imperitia, aut imprudétia in errorem abducatur. Sin autem üs, quas commemoraui, virtutibus neque vt par est, neque vt earum natura E postulat, quis vsus est, ad idque, quod minimè decet, earum vsum conuertit, vel quia ad res turpissimas cupiditatem adijcit, vel quia in vicinos odium concipit, vel quia iniquitatem colit, vel quia se contra parentes acrem ostendit, atque absurda quæque audet, inaniaq; sperat: hic certè cùm prudentiam, & sapientiam à contubernio suo repellat, ingluuiem quandam, atque intemperantiá sibi socias adiungat: qui si in reliquis eodem modo facit, insulsus vtique est, & monstri similis: quasi non deformitatem ipsam quis meritò eum dicere potuisset. vt enim si quis armis vndique munitus, galeam conuertat, vt & faciem tegat, & conú in posterioré partem inclinauerit, pedesq; in thorace habeat, ocreas pectori accommodet, quæ vt à læua ad dexteram commutet, dexteræ verò partis ad armaturá læuæ apponat: quod igitur verisimile fit, militia vt huic eueniat, qui ita præposterè est armis instructus, hoc ipsum consentaneum est illi in vita accidere, qui mente ita perturbata est, vt animi virtutum vsum peruertat. Quin adhibenda est à nobis quædam diligens in his conuenientiæ decorique ratio, quam in animis vera temperátia inserere solet. Sique perfecta absolutáq; huius virtutis definitio consideranda est, fortasse quidem propriè dicitur omnium animi motuum bene cóstituta quædam, & cum sapientia, prudentiáque coniuncta moderatio. Atque huiuscemodi animi constitutio non vllo amplius labore, neque studio ad rerum sublimium cælestiumque societatem indigebit: sed nullo sanè negotio, rebus córrariis rejectis, cùm id, quod quæritur, naturaliter teneat, perficiat id, quod assequi difficile videtur. qui eñ extra tenebras longè positus est, eú & in luce omnino versari, & qui mortuus non est, illum viuere necesse est. Et profectò, nisi quis frustra animá suam accepit, in veritatis via planè erit: quoniá prudentia, ac scientia, quam quis adhibet, ne à via declinet, dux sanè aliquis diligens est recti itineris. C vt enim serui, iam seruitute liberati, cùm operam iis nauare desierint, quorum potestate tenebátur, postquam sui iuris sunt ac potestatis, omne studium, atque operam in se ipsi conuertunt: sic animum seruili corporis obsequio liberatum in illius versari arbitror actionis cognitione, quæ sibi propria est, ac naturalis. siquidem libertas, vt ab Apostolo didicimus, in eo est, vt ne quis rursus seruitutis iugo illigetur, neque tanquam seruus fugitiuus, aut veterator factus, nuptiarum compedibus vinctus sit. Sed ad ipsum initium hæc mea redit oratio. Quoniam non in eo solum perfecta est libertas, vt à nuptiis abstineatur, ne quis ita exi- D guum & vile putet hoc virginitatis officium, tanquam paruo carnis solum reprimendæ præcepto se perfectè agere arbitretur. sed quoniá quisquis *Ioan. 8.* peccatum facit, seruus est peccati: illa in omni re studióque praua ad vitium propensio hominem quodá modo seruituti subiicit, vitiiq; notá ei inurit, cùm cicatrices atque inustiones peccati plagis illi obducat. Quare qui summum hoc virginale institutum assequi vult, eum & omnibus in rebus sui similem esse, & puram in omni vita integritatem castitatéque præseferre oportet. Atque si ex vllis, quæ à diuino spiritu sunt, litteris huic orationi patrocinium quærere oportet, ad veritatis có- E firmationé per se satis est veritas ipsa, quæ in Euágelio aliquid huiusmodi ex parabola quadam nobis præcipit. Optimos, atq; esui aptos pisces à malis ac venenatis ars piscádi secernit: vt ne, cú pestiferi ex illis aliqui in vasculú irrepserint, optimorú pisciú vsus inutilis fiat. Hoc ité veræ temperantiæ munus est, ex omnib[us] studiis, ꝙ purú vtilé ve est, id in omni re deligere: ꝙ verò obscurú est an expediat, hoc tanquá inutile reiicere, illudque cómuni & mundanæ vitæ relinquere, quæ mare quoddá est parabolarú modo appellata, quandoquidem psalmistes etiá psalmo quodam nobis cófessionis doctriná cú exponat, caducá hác, & affectionibus *Psal. 68.* expositá, turbulentáque vitam, aquas animam at-

Ratio vt pater familias omnia instruat in domicilio mentis nostræ.

tingentes,& profundũ maris,& procellas appellatio qua sanè vita omnis peruersa mens ad Ægyptiorum similitudinem,quasi lapis aliquis demergitur. Quod verò est Deo gratum, & ad veritatẽ perspiciendam vim habet:quod Israëlis nomine est ab historia appellatum:hoc solum, quasi exsiccatis aquis,mare trãsit,cùm nullam rerum humanarum acerbitatem,quasi salsuginem, lege duce attingat:adumbratio enim legis Moses erat. Atq; populus quidẽ Israëliticus mare exsiccatis aquis transiuit:Ægyptij verò cum illud ipsum transitẽt, omnes summersi sunt.horum vterq; populus, sua quisque affectione ducebatur. Hic quidem facile & celeriter mare trãsmittit:ille aquis imis demergitur.celer enim,atq; expedita aliqua res quæ in sublime fertur,virtus est,quandoquidem omnes, qui virtuti congruenter viuunt,quasi nebulæ, vt Esaiæ contigit, quasi ve columbæ cum pullis altè euolant,peccatum verò graue,&,vt vnus è prophetis ait,quasi plumbi talentum deorsum fertur. Sed si cuipiam difficilis hæc historiæ explicatio, & quasi vi quadam ad id sententiæ adducta videtur,neque quod in maris illa transmissione factũ est miraculum, id ad vtilitatem nostram literis consignatum esse putat,Apostolum hic in consilium adhibeat:Quod enim illis euenit, & adumbrationem nostræ disciplinæ habuit,& ad nostrã institutionem conscriptum est.

Exod.14.

Rom.15.

Mentio Mariæ Aaronis sororis, quasi eius, quæ huius perfecti officij rationem inierit. XIX.

NOBIS verò vt hæc ipsa commentaremur, occasionẽ dedit prophetissa Maria, quæ exsiccato mari transmissóque, mulierum choro stipata cùm esset,canoro tympano præcinit: fortasse enim illa historiæ commemoratio tympano tacitè significare videtur virginitatem, quæ primum à Maria exculta est. Nam tympanum omni aquæ humore purgatum, aridumque, magnum sonum emittit:ita virginitas cùm nullum huius vitæ humorẽ in se colligat,clara & illustris existit. Si itaque mortuum quidem corpus illud tympanum fuit,quod manibus Maria tractabat: corporisque affectuum interitus quidem virginitas est. fortasse signum hoc non valde remotum est, prophetiã hanc virginem esse. Sed hæc nos quidem coniecturis quibusdam,& opinionibus,non certa demonstratione,ita esse putauimus, Prophetissam Mariam virginum cætui præfuisse,licet multi,qui hæc animaduerterunt,cælibem illam fuisse apertè ostenderint, quoniam in nullis historiarum monumentis de eius matrimonio,aut liberorum procreatione memoriæ proditum est:alioqui non à fratre eius Aarone:sed à viro si habuisset,nominata esset,quia non frater,sed vir vxoris caput nominatur. At verò si à quibusdam in benedictionis parte liberorum procreatio expetebatur,iis etiam legitima fuit,& honesta virginitatis gratia: quomodo nos,qui carnis vinculis astricti,diuinas benedictiones non exaudiuimus,in hac versari decet? Diuinis enim sermonibus apertum, & patefactum est, quando & concipere & parere salutare sit, quod ve mulier prolis gen[a] à sanctissimis Dei viris expeteretur Nã & propheta Esaias,& diuinus Apostolus hæc ipsa apertè sapienterq; significarunt: vnus

Exod 15.

Maria soror Mosis num fuerit iuncta matrimonio.

quidem his verbis. Sic facti sumus à facie tua Domine:concepimus,& quasi parturiuimus. Alter verò in omnibus gentibus se multos genuisse gloriatus est,vt & ciuitates vniuersas & nationes pepererit: cùm nõ Corinthios solũ,Galatasque suis laboribus ad lucem adduxerit,& ad Dei religionem informauerit,sed ab Hierosolyma vndique illas omnes continentis regiones vsque in Illyricum suis liberis expleuerit, quos Euangelij virtute Domino genuit. Ita beatus in Euãgelio prædicatur sanctæ virginis venter,qui immaculato partui ministrauit,quia neq; partus virginitatẽ dissoluit, neq; virginitas huic partui impedimẽto fuit. Cùm enim spiritus salutis nascitur,vt inquit Esaias,inutiles omnino sunt carnis voluptates, atque in hanc sententiam est aliquis apud Apostolũ sermo. Nostrum quisque duplex homo est, vnus quidem qui extrinsecus definitur,cui à natura est datum vt corrũpatur,alter verò qui ex occulto cordis intelligitur,qui renouationem capit. Si igitur verus sermo,is autem verus est propter veritatem quæ in eo loquitur:minimè absurdũ est, duplex in vtroque,qui in nobis est,homine putare matrimonium mutuum, & cõueniens esse: fortasséque qui dicere audebit,corporis virginitatem,spiritalis atque interioris matrimonij adiutricem atque hospitem esse,is à recto non aberrabit.

Esa.26.

Luc.11.

2.Cor.4.

Fieri non potest, vt corporis voluptatibus simul quis seruiat, & temperantiã, quæ Deo grata sit assequatur. XX.

QVemadmodum nõ possumus manuum munere actionéque duas simul artes exercere, veluti & agriculturæ & nauigationi simul operã dare, ferrariamque simul & lignariam facere: sed si quis vni rectè sese daturus est alterã deserat necesse est. Ita cũ binæ nobis propositæ sint nuptiæ, quarũ vnæ carnis opere cõficiũtur, alteræ verò in spiritu cõsistũt:studium, quod in vnis ponitur, ab alteris nos necessariò separat. Neq; enim oculus satis est,qui res duas simul videat, nisi separatim ac per se in earum rerũ alterã,quæ cerni possunt,se coniiciat, neque lingua diuersarũ vocum sonis simul seruiet,vt hebræas & græcas voces eodem tempore simul exprimat:nec aurũ ité sensus & rerum explicationẽ,& verborũ,quæ ad docendum apposita sunt,orationẽ vna percipiet: dissimilis enim sermo est,qui si separatim auditur,sententiã auditori imprimit:si verò confusè exprimitur,aurium sensũ perturbat,atque iis,quæ figurãtur,confusè prolatis,quædã nõ distincta confusio meotem occupabit. Pari ratione appetitio nostra naturã nõ habet,vt corporeis simul voluptatibus seruiat,& spirituales nuptias ambiat:neque enim similibus studiis vtriusque rei propositum assequi licet,vnius enim ratione & continentia, & corporis affectuum interitus,& eorum omnium,quæ è carne existunt, despicientia nobis consiliantur: è corporea autem coitione omnia his contraria apparent. Veluti igitur cùm de duobus dominis ad deliberandum propositum est,quoniã fieri nõ potest,vt vtriusq; imperio quis simul pareat: nemo enim potest duobus dominis seruire, is, qui rectè sapit, vtiliorem ex his dominum deliget: ita si binæ propositæ sunt nuptiæ, quia in vtrisque esse non licet,cælebs enim,quæ diuina sunt, curat: qui

Binæ nuptiæ.

Simile à sensibus.

rat: qui verò nuptiis iunctus est, in rebus mundanis studium ponit: temperantium hominum est, non aberrare in eo deligendo, quod vtile est: neque viam ignorare quæ ad bonum ducit: quam quidem viam nemo aliter, nisi aliquo eiusmodi exemplo cognoscere potest. Vt enim qui in corporeis nuptiis cupit non vilis, & abiectus esse, cùm appetat optimum corporis habitum, decorum et natum, diuitiarum copias, & omnem aut ex vita, aut ex genere turpitudinem vitet, humanamque in hoc curam ponat: hoc enim pacto id assequitur, quod maximè vult: ita qui spirituale matrimonium contrahere cupit, primum quidem mentis renouatione iuuenem se & ab omni senectute remotum, deinde diuitem se ostendet, & copiosum earum rerum, quibus abundare maximè beatum est, non his terrenis opibus extolli, sed cælestibus thesauris ornari. Generis verò nobilitatem non ex fortuna quadam, quæ casu aduenit, qualis plerisque vel pessimus hominibus contingit, ille se habere contendet, sed eam, quæ & labore, & studio ex suis rectè factis comparatur. hanc ij soli ostentant, qui sunt lucis, & Dei filij, & solis ortu illustres, ob clarissima eorum facta iura reddunt. Fortitudinem autem, atque optimum corporis habitum, neque corpus exercēdo, neque carnem saginando efficiet: sed contra potius vim spiritus imbecillitate corporis perficiat. Quæ verò harum nuptiarum sponsalia munera adhibentur, non ea sunt, quæ his fallacibus hominum sunt pecuniis elaborata, sed quæ ex animi diuitiis dono data sunt, si munerum horum nomina audire cupis, audi Paulum optimum nuptiarum instructorem de quibusdam, qui diuites in omnibus facti sunt, in quibus cum alia multa & magna dicat, illud etiā, In castitate, addit. Rursusque quæcunque alibi in spiritualibus fructibus numerantur, omnia harū nuptiarum dona sunt. Ac si quis Salomoni fidem adhibiturus est, vt & cōtubernalē sibi, & vitæ sociam veram sapientiam adiungat, de qua is ait: Dilige eam, & custodiet te, honora eam vt complectatur te: hic pro huius cupiditatis dignitate stola pura ornatur, cum iis, qui nuptijs his gaudent, diē festum agendo, vt ne foras eiiciatur. qui enim festi diei celebritatis participem se esse dignum putat, nuptialem vestem non induit. Perspicuū verò est & in viris & in feminis communem ad huiusmodi nuptiarum studium esse rationem: quia vt est apud Apostolū, non est masculus, neque femina, sed omnes & in omnibus Christus, meritò qui sapientiæ amore ducitur, hic in omni cupiditate propositum sibi Christū habet, qui vera sapientia est: atque animus is qui cū incorrupto sponso sese iungit, veræ sapientiæ, quæ Deus est, amore tenetur. Quid sit antè spirituale matrimonium: quò verè purus cælestisq; amor spectet, ex iis sanè quæ cōmemorauimus, satis est à nobis demonstratum.

Matrimonium spirituale & corporale. *Prou. 4.* *Galat. 3.*

Qui accuratā hanc viuēdi rationē tenere instituit, ab omni corporis voluptatū genere se abdicare debet. X X I.

QVONIAM sanè manifesto compertum est, non posse quempiam ad Dei puritatem accedere, nisi talis ipse prius factus est: illud certè necessarium est, vt se magno aliquo, firmóque interiecto muro, à voluptatibus remoueat: vt nullo quidem pacto, hac appropinquatione, cordis inquinetur munditiies. murus verò firmissimus est quædam ab affectuum imperio abalienatio. Cū enim voluptas, vt à sapientibus intelligi licet, genere vna sit: veluti aqua aliqua, quæ ab vno fonte manans in varios riuulos partitur: sic illa per singulas sensuum vias sese in voluptatum amatores infundit. Igitur qui ex vno aliquo eius voluptatis sēsu, quæ sibi inhæret, victus est, ex ea parte, vt voce Domini monemur, plagam in corde accepit. quoniam qui oculorum sensu cupiditatē expleuit corde is peccati labem concepit. Quod verò de parte illic est à Domino prædictum, id de vniuersis sensibus intelligi arbitror, quasique nos illud, quod dictum est imitando, rectè hæc addamus. Qui ad concupiscendum audiuit, qui tetigit, qui denique omnem, quæ in nobis est, facultatem ad aliquem voluptatis vsum dissoluit, is corde peccauit. Quare vt ne hoc eueniat, regula est hæc adhibenda ad vitæ temperantiam accommodata, vt animum ne ad aliquid vnquam quis adiungat, in quo aliqua permista est voluptatis cupiditas: atque imprimis voluptatem eam maximè caueat, quæ gustatu percipitur: quoniam antiquior quodam modo, qualique vitii mater videtur. Quæ enim è cibo, atque potione existunt voluptates, cùm modum plus iusto excedant, grauium malorum necessitatem corpori imponunt: quoniam immoderata cibi satietas multos admodum huiusmodi morbos mortalibus parit. Ergo, vt nulla potissimum horum malorum turba corpus perturbatum in nobis tranquillum maneat, continentior vitæ disciplina quædam est diligenter procuranda, adhibendaque vt non voluptatem sed necessarium in singulis vsum delectationis modum & terminū constituamus. Sin autem cum necessitate iucunditas sæpe commista est: quoniam, condimentum omne nouit indigentia, quæ vehementi cibi appetitione id, quod cibi vsum compertum est, suauitate condit: oportet neque propter oblectationem, quæ consequitur, necessitatem abijcere neque propter ipsā necessitatem voluptatem persequi, sed ex omnibus deligendo id, quod vtile est, illa quæ sensū oblectant, negligere nos debemus.

Qui videt ad concupiscendū. &c. *Immoderata satietas vitanda.*

Cōtinentiā exercere nō debemus plus quā oportet. X X I I.

VIdemus autem quemadmodū & agricolæ paleas frumento cōmistas artificiosè secernant, ita vt ex his vtrūq; ad vsū suū, hoc quidē ad hominū vitā, illas verò & ad cōbustionē & ad bestiarū pastū assumāt. Igitur & qui tēperantiā colit, à voluptate necessitatē, quasi à paleis frumētū seiūgit vt voluptatē quidē ad bestias eiiciat, quarū conumatio, vt verbis Apostoli vtar, est incōbustionem necessitatē verò rerū suauiū, quatenus oportet, ipse sumet: sed qm̄ plerique in alterū immoderationis genus delapsi inciderūt, studiumque in eo, quod sibi propositū habēt, ipsi adhibētes ex nimia quadam diligētia in res cōtrarias venerunt atq; alio quidē modo à rebus cælestibus ac diuinis animū remouentes, in occupationes & curas humiles ceciderūt, cū ita ad harū rerū, quæ corporeæ sūt, obseruationes mētē adiecerint, vt neq; cælestia illus, neq; diuina liberū sit animo cōtēplari: sed ad hoc inclinati sint vt carnē exagitēt, atq; affligant: præclare certè ageretur huius etiā rei curā adhibere: atque hāc vtrāq; immoderationē æqualiter refugere, vt neq; corporis obesitate mētē quasi aggeribus circum se-

cum sepiant, neque rursus inductis imbecillitati- A
bus tenuem illam, & humilem efficieot, & ad cor
poris labores prorsus inutilem, meminerintque
illud præceptum sapiẽtis viri, qui prohibet, vt ne
quis ad dextram, neque ad sioistram declioet. Au-
diui eqoidem medicum qoempiam artis suæ præ
cepta differentem dicere: corpus oostrum qua tu-
or non eiusdem generis elementis, sed dioersè in-
ter se affectis concretum esse: calidumque frigido
misceri ac temperari: humidæque naturæ tempe-
rationem quandam ex arida siccaque præter opi-
nionem fieri, mediáque quadam rerum, quæ con-
ueniunt, cognatione adhibita cum contrariis co-
hærere. Atque subtili huiusmodi arte ille, qoi in B
hoc indagandæ naturæ studio versatur, rationem
demoostrat, atque singula hæc ab oppositis natu
raliter, quasi medio interiecto, disiuncta, quadã
qualitatum propinquarum affinitate cum con-
trariis conuenire. Cùm eoim frigus & calor æqua
liter cum humore ardoreque cohæreaot: rursusq;
humor & ardor æquali caloris & frigoris tempe-
ratione componãtur: hæc qualitatem eadẽ æqua-
litas, quæ in contrariis apparet, rerum inter se cõ-
trariarum conuenientiam per se gignit. Sed quid
ad me siogula diligenter explicare attinet, & quo
modo hæc ob naturæ repugnantiam inuicem dis-
iungantur, & rursus ob qualitatum cognationem C
mutuo temperata coniuogantur? Verum eam ob
causam oos de iis, quæ diximus, mentionem feci-
mus, quoniã, qui, his rebus animaduersis corpo-
ris naturam commẽtatus est, hic monuit æqualẽ
eam qualitatum potentiam omni ratione curari
oportere, quia in hoc sita est bona valetudo, vt ni
hil eorum, quæ in nobis insunt, ab aliis soperetor.
Igitur nos huiusmodi corporis constitutionem,
si quid veri earum rerum commemoratio habet,
ad valetudinem perpetuo tuendam curare debe-
mus, vt ad nullam partem eorũ, ex quibus compa
cti sumus, neq; nimium, neq; parum ex inæqua-
li victus ratione addamus, atque vehiculi rectorẽ D
quàm maximè possumus, imitemur. Vt enim ille
Simile. si fortè equuleos non consentientes coocordesq;
regit, neque celerem verberibus incitat, neq; tar-
dum habenis reprimit, neque rursus peruersũ, ef-
frænatom, indomitũ suis illũ incitationibos in or-
dinis perturbationẽ efferri sinit, sed hunc dirigit,
illom refrænat, & alium flagello impellit, quoad
vnam omnibos ad currẽdum conspirationem ef-
fecerit: eodem modo mens nostra, quæ corporis
habenas in se habet, non ignis additamenta exco-
gitabit ardori, qui adulta ætate vehementior sane
est, quàm oportet: neque qood aut tempore, aut
affectu refrixerit, magis ea accendet, quæ frigida E
& extincta sunt: atque in reliqois quidem qualita
tibus pari ratione id audiet, quod diuinis litteris
scriptum est: Ne qui multum, abundet: qui parũ,
minus habeat: sed quod in vtroque immoderatũ
est, amputaos, augere id curabit, in quo deest: &
corporis incommoditatem æqualiter in vtroque
cauebit, ne vel præ abundantia deliciarum ita
perturbata sit caro, vt regi non possit, vel præ
immoderata afflictatione malè affecta, teouis, &
ad vsus vitæ necessarios infirma efficiatur. hac ra-
tione illud perfectissimum est continentiæ pro-
positom, vt non ad corporis afflictationem, sed
ad commodas animi functiones spectet.

Ad animi perfectionem tam impedit corporis obesitas, quàm afflictatio immoderata. *XXIII.*

QVI verò philosophiæ deditus est, quem
vitæ cursum in siogulis rebus tenere eum
oporteat, & in quibus versari, & quæ caue
re, & ad qoæ studia animum adiungere, qoæ ve
sit continentiæ ratio, qui disciplinæ modus, qoi
deniqoe vitæ cursus omnis, qui ad hoc proposi-
tum spectat, cuicunque gratum est diligenter co
gnoscere, præcepta quidem multa litteris consi-
gnata sunt, quibus hæc ipsa traduntur. sed mino-
rem vim habet illa præceptorum explicatio, quæ
verbis potius, qoàm factis demoostratur. oul-
láque rei difficultas inest, vt aut longinqoom iter,
aut multam nauigationem noa subire oporteat,
vt præceptorem huiusque disciplinæ magistrum
assequamur. Sed prope te verbum est, inquit
Apostolos. & in præsenti gratia. Hoc loco virtu-
tum officina est, io qua huiusmodi vita ad summã
quandam integritatem progressa, sordibus purga
ta est. Multa etiam hoc loco cum iis, qui tacent,
tum illis, qui loquuntor, proposita est facultas, vt
ex factis ipsis cælesti hoc vitæ instituto erudian-
tur. qooniam oratio omnis, quæ nullis factis per-
spicua est, etsi ornatu multo perpolita est, ad ina-
nimatæ imaginis similitudinem propè accessit,
lineamentisque & coloribus quasi florentem ali-
quam formam præseferet. Nanque qui facit, &
docet, vt quodam loco est in Euangelio, hic vere
homo, & pulchritudioe insignis, qui viuat, agat,
& moueatur. quare ad hunc se conferre eũ opor-
tet, qui ex oratione, quæ loquitur, virginitate flo-
rebit. Vt enim qui alicuius nationis sermonem di
scere instituit, minimè per se satis est, vt à se ipse
erudiatur: sed ab iis, qui illios sermonis periti sunt
instituitur: atq; hoc pacto breui ex aodiendi con-
suetudine progressus, peregrioi sermonis parti-
ceps efficitur: sic opinor, si hæc vita non naturæ
via progreditur, sed nouo quodam instituto aber
rat, eam perfectè à nemine posse percipi, nisi opti-
mo viro duce vtatur: atque alia omnia, quæcun-
que huic vitæ studia proposita sunt, rectius ab eo
perficerentur, qui illis deditus est, si à doctoribus,
magistrisqoe scientiam illarum rerum perciperet,
quarum studio tenetur, quàm si per se ad rem ag-
grederetur: non enim in principiis institutio hæc
est, vt ex necessitate quis res, an vtiles sint, ad suũ
iudiciom deferat: quandoquidem rerum incogni
tarum periculum facere audere, non extra discri-
men positum est. Quemadmodum enim medici- *Simile à*
nam prius incognitam ex vsu rerum homines in- *medicina.*
uenerunt, quibusdamque obseruationibus eius
præcepta breui patefecerunt, vt cùm rerum, qua-
rum periculum factum est, exemplu esset cognitũ
quid prodesset, quid ve noceret, id hoc modo in
artis rationem redactum sit, quod ve à maioribus
ea de re præceptum fuit, id sit postea diligenter
obseruatũ: nunc verò qui ad hãc artẽ se contulit,
non necesse habet suo periculo medicamento-
rum vim cognoscere, num venenum sit, an re-
medium: sed cognitas res cùm ab alio discat, ipse
medendi munere perfectè fungetur, pari ratione *Philoso*
de animorom medicina dicendum est. Hæc autẽ *phia animo*
philosophia est, ex qua omnia affectionis, quæ *rum medi-*
animum attingit, curationem cognoscimus. Non *cina.*
necesse

necesse igitur est, coniecturis quibusdam, atque commentationibus scientiam persequi, sed cognitionis eius facultas multa in eo est, qui diuturna multaue consuetudine adeptus est habitum. Periculosa est enim plerunque vel in omni negotio consiliorum moderatrix adolescentia: neque facile quispiam aliquid earum rerum, quæ studio dignæ sunt, rectè ab eo factum cöperit, à quo non est senectus in consilij societatem adhibita. quanto enim quod nobis propositum est, reliquis studiis grauius, maiusque apparet, tanto diligentius nos periculum cauere debemus. Nam adolescentia quidem, quæ non consilio regitur, in reliquis rebus, aut facultatibus suis damnum importauit, aut aliquo mundanæ laudis splendore, aut dignitate spoliata est: in hac verò cupiditate magna illa quidem, ac diuina non pecuniæ in periculum veniunt, non gloria mundana, vnius diei spatio deficiens, non aliæ denique vllæ res, quæ aliunde nos consequuntur: quas quidem res ego sanè despicio, exiguamque harum tanquam extrinsecus venientium rationem moderati ac temperantes homines habent, sed consilij temeritas ipsum animum commouet: atque huius detrimenti periculum est, non illius sanè, quo cum quis afficitur, fortasse fieri posse videtur, vt illud ipsum resarciat: sed illud quidem, vt ne se ipsum quis perdat, atque animæ suæ damnum importet. Qui enim patria bona consumpsit, non fortasse desperat, quamdiu in vita est, quibusdam adhibitis cogitationibus, se ad pristinas rursus posse peruenire bonorum copias. qui verò à vita ipsa cecidit, omnem simul spem abijcit posse se ad meliora redire. Itaque quoniam adolescentes & mente infirma plerique se ad virginitatis studium conferunt: illud in primis studiosè eis curandum est, vt optimum huius viæ ducem ac magistrum quærant, ne quando propter rerum ignorationem, quæ in illis est, transuersas, quasdam sibi vias atque recta aberrantes muniant. Boni enim duo supra vnum, inquit Ecclesiastes: facile verò vincitur vnus ab aduersario, qui Dei via cursum tenet: neque vera, Væ soli, quando cadit, quoniam non habet, qui eum erigat. Iam enim non nulli ad grauis vitæ cupiditatem landabili impetu alacriter vsi sunt, & hoc consilio simul perfectionem assecuti, ex superbia altero lapsu in terram deiecti sunt, cùm ipsi dementia sua decepti, illud putauerint honestum, ad quod eorum mens ferperet. ex his illi sunt, qui pigri atque inertes homines à sapientia vocati sunt: qui suis spinis vias peruerterunt: qui illam ad mandatorum Dei opera propensionem, animæ existimarunt detrimentum: qui Apostolorum præcepta traditionesque abrogarunt, nec suo pane honestè vescuntur, sed ad alienum intendunt, cùm viuendi artem in desidia, ignauiaque ponant. vnde somniatores sunt, qui somniorum deceptiones probabiliores faciunt, quàm Euangelica præcepta, reuelationesque species rerum in somnis oblatas putant. ab his existunt qui domos ingrediuntur: rursusque alij qui immanem & feram virtutem opinantur, dilectionisque præceptum ignorant, neque beneficentiæ, neque animi modestiæ fructum cognoscunt. At sanè quis omnes huiusce modi casus prolapsionesque percurreret, in quos aliquis fertur, cùm ad eos se conferre recusat, qui Deo probati sunt? Cognouimus enim nos ex his non nullos, qui famen vsque ad obitum patienter tulerunt, quasi his sacrificiis placetur Deus: rursusque alios, qui quasi è regione oppositi ad contrariam rem se adiunxerunt, nomineque dumtaxat cælibatum profitentes, à cõmuni viuendi consuetudine non longè absunt, vtpote qui non ventris solum voluptati indulgeãt, sed etiam cum feminis apertè contubernii societatem habeant: hancque cum iis familiarem viuendi consuetudinem fraternæ cognationis nomine appellant, nempe honestiori nomine suam occultantes mentem, quæ ad peiora proclinis est. Atque ab his quidem graue hoc admodum, & purum virginitatis studium ab aliis vituperatur.

Iuuenum consilium periculosũ.

A

B

C

D

E

Qui accuratam hanc vitæ rationem assequi vult, à perfecto viro erudiatur necesse est. XXIIII.

VTILE igitur est adolescentes huius sibi vitæ modum præscribere, quoniam nostra hæc ætas bonorum exemplis abundat: quin etiã si vnquam alias, morum grauitas hoc tempore floret, atque in vita versatur, paulatim ita aucta vt ad summum peruenerit. Cuius quidem morum sanctitatis fieri participem ei contigit, qui in ipsius curriculo vestigia imprimit: illum autem, qui huius vnguẽti odorem securus, optimo Iesu Christi odore perfundi. Vt enim, lampade vna accensa, in reliquas omnes propinquas lucernas flamma deriuatur, neque tamen primus ignis imminuitur, etsi cum iis æqualiter adiungitur, qui ex illa luminis deriuatione elucent: ita huius vitæ grauitas ab eo qui illam rectè peregit, in eos deriuatur, qui proximi sũt. Verus est enim is prophetæ sermo: Qui cum sancto & innocenti homine egtegióque versatur, talem vnumquemque fieri. sin autem documenta quæris, quorum præsidio non licet ab optimo exemplo aberrare, facilis hæc est explicatio. nam si hominis vitã perspicis, quæ in medio mortis, & vitæ cursu sit, quod ùe vtrinque est ad sapientiæ studium accõmodatum, deligat, vt neque etiam, si mandatis audire parata est, accipiat id, quod morti minimè expediat, neque in viuendi statu propter cupiditatum humanarum vicissitudinem se toto pede stabilierit: sed in quibus carnis vita probatur, in his minus, quàm mortui agat, animatáque verè sit actuosa, acriterque prompta ad virtutis munera, ex quibus ij, qui spiritus amore ardent, cognoscuntur: ad hunc sanè virum vitæ tuæ disciplinã fac referas: hic tibi ad diuinæ vitæ modum propositus sit, quasi stella aliqua, quæ perpetuo gubernatoribus elucet: huius & senectutem, & adolescentiam imitare: vel potius huius in adolescentia senectutem, cõtráque in decursa ætate illius adolescentiam imitari debes: neque enĩ eius animi virtutem cursumque ingrauescente iam ætate tempus restinxit. neque enim huius adolescentia in iis rebus actuosa fuit, in quibus adolescentia quia versatur, cognoscitur. sed in vtraque illius ætate quædam fuit contrariarum rerum temperatio, vel potius aliqua proprietatum permutatio, vtpote cùm ad bonũ agendum acta ætate vis & natura in eo iuueniliter posset, florescente verò ætate ad prauas actiones minimè valeret. Sin autẽ illius ætatis amores inuestigas, tu velim tibi propo-

Adolescentes à senib. instruendi.

Psal. 17.

 nas sum-

nas summum illum & feruentem diuinum sapientiæ amorem, cui ab insania illa addictus vsque A ad senectutẽ permansit, at si ad hunc minimè contueri potest, quales ii, qui infirmiore sunt oculorum obtutu ad aspiciendum solem, in sanctorum illorum hominum intuere cœtum, qui ab eo institutus ast, atque illos imitare, qui vitæ splendore illustres singularum ætatum hominibus ad imitãdum propositi sunt. Hoc vitæ nostræ institutum præscripsit Deus. multi enim in his adolescentes in simplici temperantia cõcenuerunt, rationeque cùm senectutem præripuerint, & moribus temporis cursũ anteuerterint, hi solum sapientiæ amorẽ cognouerunt, neque aliquid à natura variè acceperunt. B In omnibus enim caro aduersus spiritum concupiscit. *Galat.5.* Sed quoniam rectè eum audierunt, qui rectè dixit: Vitæ lignum quoddam temperantiam esse iis, qui in illius studium incumbunt: hoc ligno, quasi naui aliqua, illi fluctuosum adolescentiæ mare prætervecti, ad portum diuinæ voluntatis appulerunt: iamque animo tranquillo sunt, otioso, atque ab omnibus fluctibus remoto: hacq; felici nauigatione illi beatissimi quidem, quoniam cùm in optima spe, quasi in tutissimo aliquo portu, anchoris iactis res suas cõstituerint, ab omni fluctuum perturbatione longè positi securè quiescunt: suæque vitæ lumen sequentibus tanquam aliquas cælestis splendoris flammas proten C dunt. Igitur habemus, quò nos cùm respexerimus tentationum fluctuationes tuto pertransibimus. Quid curiosè à me quæris, an ii, qui hæc ipsa animaduerterunt, aliquando superati sint? idque propterea ignoras, quasi res hæc difficilis sit. Contuere ad eum, qui perfectus est: fortique ac fidenti animo te optimæ huic nauigationi, gubernatore Christo, spiritus sancti afflatu, temperantiæ nauigio vectus, committe. Neque enim qui mare nauigant, mercaturamque mari exercent, hi ab instituto spei cursu desistũt, naufragio deterriti, quod quispiam fecerit: sed bona sua spe ipsi excitati ad D perfecti muneris finem festinant. An non maximè omnium absurdum esset, qui in errorem incidat in exquisitissima viuendi ratione, improbum eum putare, qui verò in omni vita in vitiis consenescit, opinari eum melius consulere? si enim graue est semel peccatum admittere, proptereaque tutissimum esse statuis, sublimius aliquod institutum non aggredi: quanto difficilius est, si quis vitæ studiũ in peccato adhibeat, eamque ob causam puriorem vitã omnino nos experiatur? Quomodo qui ita viuit, & qui in peccato valet audiet eum qui & crucifixus, & peccato mortuus est? Quo modo qui neq; mundo crucifixus est, neq; B carnẽ afflixit, illi obediet, qui se sequi iubet & crucẽ corpore, quasi de hoste trophæum aliquod tollere? Quo modo Paulo, qui te his verbis adhorta- *Philip.4.* A tur, Exhibe corpus tuum, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, obtemperas, qui huius sæculi habitum induis? qui neque mentis tuæ renouatione immutatus, neque nouã huius vitæ viã ingressus veteris hominis vitæ institutum persequeris? Quo modo Dei sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum, vt munus offerres, vnctus es? munus sanè non omnino alienum, neque suppositum ex iis, quæ tibi extrinsecus eueniũt, sed re vera tuum quod est, homo tuus interior, qui tanquam agnus innocens, & perfectus esse debet, ab omnique macula, ac à sordibus remotus. Quo modo hæc ipsa Deo offeres, qui legi non obtemperas prohibenti, ne sacra impurus faciat? Ac si Deum tibi apparere expetis, quid causæ est, cur Mosem non audias, qui populo edicit, vt à nuptiis purus sit, quo Dei aspectum comprehendat: sin exigua hæc tibi videntur: cum Christo simul crucifixum esse, se ipsum hostiam Deo exhibere, sacerdotem fieri altissimi, magnoque illo Dei splendore dignum se haberi, quæ altiora nos tibi cõmentabimur? num parua gloria tibi ex his rebus accedit, quòd simul cum eo crucifixus, simul viuas, simul gloria tu orneris, & vna sis regnaturus? ex eo autem, quòd se ipsum Deo quis exhibuit, ab humana natura dignitatéque licet in Angelicam commutari. ita enĩ Daniel, Millies mille astiterunt ei. *Daniel.7.* qui autem est ab eo acceptus, qui verum sacrificium est, summóque sacerdotum principi se ipsum constituit, manet omnino & ipse sacerdos in æternum, nec à morte in sempiternum permanere prohibetur. Illius verò, qui dignum se Deum videre putauit, non aliquis alius fructus est, quàm hoc ipsum, nẽpe quòd Deum videre dignus habitus est. Omnis enim spei summa, omnis cupiditatis perfectio, omnis & beneficentiæ, & promissi diuini, & ineffabilium bonorum, quæ neque sensu, neque cognitione percipi posse credita sũt, finis hic est atque caput. hoc Moses expetiuit, hoc multi prophetæ, hoc & reges videre cupierunt. soli verò hi digni putantur, qui corde puri, qui ob hoc ipsum beati sunt & habentur, quoniam ipsi Deum vide *Matth.5.* bunt. ex quibus te vnum fieri volumus, qui cum Christo vna crucifixus, te purum sacerdotẽ Deo exhibeas: qui te omni pura integritate sacrificiũ purum factus castitatis, ipsius præsidio te ad aduentum Domini pares, vt tu quoque puro corde deum aspicias, vt promissio nobis facta est à Deo seruatoreque nostro Iesu Christo, cum quo gloria omnipotenti Deo, vna cum Spiritu sancto in sempiterna sæcula. Amen.

FINIS.

In diem natalẽ

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS IN DIEM NATALEM D. N. IESV CHRISTI ORATIO.

Petro Francisco Zino interprete.



BVCCINATE, inquit Dauid in neomeoia tuba, in insigni die solennitatis vestræ. Cœlestis autem doctrinæ instituta omnino sunt instar legis apud eos, qui audiunt. Quamobrem, quoniam adest insignis dies solennitatis nostræ, nos item obseruemus legem, & efficiamur sacræ celebritatis buccinatores. Legalis autẽ tuba, vt declarat Apostolus, est oratio. Incertum enim, inquit, tubæ clangorem esse nõ oportere, sed sonis distinctum, vt ea, quæ dicũtur, perspicua sint. Edamus igitur & nos, fratres, clarũ aliquem sonum, qui non minus exaudiatur, quàm si ederetur cornea tuba. Quandoquidem & lex in vmbræ figuris antè depingens veritatem, in tabernaculorum celebritate tubis vt caneretur, mandauit. Et præsens celebritatis argumentum, veri tabernaculi mysterium est. In hac enim humanum ei tabernaculum figitur, qui propter nos formã hominis induit. In hac tabernacula nostra quæ morte corruerãt instaurãtur ab eo, qui ab initio cõstruxerat ædificiũ. Nos etiam ea verba psalmi cum vocali Dauide plaudentes dicamus: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Quomodo autem venit? nõ nauigio, aut curru aliquo, sed incorrupta virginitate in vitam humanam traiecit. Hic Deus noster, hic Dominus, & illuxit nobis, vt diem hanc solennem constitueret in condensis vsque ad cornua altaris. Quod autem mysterium, fratres, in iis, quæ dicta sunt, contineatur, neutiquam ignoramus. Scimus enim vniuersas res procreatas esse veluti templum quoddam Domini, à quo procreatæ sunt. Verum, quia superinducto peccato obstructa erant ora illorũ, qui victi fuerant, & exultationis vox obticuerat, & dies festos celebrantium consensus distractus erat, cùm humana natura cum beatarum mentiũ natura in celebrando non conueniret, idcirco vt nerunt Prophetarum & Apostolorũ tubæ, quas lex corneas vocat, quia ex vero vnicorni confectæ sunt. Hæ spiritu sancto inflatæ cõtionum veritatis sonum protulerunt, vt, auribus eorum, qui propter peccatum obsurduerant, patefactis, per frequentiam inferioris tabernaculi cum excellentibus illis mentibus, quæ ad altare superius astãt, concinentem vna solennitas concelebraretur. Diuini enim illius altaris cornua sunt eximiæ & præstantes cœlestis naturæ Virtutes, & principatus, & potestates, & Throni, & Dominationes, quibus cùm per tabernaculi excitationem in celebritate cõiungitur humana natura renouatione corporum condensata. Nam condensari, & ornari, & indui idem est, vt illi, qui hæc intelligunt, interpretãtur. Agite igitur ad spiritalem choream animos nostros excitemos, nobisque chori ducem, & principem, & coryphæum Dauidem proponamus, & vnà cum illo dulcem illam emittamus vocem, quam ante cecinimus. Sic igitur rursũm repetamus. Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus, & letemur in ea. In hac tenebræ incipiunt minui, & crescente splendore, noctis termini contrahuntur. Neque enim casu aut sponte sua contingunt hæc, fratres, in hac die solenni, qua humanæ vitæ splendet diuina vita: sed per ea, quæ cernuntur mentis aciem intendentibus, arcanum quoddam ostendit natura, ac tantum non vocem emittens docet eos, qui audire possunt, quid sibi velit, quòd in aduentu Domini dies augetur, & nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire: Considera homo, qui hæc aspicis, ex iis, quæ videntur, ea tibi aperiri, quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse, & cùm progredi vlterius nequeat, consistere, ac regredi? Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta ad summum malitiæ cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet, atque illuc deinceps redigi, vt planè deficiat, ac deleatur. Vides vberiores lucis radios, & solem solito sublimiorem? cogita veræ lucis præsentiam euangelii radiis totum orbem terrarum illustrare. Quòd autem humanæ vitæ non ab initio, sed ab extremis temporibus Dominus apparuerit, hanc meritò fortasse causam quispiam existimabit, quòd qui, malitiam vt tolleret, humanam vitam erat ingressurus, expectauit necessario, vt omne ab inimico satum propagatumque peccatum germinaret, ac tum demum, vt legitur in euangelio, radici securim ad mouit. Nam & qui præstant medendi facultate, dum febris adhuc corpus exurit, & ex causis morbum efficientibus paulatim intenditur, ob secundãr morbo, qd ad vis ad summũ peruenerit, nec cibi subsidium vllum ægrotanti præbeant: at vbi malum constiterit, patefacto iam toto morbo tunc artem adhibent. Sic animorum ægrotãtium medicus expectauit, dum malitiæ morbus, quo natura hominum victa laborabat, se totum aperiret, ne latens aliquid incuratum remaneret, si curaret id solum, quod cerneretur. Itaque nec Noe tempestate, cùm omnis caro in iniquitate corrupta esset, aduentu suo medicinam attulit, quia nondum Sodomitici sceleris germen pullulauerat: nec tempore euersionis Sodomorũ Dominus aduenit, quoniam in humana natura multa adhuc mala latitabant. Vbi enim impius Pharao? Vbi iodomita Aegyptiorũ malitia? Nec tunc igitur tempus fuit, vt huic vitæ se Deus commisceret. Oportebat, vt Israëlitarum iniquitas patefieret. Oportebat, vt regnum Assyriorum, & superbia Nabuchodonosor, adhuc in vita latitans, ostenderetur. Oportebat, vt piorum cædes tanquam scelerata spinosaque plãta ex mala Diaboli radice prodiret. Oportebat, vt Iudæorũ prophetas occiderentium, & à Deo missos lapidibus obruentium, ac Zacharia tandem inter templum & altare interfecto, piaculum admittentium rabies detegeretur. Ad sceleratorum geminum numerum adde & infantium ab Herode patratam cædem. Cùm igitur malitiæ vis se totam effudisset mulris-

Marginal notes: Psal. 80. — Cor. 14 — Leu. 23. — Psal. 117. — Psal. 98. — Psal. 117. — Matth. 3. Simile à medicis. — Matth. 23.

que luxurians modis creuiſſet in animis eorum, qui ſingulis ſeculis ſcelere inſignes extiterant, tūc A *Act.17.* Deus, vt ad Athenienſes Paulus ait, ignorātiæ rem pora deſpiciens in diebus vltimis aduenit, quan- *Pſal.13.* do nnn erat intelligens, nec requirens Deū quan- *Rom.3.* do cnncti declinauerant & facti erant inntiles, *Gal.3.* quādo concluſa erant nmnia ſub peccatn, quādo iniquitas abnndabat, quando vitiorum tenebræ ad ſummum vſque terminum venerant. Tunc ap paruit gratia, tunc veræ lucis enituit radius *Eſa.9.* tunc in tenebris & vmbra mnrtis ſedentibus ortus eſt iuſtitiæ ſol. Tnnc humanam carnem 10 dutus multa ſerpentis capita pede enntriuit ad terramque allidens conculcauit. Nequis autem B mala, quæ nunc in vita ſunt, reſpiciens, falſa nos di cere ſuſpicetur, quòd in extremis tempnrib⁹ ſplē- duiſſe nobis Dominum aſſeramus. Nam (obiiciat aliquis) qui tempora, quibus malitia retegere- tur, expectauit, vt illam auctam cumulatamque radicitus euelleret, ſic eam tollere, atque obolere cunctam debuerat, vt nullæ ipſius in vita reliquiæ remanerent. Nnnc autem & homicidia, & furta, & adulteria, & reliqua omnia flagitia & ſcelera debacchantur. Is ergn, qui hæc ſpectās ſic obiicit inſigni peruulgatnque exēplo quæſtionem ipſe- *Simile à ſerpentibus.* met ſoluat. Quemadmodum, cùm ſerpentes inter ficiuntnr, nnn cnntinuò reliquas partes vnà cum C capite mori videmus, ſed, cùm interierit caput, il- læ tamen adhuc vitam retinent, nec vitali priuan- tur motu: ſic accidit in Draconis interitu. Etenim ingens cùm eſſet admodum fera, quippe quæ ſin- gulis hominū ætatibus excreuerat, qui multiplex eius caput, id eſt vim illam malornm inuentricem multa in ſe capita continentem, ſuſtulit, cæterarū ipſius partium tractus neglexit, vt interfectæ feræ motum poſteris ad exercitationis occaſionem re linqueret. Ecquod igitur colliſū & effractum eſt caput? illud quod impio conſilio mortem intule- rat, quod morſu mortiferum homini virus iniece- rat. Quamobrem qui mortis euertit imperiū, vim D quæ in capite ſerpentis erat, vt ait propheta con- *Gen.3.* triuit. Quod autem huius feræ in humana vita re- lictum fuit, quodque quoad homines viuuntum motionibus permouentur, ſquama peccati vitam irritat, atque aſperam reddit, poteſtate quidē iam mortuum eſt, cum eius caput contuſū atque inu- tile factum ſit: at, vbi tempus tranſierit, & ea, quæ mouentur, conſtiterint, aduenerítque vitæ huius abſolutio, quam expectamus, tunc & cauda & ex *1.Cor.15.* trema pars inimici, mnrs ipſa nimirum deſtrue- tur, atque ita delebitnr omnino cuncta malitia, cū omnes in vitam per reſurrectionem renocari, qui E iuſti erunt, ad cœleſtem quietem accedent, qui au tem peccatis obnoxii, in geennæ ignem detrudē- tur. Sed ad præſens gaudium reuertamur, quod paſtoribus nunciant Angeli, cœli enarrant Magis, & prophetiæ ſpiritus multis variiſque rationibus prædicat, vt etiam Magi gratiæ præcones fiant *Matt.5.* Nam qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos, quique pluit ſuper malos & bonos, co- gnitionis radium, & rurſum ſpiritus alienis etiam linguis demiſit, vt aduerſariorum teſtimonio magis etiam apud nos veritas confirmaretur. Au- diuiſti hariolum Balaam meliori numine affla- *Num.24.* tum ſic alienigenis prædicentem: Orietur Stel- la ex Iacob. Ecce tibi, qui ab eo genus duxerunt,

magi ex prædictione ipſius nouum obſeruant or- A tū ſtellæ quæ præter aliarum ſtellarum naturam & motus & ſtatus eſt particeps, & ad vtilitatem hac vtitur viciſſitudine. Etenim cū cæteræ ſtellæ partim in orbe nō errante ſemel infixæ ſtatum im mobilem ſortitæ ſint partim nunquam ceſſent à motu, hæc & mouetur, dum Magis ſe ducem præ bet, & ſtat, dum illis oſtendit locum. Audis Eſaiā *Eſ.9.* clamantem: puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nnbis? Diſce ab eodem propheta, quo mndo natus ſit puer, quo mndo datus ſit filius. Num iuxta naturæ legem? minimè verò: inquit, legibus enim naturæ non paret, qui naturæ Dominus eſt. B Quo mndn igitur natus eſt puer? dic. Ecce, inquit Virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & voca bunt nomen eius Emmanuel. Qnod, ſi interpre- teris, ſignificat Nobiſcum Deus. O rem admiran- *Virgo mater.* dam. Virgo mater efficitur, & permanet virgo. Cernis nouum naturæ ordinem? In aliis mulieri- bus quandiu aliqua eſt virgo, non eſt mater. Nam poſteaquam eſt facta mater, virginitatē nō habet Hic autē vtrūque nomen in idē concurrit. Eadē enim & mater & virgo eſt. Nec virginitas partū ademit, nec partus virginitatem ſoluit. Decebat enim, vt qui in vitam humanam introibat, vt ho- mines integros incnrruptosque ſeruaret, ab incor C rupta ſibi deſeruiente integritate initiū duceret, Nam hominum conſuetudo expertem connubii incorruptam appellat. Hnc mihi antè magnus ille Moſes per eam lucem, in qna ſibi Deus apparuit, *Exo.3.* videtur cognouiſſe, qui, cùm rubus arderet, nec tamen cnnſumeretur, Aſcendā, inquit, & videbo viſionem hanc magnam, nō loci motum, vt arbi- tror, per aſcenſum declarans, ſed temporis tranſi- tum. Qnod enim tunc per flammam & rubum ſi gnificabatur, progrediēte tempore, quod interce debat, perſpicuè in myſterio virginis apertū fuit. Quemadmodum enim illic eſt rubus, & tangit i- gnem, & non comburitur ita hic eſt virgo, quæ lu- D cem parit, & non corrumpitur. Quod autem per rubum Virginis corpus, quod Deum ſuſcepit, in- telligatur, ne te ſimilitudinis pudeat. Nam omnis caro propter peccati ſuſceptionem, & ob id ipſū tantum, quod eſt caro, peccatum eſt. Peccatū au- *2.Reg.23.* tem in ſcriptura vocatur ſpina. Ac ne à prnpoſito *Matth.23.* longius euagemnr, fortè nnn erit intempeſtiuum, ſi incorruptæ matris teſtem eum, qui inter tēplū & altare fuit occiſus, proferamus. Hic eſt ſacerdos Zacharias, non ſacerdos ſolū, verū etiā propheta. Ac prophetiæ quidem poteſtas in Euangelii li- *Luc.1.* bro declaratur, cum viam hominibus muniens E diuina gratia, ne Virginis partus incredibilis pu- *D. Hieron li. 4. c. tōm. 23 in matth diſputat an is Zacharias fuerit occiſus inter templum & altare.* taretur, minoribus miraculis fidelium aſſenſū ſic exercuit, vt fœmina ſterilis, & vir iam ætate con- fectus filium ſuſciperent. Hoc mirandi virginis partus prooemiū fuit. Etenim ſicut Eliſabet, quæ ſterilis ad ſenectutem peruenerat, non poteſtate naturæ fit mater, ſed ei diuino cōſilio filius naſci- tur, ſic quod in virgineo partu nō credēdum vide tur, ſi referatur ad Deum, credibile eſt. Quoniā igitur ex virginitate prouenientem præcedit nun tius ſterilis, qui ad vocem illius, quæ Dominum vtero gerebat, antequam in lucē prodiret, in aluo matris exiliuit ſimul ac natus eſt præcurſor Verbi prophetico ſpiritu Zachariæ ſilētiū ſoluitur. Quæ cūque autem diſſeruit Zacharias propheta, ad fu- turum

turum spectabant. Hic igitur diuino numine ad occultorum cognitionem ductus, cū virginitatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo Virginem matrē à loco virginibus per legem assignato non semouit, Iudæosque docuit, naturam humanam vnà cum reliquis omnibus rerum omnium effectori & regi ita subiectā esse, vt arbitratu suo eam ipse regeret, non autem ab ea regeretur: itaque in manu ipsius esse, nouā ortus rationem moliri, quæ matrem esse virginem non impediret, quamobrem eam se à virginum loco non exclusisse. locus autem ille erat spatium quoddam inter templum & altare. Cùm igitur audiuissent Iudæi, rerum omnium regem in vitā humanam diuino ordine prodiisse, metuentes, ne regi subderentur, sacerdotem, qui hæc de ipso pattu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecerunt. Sed longè à proposito aberrauimus, cùm ad Bethleem, de qua in Euangelio, oratione recurrere nos oporteret. Nam si vere pastores sumus, & ꝓpriis gregibus inuigilamus, ad nos vtiq; spectat Angelorum vox, quæ magnum hoc gaudium nuntiat. Oculos igitur in cœlestem exercitum intendamus, tripudium spectemus Angelorum, diuinum ipsorum cantum audiamus. Qui nam plaudentium sonus? Gloria (clamant) in altissimis Deo. Cur diuino numini, quod in altissimis cernitur, gloriam tribuunt? Quoniam, inquiunt, & in terra pax. Ob hoc spectaculum gaudio perfusi sunt Angeli. In terra pax. Quæ prius detestabilis erat, quæ spinis, ac tribulis plena solitudo, quæ damnatorum exilium, quæ belli regio, hæc pacem suscepit. O rem admirabilem. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Talem dedit hominum terra fructum suum. Et hæc fiūt pro bona in hominibus voluntate. Deus humanæ naturæ commiscetur, vt ad sublimitatem diuinam hominem tollat. His auditis in Bethleem proficiscamur, nouum spectaculum contemplemur. Quo modo partu suo virgo lætetur, quo modo lactet infantulum. Sed prius auscultemus, quid de ipsa memoriæ proditum sit. Virginis pater (vt ex historia quadā incerti auctoris accepi) fuit insignis quidam ciuis, obseruantia legis & vitæ probitate in primis nobilis, qui sine filiis ad senectutem peruenerat, cùm minus idoneam ad gignēdum vxorem haberet. Habebatur autem matribus ex lege quidam honor, quo earebant fœminæ, quæ liberos nullos susceperant. Quapropter & hæc imitata id, quod de matre Samuelis scriptum est, ad sanctum sanctorum accedit, & supplex Deum orat, ne se legis benedictione sinat excidere, cùm nihil vnquam admiserit contra legem. Quòd si mater euaserit, se, quodcunque peperit, ei dedicaturam. Quamobrem, cùm voti compos effecta filiam suscepisset, eā vocauit Mariam, vt ipso etiam nomine testaretur acceptum munus à Deo. Illā igitur, cū iam grādiuscula esset, nec vbere matris amplius indigeret, ducens ad templum Deo reddidit, & studiose promissum exoluit. Sacerdotes autem, quandiu paruula fuit, ad Samuelis similitudinem in sanctis ædibus educarunt, sed cùm iam adolesceret, consulebant, quid nam agerent de sacro illo corpore, ne Deum offenderent. Etenim naturæ legi illam subiicere, vt cuipiam in matrimonio collocata seruiret, absurdissimum videbatur. Instar enim sacrilegii fuisset, si muneris Deo sacrati dominus homo fieret. Legibus enim cautum erat constitutum, vt maritus dominaretur vxori. Mulierem rursus inter sacerdotes in templo versari, atque in sanctis ædibus conspici, nec lex, nec grauitas permittebat. Deliberantes igitur in hanc sententiam diuinitus conuenerunt, vt eā connubii nomine cuipiā desponderent, qui tamē ad custodiā eius duntaxat esset idoneus. ad hoc aūt munus aptissimus inuentus est Ioseph ex eadē tribu & patria, qua erat virgo. Sacerdotū ergo consilio Ioseph puellā sponsā accipit. Quæ tamen coniunctio sponsalia non est egressa. Tunc ad Virginem missus est Gabriel, qui ei diuinæ voluntatis arcanum aperiret. His autem faustissimis verbis vsus est. Aue gratia plena, Dominus tecū. Contraria hæc est oratio illis vocibus, quas prima mulier audiuit. Tunc enim illa doloribus propter peccatum damnata est. Nunc autē in hac per gaudium dolor expellitur. In illa molestiæ partū præcesserunt. Huic partum lætitia prænuntiat. Ne timeas, inquit Quoniam omnibus mulierib⁹ timorem affert partus expectatio, dulcis partus promissione timor eximitur. In vtero, inquit, concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesū. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quid autem Maria? Audi pudicam Virginis vocem. Quo modo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? Angelus partum nuntiat. At illa virginitati inhæret, & integritatem angelicæ demonstrationi anteponendam iudicat. Nec Angelo fidem nō habet, nec à proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudinem viri. Quo modo istud erit mihi, qm̄ virū nō cognosco? Hæc Mariæ vox declarat, ea, quæ ex historia incerti auctoris commemoraui, non esse penitus absurda. Si enim liberorum causa ducta fuisset à Ioseph, quo modo pariturum Angelo prænuntiāti, se rem nouam & alienam audire præ se tulisset, cùm ipsa quoq; sese obstrinxisset naturæ lege, vt aliquando mater esset? Verùm quia carnem Deo consecraram, tanquam sanctum aliquod oblatum munus oportebat intactam integramq; præstare, iccirco, licet, inquit, Angel⁹ sis, licet è cælo venias, licet id, quod ostenditur, naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quo modo sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui, sed virum non cognosco. Quid ad hæc auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impollutoque connubio? Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. O beatum vterum illum, qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro fit spiritus receptaculū. Sed & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est & sapientia, vt ait Apostolus. Virtus igitur Altissimi, quæ Christus est, per aduentum spiritus sācti formatur in Virgine. Quemadmodum enim vmbra ad præcedentium corporum figuram effingitur, sic forma & indicium diuinitatis Dei in virtute ipsius, qui patitur, ostēdetur, & imago, & signum, & adumbratio, & splendor exemplaris per admirabilem rerum affectionem demōstrabitur. Verùm hortatur nos Euangelium, vt in Bethleē oratione reuertamur

Zacharias pater S. Ioannis occisus quod prediceret eductum christi de virgine.

Matth. 23.

Luc. 2.

Psal. 84.

1. Reg. 1.

Sacrilegiū virginem deo sacram ducere in vxorem.

Gen. 3.

Luc. 1.

Gen. 3.

Matth. 1.

1. Cor. 1.

reuertamur, & quæ in antro sint mysteria videa-
mus. Quidnam est hoc? Puer pannis inuolutus, & A
positus in præsepi, & Virgo post partum, incorru
pta mater complectimur filium. Emittamus illam
prophetæ vocem: Sicut audiuimus, sic vidim⁹ in
ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri.
Psal. 42. Num hæc, quæ audiuimus de Christo, fortuna &
casu contigerunt, & scripta sunt, an historiæ sub-
est aliqua ratio? Quid sibi vult hæc domini in an-
tro sedes? hæc in præsepi reclinatio? cur tempore
descriptionis tributorum in vitam ingreditur? An
perspicuum est, eùm quemadmodum à legis exe-
1. Cor. 15. cratione nos eripit factus ipse pro nobis execra-
tio, & liuores nostros in se transfert, vt eius liuore B
Esa. 53. nos curemur, sic etiam vectigalem fieri, vt nos à
1. Petri. 2. grauissimo vectigali, quod ab homine mors exigit
liberaret? Quòd autem speluncam vides, in qua
Christus natus in spelunca. paritur Dominus, cæcam hominum vitam, & sub
terra demersam cogita, in qua nascitur ille, qui in
tenebris ambulantibus & in regione vmbræ mor
Esa. 9. tis sedentibus se ostendit, pannis autem obuolui-
tur & fasciis constringitur, qui peccatorũ nostro-
rũ catenas subit & vincula. Præsepe verò, in quo
Verbum gignitur, bestiarum est domus, vt cogno
Esa. 1. scat bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini
sui. Per bouem intellige illum, qui legis iugo sub-
iectus est, per asinum autem, quod est animal fe- C
tendis oneribus natum, eum, qui simulacrorum
cultus onustus est crimine. Cæterum commune
Psal. 103. rationis expertium animalium pabulum & vita
fœnũ est, producens inquit, prophetia, fœnum iu-
mentis. Quod autem ratione præditũ est animal,
Panis vitæ. Io. 6. vescitur pane. Iccirco in præsepi, quod est anima-
lium ratione vacantium sedes, è cælo delapsus vi-
tæ panis proponitur, vt & quæ à ratione remota
sũt animalia, rationis cibo nutriãtur, atq; ita ratio
ne decorẽtur. Mediũ igitur in præsepi se inter bo
uem & asinum vtriusque Dominus locat, vt me-
dium parietem maceriæ soluens duos cõdat in se-
Eph. 1. metipso in vnũ nouũ hominẽ, ab altero graue le-
gis iugũ eripiens, alterũ simulacrorũ cultus onere
liberans. Sed oculos admirabilia cœlorũ specta-
cula tollamus. Ecce enim non, prophetæ solum &
Angeli gaudium hoc nobis denuntiant, verum e-
tiam cœli rebus suis admirandis euangelii gloriã
Rom. 9. prædicant. Ex Iudæis, vt ait Apostolus, proheta
Christus ortus est. Sed eius ortu non illuminatur
Iudæus. Peregrini & à testamentorum ꝓmissiõe
benedictioneque patrum alieni sunt Magi, qui
cognitione populum Israëlitam anteuertunt, &
cœlestem agnoscẽtes lucem, & in spelunca Regẽ
non ignorantes. Hi munera afferunt; illi insidias
struunt. Hi venerantur; illi persequuntur. Hi Gau
dent inuento, quem exquirebant, illi nuntiato i-
psius ortu reformidant. Videntes enim, inquit,
stellam supra locum, vbi erat puer gauisi sunt gau
Matth. 2. dio magno valde. Herodes autem audiẽs turbat⁹
est, & omnis Hierosolyma cum illo. Hi & tanquã
Deo thus offerunt, & auro dignitatem regiam co
lunt. Et prophetica quadam gratia per myrrham
mortis dispositionem subsignificant. Illi verò cũ-
ctos infantes vnum in locum coactos internecio
ne tollendos censent. Quod eos mihi non solum
Infantes occisi innocentes. crudelitatis, verum etiam summæ dementiæ vide
tur coarguere. Quid enim sibi vult ista puerorum
trucidatio? cur ausi sunt homicidæ se tãto sceleste

obstringere? Quoniã nouum quoddam, inquiunt
mirandumque cæli portentum regis iudiciũ Ma- A
gis nunciauit. Quid igitur tum? aut portendenti si
gno fidem habes vt vero, aut, quod rumore iacta-
tur, vanum putas. Si talis est, qui cælos sibi fecerit
inseruire, prorsus est supra manum tuam. Sin au-
tem in potestate tua est, vt ille vel viuat, vel moria
tur, cum frustra pertimescis. Qui enim id agit, vt
imperio tuo subditus ipse sit, pro quo molietur in
sidias? cur horrendum illud datur mandatum?
cur impia fertur sententia, vt miseri infantes tru-
cidentur? Quid peccarunt, quid morte, aut sup
plicio dignum admiserunt? Crimen vnum dun-
B taxat habent, quòd nati sunt, & in lucem editi. Et
propterea necesse fuit, vt ciuitas carnificibus com
pleretur? vi cogeretur matrum multitudo, & in-
fantium populus, vt adessẽt etiam patres, & gene-
ris propinquitate coniuncti ad sæuum facin⁹ cõ-
gregarentur? Quis oratione calamitatẽ describat?
Quis acerbitatem enarrans oculis aspiciendam
proponat? mixtam illam lamentationem, luctuo-
sum questum puerorum, matrum, propinquorũ
patrum ad minas carnificum miserabiliter excla-
mantium? Quis dicendo possit exprimere carni-
ficem gladio contra puerum irruentem, & toruo
trucique vultu contuentem, verbisque crudeli-
C bus alloquentem, vna quidem manu corripien-
tem infantulum, altera verò gladium adigentem?
matrem porrò ex altera parte filium ad se trahen
tem, obiicientemque ceruicẽ suam acuto gladio
ne miserum filium carnificis manu necatum pro-
prĩus oculis intueatur? Quis explicet ea, q̃ patres *Cædes innocentum.*
agunt, reuocationes, suspiria, postremos filiorum
complexus? præsertim cùm idem à multis fiat eo-
dem tempore? Quis variam multiplicemque ca-
lamitatem, & cõduplicatos puerperarum dolores
partus exponat? & acerrimas, quas admouebat na
tura, faces? Quo modo puer infelix & vberi simul
inhæreret, & per viscera lethalem plagam acci-
D peret? Quo modo misera mater simul infantis
ori subderet vbera, & sinu sanguinem eius excipe
ret? Manus autem impetu sæpenumero carnifex
vno gladii ictu filium & matrem conlauciabat, &
vnus sanguinis riuus ex matris plaga & ex morti-
fero vulnere filii mixtus decurrebat Iam verò, cũ
nefaria Herodis sententia non solum nuper ge- *Matth. 2.*
niti necarentur, sed etiam illi, qui alterum agebãt
annum, raperẽtur ad mortem, (scriptum est enim
eum iussisse, bimulos & minores interfici) videre
erat matres non paucas, quæ eo temporis spatio
duos filios enixæ fuerant. Quodnam igitur rursũ
in his spectaculũ cernebatur, cum duo carnifices
A circa matrem vnam essent occupati, vnusque
prope currentem filium ad se raperet, alter autem
lactentem adhuc infantulum è gremio matris e-
uelleret? Quid tum faciat mater infelix, cùm natu
ra bifariã in filios diuellatur, & vtroque filio ma-
ternis visceribus ex æquo faces admouente ne-
sciat, vtrum ex carnificibus prius sequatur, cùm
vnus ex hac, alter ex illa parte pueros ad cædem
trahat? præcurrat ne ad nuper genitum, confusos
indistinctosque gemitus emittentẽ? at inhibetur
ab altero iam loquente, balbutiẽtique lingua ma-
trem inclamante. Quidnam agit? quò se vertat?
vtrius voci voce sua respondeat? vtrius gemitum
gemitu excipiat suo? vtrius defleat necem, cùm
vterque

vtetq; naturæ stimulis æquè miseram feciat? Sed amoueam⁰ aures ab hisce questibus, & ad lætiora diei que festo magis conuenientia cogitationem *Hier.31.* conuertamus, licet Rachel, vt inquit Propheta, clamans filiorum cædem deploret. In die enim festo *Eccl.7.* vt ait sapiens Salomon, malorum decet obliuisci. Quæ autẽ nobis celebrior dies hac esse potest, in qua malas diaboli tenebras discutiens iustitiæ sol per naturam nostram illucet mundo? Io qua, qui cecidit, excitatur? qui victus est, in gratiam recipitur? qui electus est reuocatur? qui è vita excidit, ad vitam redit? qui seruitutem seruiuit, regni dignitatem assequitur? qui mortis vinculis con- *Psal.106.* strictus est, ad regionem viuentium reuertitur? B Nunc vt propheta testatur, æreæ mortis portæ confringuntur, ferrea comminuuntur vincu- *Psal.117.* la, quibus antea genus hominum in mortis custodia detinebatur. Nunc, vt cecinit Dauid, recluditur porta iustitiæ. Nunc per totum orbem vna voce festum celebrantium clamor exauditur. Per hominem mors, & per hominem salus. Primus in peccatum lapsus est, Iacentem secũdus suscitauit. A muliere mulier defensa est. Prima peccato aditum patefecit, hæc vt testamenti pateret adit⁰, ministra fuit. Illa serpentis consilium est secuta, hæc serpentis interfectorem exhibuit, & lucis auctorẽ in lucẽ edidit. Illa per lignum induxit peccatum, C hæc per lignum gratiam intulit. Lignum autem Crucis intelligo, cuius fructus est semper virens, & gustantibus vita fit immortalis. nemo autem *Natiuitatis festum.* hanc gratiarum actionem paschatis tantum mysterio putet conuenire. Sic enim cogitet, pascha quidem diuinæ dispositionis esse finem, qui tamẽ finis cõsequi nequeat, nisi principium antecedat. Quid igitur antiquius est? ortus nimirũ mortis dispositione. Huius igitur bona sunt pars bonorum ipsius ortus. Quòd si quis munera, quæ in Euangeliis cõmemorantur, enumeret, si recenseat miracula curationum, in inopia & fame ciburũ copiam, mortuorum è monumentis excitationem, D subitam atque improuisam effectionem vini, expulsiones dæmonum, varias affectiones ad valetudinem reuocatas, claudorũ saltus, illitos lutu cæcorum oculos, diuinam doctrinam, leges latas, arcanam similitudinũ significationem, hæc omnia huiusce diei gratia comprehenduntur, Hæc enim bonorum, quæ deinceps cõsecuta sunt, omnium initium fuit. Quamobrem exultemus, & lætemur *Psal.43.* in ea. Negligamus, vt hortatur propheta, exprobrationem hominum, nec despectione ipsorum sinamus nos vinci, qui diuinæ dispositionis & prouidentiæ rationem irrident, quasi non deceret Dominum subire corporis naturam, nec in hominum vita nascendo versari. Ignorant enim rei mysterium, quo Dei sapientia nobis salutem affer-

A ce constituit. Eramus sponte peccatis nostris venditi, & instar eorum, qui argento veneunt, vitæ nostræ inimico mancipati. Quid tibi à Domino optandum fuit? non ne vt eriperere is seruitute? cur igitur curiosè requiris modum? cur benemerendi rationem præscribis? non secus ac si quis benemerito succenseat medico, quòd se nõ hac, sed illa ratione curauerit. Quòd si diuini consilii ratio nẽ curiositate ductus exquiris, hoc tibi satis sit intelligere nõ vnũ aliquod bonorum, sed quidquid boni cogitatione ac mente concipitur, illud esse diuinum numen, potens, iustum, bonum, sapiens, omnia deniq; nomina, & notiones, quibus natura diuina declaratur. Considera igitur mihi, vtrum in hoc beneficio, quo nos affecit, cernantur omnia, quæ dicendo percurri, bonitas, sapientia, iustitia, potentia. Vt bonus desertorem amauit, vt sapiens rationem inuenit, qua seruitute oppressum in libertatem vindicaret, vt iustus in seruitute continentem & emptionis iure possidentem non coegit, sed se ipsum pro illo, qui victus erat, tradidit, & tanquam vas & sponsor debitum ipse per- *Act.2.* soluit, vt eum, qui obstrictus erat, liberaret. vt potens non victus est in inferno, nec eius caro vidit corruptionem. Neque enim fieri poterat, vt vitæ *Psal.15.* auctor ac Dominus à corruptione vinceretur. At turpe, inquies, fuit, eum in vitam humanã ingredi & carnis molestias experiri. Immo verò hic apparet muneris amplitudo. Etenim cùm aliter è tantis malis homo liberari non posset, beatitudinis ex gloriam suam cum vita nostra cõmutauit. At puritas quidem ad nostras sordes sese demisit: sordes tamen ipsæ puritatem non attigerũt. Lux enim, vt in Euãgelio legitur, in tenebris fulsit, tene- *Io.1.* bræ autem eam non comprehenderunt. Nam tenebræ, præsentia splendoris euanescunt: sol in tenebris non obscuratur. Quod mortale est, absor- *1.Co.5.* batur à vita, quemadmodum scribit Apostolus, non autem vita à morte consumitur. Quod corruptum fuit, cum incorrupto seruatur. Corruptio autem ad incorruptionem non accedit. Idcirco communis rerum omnium procreatarum concentus exurgit Dominum suum vna voce collaudantium, sic omni lingua cœlestium, terrestrium, atq; inferno rum exclamante, Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, laudandus in æternum. Amen.

De S Stephano

D. GREGORII NYSSENI DE SANCTO STEPHANO PROTHOMARTYRE, ORATIO.

Laurentio Sifano interprete.



Vàm pulchra bonorum consequentia est: quàm iucunda lætitiæ successio? Ecce enim diem festũ ex die festo, & gratiam pro gratia accipimus. Heri Dominus vniuersi nos pauit: hodie Domini imitator. quomodo hic? aut quomodo ille? ille hominem pro nobis induens: hic pro illo hominem exués. ille vitæ speluncam propter nos subiens: hic propter illum ex spelunca excedés. ille pro nobis fasciis inuolutus: hic pro illo lapidatus. ille mortem interimens: hic morti iacenti insultans. Enimuerò, fratres, concurramus etiam nos sermone ad theatrum, in quo magnus ille athleta laborat, & aduersus improbum humanæ vitæ aduersarium ad certamen accingitur in stadio confessionis. Reuera enim iuxta vocem Pauli, mundo, & angelis & hominibus spectaculo fuit magnus ille Stephanus, qui primus Stephano, id est, corona confessionis redimitus & ornatus est: qui primus martyrum cœtui aditum fecit: (1.Cor.4.)

C qui primus vsque ad sanguinem peccato aduersatus est. ac mihi videtur supramundanorum exercitus omnis, & omnes angelorum legiones, tam ministrãtium, quàm assistentium: ac si quid aliud dignitate præditum in supernis partibus audim⁹, quod in principatibus & virtutibus, & thronis, & potestatibus & dominationib⁹ versetur: & omnis celestis conuentus tunc athletam cum aduersario cõfligenté spectaculo sibi proposuisse. Patebat enim veluti stadium quoddam decertantibus humana vita. tendebant autem vterque alter alteri infesti, hinc quidé improbus humanæ vitæ aduersarius iam inde à lapsu primo conditorum hominum,

D vsque ad tempora Stephani, victoriis de hominibus partis exercitatus: illinc verò magnus ille fidei athleta nihili faciens aduersarii incursum. Arma autem ambobus alteri aduersus alterum erát, inuentori quidem mortis, mortis terror: discipulo autem vitæ, confessio fidei. Quis enim nó admiratus esset nouam hanc certaminis formam, cum veritas vita ac morte diiudicabatur, ac documentũ veritatis mors fuit? nam præco fidei absconditæ ac vitæ, quæ ignorabatur, reipsa prædicationem hominib⁹ diuulgabat. per hoc enim ꝙ haud grauatè neque cunctanter hanc vitam deseruit, rectè

E rem æstimantibus demonstrabatur, quòd ea, quæ relinquebatur vita, præstantiori commutaretur. Verùm haud incommodum fuerit, tanquam in tabula, orationne exactè quasi depingere concertationem, vt per rerum gestarum seriem cõmodè miraculorum ratio demõstretur. Nuper enim violentus ille ac vehemẽs flatus superne delatus, dissipatis atque disiectis omnibus aëriis ac fallacib⁹ demonum copiis domicilium apostolorum reple- (Act.1.)

A uerat, & linguarum in modum ignearum diuisus pro numero donum accipientium spiritus in vnoquoque resederat: ac iam ad inopinatum & inauditum vocis ac linguæ miraculum eos qui ex omni gente profecti, Hierosolymis versabantur, consternatio cõfusioque inuaserat, omnib⁹ qui in varias ac diuersas linguarum formas diuisi fuerant, repẽtè cum discipulis eiusdem linguæ factis cùm nulla præcedente disciplina atque exercitatione, sed ex inspiratione spiritus repentè atque ex tẽpore hoc dono repræsentata, facultas loquendi apostolis accessisset. Oportebat enim eos, qui in terrenæ turris extructione communionem linguæ

B vnicisque concordiam soluerant, in spirituali ecclesiæ edificatione rursus ad cõmercium linguæ venire. atque idcirco sancti spiritus dispẽsatio rectè gratiam hinc orditur, vt commune hominum beneficium in omnem intellectum humanæ vocis dispertiretur, ne si in vnam linguã solam prædicatio pietatis includeretur, inefficax & inutilis hominibus diuersæ linguæ maneret. (Quare varijs linguis locuti sunt Apostoli.) Iam igitur cùm Pharisæi quidé suis etiam ipsorum auribus non crederent, ac miraculo rei obstupefactos cæteros errare contenderent irridentes, quasi mustũ talem væcordiam atque furorem apostolis ingenerasset: Petrus autem vno orationis complexu, (Act.2.)

C animarum millia tria quasi verriculo captas Christo lucrifecisset: ac deinceps sẽper adiectione eorum, qui salui fierent, ecclesia numero ac multitudine cresceret: itemque is, qui à natiuitate claud⁹ fuerat, speciosam portam templi rursus iis, qui salui fierent, aperuisset, cui assidens sui sanationis miraculo anima claudicantes ad fidem adduxerat: cùm multi igitur ad prædicationem fidei confluerent, atque maiorem manum gratiæ ministrantiũ res postularet: tunc sapientia ac gratia abundans Stephanus à spiritu in auxilium apostolorum vocatur. (Act.3.) (Act.6.) Ac nemo nomine ministerii motus, secun-

D dum eum ab apostolica dignitate locũ obtinere suspicetur. quoniã etiam Paulus sese ministrum mysteriorum Christi agnoscit: nec vniuersarum rerum dominum qui per carnem humanam salutem administrabat, ministerii nominis puduit, cũ diceret sese in medio esse tanquam ministrũ, qui diuisiones ministeriorum efficit, vt inquit apostolus. (1.Cor.4.) (Ephe.4.) (1.Cor.12.) Quemadmodum enim ignis apta comprehẽsa materia, flammam in altum tollit, & illustriorẽ splendorem efficit: ita etiam spiritus sanctus cum in magna illa Stephani animi indole versaretur, gratiæ radios clariores efficiebat. quamobré om-

E nes, in quibus eruditionis atque scientiæ nõnihil inerat, in sese conuertebat: ex iis qui cæteris præstare videbantur, coitione atque conspiratione facta, veluti in phalangas quasdam constipati sic impetum Stephani sustinere nitebãtur. at ille omnibus pariter inuictus erat, siue cũ multis solus, siue cũ paucis cõgrederetur. Tunc igitur in speciẽ quidé Alexãdrini, Libertiniq; & Cyrenenses, qui que vndique cõuenerãt homines, cũ veritatis athleta cõfligebant. qui autẽ per id quod apparebat intelligitur

intelligitur, is pater mendacij erat, per figuras humanas aduersus eam, quæ à Stephano proferebatur, veritatem insurgens. Sed veritas quidem de mendacio tropheum reportabat, cùm vir ille strenuus omneis propugnatores fraudis in fugam egregiè vertisset: minister autem veritatis, ab hoste veritatis, insidiis petebatur, quasi non patefaceret eam, quæ reuera esset, sed eam, quæ non esset, fingeret veritatem. Quid hæc molitis aduersus præconem? ad diabolum dixerim. Si tibi aliquæ sunt vires, incommoda veritati, quæ in Stephano elucet. sin autem illa tuis machinationibus sublimior est, quid circa instrumentum veritatis malignitatem exerces? atque omisso eo quod instat & vrget, tollis id quod se præbet, atque iniuriæ opportunum est. quale quiddam canes faciunt, lapides quibus petuntur, rictu inuadentes, eum, à quo petuntur, non attingentes. Posteaquam igitur mendacium per ea, quæ opponebantur, confutatum atque conuictum erat, nec quenquam aliū improbus ille postea propugnatorem fraudis inuenire poterat, omnibus ad patefactam veritatem respicientibus, non obliuiscitur sui certaminis, atque efficaciam suam, tam in accusatores quàm in iudices partitur. cùm vtrisq; sese insinuasset, hos quidem, vt falsa aduersus Stephanum dicerent, impullit, illos verò, vt animo irato calumniam admitterent, induxit. cumque variis modis etiam Iudæis sese inceussset, omnium aduersus Stephanum fungitur officio, accusatoris, iudicis, carnificis, & reliqui totius ministerij mortis, ignorans cum quanta ruina post talem aduersus Stephanum sententiam, præceps abiturus esset. Quemadmodum enim periti athletæ subeuntes corpus aduersariorum per quādam artificiosam agilitatem atque habilitatem, grauiorem lapsum eis struunt: ita magnus quoque Stephanus humi prostratus, grauem illam contusionem aduersarii conficit. Hinc enim in orbē terrarum apostoli currere ceperunt. hoc in omneis parteis sermonis diuulgationis initium est. Nam nisi ab illius cæde populus Iudæorum in apostolos sæuiüsset, forsitan solis Hierosolymis Euangelij gratia inclusa esset. nunc verò agitati à Iudæis, alius aliò gēstum per orbem terrarū dispersi sunt, vndique per mysteriorum doctrinam diabolum exturbantes. hoc modo Samaria sermonem recipit: hoc modo obiter in via salus eunuchi à Philippo conficitur. ita magnum illud ecclesiæ instrumentum Paulus ira minisque à diabolo armatus aduersus ipsū armatorē tela vertit, ex omni eū exterminans orbe terrarū, vt nullū relinqueret locū fidei Christi inaccessum. hinc Ægyptij, Syri, Parthi, & Mesopotamitæ, Itali & Galli, Illyrij, Macedones Christum agnoscunt, & omneis vndique gentes sermo percurrens ad fidem adducit. Vides Stephani athleticam scientiam? quàm multis ruinis obtritus sit aduersarius, cùm per calumniam aduersario superior fuisse videretur? Verùm ad stadium denuò reuertamur. Quibus verbis populum concitant calumniatores? Non desinit, inquiunt, verba contumeliosa loqui aduersus locū hunc sanctum & legem. audiuimus enim ex eo, cùm diceret, Iesus Nazarenus hic demolietur locum hunc, & mutabit instituta, quæ nobis tradidit Moyses. Accusatio quidem diaboli oratorum talis est. sed quæ nam est audientium amentia? cuius criminis nomine sæuiunt? quam nequitiam in his verbis deprehenderunt? Nam quæ quidem aduersus eum proferebantur, in posterum euentura erant. Aiebant enim eum dixisse locum euersum iri, & instituta Mosis commutatum iri. Quod igitur maleficium in his verbis continetur, siue vera, siue falsa loquatur? Nam si quidem mentitur, id quod angit & malè habet, non eueniet: sin autem vera dicit, quæ nam inest iniuria sermoni, quo prædicitur id, quod euenturum sit? Nam quæ fiunt, prorsus euenient, siue sileamus, siue loquamur. at cædes prædicentis, quam adfert incommodorum correctionem? Deinde accusatur quidem Iesus Nazarenus: sententia autē, qua pœna atque supplicium decernitur, aduersus Stephanum fertur. Atqui si is, qui delinquit, iram mouet & crimini datur loci & institutorum mutatio; atque hæc accusator non à Stephano, sed ab Iesu fieri dicit: aduersus accusatum prorsus commoueri iudices oportebat. O iniustam audientium sententiam. Quoniam, inquit, Iesus mutabit leges, lapidetur Stephanus, quo modo autem legem Iesus abrogabit, qui ita affectus erat erga legem? qui omnia ad confirmationem antiquarum legum instituit? qui dixit, Nō veni dissoluturus legē, sed impleturus? qui legem de non interficiendo, per hoc, quòd nec prorsus quidem irasci quenquam voluit, discipulis confirmauit? quid adulterium vnà cum libidine atque concupiscentia eiecit? qui per id, quod noluit, vt quisquam vlciscatur eum, à quo antè læsus esset, ne lacescendum quidem iniuria quenquam esse sanxit? qui per communicationem facultatum, auaritiæ vitium exterminauit? Quî sit igitur, vt hæc neque cōmemorata, neque in cognoscendo simul quæsita atq; examinata sint? Vellem nunc adesse mihi sanguinariorum illorum iudicium cōsilium ac de locis, quorum nomine sæuiunt infensi, sciscitari. vbi celebre illud templum? vbi incredibiles lapidum magnitudines? vbi aurum illud, quod reliquam templi materiam prætio propemodum æquabat? vbi legitima sacrificia? aries, vitulus, agnus, iuuenca, columba, turtur, auertendis malis sacrificari solitus caper? si idcirco Stephanum capitis condemnant, vt ne quid tristium illarum rerum eueniret, ostendant quæcunque per cædem illam nefariam sibi conseruauerint. quòd si nihil horum reliquum est, quorum nomine sententiam illam tulerunt, dicant cuius rei gratia cædes ab ipsis perpetrata sit. Verùm videamus in reliquo certamine, qua ratione sāguinarios vlciscatur is, qui veluti niualibus floccis crebris incidentibus, ita lapidum quasi grādinis imbre obruebatur: quibus contra iaculis petat eos, qui lapidum in eum tela emittebant? Cognoscāt Iudæi arma Christianorum, quibus iniuriam vlciscendo magnus Stephanus vsus sui facti exemplo legem vitæ sanxit. Nam illi quidē ferina quadam atque immani rabie vndique sanctū circunstantea in vnum illum tanquam scopulum omnes intenti erant, quicquid ad manum esset, eo vice teli aduersus Stephanum vtentes, hic verò tanquā sacerdos quidem, iuxta legem spiritualem, puram hostiam immolans, non alienum, sed suum altaribus admouens corpus, & loco libaminis sanguinem

To parecon erat in exēplari, quo vsus sum: in altero est pfriecō: quæ lectio tolerari potest & est facilior. vt sit sensus, Omissa veritate, quæ est in Stephano tollis ipsum Stephanum qui continet veritatē tāquā vas sed hæc minus conuenit similitudini, quæ subiicitur.

Dispersionis Apostolorū causa mors Stephani.

Act. 8.

Ibid.

Act. 7.

Act. 7.

Matth. 5.

Matth. 5.

guinem spargens per sese Deum, quem in cœlestibus adytis cernebat, delinquentibus placabat, A beneficio nefariam cædem eorum compensans, clamans audientibus homicidis, ac dicens: Domine ne imputes eis hoc peccatum. atque hic quidem oratione peccatum eorum, quod sceleratis manibus suis sanguinarij quasi exarabant, delebat. illi verò etiam ad orationem exasperabantur: ac non prius eum impetere remiserunt, quàm magnus Stephanus veluti teneris floribus vel rore quodam leui circumfusus in dulcem simul ad beatum somnum delatus est. Verùm victoria certamen præuenit, & aute certamen athletam corona victoriæ decoratum videmus. Antequam enim certamen spectaremus, ad finé certaminis oratione prouecti sumus. Oportebat enim B opinor oratione non prætereire ea, per quæ maximè martyris virtus ostédebatur, qualis ad cædem propensiorum consessus, & quomodo omnibus ex æquo animus ad cædem concitatus: quanta cõgregatis ad malum conspiratio: qualis cuiusque obtutus: qualis habitus, qualis dentium motus & affect^o esset, sicut diuina scriptura significat, quòd dissecarentur cordibus suis, & frenderent dentibus suis in eum: qui in medio tot ac talium stans, contraque omnem vim aduersariam, quæ à sanguinariis illis repræsentabatur, sese contra exuscitaus, per omnia magnitudine animi atque indolis C excellebat, iræ quidem lenitatem, minis verò despicientiam: mortis terrori, vitæ contemptũ: odio, dilectionem, maleuolentiæ, beneuolentiam: calumniæ, veritatis prædicationem opponens. Non enim vno modo victor declarabatur, sed aduers^o omnem malitiæ speciem, quæ tunc ab Iudæis repræsentabatur, sese per varias virtutes distribuens cum omnibus & conflixit, & omneis superauit. Ita audio in gymnicis quoque certaminibus eos, qui viribus cæteros antecedunt, aduersus totum sæpe stadium gymnicum sese certamini offerẽtes & accingentes, de omnibus victoriæ præmia reportare. Talis martyrum stadij princeps erat: qui D aduersus omneis aduersarij copias cùm sese opposuisset, aduers^o omneis victoria clarus designatur. Nam saltem sapientiam per libertinos Cyrenenses & Alexandrinos sapientes aduersus se Instantem, per veram sapientiam deuicit: terrorem per libertatem loquendi, & ingenuam increpandi fiduciam: minas per despicientiam, sæuitiam per beneficentiam, mendacium per veritatem. Illi quidem ad cædem spectabant, & iam manus lapidibus armabant, obtutu, anhelatione, dentium collisione sæuitiam præ se ferentes: hic verò tãquam fratres aspiciebat, & tanquam patres salutabat. Viri enim fratres, inquit, & patres audite. Illi quidẽ E calumniam probabiliter confingebant: huic verò consilium ad cædem propensiorem pro curia veritatis erat, non metu præcidebat orationem, nõ languidus fractusque ac remissus metu periculorũ erat: non mors ei ante oculos versabatur: sed erecto animo omnia quæ ante pedes erant contemnens, tanquam puerulos miserè insipientes regebat ac moderabatur oratione, ad demonstrãdum eos in errore doctrinarum versari, simul etiam iis documentis, quibus ab illis ipsis fides derogari non poterat, vtens. Abraham orationi adhibetur, totaq; illius historia paucis ante oculos ponitur: deinde cæteri sancti, qui successerunt. Ad hæc Moyses vt natus, vt educatus, vt eruditus & institutus, vt in monte sacris initiatus & instructus sit, vt Aegyptum flagellaret, Israëlem seruaret, mysterium Domini prædiceret. Quod etiam maximè concitat consilium, & morbum incendit, quòd etiam Moyses, cuius se nimirum vehementer studiosos esse videri volebãt, patronus doctrinæ huius demonstraretur, quamobrem etiam surgenies finem imponunt, qualem & Stephanus desiderabat, & illorum crudelitatem decebat. Nam ille quidem naturam egressus, etiam antequam corpore excessisset, puris oculis cœlestes sibi portas apertas videt, & id quod intra adyta apparebat, cùm ipsam diuinam gloriam, tum gloriæ splendorem conspicatur. ac paternæ quidem gloriæ nulla describitur oratione figura; splendor verò in ea, qua ab hominibus visus erat, forma ab athleta conspicitur, sic apparens, vt humana capere poterat natura. Atque hic quidẽ extra naturam humanam constitutus, & in angelicum decorem transformatus, vt ipsis etiam nefariis homicidis miraculo esset, in angelicã dignitatem forma faciei mutata, cùm vidit effugientia aspectum, tum eam, quæ sibi appatebat, gratiam sublato clamore significauit. illi verò continuerũt aures, & narrationem visionis non admiserũt, hoc saltem ex omnibus rectè facientes, neque enim dignæ erant prophanorũ & impurorum aures, quæ diuinæ apparitionis acciperẽt narrationes. atque ille quidem gratiam præsentibus communicabat narrando in commune proponens ea, quorum contẽplatione solus dignus iudicatus erat, Video inquiens, cœlos apertos, & filiũ hominis stantem à dextris Dei, hi verò exclamãtes voce magna, & cõtinentes aures suas impetum vnanimiter in eũ fecerunt. Rectè adiecit eorum factis historia clamorem, vt ostenderet destinatæ voluntatis eorũ cum Sodomitis cognationem. Etenim illorũ scelus clamor à iudicante nominat^o est. Clamor enĩ, inquit, Sodomorum & Gomorræ ad me ascendit. Clamauerunt igitur hi quoque, vt etiam eorũ aduersus Stephanũ clamor audiretur. Non ignorabat autem athleta se per crudelitatem cædẽ nefariam perpetrantiũ beneficium accipere. Nam orbe lapides vndique conicientium quasi corona cunctis, ita accepit id, quod agebatur, quasi corona victoriæ præmiũ in manibus aduersariorũ necteretur. quare etiam benigna precatione sanguinarios cõpensat, rogans ne in contrarios eueniat facinus, quod in ipso perpetrabatur, diuideretur, vt sibi quidẽ vitã, aduersariis autẽ exitium adferret: sed quibus ipse dignus iudicat^o esset, ab iis ne hostes quidẽ, quasi bonorũ sibi aliqua ex parte authores, excluderentur. Sic is, qui Christũ cernit aduersus hostes sese genere nouit. Quoniam enim lenitatis præceptorem videbat, recordatus est legum ab eo latarum inimicos diligere iubentium, & benefacere odio prosequentibus & pro hostilia facientibus orare. Verùm athleta quidem non humanis laudibus celebratur, neque in certãdo gloriam ex hominibus conflatam sibi proposuam habebat: sed cùm magnificẽtia facinoris egregii totum mundum superauerit, humanarum quoque virtũ modos simul prætergressus est, omni laudatiua facultate post se abiecta. Igitur ille quidem

Act. 7.

Act. 7.

Stephani certamen cũ Iudæis.

Act. 7.

Stephanus vidit patrẽ & filium per spiritũ.

Act. 7.

Act. 7.

Gen. 18.

Act. 7.

Psal. 35.

Luc. 2.

Matth. 5.

1 Tim. 6.

quidem in omni humano sermone victoriæ præ- A
mia obtineat: nos autem historia sua adiuuet ad
animarum salutem. Quemadmodum enim inter
corporeos athletas ii, qui in publicis certaminib⁹
contendere desierunt, iuuenes athleticis exercita
tionibus per artificiosam quandam agilitatem &
habilitatem assuefaciunt, prehensiones aduersa-
riorum frustrari atque eludere docentes: ita nos
quoque opinor oportere per magnum Stepha-
num exerceri & assuefieri ad pietatẽ, vt per eum
fugiamus atque euitemus pneumatomachorum,
id est, spiritus sancti hostium, correptiones atque
vexationes. Aiunt enim illi, qui aduersus gloriam
sancti spiritus insaniunt, suæ absurditati & impor- B
tunitati Stephanum patrocinari, qui cœlum in-
Act.7. tentis oculis contuitus, vidit gloriam Dei & Iesũ
stantem à dextris Dei. Ad euersionem igitur pie-
tatis doctrinæ in hunc modum dicunt. si cum pa-
tre & filio spiritum omnino numerari oportet:
quî fit, vt Stephanus in apparitione vnà cum filio
spiritum quoque non viderit? Quomodo igitur
iis, qui per hæc ipsa verba supplantantur, manum
Stephanus vidit patrẽ & filium per spiritũ. Stephanus porriget: quo pacto certandi arte la-
bascentes eriget? Sanè ex eodem loco existit auxi
lium, quod euertat aduersarij incredulitatẽ. quæ-
ris ô pneumatomache, si gloria patris apparuit, &
filius à dextris stationem obtinens, vbi spiritus? C
Quod si in te spiritus esset, non propositum de eo
verbũ te præterijsset: quemadmodum ij, qui ob-
tusos oculos habent, aurum ante pedes obiectum
ignorantes prætereunt. at nunc saltem audi, nisi
aures fortè contines, sicuti Iudæi faciebant: quo-
modo Stephanus supercœlestem gloriam vidit?
quis ei portas cœlorum patefecit? nunquid huma
narum virium id opus erat? nunquis ex angelis
ad illam sublimitatem infernam naturam eue-
xit? Non hæc ita sunt. non enim ita de eo histo-
ria dicit, nempe: Stephanus autem cùm viribus
polleret, aut cùm abundè ei suppeteret angelicũ
auxilium, vidit ea, quæ vidit. Sed quid dicit? D
Act.7. Stephanus autem cùm esset plenus spiritu sancto,
vidit gloriam Dei, & vnigenitum Dei filium. Nõ
enim fieri potest, vt inquit propheta, vt lumen
videatur, nisi per lumen conspiciamr. In lumine
Psal.35. enim, inquit, tuo videbimus lumen. Si igitur non
per lumen fieri luminis contemplatio non potest
quomodo si quis extra radios versetur, solem con
tueri potest? Qm̃ igitur per lumen patris, hoc est,
per spiritum sanctũ illinc procedentem vnigeni-
tum conspicitur lumen: idcirco gloria spiritus
prius illuminatus plena mentis comprehensio-
ne, & patris & filij gloriam percipit & animad-
Ioan.1. uertit. Nam quomodo alioqui dictum Euange- E
licum, Deum nemo vidit vnquam, verum esse
dicemus? qua ratione item apostolum non con-
traria iis, quæ memoriæ prodita ac literis man-
1.Tim.6. data sunt, clamare? cùm dicit, Nec quisquam
hominum vidit, neque videre potest? Nam si
ab humana vi atque natura, & patris & filij glo-
ria percipi posset, mendax & vanus prorsus es-
set is, qui dixit, homines diuini spectaculi capa-
ces non esse. Atqui neque illum mentiri, & hi-
storiam veram esse necesse est. Ergo malitia spi-
ritus sancti hostium, manifestò deprehensa ap-
paret. quia testimonio scripturæ probatum est, à
simili similia cerni. Nam non in humana natura

A ac vi manens Stephanus numen diuinum cernit:
sed cum gratia sancti spiritus permixtus & con-
temperatus, per illum sublatus & euectus est ad
Dei contemplationem. Quocirca si absque spiri- *1.Cor.12.*
tu neque dominum Iesum dicere licet, vt inquit
apostolus, neque paternam gloriam contempla-
ri: demonstratum est apertè, quòd vbi spiritus sit
illic etiam filius cernitur, & paterna gloria com-
prehenditur. Verùm aliud nobis ex iis, quæ in hi-
storia continentur, impietatis telum à Christoma
chis, id est, Christi hostibus obiicitur. Aiunt enĩ
inferiorem vnigeniti dignitatem per hæc signifi-
cari. Nam per hoc, quòd assistat ad dexteram pa-
B tris, demonstrare conantur, eum subditum esse pa
tris potestati. Quid igitur Paulus? dicam ad eos.
quid item ante illum etiam propheta Dauid? am-
bo per doctrinam sãcti spiritus vnigeniti gloriam
exponentes? Nã & Dauid ait, Dixit dominus do- *Psal.109.*
mino meo, sede à dextris meis: & apostol⁹ in dex- *Coloss.3.*
tera solij Dei sedere dominum dicit. Si igitur sta- *Heb.1.*
tio diminutionis, sessio prorsus eiusdem sortis cõ-
ditionis, & honoris signum est. Aut igitur augusta
ac diuina reijciant testimonia, per quæ sublimi-
tas dextræ significatur: aut etiam hoc piè recipiãt.
Vna enim cuiusque dicti magistra ac doctrix gra-
tia sancti spiritus est. Nam Stephanus quidem *Act.7.*
C cum plenus esset spiritu sancto, & vidit ea, quæ *Matth 22.*
vidit, & quæ vidit, loquutus est: Dauid autem in
spiritu dominum eum vocat, vt inquit Euangeli- *1.Cor.14.*
um, Paulus verò, sicut ille ipse dicit, per spiritum
loquitur mysteria. Si igitur vnus magister est, qui
nullam secũ discrepantiam habet: (magister enim
spiritus veritatis est, qui fuit in iis, qui numine af-
flati atque diuinitate rapti fuerunt) qua ratione
quis diuersitatem & discrepantiam doctrinarum *Sessio & statio in Christo.*
suspicari posit? At aliam sessio, inquit, & aliam
statio, prout in promptu ac facile est intelligere,
sententia indicat. Nec ego nego. Verum non
id, quod in corporibus verborum significatio o-
D stendit, hoc etiam in corporea natura fas est existi
mare. Nam in homine quidem sessio, in natibus
corporis positionem designat, ne semper conten-
tio genuum ac poplitum in sese corporis pondus
sustinens laboret. & contrà statio, arduum & ere-
ctum super genua hominem significat, non in na-
tibus sedendo quiescentem. In superna autem &
excellente natura ab huiusmodi intellectibus &
sessio & statio vacua atque aliena est, vtraque pa-
riter ab ea, quam expeditum atq; in promptu est
intelligere, significatione separata. Neque enim
in poplitibus stationem eius, quod incorporeum
est, neque in natibus sessionem eius, quod expers
E figuræ est, accipiemus: sed per vtranque vocẽ id,
quod in omni bono stabile, & in omni bono im-
mutabile est, piè intelligimus. Nam tam is qui sta-
re, quàm qui sedere numen diuinum dicit, nihil,
quod ad sententiam attinet, diuersitate verborũ
inter se differunt: ille quidem firmiter stare, hic
verò immutabiliter constitutum & in bono fun-
datum esse numen diuinum censentes. Quem- *Psal.109.*
admodum autem propheta Dauid & apostolus
Paulus in suis vterque scriptis vnigeniti sessio-
nem memorantes, non indicarunt, quod patre
stante filius in sede sit, licet solius sessionis filij
mentionem fecissent: eodem modo cùm etiam in
Stephani historia filij stationem audiueris, nul- *Act.7.*

la de caussa nec rectè de patris sessione suspicatus fueris. Quemadmodum enim in Paulo atque Dauide sedere patrem ex eo, quòd filius sedeat à dextris, simul constat: tametsi sermo nihil antè de patre docuisset: ad eundem modum etiam in historia Stephani, filij statio idem etiam in gloria patris simul indicat: sic enim imaginis ratio conseruari possit: vt quicquid in hac tam intelligitur quam conspicitur, idem etiam in originali ac principali forma esse credatur. & vt in bono bonum, & in lumine lumen, & in omnibus primitiua ac principalis pulchritudo per proprias notas in imagine designatur; ita etiam in sessione filij, quêcunque tandem hoc nomen intellectum præbet, patris quoque sessio comprehenditur. similiter & in statione statio, ne ratio imaginis per abolitionem proprietatum ab originali ac primitiuo alienata intercidat atque dilabatur. Hæc à nobis, fratres, ad propositam quæstionem, cùm visio Stephani talem speculationem in orationem intulisset, obiter considerata, discussa atque explicata sint. Contingat autem nobis, vt non solùm spectatores Stephani certaminis, verumetiam repleti spiritu sancto gratiæ participes simus, ad euersionem aduersariorum, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui gloria, potentia atque imperium in secula seculorum. Amen.

Locus corruptus videtur utrobique quem coniectura ductus ita verti. lego autem ι, vel ο, non ι,

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS IN SERVATORIS CHRISTI RESVRRECTIONEM ORATIO, IN QVA ET DE PRAEFINITO TRIVM DIERVM SPATIO, ET DE CHRISTIANORVM INSTITVtione Paschalis ex legis præscripto, deque crucis mysterio, & nobili senatore Ioseph ab Arimathæa nonnulla dicuntur. Petro Francisco Zino interprete.

SIQVA Patriarcharũ benedictio diuino spiritu confirmata est, si quod in lege præmium vitam ex virtute instituentibus promissum, si quid veritatis veterum historiarum ænigmata portenderunt, si quid boni prophetarum oracula prænuntiarunt, ea omnia hodierno munere continentur. Quo nobis non aliter, quàm si spectaculo nobis aliquo proposito lumen vnum ex innumerabilibus facibus conflatum præstringeret aciem oculorum, omnis Dei benedictio tanquam lux per se fulgens magnum hunc animis nostris splendorem ex multis & variis scripturæ radiis prouenientem emittit. Licet enim ex singulis eius diuinis exemplis mutuum huiusce celebritatis testimonium colligere. Quæris Abrahæ benedictionem? præsentia contemplare, & habetis id, quod requiris. Cœli stellas non vides? Has, inquam, stellas, quæ nuper ex spiritu nobis exortæ statim Ecclesiam vt cœlum exornarunt. stellarum enim radiis præclara virorum virtute pietateque præstantium gratia significatur: quos si quis Abrahæ filios ex promissione natos cœli sideribus similes dixerit, à veritate non aberrabit. Mosem illum eximium admiraris, qui scientiæ cognitionisque præstantia res omnes à Deo procreatas comprehendit? ecce tibi primæ mundi procreationis sabbatũ, cui benedixit Deus. Ex illo sabbato præsens hoc sabbatum agnosce, quietis hunc diem, cui supra dies alios Dominus benedixit. In hoc enim verè ab omnibus operibus suis Deus Vnigenitus conquieuit, qui diuino salutis humanæ curandæ consilio cum per mortem carni quietem præbuisset, & in id, quod erat, per resurrectionem reuertisset, quidquid iacebat secum excitans, vita, & resurrectio, & aurora, & mane, & dies in tenebris & vmbra mortis degentibus factus est. Simili benedictione historia item referta est. Pater Isaac dilecto filio non parcens suo, & vnigenitus oblatio, & victima factus, & agnus loco illius, qui immolabatur. Licet enim totum in hac historia pietatis mysterium intueri. Agnus è ligno cornibus hærens pendebat. Vnigenitus autem holocausti ligna gestabat. Cernis quo modo qui cuncta fert verbo virtutis suæ, is & lignorum hoc est peccatorũ nostrorum fert onus, & super lignum extollitur, ferens quidem vt Deus, sublatus autem tanquam agnus: Sic enim spiritus sanctus vtraque re magni mysterii figuram partitus est, vt per agnum mortis sacramentum significaret, per vnigenitum autem vitam morte non ereptam ostenderet. Si vis & Mosem ipsum considerare, manuũ extensione crucem describentẽ, eaque forma Amalechitas in fugam vertentem, veritatis figuram expressam, & Amalech cruci cedẽtem animaduertes. Habes & Esaiam, qui gratiam hodiernam non parum illustrat. Ab ipso enim Virginem matrem, sine patre filium, sine dolore puerperam, sine labe partum prædisces. Sic enim loquitur Propheta. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium: & vocabunt nomen eius, Emmanuel, quæ vox significat, Nobiscum Deus. Aequum erat autem, vt sine dolore hic partus existeret. Etenim cùm omnis voluptas dolorem coniunctum habeat, necesse est, vt in iis, quæ ita copulata sunt, cùm vnum abest, alterum etiam absit. Itaque cùm nulla concipiendi voluptas antecesserit, ne pariendi quidem dolor est consecutus. Hoc autem Prophetæ verbis etiam comprobatur, quæ sic habent: Antequam labor dolorum veniret, effugit, & peperit masculum. Aut, quemadmodum alius interpres ait: Antequam dolores sentiret, peperit. Ex hac, inquit, Virgine matre puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Cuius imperium super humerum eius, & vocatur nomen eius magni consilij Angelus, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi. Hic puer, hic filius, vt ouis, ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tondente se, obmutuit. Vel potius inquit Hieremias, hic est agnus ille mansuetus, qui ad victimam ducitur. Hic est ille panis, cui lignũ iniiciunt qui panis lignique

Gen.26. *Exo.17.* *Esa.7.* *Virgo peperit sine dolore, quia sine voluptate concepit.* *Esa.66.* *Esa.9.* *Esa.9.* *Gen.22.* *Esa.53.*

Hier.11. lignique sunt hostes. Immo verò illud è prophetia, quod apertissimum, & clarissimum est, & quo A
Iona.1. mysterium planissimè declaratur, accipiamus. Ionæ nimirum exemplum, qui sine offensione in ce-
Ionas figura Christi resurgentis. tum ingressus, & sine molestia rursum egressus, cùm in eius visceribus tribus diebus, & totidem noctibus permansisset Domini apud inferos cō-
Matth.12. morationem indicauit. Hæc & horum similia oportet ex singulis scripturæ locis indagare, atque seligere. Omnia enim illa ex præsentibus
Matth.22. cernis. Et ex hodierna lætitia, vt in Euangelio legimus, tota lex pendet, & prophetæ. Et, quemad-
2.Tim.3. modum Paulus ait, omnis scripturæ, diuino spiritu dictante exaratæ, legisque summa in hac gratia concluditur. Hæc enim & malorum est finis, B & bonorum principium. Nam mors regnauit ab Adam, imperii pestiferi ducens initium, & impo-
Rom.5. tens illius dominatus ad Mosem vsque permansit, cum eius vis à lege minime reprimeretur. Venit vitæ regnum, & solutum est mortis imperium. Apparuit alia generatio, alia vita, alia viuendi modus, ipsius naturæ nostræ cōmutatio. Quæ
Ioan.1. nam generatio? quæ non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo facta est. Quìnam, inquies, hoe fieri po-
Regeneratio fidelium. test? Audi, nam paucis explicabo. Fœtus hic per fidem concipitur, per baptismatis gratiam, & rege- C nerationem in lucem editur: nutricem habet Ecclesiam: huius doctrinam & instituta sugit tanquā vbera: illi cœlestis panis est cibus: ætatis perfectio est sublimis viuendi ratio, nuptiæ consuetudo sapientiæ: liberi, spes, domus, regnum: hæreditas & opulentia, deliciæ paradisi: finis non mors, sed vita illa, quæ dignis parata est beatissima, & sempiterna. Hoc in melius commutationis initium videns magnus ille Zacharias ambigit, quod illi nomen imponat, quo modo præsentem gratiam appellet. Etenim cùm ea, quæ ad cruciatus, mortemque pertinēt, percurrisset, de tempore hoc. Neq; dies, inquit, neque nox. Quibus verbis osten- D dit, neque diem, cùm sol non adsit, vocari posse, neque noctem, cùm absint tenebræ, quas De-
Gen.1. us, vt Moses scribit, noctem nominauit. Quamobrem, cùm & nox tenebris, & dies sole præscribatur, Propheta, Neque dies, inquit, neque nox. Quòd si neque nox, neque dies tempus hoc dici potest, alio nomine profectò præsens gratia est appellanda. Vultis exponam vobis, quid ipse senti-
Psal.117. at? Hæc est dies illa, quam fecit Dominus, à diebus illis longè diuersa, qui mundi procreationis initio sunt constituti, quos temporis cursus dimetitur. Alterius hæc est procreationis initium. In hac enim die cœlum nouum facit Deus & ter- E
Esa.65. ram nouam, vt ait Propheta. Ecquod cœlum? fidei firmamentum. Ecquam terram? cor bonum,
Leu.8. vt inquit Dominus. Hæc enim terra bibit super se venientem imbrem, & spicam multiplicem pa-
Esa.61. rit. Solis lux est vitæ munditia. Aër, perspicua & præclara viuendi institutio. Stellæ, virtutes. Mare, diuitiarum sapientiæ, & cognitionis altitudo. Herbæ, & germina, bona doctrina, diuinaque documenta, quæ populus pascuæ, hoc est, Dei grex carpit, atque depascitur. Arbores ferētes fru-
Resurrectio principium mundi. ctum, mandatorum obseruatio. In hac die verus homo procreatur ad imaginem, & similitudinem Dei. Cernis, cuius mundi principium sit hæc dies, quam fecit Dominus? Quam neque diem esse dicit Propheta diebus aliis, neque noctem aliis noctibus similem? Sed quod in hac gratia præstantissimum est, nondum explicauimus. Hæc mortis dolores dissoluit. Hæc mortuorum primo genitum edidit. In hac æreæ mortis portæ confractæ sunt. In hac ferrei inferorum vectes comminuti. Nunc mortis carcer aperitur. Nunc capti- *Heb.61.* uis libertas denuntiatur. Nunc cæcis videndi facultas præbetur. Nunc oriens ex alto inuisit eos *Luc.1.* qui in tenebris & vmbra mortis considebāt. Vul- *Esa.9.* tis etiam de tribui præfinito termino aliquid intelligere? Illud dixisse contenti simus, tam exigu- *Christus in corde terræ.* um temporis spatium fuisse satis, vt omnipotens, sapientia in corde terræ existens magnam illam mentem in eo habitantem stultam redderet. Propheta enim magnam mentem, & Assyrium appel *Esa.10.* lat. Quoniam igitur in corde, tanquam princeps in regia sua, mens creditur cōmorari, iccirco Dominus manet in corde terræ, vbi est mentis illius celeste domicilium, vt consilium eius stultum reddat, vt ait Propheta, & apprehendat sapien- *Esa.29.* tes in astutia eorum, & sapientes ipsorum cona- *Iob.5.* tus in contrarium vertat. Nam quia fieri non poterat, vt princeps tenebrarum meram lucis præsentiam attingeret, nisi partem aliquam carnis in ipsa conspexisset, iccirco, posteaquam diuinā carnem vidit, & res admirandas, quæ per ipsam à Diuinitate efficiebantur, aspexit, sperauit, se, si morte carnem affecisset, omnem etiam virtutem, quæ in ipsa erat, superaturum. Itaque dum inhiās ad carnis escam aspirat, Diuinitatis hamo transfixus est, atque ita draco per hamum ductus est, vt ait Iob, qui per se, quod futurum erat, prænunti- *Iob.40.* ans, hamo, inquit, draconem duces. Audiamus autem à propheta, quænam iste draco in corde terræ inibat consilia, cùm aduersus Domini carnem fauces aperuit. Quid in eum dicit Esaias, illi- *Esa.10.* us redarguens cogitata? Tu dixisti in corde tuo, In cœlum ascendam, super astra cœli ponam solium meum, sedebo in monte excelso, supra nubes conscendam, & ero similis Altissimo. Hæc secum sceleratum cor cogitabat. Autè verò quid magna illa mens in malitia, quid improbus ille Assyrius secum ipse loqueretur, ex Esaiæ item verbis intelligamus. Dixi: Fortitudine manus *Esa.10.* meæ faciam, & prudentia sapientiæ meæ terminos gētium auferam, & fortitudinem eorum prædabor, & concutiam vrbes habitatas, & orbem terrarum vniuersum tanquam nidum comprehēdam, & tanquam oua derelicta tollam, & nō erit, qui effugiat me, aut contradicat mihi. Hac ille *Luciferi ruina.* spe deceptus eum, qui propter suam erga genus humanum beneuolētiam in terris nobiscum versabatur, in se suscepit. Verum quænam illi eorum loco, quæ sperabat, euenerint, Propheta calamitatem ipsius declarans aperte significat. quo modo, inquiens, cecidit è cœlo lucifer qui mane oriebatur? Quo modo contritus est in terram? su- *Esa.14.* per eum strata est putredo, indumentum ipsius est vermium opertimentum. Et cætera, quibus interitus eius describitur, quæ cuilibet licet ex Prophetæ scriptis intelligere. Mihi enim ad proposi- *Spatium trium dierum resurrectionis.* tum redeundum est. ob id igitur vera sapientia in arroganti corde terræ versatur, vt magnam illam in malitia mentem deleat, vt tenebræ discutiātur à luce,

à luce, vt, quod mortale est, absorbeatur à vita, & A extremo inimico, morte nimirum, destructo, malum euertatur. Hæc tibi præscripto tridui spatio confecta sunt. Num tarda videtur hæc gratia? Num nimis longo interuallo tantum bonum partum est? Vis eximiam virtutem agnoscere, qua tam exiguo temporis spatio hæc gesta sunt? Omnes mihi hominum ætates enumera, quæ iam inde ab ipso primo malorum ortu vsque ad eorum interitum extiterunt: quot singulis ætatibus homines, quàm multa cunctis ætatibus hominum millia fuerint. inire ne poterit numerus multitudinis eorum, per quos malitia iure quodam modo hæreditario sic propagata est, vt malæ improbi- B tatis diuitiæ in singulos dispertitæ singulorum studio, & opera auctæ sint, atque ita fœcunda malitia ætatibus ordine succedentibus perfusa creuerit in infinitum, donec ad summum mali cumulum perueniens totam naturam humanam occupauit? Sic enim sine exceptione Propheta sententiam tulit, Omnes, inquiens, declinauerunt, simul inutiles facti sunt, adeò, vt nihil inueniretur, quod malitiæ non esset instrumentorum. Tantum igitur malorum aceruum ab ipsa mundi constitutione ad mortem vsque Domini cumulatum, & auctum qui tribus diebus dissoluit, & euertit, paruam ne tibi præstantis potentiæ, virtutisque C suæ significationem dedit? Non ne vis eius, rerũ omnium, quæ monumentis historiarum admirandæ commemorantur, apparuit excelentissima? Quemadmodũ enim Sampsonis facinus eo magis admiramur, quòd non solum leonem vicit, sed eum sine labore superauit, quodque nuda inermique manu tantam feram, tanquam ludens occidit & dilacerauit: sic ea re Domini virtus excelluit, quòd nullo negotio malitiam deleuit. Neque enim superioribus cataractis patefactis, abyssisque proprios terminos transilientibus, & tumefactis, aquarum immensa vis ingruit, quæ terram obruens vniuersam, montesque transcendens, & D montium fastigia superans, orbem tanquam nauigium simul cum ipsis nautis, atque vectoribus demerserit. Neq;, vt Sodomitarum temporibus contigit, ignis, & flammarum imber, quod corruptum erat, purgans expiauit. Neq; aliud quidquam accidit eiusmodi. Sed simplex quædam & incomprehensa peregrinatio, sola vitæ, lucisque præsentia in tenebris, & regione vmbræ mortis considentibus tenebras omnes dispulit, & mortẽ ipsam interfecit. Aliud ne quidquam adiungam iis, quæ dicta sunt? In serpente malum exortum est. Mulier draconis insidijs decepta fuit. Mulieris illecebris vir ipse cessit. Tribus hisce gradibus E malum emersit. Quorsum hæc spectat commemoratio? Licet ex hoc mali ordine quendam boni ordinem illi respondentẽ animaduertere. Hæc tria cerno mali receptacula. primum, in quo primo constitit: alterum, in quod defluxit: Tertium, in quo postea inhæsit. Quare cùm in his tribus redundarit, nempe in natura diabolica, & in genere mulierum, & in virorum plenitudine, consentaneum fuit, vt trium dierum spatio morbus expelleretur, singulis generibus malitia laborantibus tributo curationis die, vt vno quidem viri curarentur, altero fœminarum genus, extremo autem extremus hostis, mors, destrueretur, &

1. Cor. 15.

Hominum malitia.

Psal. 13.

Iud. 2.

Esa. 9.

qui mortis ministri sunt Principes, & Potesta- A tes Virtutum aduersariarum, & imperantium profligarentur. Nec admireris boni prouentum fieri temporis interuallo. Nam & in prima mundi procreatione momento poterat diuina virtus cũcta perficere, attamen rerum fabricationi tempora distribuit: vt primo quidem die pars earum vna constitueretur, secundo autem altera, atque ita deinceps reliquæ, donec omnia perfecta sunt, & absoluta, eo dierum numero. qui scriptus est, Deo cuncta perficiente. sic etiam hic ea sapientiæ ratione, quæ verbis explicari non potest, tribus diebus malum eiicitur, & excluditur ab ho- B minibus, à mulieribus, & à serpentium genere; vt nobis nocere non possit. Hæc de trium dierum numeri causa cogitauimus, rectè, nec ne, auditorum iudicium esto. Neque enim verba nostra certam demonstrationis rationem habere volumus; sed ita quærendo nos exercemus. Quòd si re ipsa præfinitum horum dierum numerum plane vis perspicere (neque enim illi parum deest, si post horam nonam parasceuæ tempus consideres, qua quidem hora Dominus patris manibus spiritum commendauit) paulisper attende, & fortasse, quod quæris, inuenies. Quo nam inquies pacto? Diuinæ potentiæ magnitudinem consi- C dera, &, quod scire cupis, intelliges. Recordare, quid de se Dominus pronuntiarit, & eam ipsius esse virtutem cognosces, vt voluntate, non autem naturæ necessitate animam à corpore disiungat. Nemo enim, inquit, tollit animã meam à me, sed ego pono illam à me ipso. Potestatem enim habeo ponẽdi eam, & potestatem habeo iterum assumendi. Hoc nobis ita constituto perspicuè patebit id, quod quæsitum est. Qui enim potestate sua cuncta disponit, non ex proditione sibi impendentem necessitatem, non Iudæorum quasi prædonum impetum, non iniquam Pilati sententiam expectat, vt eorum malitia sit communis ho- D minum salutis principium & causa, sed consilio suo anteuertit, & arcano sacrificij genere, quod ab hominibus cerni non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert, & victimam immolat, sacerdos simul existens, & agnus Dei, ille, qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? cùm corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit agni sacrificiũ iam esse perfectum. Nã victimæ corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare cùm corpus edendum, & sanguinem bibendum discipulis exhibuit, iam arcana, & non aspectabili ratione corpus erat E immolatum, vt ipsius mysterium peragentis potestati collibuerat. Et anima in illis erat, in quibus eadem ipsa potestas illam deposuit, simulque cũ diuina virtute, quæ cum illa erat coniuncta, in ea regione cordis versata est. Itaque si quis inde tempus incipiat dimetiri, cùm sacrificium Deo factũ est à Magno illo Principe sacerdotum, qui ratione, quæ nec verbis explicari, nec oculis perspici potuit, se ipsum pro communi hominum salute tanquam agnum obtulit, non recedet à veritate. Erat enim vespera, cum sacrum illud corpus comederunt: quam quidem vesperam nox, quæ parasceuem antecedit, excepit. Huic successit parasceuæ dies, quæ nocte illa propter solis obscurationem

Temporis interuallo mundus creatus est, & redemptus.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Agni sacrificium quando perfectum.

Christus se ipsum edendum ob. ulis ratione quæ explicari non potest.

Gen. 1. *Matth. 27.* tationem interiecta in dies duos & noctem vnã diuisa est. Nam, si Deus noctem tenebras appellauit, tribus autem horis tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, spatium illud in diei medio constitutum nox fuit, quæ singulis illius ex vtraque parte sectionibus binos dies definiuit, vnum quidem ab ortu solis vsque ad sextam horam, alterum autem ab hora nona vsque ad vesperam. Atque ita duas iam noctes habemus, & totidem dies. Hinc sabbati nox est subsecuta, & sabbati dies. Ex quibus tres dies, & noctes itidem tres conficiuntur. Reliquum est, vt Resurrectionis horam inquiramus: qua quidem inuenta veritas extabit. Quādo igitur surrexit Dominus? Væspere sabbatorum tibi Matthæus clara voce denuntiat. Hec est Resurrectionis hora perspicuè in Euangelio descripta. Hic terminus fuit cōmorationis Domini in corde terræ. Vespere enim iā profunda, quæ quidem vespera noctis, quam vna sabbatorum dies consequitur, principium erat, terræ motus factus est. Tunc Angelus in vestimentis fulgens reuoluit lapidem monumēti. Mulieres autem mane surgentes, cùm diei iam lux apparet, & orientis solis splēdor cerneretur, resurrexisse Dominum retulerunt: qua autem hora res illa admiranda contigisset, non acceperūt. Angel' enim surrexisse quidem Dominū nuntiauit; quando autē surrexerit, non patefecit. At Magnus Matthæus solus ex omnibus Euangelistis tempus accuratè descripsit, dicens Resurrectionis horam fuisse sabbati vesperam. Quæ cùm ita se habeant, constat nobis præfinitum tridui spatiū, post quintam vesperam ad vesperam sabbati tempus ita dimetientibus, vt interiecta nox, quemadmodū dictum est, connumeretur, quæ parasceuem in dies duos, & noctem vnam partitur. Decebat enim, vt in eius imperio, qui seculis dominatur, noua ratione spatia temporis accommodarentur ad rerū vtilitatem, non autem res necessario statutis temporis terminis extenderentur, & diuina potentia celerius bona nobis ad exitum perducēte, termini temporis ita contraherentur, vt non paucinres tameo, quàm tres dies, & totidem noctes continerent, (hunc enim numerū mystica & arcana ratio postulabat) nec solita dierum & noctiū spatia celerem diuinæ virtutis actionem retardarent. Qui enim & ponendæ & rursum sumendæ animæ, cū vellet, habebat potestatem, poterat etiam, tanquā seculorum auctor, efficere, vt actionibus suis tempus inseruiret, non autem actiones tempori. Sed te rum maximarum caput nondum attigimus. Illud enim à studiosis oportuit inuestigari, quo modo vno eodemque tempore Dominus se tribus his dederit, cordi terræ, paradiso cum latrone, patrisque manibus. Nam ad Pharisæos quidem, quemadmodum, inquit, Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus: Ad latronem autem, Hodie mecum eris in Paradiso: Ad patrem vero, In manus tuas commendo spiritum meum. Nemo enim aut paradisū apud inferos esse dixerit, aut inferos in Paradiso, vt eodem tempore vtrobique fuerit, aut his patris manus iudicari. At hæc piè cōsiderātibus oe quæstione quidem fortasse videātur digna. Qui enim diuina potentia sua vbique est, is & rebus adest omnibus, & nullo excluditur loco. Verùm ergo rationē aliam præterea memini me didicisse, quā

Tres dies & tres noctes ex resurrectionis.

Matth. 28. *Resurrectionis hora.*

Christus resurrexit post sabbati vesperam.

Io. 10. *Heb. 1.*

Matth. 12. *Luc. 23.* *Christus in corde terræ in paradiso & in patris manib' fuit eodem tempore.*

vobis, si placet, breuiter explicabo. Quando spiritus sanctus in Virginem venit, eique Altissimi virtus obumbrauit, vt homo nouus in ipsa gigneretur, qui propterea vocatus est nouus, quòd à Deo præter hominum consuetudinem creatus est, vt Dei esset domicilium non manu factum, neque enim in manufactis, hoc est, hominū opera constructis Altissimus habitat, tunc sapientia sibi domum exædificante, obumbratione tanquam sigui forma intus ædificio constituto, duabus illis partibus, ex quibus humana constat natura, (animam & corpus intelligo) potentia diuina coniunctæ est, sese vtrique pariter commiscens. oportebat enim, vt, cum vtraque pars propter peccatum supplicio mortis esset obnoxia, si quidē animi à vita seiunctio verè mors est, corporis autem mors est ip a corruptio & dissolutio, oportebat, inquam, vt vitæ cōiunctio ab vtraq; parte mortē expelleret. Itaq; Diuinitate vtrique hominis parti copulata, perspicua excellētis naturæ indicia patuerūt. Corpus enī attactu suo morbos curās, Diuinitatē præ se ferebat. Animus autem potenti illa voluntate diuinam virtutem indicabat. Quemadmodum enim tangendi sensus est corporis proprius, sic animi proprius est volūtatis motus. Accedit leprosus corpore iam dissolutus atque confectus. Quo modo curatur à Domino. Animus vult, corpus attingit. Vtroque modo expellitur morbus. statim enim, vt scriptū est, discessit ab eo lepra. Rursū cū tot hominum millia apud se cōsiderent in solitudine, voluit eos ieiunos dimittere. Manib' igitur panes fregit. Vides, quo modo Diuinitas vtrique parti coniuncta per vtranque declaratur, cùm & corpus agat, & animus velit? Verum non est necesse, vt res omnes admirandas eodem pacto perfectas recenseamus. Sunt enim omnibus notæ. Quamobrem ad id, cuius gratia hæc commemorauimus, reuertamur. Quo modo eodem tēpore & apud inferos, & in Paradiso domin' fuerit, quæritur. Cuius quidem quæstionis vna solutio est, vt dicamus, nihil aliud, aut inaccessum esse Deo, in quo omnia consistunt. Altera solutio est illa, ad quam nūc oratio nostra spectabat: nempe Deum qui totum hominem per suam cum illo coniunctionem in naturam diuinam mutauerat, mortis tempore à neutra illius, quem semel assumpserat, parte recessisse. Nunquam enim illum suorū munerum pœnitet. Diuinitas ergo voluntate quidē animum à corpore disiunxit, sed in vtroque tamen se manere demonstrauit. Nam per corpus, in quo corruptionem ex morte prouenientem non admisit, euertit eum, qui habebat mortis imperium per animum autem latroni patefecit aditum in Paradisum. Vtrunque autem eodem tempore perfectum est. Diuinitate per vtranque hominis partem hæc bona præstante, vt per corporis incorruptionem mortem ipsam dissolueret, per animi vero in sede propria cōstitutionem hominibus aditum in Paradisum aperiret. Quoniam igitur duplex est hominis concretio, simplex autem atq; vna Diuinitatis natura, cū homo dirimitur atque distrahitur, Diuinitas ipsa, quæ indiuidua est, non separatur, sed contra potius propter vnitatem naturæ diuinæ, quæ vtrique hominis parti ex æquo inest, quæ seiuncta, separataque erant, rursum coeunt, & coniunguntur. Atque ita ex partium con

Luc. 1. *Act. 17.* *Pro. 9.*

Animæ & corporis mors.

Diuinitas vtrique parti hominis in Christo iuncta.

Matth. 8.

Matth. 15.

Rom. 11.

Act. 2.

iunctarum diuisione mors sequitur, ex diuisarum autem coniunctione resurrectio. Quòd si quæris quo modo in Paradiso se patris manibus cummendarit, tibi sublimis Esaias respondebit de cælesti Hierusalem, quam nihil aliud, nisi Paradisum esse credimus, ex Dei persona: Descripsi muros, inquiens, tuos in manibus meis. Quare si Hierusalem, (*Esa.49.*) hoc est, Paradisus, in manibus patris descripta est, constat eum, qui in Paradiso sit, in patris manib⁹, in quibus descriptionē habet diuina ciuitas, commorari. Ac de his quidem hactenus. Verum quia (*Institutio paschatis christianorum.*) Iudæi vehementer institutum nostrum accusant, non alienum erit, vt, quæ nobis obiiciunt, breuiter refellamus. Dicunt igitur in Paschate celebrādo sic à Mose quartumdecimum lunæ cursus circuitum in lege præscriptum esse, (*Exo.13.*) vt septem dieb⁹ pane sine fermento & herbis amaris pro obsonio vescerentur. Quapropter, si quartum decimum, inquiunt, diem obseruatis, simul etiam hos cibos comedite. Sin illos respuitis, cur in die obseruādo studium ponitis? Neque enim dicendum est, quæ ab eodem legislatore sunt constituta, partim esse tanquam iusta atque animis vtilia comprobanda partim vt iniusta & inutilia repudianda. His argumētis cōcludunt, aut omnia, quæ in pascbate celebrādo iussa sunt, aut nihil obseruare nos oportere. Quid autē nos ad hæc? Meminerimus nobis esse mandatū, ne hominū maledictis, & contumeliis succumbamus. Nouimus vtilem panis sine fermē(*Matth.8.*)to confecti obseruationem, nec earum herbarū lucrum, aut diei quattædecimæ vsum ignotam⁹. Lex, vt paucis rationem hanc explicemus, futuro(*Heb.10.*)rum bonorū vmbram continens, vnum illud propositum habet, vt variis mandatis homo ab im(*Legis veteris ænigmata.*)mixta naturæ suæ malitia purgetur. Huc spectat circuncisio, huc sabbati, huc ciborum, huc variæ animalium immolationis, huc omnium denique legis cerimoniarum & institutorum obseruatio. Longum autē esset, ea, quæ lex per enigmata præscribit, munditiam animi significantia, sigillatim recēsere. Quemadmodū igitur per circuncisionē, quæ spiritu peragitur, natura cupiditates abiicit, vitā carni obnoxiā amputās, & circūcidēs: per sabbatū aūt instituimur, vt quiescētes à peccatis abstineamus: & animalium mactatio nos docet, vt perturbationes, & vitia mactem⁹: & ciborū immūdorum interdictio nos monet, vt ab impura, immundaque vita recedamus: sic & hæc celebritas illam indicat celebritatem, ad quam animus per azyma præparatur, dum septem diebus à fermen(*Septenarius numerus.*)to iubet abstinere. Septem enim dierum numerus prætereuntem hunc temporis cursum significat, qui per hebdomadas circunuoluitur. Diligenter enim quotidie cauendum est, ne dies instans vllas hesternæ malitiæ reliquias cōseruet, ne quid acerbitatis, aut amaritudinis hodierno fermento veteris improbitatis mixtio pariat. Sol ne occidat (*Eph.4.*) super iracundiam vestram, inquit Apostolus, qui præcipit, vt diem festum celebremus, non in fermēto veteri, nec fermēto malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Quod autem (*1.Cor.5.*) de vno malitiæ genere didicimus, id simili ratione de reliquis malitiæ generibus dictum existimemus. Amaritudo enim ē vita torporem, & ignauiam expellit, & illius loco fortē, & duram, & asperam viuendi rationem introducit. si quidem omnis disciplina principio videtur non lætitiam, sed molestiam afferre. Quare qui vitæ totius hebdomadem nulla veteri malitia commistā, sed ab ipsius fermento liberam transigit, temperantiam in victu tanquā obsonium adhibens, is ab omni tenebricosa mixtione se ipsum auocat. Hoc enim quartædecimæ lunæ cursus significat. Nam cùm totum ipsius cursum nouem & viginti dies cum dimidio conficiant, quo quidem spatio luna tum crescendo circulum perficit, tum decrescēdo minuitur, vt omni prorsus luce deficiat, fit, vt horum dierum dimidium numeri quatuordecim dies & paulo amplius contineat. Cùm igitur proprio cursu progrediens nocturno spatio sic orbem suum luce compleuerit, vt diei splendori nitorem adiungat suum, sequitur, vt neque vesperi, neque mane tenebras vllas sinat interponi, quibus continua lucis series interrumpatur, cum in elementis perpetua luminis successio maneat. Priusquā enim solis occidētis radii planè deficiant, è regione cernitur luna, quæ luce sua mundum illustrat. Et rursum antequam hinc cursu confecto luna discedat, lucis eius reliquiis diei splendor adiungitur. Atque ita ex illa nocte, qua luna plena est, tenebræ penitus excluduntur, mutua solis & lunæ tum vesperi, tum mane successione. Quod igitur luci sensibus expositæ quartadecima die contingit, vt per totam noctem atque diem nullam tenebrarum mixtionem admittat, id spiritalis lex vult esse documentum, vt per totam vitæ hebdomadam præclarū vnum Pascha & à tenebris remotissimum celebrantes omne temporis spatium in luce traosigamus. Hæc est celebrandi Paschatis apud Christianos institutio, atque obseruatio. Idcirco quartamdecimam hanc diem attendimus, vt ex hac luce, quæ sensu percipitur, & in materia sita est, lucem à materia seiunctā, & quæ sola mente comprehenditur, intelligamus, &, dum videmur lunam plenam inquirere, quæ perpetuum ex se lumen tota nocte præbeat, nihil aliud nobis ea re legem præscribere existimemus, nisi vt omne tempus, quod nox diesque dimetitur, virtutibus illustratum & splēdidum, & nullis tenebrosis actionibus permixtum inquinatum ve traducamus. Ac de his quidem satis. Quæ vero ad Crucis mysterium pertinent, quis ea facilè dicendo queat explicare? Innumerabiles erant moriendi (*Crucis mysterium.*) rationes, quibus mortis pro nobis obeundæ consilium expleri poterat. Hanc tamen ex omnibus vnam is, qui mortis, quam vellet, optionem habebat, sibi delegit, atque præscripsit. Oportet enim, inquit filiū hominis. Non dixit, hæc & hæc filius (*Matth.16.*) hominis patietur, vt aliquis futura prænūtiās sim(*Marc.8.*)pliciter dixisset, sed necessarium arcana quadā ra(*Luc.9.*)tione, ac debitum esse significat, dum, oportet, in(*Io.22.*)quit filium hominis multa pati, & reprobari, & tertia die resurgere. Vim enim illius verbi, oportet, mihi considera, & inuenies id in ea contineri, vt significet, fieri aliter non oportere, nisi vt per Crucem mors oppeteretur. Quæ huiusce rei causa? Pauli solius est, eam exponere per arcana illa verba, quæ in adytis Paradisi constitutus audiuit, solius, inquam, Pauli est, hoc crucis mysterium explanare, quemadmodum etiā ex parte aliqua in epistola ad Ephesios facit, dum arcanum hoc patefaciens. Vt positis, inquit, comprehendere cū om-

nibus

Eph.3. nibus sanctis,quæ sit latitudo, & loogitudo,& sublimitas,& profundum,scire etiam superemipen A tem scientiæ charitatem Christi,vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei. Neque eoim frustra diuinus ille Apostoli oculus Crucis figuram excogitauit. Sed ea item re facile osteodit,se, omnibus ignorantiæ squamis ab oculis mentis excussis, ipsã rerum veritatem clarè perspexisse. Nouit enim,ea figura,quatuor cornibus è medio prouenientibus descripta potentiam,& prouidentiam illius , qui ex ipsa pependit,declarari , & iccirco partes illius singolas propriis oominibus appellauit. eã enim, quæ à medio deorsum vergit, profundum vocat: quæ autem sursum,sublimitatem: latitudinẽ verò B & longitudinem illas, quæ vtrinque transuersæ protenduotur: vt,quæ hinc à medio producitur, latitudo,quæ autem illinc,longitudo nominetur. Potes,ea,quæ dicta sunt,io animo tuo de Deo cogitans intueri. Cælum enim suspice,& partes iosimas animo complectere,extremosque ac summos orbis terminos cogitatione comprehende, atque considera,quænã potentia tanquam voiuersitatis vinculum hæc omnia deuiociat,atque contineat, videbisque sponte sua io ea diuinæ potentiæ contemplatiooe Crucis figuram exprimi in animo ac mente tua,à superis ad infera ab extremis ad extrema protẽtam, atque descriptam. Figuram hanc C magnus etiam Dauid de se loquẽs expressit;Quo ibo,inquit,à spiritu tuo , & quò à facie tua fugiã? Si ascendero io cælum(hæc est sublimitas) tu illic es. Si descendero in infernum (hoc est profundũ) ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, id est, ad ortum solis,(hæc est latitudo)& habitauero in extremis maris. Sic enim occasum appellat.(hæc est longitudo.) Cernis quo modo Crucis figurã describat? Tu es,inquit,qui per omoia cõmeas,qui cuncta deuiocis,qui in te ipso comprehendis vniuersa. Tu supra es tu es infra, In hac extrema parte manꝰ est dextera tua,in illa sinistra. Ob id magnꝰ itẽ Apostolꝰ,cũ oĩa fide & cognitiooe repleta fuerint,fore dicit,vt is,qui super omnia est, in oomine Iesu Christi adoretur & à cœlestibꝰ,& à terrestribus,& ab infernis, quibus verbis per crucis figuram diuidit Christi adorationem. Cœlestis eoim regio partem sublimẽ, terrestris ambas medias,inferna profundam continet. Idem mea quidem sententia sigoificat etiam Iota illud, si cum apice coniunctum consideretur, quod & cœlo stabilius,& terra firmius,& omni rerum coostitutione certius est. Cœlum eoim & terra transibũt, & buius mundi figura præterit: Iota autem ex lege, & apex vnus non præterit. Linea recta è sublimi in imum descendens Iota dicitur. obliquè autem ad latera pertingẽs apex oominatur, id quod ab ipsis nauigantibus licet discere, qui lignum illud transuersum malo adiacens, cui vela suspẽdũt græce eodẽ numine,quo apicẽ oominant,nempe chereã. Quamobrem diuina hæc Euangelii verba mihi videntur in Crucis figura tanquã ænigmate & speculo quodam illud ostẽdere, in quo omnia constiterunt,quod omnibus, quæ in ipso continentur,stabilius est,atque æternum. Cuius potentia cũcta moderatur. Proinde Dominus ait,oportere filium hominis, non simpliciter mori,sed crucifigi,vt crux Deum gestans,aduersariis omnipotentem illius,qui in ipsa penderet,vim,quiq; om

Crucis quatuor cornua.

Psal.138.

Philip.2.

Matth.5.

Matth.24.

1.Cor.7.

Matth.20.

Io.12.

1.Cor.5.

nia in omnibus est, figura sua patefaceret. Nobilis ille senator Ioseph, fratres,ab Arimathæa non est A nobis silentio prætereundus , qui cùm illius corporis munus accepisset, sindone mundo illud inuoluit, & in monumento nouo,ac puro collocauit. Quod ab honesto hoc senatore gestum est,nobis sit tanquam lex, vt idem nos quoque præstemus,cum illud corporis munus suscipimus, ne id sordido coo scientiæ linteo inuoluamos, ne ve in cordis monumento mortuorum ossibus,omniq; immũditia pleno reponamus. Sed vnusquisque, vt scribit Apostolus, se ipsum probet, ne munus suscipienti sit in iudicium. Verùm, dum hæc loquor,lucida Angeli stola mentis aciem mihi B præstringit,& dulcis ille terræmotus, quo grauis ille humani monumenti lapis reuolutus est,omnibus que resurrectionis fores patefactæ sunt, præ voluptate cor meum concutit. Curramus & nos ad conspiciendum spectaculum hoc nouum, & admirabile. Sabbatum enim iam illuxit. Ne permittamus,vt mulieres anteuertant. Sint etiam in manibus nostris aromata fidei, puræque consciẽtiæ. In his enim consistit bonus odor christi. Ne quæramus amplius viuentem cum mortuis. Dominus enim eos,a quibꝰ hoc modo requiritur,reiicit,& arcet, Ne me,inquiens,tangatis. Cùm ascendero C ad patrem,tũc me licebit attingere. Id est,cùm nõ corpoream amplius, seruilemque formam, sed eum,qui est in gloria patris qui est in forma Dei, & Deum Verbum,fidei cooceperitis,tunc me,nõ autem simplicem serui formam,adoretis. Audiamus bonum nuntium,quem nobis mulier affert, quæ fide prior,quàm vir,accedit,ac merito quidẽ vt incipiens ipsa ad bonum currere,diluat crimẽ, io quod incidit,cum antè cucurrit ad malum. Ecquid autem nũriat? Ecquod est hoc mulieris Euãgelium? Non ex hominibus profectò, neque per homines,sed per Iesum Christũ. Audite,inquit, quod mihi Dominus,vt vobis quos fratres etiam D nominat,nuntiarem,ipse mandauit. Ascendo,inquit,ad patrem meum,& patrem vestrum,Deum meum,& Deum vestrum. O nuntium præclarum & bonum. Qui pro oobis factus est homo,is cùm sit Vnigenitus,quo nos fratres efficiat suos,se hominem ad verum patrem adducit,vt per se ipsum omnes cognatos secũ trahat. ne possit illis amplꝰ obiici,quod eos,qui natura Dii non sunt,adorauerint. Etenim cum ad viueotem & verum Deum adorandum reuocati siot , ab hæreditate paterna tanquam reiecti reprobatique non possunt excludi,quoniam filium verum ipsi per adoptionẽ filii E fecuti sunt qui multis in fratribus primogenitum bonæ creaturæ se per carnem efficiens,omnẽ naturam humanam, cuius particeps esse voluit,assumptæ carnis necessitudine sibi coniunxit. Sed quia panis azymꝰ ante pascha pro obsonio herbas amaras habet,videamus qua iucunditate post Resurrectionẽ panis efficiatur dulcis. Cernis in manibus Domini Petro piscante panem , & fauum mellis? Inde cõsidera,in quid amaritudo vitæ cõmutetur. Quare nos item ex piscatu verborũ Dei iam ad panẽ illum cœlestẽ accurramꝰ,quẽ spei fauus dulcẽ reddit io Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Ioseph ab Arimathæa.

1.Cor.11.

Mulier fide prior quàm vir.

De resurrectione Oratio. II.

D. GREGORII NYSSENI ARCHI EPISCOPI, DE RESVRRECTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET QVOD NVLLO MODO INTER SE CONTRARII

Euangelistæ diuersis modis memoriæ prodiderint ea, quæ acciderunt in resurrectione Emmanuelis, Oratio secunda: Interprete Laurentio Sifano.



VANQVAM A omnes quidem ꝓpe modũ, dilecti, eam quæ à nobis in dominica nocte commodè atque competéter introducta est, Euangeliorum approbant lectionem de resurrectiõe magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: nonnulli tamen vtilitatem quidem se sensisse non negant, sed quòd putent se aliquantò tectius & obscurius doctos esse, de eadem re non eadem B sed contraria & auditorem magis ad incredulitatem inducentia dicentibus Euangelistis, perturbari se aiunt. Cui enim credendum est? Matthæo, qui vesperi sabbatorum resurrectionem accidisse scribit? an Ioanni, qui hoc idem mane, cùm adhuc tenebræ essent, contigisse memoriæ prodidit? An Lucæ & Marco: quorum hic ortum solis, ille profundum diluculum eundem articulum tãporis, quo illa contigerint, nominauit? Ad solutionem igitur propositi dubii, aliarumque circa sermationem dictorum exorientium quæstionũ, excitari nos licet infirmos à Deo, qui resurrexit, & planam adhibere interpretationem oportet. Etenim eum qui semen lectionis deiecit, eamque in C auribus vniuersorum sparsit, æquum est inde quoque oriarũ quæstionum reddere rationem. hoc itaque facere etiam, atque ex illis ipsis, quæ super his dubitantes dicebant, rationem inferre conabor. Neque enim sacri Euangeliorum scriptores, vel vesperi sabbatorum, vel maiori parte noctis præterita, vel diluculo rursus, vel post solaris radii emersum, resurrexisse Dominum dixerũt. (Sic enim contrarietas esset, si vnum factum, non in vno potius, sed in diuersis temporibus accidisse scriptores memoriæ prodidissent.) sed mulieres D scripserunt, alio tempore alias ad sepulchrum venisse, & non circa eundem temporis articulum: (quomodo enim eas, quæ diuersis temporibus venerunt?) omnes verò similiter audiuisse ad angelis de seruatore, Surrexit, non est hic: non adiecto quando. quasi in illa diuina nocte absque controuersia, & in hoc omnibus consentientibus resurrectio quidem acciderit, nemo verò horam notauerit, quæ omnibus ignota erat, præterquam cùm Deo, qui resurrexit: tum patri, qui solus ita noscit filium, vt ipse cognitus est à filio: tum spiritui, qui omnia scrutatur, etiã profunditates Dei. Matthæus enim dixit Mariam Magdalenam & aliam Ma E riam vesperi sabbatorum venisse ad videndum sepulchrum: terræ motum autem factum esse magnum: atque angelum de cœlo descendisse, cuius aspectus quidem fulguri, stola verò niui haud dissimilis fuerit, vt ipso terribili quidem habitu perterrefaceret custodes: qui etiam non ferentes visionem, parum etiam abfuit, quin perirent, mortui facti metu: candore verò inuitaret mulieres, & fiduciam iniiceret natura timidis ac formidolosis, resurrectionemque per ipsum habitum cum ingenti lætitia annunciaret. his enim de caussis missus erat. Cùm enim lapidem reuoluisset, reperit resurrexisse Dominum, sepulchro quod sigillis munitum fuerat, ac præsidio militum custodiebatur, sicut Deum decebat, clauso relicto, quemadmodum clausis quoque ianuis penetrans in domicilium ad discipulos accessit. Quare etiam dicebat. Non est hic, sed surrexit, significans angelus ante suum aduentum admirabiliter accidisse resurrectionem seruatoris, quam vt Deus propria virtute exequens in iis, quæ disposita ac destinata erant, peragendis nullum angelorum auxiliũ desiderauit. Nisi enim hoc ita esset, dixisset: Ecce resurgit, significans id, quod statim fieret: sed quoniam iam factum erat, præterito tempore vtens dixit. Non est hic, sed surrexit. Atque illud etiam ex hoc aperiè demonstratur, quòd Apostoli cùm prædicarent Euangelium, propter infirmitatem audientium dicebant Christum resuscitatum esse à patre, acceptabilem & commendabilem hoc modo sermonem reddentes. sed angelus, qui primus resurrectionis annuntiatricem vocem rupit, nudam designans ac maiestatis plenissimam Deoque maximè conuenientem eius, qui resurrexerat, potestatem, clamabat: Non est hic, sed surrexit. Itaque quòd dicitur eum resuscitatum esse à patre, audientium quidem, vt dixi, disponebat atque moderabatur infirmitatem, eundem verò cõtinet, & non alium intellectum. Nam in quo operatur pater? In propria potentia videlicet & virtute. Quænam est autem virtus ac potentia patris? Nemo alius præterque Christus: Christus enim Dei virtus ac potentia, Deique sapientia est. Ergo seipsum resuscitauit Christus, & si à patre dicitur esse resuscitatus. Cæterùm *opse sabbaton*, id est serò vel vesperi sabbatorum, non significat vesperum, qui post occasum solis fuit: neque enim singulariter dixit, vesperi sabbati, sed pluraliter, vesperi sabbatorum. sabbata verò omnẽ septimanã vocare solent Hebræi. Nam ne longius abeas, Euangelistæ, vno sabbatorum, inquiunt: cùm dicendum fuisset, primo die septimanæ. Sic nimirum etiam in communi consuetudine vtimur, secundum sabbatorum, & tertium sabbatorum appellantes secundum & tertium diem septimanæ. Nõ dixit igitur, serò sabbati, aut vesperi sabbati, vt vesperum illius diei significaret: sed serò sabbatorũ, vt tardius, & multum distãs indicaret. Etenim aliquando nos quoque ita dicere solemus, *opse tou chronou paragegonas*, id est, serò vel tardius ad tempus venisti: *opse tis horas*, id est serò vel tardius ad horam, *opse tis chrias*, id est, serò ac tardius, quàm vsus & necessitas postulasset: non vesperam

Euangelistarum diuersa sententia de hora resurrectionis.

Matth. 28.

Christus seipsum resuscitauit.

Sabbati vespera.

speram, neque tempus, quod post occasum solis est, significantes: sed tardius, & postquam visus & necessitas postulauerit, aut post tempus commodũ & opportunũ factum esse quippiam hoc modo indicantes. Atque *opse sabbaton*, id est, serò, vel vesperi sabbatorum, longius & tardius præteritæ septimanæ tempus significat. Impletur quælibet septimana occasu solis sabbatum excipiente. Nã etiam Matthæus cùm temporis articulum, qui multum distabat à fine expletæ septimanæ, significaret, & quasi seipsũ interpretaretur, adiecit, quæ illucescit in vnã sabbatorum. Præterierat, inquit, in tantum nox, vt esset tempus gallorum cantus, qui cantus lucem futuri diei præcedit. Tunc nimirum atque in hoc articulo temporis, nõ autem vespera quæ sabbatum insequitur, finientes ieiunia, incipimus nos oblectare atque lætari, consuetudine, quæ apud omnes obtinuit, hanc rem comprobante. Cũ igitur hic temporis esset articulus, Maria Magdalena atque altera eiusdem nominis ad sepulchrum venerunt, & angelum, qui de cœlo descẽderat, quemadmodũ dictũ est, viderunt: qui reuoluto lapide super eũ sedebat: à quo etiam inuitatæ viderunt locum, vbi positus erat Dominus: & currere iussæ quæque acceperãt, mandata discipulis edere, egressæ celeriter è monumento currebant: itaque currentibus obuiam factus Iesus appellauit eas, dicens, Auete. Etenim oportebat primum muliebrem sexum & ab angelo bonum resurrectionis accipere nuntium, & Dominum videre, & primam ab eo vocem audire, Auete. quoniam mulier quoque prima audiuerat fraudem serpentis, & contra præceptum viderat ligni interdicti fructũ, & pœna tristitiæ ac doloris cõdemnata fuerat. Quapropter etiam adoratæ serua tor & pedes apprehẽdere & contrectare permittebat, vt iis quæ primæ deciderant & alienatæ erant ab eo: & discipulis gaudium annunciare iubebat, cum mulierẽ, quæ tristitiæ ministra Adamo fuerat, gaudij nuntiam viris esse vellet, contrarijs cõtraria curans. Euntib. autem illis, inquit, vt mãdata referrent discipulis, Ecce quidam de custodia in vrbem venerunt ac renuntiauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ acciderant. Atque illi coacti vnaque cum senioribus habito consilio satis magnam pecuniam dederunt militibus, dicẽtes, Dicite quòd discipuli eius noctu venerint, & surripuerint eum vobis dormiẽtibus. Et si hoc delatum fuerit ad præsidem, nos persuadebimus ei, & vos securos reddemus: illi autem accepta pecunia, fecerunt quemadmodum erant edocti. & diuulgatus est hic rumor apud Iudæos vsque in hodiernũ diem. Atque altera quidem Maria: (hãc autem deiparam fuisse credere cõsentaneum est: quoniam nec à passione quidem abfuit, sed stabat iuxta crucem, vt Ioannes memoriæ prodidit, quã etiam decebat ea, quæ ad gaudium pertinebant, annuntiare, vt quæ radix gaudij esset, ac præclarè audiuisset illud, Aue gratia plena, Domin' tecũ:) mandatum Domini exequens discipulis omnino exposuit. Nõ enim fas erat nõ adimpleri id, quod ita clarè dispositum, administratum, & præceptũ erat, tametsi non crederent qui audiebant. Quoniam hoc quoque sæpe accidere solet, dum immensa miracula annuntiantur. neque enim otiosi permansissẽt, si credidissẽt. At Magdalene vnà cũ Deipara abeunti & similiter ad annuntiandũ properanti accidit quiddam more humano. & quemadmodum Petrus ab Herode comprehensus, & nullo negocio solutis catenis per angelum ex custodia eductus, multumque spatij progressus, quo ad portam quoque vrbis transiisset, non putabat verum esse, quod agebatur sed visionem se videre existimabat: ita etiam hæc cùm excellentiam miraculi velut importunum & intempestiuũ quiddam esse reputaret, & simul, posteaquã custodes antecucurrissent, & cum pontificibus cœpissent texere calumniam aduersus resurrectionem, prorsus tale quiddam subsurrari sensisset ambiguitatis ac dubitationis cogitationes admisit: neglectaque renuntiatione atque salutari mandato ad sepulchrũ tendebat mane, cum adhuc tenebræ essent, vt Ioannes ait. Quemadmodum enim permisit Dominus, vt ex incredulitate Thomas diceret, Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum, & mittam digitum meum in vestigium clauorum, mittam item manum meam in latus eius, nõ credam: at per curiosam illius incredulitatem & cõtrectationem, nos in eam fidem confirmati sumus, vt omissis opinionum ac suspicionũ fabulis, quo corpore passus est, eodem etiam resuscitatum esse credamus Emmanuelem: eodem modo Mariã quoque Magdalenam ad incredulitatem reuersã: cũ hoc etiam facilius et accidisset: (non ignota est enim muliebris sexus fragilitas & facilitas ad lapsum:) per curiosam & superuacuam inquisitionem, miraculum resurrectionis, quod omnem fidem cogitationemque superat atque excedit, credibilius effici permittebat. Cum hæc igitur ambigua mente accedens, cùm lapidem duntaxat ab ostio monumenti reuolutum vidisset, angelũ autem non amplius super eo, vt paulò antè sedentẽ, ab incredulitate vinci se passa est, imaginationẽ & alienationẽ mẽtis ex pauore repẽtino contractam esse existimans id, q prius viderat, idq; nõ pro vero, sed pro falso ducebat: cumque accurrisset ad Petrum & ad alium discipulum, quem diligebat Iesus, clamabat dicens, Sustulerunt Dominum ex monumento, & nescio vbi posuerint eum. Vides quod cum ex iis, que post relationem custodum apud Iudæos conficta erant, aliquid tale ad aures eius peruenisset, mẽte immutata atque deprauata est: ac putauit aduersarios furatos esse corp' Iesu, vt furtum in apostolos conferrent. At Petrus & Ioannes sine mora surrexerunt, & ad sepulchrum cucurrerunt. Non enim nouum & inopinatũ erat quod dicebatur, vt, quod ad resurrectionem attinet, fidem non haberẽt: imò verò etiam credibile & non discordãs & alienũ erat à malitia Iudaica. Intrepidè autem & absque metu id agebant cùm silentium esset, tenebris nondũ discussis. Deoque fiduciam eis atque animi præsentiam subministrãte. Sed cũ eo venissẽt, manifesta atque euidẽtia signa resurrectionis inuenerũt. Vidẽt ẽm in sepulchro linteamina iacentia. q nequaquã accidisset si corpus furto sublatũ fuisset. Primũ enim furibus mos est vestes detrahere atque spoliare, deinde admodum celeriter committere furtum, ne in ipso facinore deprehensi pessimè mulctentur. De corpore autem Iesu in hunc ferè modũ scripsit Ioannes. Obiunxerunt eum linteis cum aromatibus, prout mos erat Iudæis sepelire. Quomodo igitur

Matth. 28.

Mulieres quare primæ nuntiauerunt resurrectionẽ.

Matth. 28.

Ioan. 20.

An christi corpus potuerit à discipulis surripi.

Ioan. 19.

do igitur non multi negocii res furantibus fuisset vincula soluere, corpusque nudare linteaminibus, quæ iam adhæsissent, & facilè auelli non potuissent, ac priusquam detracta essent, rumperetur. Mixtura enim aloës & myrrhæ, quā attulerat Nicodem⁹ conserta & implicata erant. Quin etiam sudarium, quod fuerat in capite eius nō cū linteaminib⁹ positū, sed separatim inuolutum in vnum locum nullius trepidationis, qualis furto sublato corpore fuisset, indicium erat. Quî enim otium, talisque securitas furibus fuisset, vt tegumentum etiam capitis aptè inuoluerent, & separatim deponerent? Itaque hoc etiam manifesto veritatem resurrectionis ostendebat: simul autem etiam mysterium à diuina maiestate haud alienum innuebat: nimirum quod caput deitatis locum obtinēs: (Iuxta illud, caput Christi Deus:) & qui de eo extant sermones, manent erica carnis humanæ assumptionem quasi inuoluti atque indissolubiles: etiam si inferiora, quæ circa dispositionē & administrationem, quam in carne peregit & circa eam, quam cum hominibus in terra conuersationem habuit: (quarum rerum figura, linteamina erant:) acciderunt, quantum eius fieri potuit à nobis dissoluta atque contrectata sint. Atque his visis Petrus & comes eius crediderunt, cùm non simpliciter solùm, vernmetiam præstantiori mente ac sensu apostolico rem spectassent. Plenum enim luminis erat sepulcrum, vt etiamsi nox adhuc esset, dupliciter tamen tum sensibiliter, tum spiritualiter viderent ea, quæ intus erant.

Io. 20. Nam si semper lumen iustis est, prout scriptum est, multo magis iustorum Deo. Non crediderant autem, inquit, quia nondum nouerant scripturam quòd oporteret eum à mortuis resurgere. Atqui sciebant, quia seruator eis sæpe prædixerat, quòd resurrecturus esset: sed non tanquam à scriptura, atque inde peritis oraculis (quæ fieri non poterat, quin euenirent) adducti sed tanquam circa fidem adhuc labescentes atque claudicantes. Cæterùm quòd nudus Iesus absque linteaminibus resurrexit, significat eum neququam post hac cibi potus ve, aut indumentorum gestaminis atque operimenti egentem in carne cognitum iri. Et si id, quod decretum, dispositum ac destinatum erat, exequens & administrans sponte sua se his rebus subiecit, vt qui eiusdem nobiscum naturæ particeps esset: deinde significat etiam Adami in pristinum statum restitutionem, in quo nudus erat in paradiso, & non erubescebat. Nam de cætero tanquam Deus, licet incarnatus gloria, quæ Deum maximè deceret, circundatus erat, cùm ipse sit is, qui lumine tanquam pallio induitur, vt inquit propheta Dauid. Ac Petrus quidem & Ioannes fide ipsis ex iis, quæ viderant, facta, domum reuerterunt: Mariæ verò nihil dixerunt. Curabat enim & operam dabat is, qui solus sapiens est, vt fidem

Christus nudus resurrexit.

Ioan. 20. non habens per ea quæ videret potius, quàm quæ audiret, ad credendum adduceretur. Stabat igitur iuxta monumentum foris plorans, & cùm inclinasset se, vidit angelos duos veste candida insigneis & illustreis, sedentes vnum ad caput, alterum ad pedes, vbi iacuerat corpus Iesu, & cùm lamentationem lætitia commutare oporteret, lachrymari non desistebat, adeò vt angeli quasi cū increpatione dicerent, Mulier quid fles? perinde

ac si dicerent, Muliebres hæ sunt lachrymæ, non læti animi. Quî enim locū habet lamentatio post tale spectaculum? Atque illa in eadem incredulitate perseuerans: (protogabatur enim & extendebatur perturbatio, vt per ea quæ paulatim adiciebātur, ad credendum perfectè expurgaretur,) ad eos dixit, Sustulerunt Dominum meū ex monumento, & nescio vbi posuerint eum. Atque hæc loquuta cōuersa est retrorsum, & videt Iesum stātem, nec sciebat quòd Ies⁹ esset, partim quòd præ lachrymis offusa tenebris, & quasi caligine grauata esset: partim quòd etiam Iesus interea rem ita disponeret, vt ab ea non agnosceretur. quamobrem etiam dixit, Mulier quid ploras? quē quæris? Illa existimans quòd hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dic mihi, vbi posueris eum, atque ego eum tollam. Forsitan autem non abs re, neque extra decorum, hortulanum esse putabat Iesum: sanè enim ipse verus & immortalis agricola paradisi erat in horto monumenti, sicut in paradiso mulierem, quæ Adamum primū hortulanum per incredulitatem deceperat, lapsū corrigens atque emēdans. Sic igitur vniuersa mysteriorum plena, rationibusque diuinis ac sublimibus referta sunt. Cæterùm cùm hæc dixisset Maria, & circa scrutationem corporis solicita hæreret, ac iam etiam magis conuersa esset vt abiret, satis tortam & examinatam conspiratus is, qui penetrat vsque ad diuisionem animæ atque spiritus, artuum quod ac medullarum qui iudicare quoque scit de cogitationibus cordis ac mentis agitationibus, vnica voce incredulitatem exemit, visumque mulieris acuit ad agnitionem, cùm dixisset solùm vt ipse sciebat, cum redargutione & motu ad reuerētiam, Maria. Atque illa extēplò cōuersa, & Rabbouni, quod dicitur, magister, eum appellabat, & diuinos illos pes conabatur aprehēdere: & audiuit, Ne me tangas, nondum enim ascendi ad patrem meum: hoc, inquit, donū iam consequuta quæ vna cum altera Maria & contrectasti me & adorasti, pedesque tenuisti, contempsisti adeò, vt etiā non crederis: ac nihil magnū de me in animo concepisti, sed adhuc circa monumentum quærebas, qui diuinitus supra apud patrem eram. ac nunc ne me attingas, si eadem mentis agitatione, ad patrem ascensionem deesse mihi esistimas. Nondum enim, vt tu cogitas, ascēdi ad patrem meū: sed vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, ac Deum vestrum. Quoniā, inquit, secundum carnem primogenitus fui inter multos fratres, non mihi nunc, sed vobis fratribus corporaliter ascendam ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, ac Deū vestrū. Nisi enim Deus meus appellatus esset, cum innocentiam humanæ naturæ propterea quòd, sicut in principio generis, peccatum ignorabam, in me vidit: vester pater vel Deus, vt pote eorum qui ab eo abalienati eratis, appellatus nō esset. Quapropter etiam Paulus Hebræis scribens dicebat: Nō enim in manufacta, Sancta introiuit Christus, ad similitudinem facta verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc in cōspectu Dei pro nobis. Venit igitur Magdalena Maria, & annunciat discipulis, quod vidisset Dominum qui hæc dixisset sibi. Cùm venisset autem, atque ea annunciasset, rursus inuenit Mariam

Christus hortulanus.

Heb. 8.

Luc. 23. & 24.

Marc.16. Mariam Iacobi, & Ioannam, & alias nonnullas cum ipsis cum apparatu aromatum & vnguentorum ad sepulchrum properātes, discussis tenebris, ac profundo diluculo (hoc est, iusto ac vero, & *Luc.24.* nunc primum incipiente,) vt inquit Lucas, & adiungens se vnà cum eis ibat, ac propter ardens erga Iesum desiderium dux earum videbatur, ac propter hanc claritatem, quam ex facto adepta est, prima apud Euangelistas numeratur. Cupiebat enim etiam illis non ex iis, quæ & ab sese & ab altera Maria audiuisset, sed ex illis ipsis, quæ vidissent, vel angelorum præsentia fidem fieri resurrectionis: & erat cum eis prudenter ac dedita opera tacens, nihilque dicens, cùm admirantes atque dubitantes eam interrogarent: sed expectabat rerum gestarum testimonium, & credebat fore, vt etiam illis sigilatim certa fides plenaque persuasio per oculorum fieret inspectionem. Itaque cùm lapidem à monumento reuolutum vidissent, ingressæ sunt, & non inuento corpore Iesu anxiæ atque hæsitantes vident astantes sibi viros duos stolis quasi effulgurantes: *Luc.24.* à quibus audiuerunt, Quid quæritis viuentem cum mortuis, non est hic, sed surrexit, & cætera. Et reuersæ, inquit, à monumento nuntiauerunt hæc omnia vndecim illis viris, & cæteris omnibus. Sed vt erant vulgus & multitudo confusa, magis ad incredulitatem deflexerunt, atque id quod relatum erat, cauillabantur, respuebant, & auersabantur. Videbantur enim verba earum quasi deliramenta, neque fidem illis habebāt: adeò vt petrus etiam ipse paulatim propter illorum incredulitatem aliquo modo perturbatus & fluctuās surrexerit, ac rursus ad monumentum cucurrerit, atque prospiciens iterum quoque viderit linteamina iacentia, quæ iam antea ingressus plenius & exactius inspexerat. vnde solum prospexisse contentus, ac nihil à priore statu immutatum conspicatus, abiit consternatus & admirās id quod acciderat: ac glorificans eum qui hæc ita ordinasset & administrasset. Ac Maria Magdalena rursus, quemadmodum vnà cum iis, quæ cum Ioanna erant, mulieribus portantibus quæ ante sabbatum præparauerant, vnguenta atque aromata, profundo diluculo profecta erat: ita cum Salome quoque muliere peregrina, quæ præter nominatas licet tardè emerat tamen aromata, sed post sabbatum, eadem mente impigrè currebat, assumpta secum etiā Maria Iacobi, ita vt etiam in coemptione aromatum sociæ fuisse videantur. Cum enim sociæ essent itineris, totā rem gestam commune studium esse existimabāt: & valde manè vna sabbatorum veniunt ad monumētum. Præterea in exactioribus ac plenioribus exemplaribus continetur id, quod significatur, præter iam factas visitationes etiam hunc mulie-*Marc.16.* rum ad monumentum contigisse accessum. Quid autē *lian proi*, id est, valde manè, sic explicās Marcus adiecit, orto sole. Et dicebant, inquit adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? & sublatis oculis vident lapidem reuolutum. Erat enim magnus valde. Cū enim Salome meritò dubitaret, vt quæ omnino ad sepulchrum non accessisset, atque hæc ad comites suas diceret, illæ tacentes prout superius dictum est, cùm sustulissent oculos, aspectu ipso responsum dederunt etenim lapis reuolutus in conspectu apparebat. Quoniam autem vnà ibant, & commune eis iter erat, idcirco inter se dixisse ac dubitasse scriptum est, si rerum naturam atque historiæ veritatem consideremus, ac discernamus, cuius earum proprium fuerit dubitare. Nam eas, quæ iam sæpè lapidem reuolutum vidissent, de hoc sollicitas esse, probabile non erat. Sed quoniam inter has mulieres, de quibus est apud Marcum, persona Salome ignara infertur, absque controuersia, oratio probabilis ac verisimilis est. Nam nec illas consentaneum est dixisse, Quis reuoluet nobis lapidem, propterea quòd Iudæi obsignassent aditū sepulchri, adhibita custodia militū, & tertius dies instaret. Dixerant enim scelerati illi ad Pilatum, Recordati sumus, quod impostor ille dixit, cū adhuc viueret: Post tres dies resurgam. Si mulieres igitur sciebant miraculum, quod per angelum factum erat, & quòd lapis remotus esset, & custodes expauefacti mortuisque similes facti recessissent, quo modo sollicitæ & anxiæ de reuolutione lapidis erant? sin autem miraculū ignorabant, custodiam militum considerare, ac non de aperiendo monumento cogitare oportebat. Verùm, vt dixi, Salome & hoc ignorabat, & ipsius solius ea verba erant. Nā Maria Magdalena atque altera Ma-*Matth.28.* ria cùm sedissent è regione sepulchri, quemadmodū memoriæ prodidit Matthæus, magnoque studio atque industria assidentes id egissent, tum signacula Iudæorum, tum armatorum custodiam oculis suis conspexerant. Ingressa autem Salome cum vtraque Maria, viderunt iuuenem sedentem à dextris amictum stola candida, & expauerunt omnes: hæc quidem, quòd fide indigeret, ac magis humano more affecta esset: illæ verò, quod sæpius ad monumentum venissent, curiosèque ac suprà quā necesse atque opus esset, deinceps explorare atque inuestigare resurrectionem viderētur. *Mar.16.* Nam idcirco etiam iuuenis apparuit, qui magnitudine perterrefacere ac metum inijcere posset. ac terrori alacritatem & lætitiam miscens, per cādorem stolæ, cùm propter diem scilicet festum, tū ne metu obrigescerent, acerbius eas alloquitur castigans verbis & admonens, ne post tot spectationes curiosæ essent, sed potius firmæ manerent in iis, quæ vidissent. Ite enim, inquit, dicite discipulis eius & Petro: (discipulis quidem, vtpote iis qui sæpe non crediderunt: Petro verò, vt qui iterum eadem vobiscum curiositate adductus ad monumentum venit:) quòd præcedit vos in Galileam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis: vobis mulieribus vespere sabbatorum illucescen-*Matth.28.* te in vna sabbatorum conspectus, vt Matthæus conscripsit. Discipulis enim nunquam apparet eū dixisse, quòd post resurrectionem ipsis in Galilæa apparituruss esset, nisi fortè quis illud dixerit, quod *Matth.26. Mar.14.* & Matthæus & Marcus scripserunt post cœnam mysticam exeūtibus ipsis dicto hymno in montē oliuarum, ab seruatore sic quodammodo dictum, Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Egressæ autem è monumento Mariæ & Salome, tremore atque terrore correptæ profugiebant, ac nemini quicquam dicebant. timebant enim, partim quidem propter terrorem adolescentis partim verò quòd iā dies progressus esset, & Iudæi (vt est verisimile) sursum

deorsum obambulantes ad cædem parati essent. In exemplaribus paulò diligẽtius & exactius scriptis Euangelium secundum Marcum hactenus, Timebant enim, finem habet. In nonnullis adiecta sunt etiam hæc, Cùm surrexisset autem, manè primo die sabbatorum apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua eiecerat septem dæmonia. Hoc autem contrarium quiddam iis, quæ à nobis suprà dicta sunt, continere videtur. Cùm enim hora noctis, qua seruator surrexit, ignota sit, quî fit, vt in hoc loco, manè eum resurrexisse, scriptum sit? Sed hoc dictum nullo modo cõtrarium apparebit, si aptè atque scienter legerimus. Etenim subnotare & subdistinguere doctè atque intelligenter oportet, Cùm surrexisset autem: atque ita subiungere cõsequẽter, manè primo die sabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ: vt verbum quidem *anastas*, id est, cùm surrexisset, conuenientem cum Matthæo ad superius temporis relationem habeat: verbum verò *proi*, id est, manè, et quæ Mariæ facta est, apparitioni attribuatur: quæ prima cum altera Maria, atque iterum sola viderat Dominum. *proi* enim, id est, manè, vel diluculo, vniuersum illud spatiũ est, quod post gallorum cãtum intercedit. Cùm igitur quaternæ temporum sint vices, totidemque accessus, quibus mulieres ad monumentum venerunt, spiritus sanctus rem ita dispensauit atque ordinauit, vt singuli Euangelistæ singulos temporum articulos conscriberent. Ac Matthæus quidem illas, quæ vesperi sabbatorum venerunt ad monumẽtum, historia comprehendit, & angelum vnum descendisse de cœlo, qui lapidem reuoluisset: Ioannes autem, Mariã Magdalenam venisse solam in tenebris ante lucem conscripsit, atque angelos duos intra monumentum vidisse: Lucas alias circa ipsum diluculum: Marcus verò aliam oriente sole, adiunctis nonnullis, quæ iam etiam antea ad monumentum fuissent. Atque illis quidem duos viros astitisse: has verò sedẽtem à dextris iuuenem vidisse: atque omnes stolis albis indutos fuisse memoriæ prodiderunt. Itaque si quis ea, quæ singuli secundum ordinem temporum scripserunt, composuerit, possit vnam consonantiam, concordantiamque & vnum corpus historiæ totius efficere: perinde ac si vnus totam rem gestam & non complures scripsissent. Nam si vnius quidem aduentus mulierum, quæ in vno temporis articulo accidisset, omnes quattor mentionem fecissent, & eosdem angelos dixissent apparuisse: vel vna atque eadem apparitione siue visione ab vniuersis edita, hanc in diuersis temporibus accidisse dixissent, & non vnius cuiusque temporis mentionem fecisset, discrepantiæ atque dissensionis reprehensionem effugere narratio non posset. Sin autem & personæ & tẽpora diuersa fuerunt, & eorũ, qui apparuerunt, facies non eædem: cùm Deus compluribus modis fidem facere voluerit incredibili miraculo resurrectionis: & quod vnus prætermisit, alius historia persecutus est Euangelista: quî fieri potest vt non tota narratio pura & ab omni reprehensione libera sit? Quoniam autem multarum Mariarum in Euangeliis mentio fit, treis numero omneis esse statuere debemus: quas Ioannes comprehensim numerauit, cùm diceret,

Matth. 28. *Ioan. 20.* *Luc 24.* *Marc. 16.*

Illas quidem duos viros, qui ipsis adstitissent.

Tres esse Marias.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Nam Mariam Iacobi, & Iosæ matrem apud alios Euangelistas nominatam, deiparam & non aliam esse credimus. Quoniam enim ita dispositum & destinatum erat, vt & diuinus partus obumbraretur, & sanguinariis Iudæis non manifestaretur, quòd circa ipsum tempus, quo ad lectum iugalem ducenda erat, virgo ex spiritu sancto concepisset: quemadmodum literis mandatum est, quòd & vir huius & pater Iesu vocatus sit Ioseph: eodem modo Iosæ & Iacobi filiorum Ioseph fabri ex priorib' nuptijs & præmortua vxore puerilem ætatem agentium mater deipara & appellabatur & nominabatur. hæc nimirum obtrectantes etiam Iudæi de seruatore dicedant, an non hic est filius fabri: nóone mater eius vocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas? Atque idcirco Ioannes quidem, vt qui liberè diuinam historiam conscriberet, eam, quæ stabat iuxta crucem, id quod reipsa erat, matrem Iesu appellauit: cæteri verò Euangelistæ, qui multum circa dispositionem laborauerunt, certo consilio matrem eam Iacobi & Iosæ appellauerunt: (hi enim primi erãt, & insignes filij Iosephi:) hoc apertè significante scriptura, quòd hac dispositione & ordinatione atque inde cõcepta opinione absque periculo Maria passioni salutari intererat. Nam si vulgus eam esse virginem sciuisset, perdita forsitan fuisset ab inuidis Iudæis. Reperias autem eam etiam vnius solius filiorum Ioseph matrem apud Euangelistas nominatam esse Mariam Iacobi, & Mariam Iosæ. Marcus autem Iacobi parui & Iosæ matrem eam vocauit. quoniam alter erat Iacobus Alphæi magnus idcirco, quia duodecim apostolis connumeratus erat. Nã paruus non erat de numero eorum. De illo autem aliquis fortassis haud immeritò addubitauerit: quo pacto seruator discipulis partim per angelos, partim sua ipsius voce pollicitus, quòd profectus in Galilæam eis apparitus esset, visus sit Hierosolymis quoque promissum præstare. Nam secundum Lucam quidem in ipsa die resurrectionis ipsis vndecim congregatis: vt Ioannes autem scribit, & in hoc ipso, & octauo die præstat apparitionem stans in medio ac dicens, Pax vobis, atque etiam Thomæ se contrectandum præbens. Verùm hoc liberalitatis & humanitatis diuitias ostendit, nõ mendacij crimen continet. Non enim dixit, In Galilæa duntaxat me videbunt, neque verò Hierosolymis visus, non apparuit in Galilæa sicuti promiserat: (hoc enim esset suos sermones falsos reddere mentiendo.) sed si & in Hierusalem propter metum Iudæorum conclusis in domicilio aduentuque & præsentia sua opus habentibus apparuit, & promissum præstitit in Galilæa quoque visus, cùm vtraque benignè iuxtà ac verè acciderint, effingere licet omnem criminationem. Mihi autem magnam ac latentem videtur in se cõtinere significationem, quod apud Matthæũ dictũ est de discipulis, nempe, vt abeant in Galilæam, atque ibi me videbunt. Cũ enim futurum esset, vt sæpius eis appareret, ad vnã tanquã præcipuã & præter cæteras eximiam apparitionem spectãt verba promissionis, iuxta quam appariturus erat eis in monte.

In ea sententia fuerunt plerique veterũ, quibus aduersatur D. Hieroni. Lib. 2. com. in Matth. *Matth. 13.* *Marc. 6.*

Suspicatum fuisset, vel, putasset. *Cooptatus erat in numerũ duodecim apostolorum.* *Matth. 27.*

Luc. 24. *Ioan. 20.* *Matth. 28.*

in monte. Nam tunc cùm accessissent & adorassent eum, quibusdam ambigentibus, cum authoritate plena maiestatis diuinæ dixit: Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra. Nam quæ naturaliter habebat tanquam Deus, hæc dicitur accipere tanquam homo certo consilio factus. Quamobrem etiam dicebat, Glorifica me, pater, apud temetipsum gloria, quam habebam antequam mũdus esset apud te. Nisi enim hanc propriam haberet vt Deus, fieri non posset, vt eam tanquam alienam acciperet, Deo & patre per prophetam dicente, Gloriam meam alteri non dabo. Ac deinceps adiungit verba, quibus totum orbem terrarum habitatum capturi & quasi irretituri erãt, & B in quibus consistit vniuersum mysterium pietatis. Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæ præcepi vobis. Ac deinceps adiicit ea, quibus finem horum verborum & euentum spondet. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi, Amen. Propterea dicebat, Renuntiate fratribus meis, vt abeãt in Galilæam, atque ibi me videbunt, ad hanc apparitionem, tanquam propriam quandam atque præcipuam, vt disi, respiciens: quam magis etiam eius per alia verba prædixerat, quæ in Euangelicis scriptis nõ C cõtinentur. Nisi eñ hoc ita esset, nõ dixisset Mattheus, Vndecim autẽ apostoli abierũt in Galilæã, in montem vbi constituerat eis Iesus: cùm nusquam in euangeliis pollicitus sit Dominus in mõte se facturum esse apparitionem. Nam ante hanc apparitionem, quæ in monte accidit, etiã ad mare quoque Tiberiadis, quod est Galilææ, apparuit illis, qui septem numero vnà erant: Petro nimirũ, Thomæ, Nathanaëli, filijs Zebedæi, aliísque duobus ex discipulis, vt Iohannes scriptum reliquit. Verùm ad montem, vbi constituerat eis Iesus, respiciebat illud verbum, Ibi me videbunt, diuinæ maiestatis plena videlicet oratione mandãtem & D præcipientem, Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Etenim nec abs re quidem mihi, nec extra propositum videtur, quod in monte Galilææ, & non aliquo alio loco hæc verba dicta fuerũt. Nam Galilæa, lingua Græca *Catacylisis*, id est, E devoluta, siue deuolubilis interpretatur, vnde etiam Gel, vel Rota nominatur. Igitur velut ex mõte excelso, salutari videlicet ore prolata hæc verba, rotæ in modum, in orbem terrarum habitatũ deuoluta sunt, & omnem percurrerunt, atque vniuersi baptizati sunt, & gentes & ciuitates in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cæterùm his verbis auditis, discipuli ad nullam gẽtem statim profecti sunt, sed manserunt in Hierusalem vsque ad Pentecosten expectantes aduentum & præsentiam spiritus sancti, qui in igneis linguis ad eos accessit. Nam cùm ita variis modis eis ad quadraginta dies appareret & cõgregaret in vnum, quẽadmodum Lucas ait in principio libri Actorum, præcipiebat & mãdabat ne ab Hierosolymis discederent, sed vt expectarent promissum patris, de quo (inquit) audistis ex me, quoniam Ioannes quidem aqua baptizauit, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Admodum autem pulchrè, *mi corizesthe*, (id sonat Latinè ne separarentur, vel disiungerentur) hoc est, ne longè distarent, neu procul abessent, non autem dixit, ne prorsus exirẽt ex Hierusalem. Nam qua ratione hoc dicturus fuisset, qui præceperat eis, vt in Galilæam venirent? Quod autem in fine Euãgelij Lucæ dictum est: Et accidit dum benediceret eis, discessit ab eis, & C tollebatur in cœlum: itémque quod apud Marcũ scriptum est: Ac Dñs quidem, postquã loquutus fuisset eis, assumptus est in cœlũ, & sedet à dextris Dei: intelligendũ est, accidisse quadragesimo die, secundum id quod in Actis memoriæ proditum est. Quæ enim breuiter & concisim in Euangelija dixerunt, hæc latiore narratione explicãtur & declarantur. Hæc sunt, quæ in Euangelicis lectionibus dominicæ noctis cõtinentur, quæ ignorantem perturbare possint, quæ etiam vobis tanquã debitum dependimus: vos autem quæ facturi sitis hæc audientes, erubesco dicere, considerans concursum ad spectaculum, rabiémque multitudinis. D Præbeat autem nobis Dominus virtutem ad declinandum à malo & ad bonum faciendum per gratiam atque benignitatem Domini & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: cui gloria & imperium cum patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Matth. 28.

Galilæa.

Gelgel.

Luc. 24.

Marc. 16.

D. GREGORII NYSSENI DE SACRO FESTO PASCHAE, ET DE RESVRRECTIONE HABITA IN MAGNA DIE DOMINICA ORATIO III.

Interprete Laurentio Sifano.



AVPERES homines, qui dies festos amant, & cùm lubenti ac parato animo, tum habitu cultúque splendido conuentus ac celebritates frequentant, & si de suo sibi suppeditare sumptus ad eam, cui student, elegantiam non possunt, à notis tamen atque propinquis omnem magnificum ac preciosum ornatum corrogantes, efficiunt, vt nihil sibi desit ad præsentem vsum. Quod mihi quoque præsenti die accidere videtur. Quum enim ipse nihil præclarum atque magnificum à me ipso possim ad propositas laudes concelebrandas conferre, ad sacrã cantionem, quam dudum concinuimus, confugiam: B atque inde argumento atque occasione sumpta dictioni scripturæ mea quoque coniungens & quasi attexens, soluam æs alienum: si modò etiam aliquæ pauperi seruo ex animi gratitudine erga dominum suum profectæ laudes suppetunt. Dicebat igitur paulò antè Dauid, & nos vnà cũ illo: Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Omnem hominem ab Adamo vsque neminem prætermittens, quem non inuitet, sed hymnum vocat: sed occidentales, orientales, & si quis circa alterutros, vel septentrionibus vicinus, vel meridianarum partium incola est, simul omnes allicit & inuitat hoc psalmo. Atque aliàs quidem spectatim nonnullos homines appellat, aut sanctos vocans, aut pueros ad hymnum excitans: in præsenti verò gentes ac populos psalterio cogit in vnum. Cùm enim, vt Apostolus ait, figura huius mundi transierit, rex verò ac Deus Christus, omni anima incredula ad plenam fidem ac certam cognitionem traducta, linguaque maledica cohibita, atque frenata omnibus apparuerit, inhibuerit item Græcorum vanitatem, & iudæorum errorem: & hæreseon indomitum linguæ morbum: tunc nimirũ tunc omnes gentes & qui à seculo vsque sunt populi procumbentes consentientem & cócordem adorationem præstabunt, & admirabilis quidam concentus & consensus glorificationis erit, sanctis quidem more solito laudes dicentibus, impiis autem ex necessitate supplicantibus: & tunc reuera victoriæ carmen consentienter ab omnibus canetur tam victis, quàm victoribus, tum etiam fetuus ille verbero turbæ author, qui sibi domini sui dignitatem imaginatione sumpserat & arrogauerat, videbitur omnes admonens, dum ad supplicium trahetur, & omnes illius nequitiæ ministri & socii debitis suppliciis ac pœnis afficientur: vnus autem rex ac iudex apparebit, quem omnes communem dominum esse confiteantur: quies item erit atque silentium, quemadmodum fieri solet, cùm pro tribunali sedente Prætore præco silentium indicit, & populi auribus & oculis simul intenti concionantis vocem expectant. Idcirco laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, laudate tanquam

Psal. 116. *1. Cor. 7.* *Hereseon morbus indomitus. Christus quemadmodum apparebit in iudicio.*

A potentem, laudate tanquam benignum & humanum: quoniam eos qui eeciderant & mortui fuerant, rursus vitæ restituit, vas fractum de integrò renouauit, situm atque iniucunditatem reliquiarum, quæ in sepulchris erant, ad animal incorruptibile benignè redigit, animam quæ ante quatuor millia annorum corpus reliquerat, veluti ex longa peregrinatione ad suum domicilium reduxit, eamque non præ spatio temporis & obliuione quasi peregrinam erga suum instrumentum affectam, sed citius ad id tendentem, quàm auis ad nidum suum deuolat. Dicamus enim ea, quæ propriè ad festum pertinent, B vt ad ipsas res accomodatè & conuenienter feriemur. Nam quod improprium est & alienũ, præterquàm quòd nihil prodest, res est inordinata, incomposita atque absurda, non solùm in iis orationibus, quæ de religione ac pietate habentur, verumetiam in externis & iis quæ ad mundanam pertinent sapientiam. Quis enim est orator ita stultus adeóque ridiculus, qui ad nuptias hilaritate & iucunditate plenas vocatus relicto apto & iucundo genere orationis, quod accomodatum sit, ac quasi congratuletur hilaritati ac festiuitati conuentus, tristia quædam C carmina atque lugubria pronuntiet, & ex tragœdia petitas calamitates in conuiuio nuptiali & in thalamo occinat? Aut ex contrario mortuo alicui iusta exequi & orationem funebrem habere iussus, oblitus præsentis casus, iucundum se præbeat & hilarem apud mœstitia plenum conuentum? Quòd si rebus mundanis res decora est ordo atque scientia, multo profectò magis eam obseruari conuenit in rebus magnis atque cœlestibus. Christus igitur nobis resurrexit hodie Deus, calamitatibus & casibus amplius non obnoxius, immortalis: (Ac subsiste parumper tu ethnice, omisso petulanti ac proteruo risu, quoad omnia audieris:) non ad necessitatem casuum vel de cœlo descendere coactus, vel resurrectionem tanquam inexpectatum inopinatum ve beneficium præter spem adeptus, sed qui nouisset omnium rerum finem, atque ita initium fecisset, vt qui in oculis diuinitatis haberet propositorum cognitionem, & priusquam de cœlo descenderet, videret & gentium perturbationem, & duritiam Israëlis, & Pilatum pro tribunali sedere, & Caiapham vestem sibi discindere, & seditiosam plebem ira inflammari, & Iudam prodere, & Petrum propugnare, & paulò pòst seipsum per resurrectionem ad gloriam immortalitatis transformare: ac quicquid futurum erat, cognitione præscriptum habens nõ distulit beneficium homini præstare, neque in longiorem diem contulit earum rerum ad ministrationem, sed quemadmodum illi, qui debilem aliquem ab impetu torrentis & voraginis rapi vident, licet haud ignorantes, quod fieri possit, vt cœno torrentis ipsi quoq; inuoluãtur, & lapidum.

Christus ante passionem nouerat quæ ventura erant. *Simile.*

lapidum, quos secum aqua rapit atque prouidit, ictibus lædantur, tamen misericordia periclitantis ingredi nó grauatur: ita Seruator noster humanus vltrò ac sponte sua contumeliosa & ignominiosa suscepit, vt eum, qui fraude perierat, seruaret. descendit in mundum, quoniam præuidebat etiam gloriosum ascensum. Morti se generi humano permisit, quoniam resurrectionem quoque præsentiebat, & animo prouidebat. Nó enim sicuti vnus ex vulgaribus hominibus temerè sese periculis obiiciebat, incertitudini futuri euentus rem committens, sed tanquam Deus rem propositam certo, destinatoque fine regebat. Hæc igitur est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, non ebrietatibus & commessationibus, non ebriis & debacchationibus insanis, sed diuinis ac Deo conuenientibus cogitationibus. hodie vniuersum orbem terrarum videre licet, perinde ac si vna domus esset, in vnius rei, de more fieri solitæ consensum ac quasi consonantiã coisse atque coaluisse, vnoque signo, quasi tessera accepta ad studium orationis traductum: viæ publicæ viatoribus carent: mare hodie à nautis & vectoribus desertum: agricola aratro ac ligone proiecto in habitum festiuis compositus & exornatus est: cauponæ à quæstu vacant strepitus, tanquam hyems appetente vere cessant: tumultus, turbæ, viæ procellæ paci & quieti diei festi decesserunt: pauper vt diues exornatur: diues solito splendidior conspicitur: senex perinde ac iuuenis accurrit, vt particeps lætitiæ fiat: infirmus quoque vim morbo adfert: puellus infans mutatione vestis sensu externo festum colit, quandoquidem interiori animi sensu nondum potest: virgo in animo suo vehementer lætatur, quòd suæ spei recordationem adeò splendidè honorari cernit: materfamiliâs cum toto grege domus, nemine familiarium atque domesticorum absente, festum celebrans lætatur. nunc enim ipsa atque maritus, & liberi, & serui, omnesque domestici lætantur. Ac veluti nouum ac recens editum examen apũ ex lanibulis primum & aluearibus simul coactum atque confertum in aërem ac lucem euolans ramo alicuius arboris sese applicat & coincidit: haud aliter in hoc festo integræ familiæ ad sedes quæque suas confluunt. Ac profectò ipsa imitatione præsens dies ad futurum rectè refertur atque comparatur. Vterque enim hominum congregator est: ille vniuersorum, hic singularium: vt autem verius dicamus, quantum ad lætitiã pertinet & hilaritatẽ hæc quam illa, quæ expectatur, gratior ac iucundior est. quippe tunc quidem necesse est etiam lamentantes videri, quorum videlicet peccata deteguntur: præsentis verò diei iucunditas nullos admittit tristeis & animo demissos. Nam & iustus lætatur, & is qui conscientiã puram non habet, ex resipiscentia sui correctionem sperat, atque omnis in præsenti die tristitia sopita est. nullus autem adeò ægritudine pressus & obnoxius est, quin per huius festi magnificẽtiã mali sui remissionem sentiat atque leuamen. hoc die nexi soluuntur: debitor dimittitur: seruus bono & humano præconio atq; edicto ecclesiæ manumittitur, nec tamẽ alapis fœdè os eius cæditur, plagaque à plaga liberatur: nec, quemadmodũ in pompa fieri solet, in edito atque sublimi suggesto populo ostentatur, à robore & contumelia liberatem in suam exorsus: sed ita decorè ac honestè dimittitur, vt notum est: beneficio item afficitur is, qui adhuc in seruitute manet. Nam etiamsi multa ac grauia sint delicta quæ veniam ac deprecationem excedant, huius diei serenitatis & humanitatis veneratione Dominus recipit abiectum, & inter viles & ignominiosos conspicuum, quemadmodum Pharao ex carcere pincernam. Nonne enim quod tempore resurrectionis destinato, ad cuius similitudinem præsentẽ diem cohonestamus, etiã seipsum opus habere leuitate ac bonitate Domini. & quasi mutuo misericordiam hic dans expectat in tempore suo relationem & compensationem. Audistis domini: Custodite sermonem pro bono, ne traducatis me apud seruos, quasi falso accusans vt, sycorè laudibus celebrem diem. dimitte ægritudinem afflictis & anxiis animis, quemadmodũ Dominus corporibus mortificationem. Traducite infames ad honestatẽ: restituite ignominia notatos in famæ integritatem. traducite ad gaudium afflictos: ad libertatẽ sermonis & fiducia ac libertate carentes. Educite ex angulo tanquã ex sepulchris proiectos. Efflorescat & emineat in omnib^9 sicuti flos decor diei festi. Nam si natalis dies hominis regis carcerem aperit: dies victoria celebris & illustris, Christus resurgens afflictos, oppressos & constrictos non dimittet? Pauperes amplectimini vestram nutricem: qui oblæsa, viriata, corrupta mutilataue corpora habetis, curatricem vestrarum calamitatum (diem) salutate. quippe propter spem resurrectionis virtuti studetur, & vitium odio habetur. Quoniam sublata resurrectione vnus apud omnes obtinens sermo reperietur. Edamus & bibamus: cras enim morimur. Ad hũc diem respiciens Apostolus temporariam vitam contẽnit, & futurã desiderat & affectat. ex eo quàs antè ea, quæ videtur, Si in hac, inquit, vita spẽ posuimus, maximè omniũ hoĩm miserabiliores sum^9 propter hãc diẽ homines hæredes Dei & cohæredes Christi exsistũt: propter hunc diẽ pars corporis, quã ante mille annos carniuoræ aues comederint, integra reperietur, & quã vel canes, vel cetea cæteraque animalia marina deuorauerint, vnà cũ homine suscitato resurget: quin etiam quod ignis cõcremauerit, quod vermis in sepulchris absumpserit: & vt rem in summam conferã, omnia denique corpora, quorquot post generationem corruptio aboleuerit & è medio sustulerit, integra nullaque sui parte carẽtia reddẽtur è terra; & vt Paulus docet, in momento oculi perficietur resurrectio. Ictus autẽ seu momentũ oculi clausio palpebrarum est. Atq; hac velocitate nulla res alia celerior esse possit: neq; humano more pro captu tuo reputans descripseris in animo tuo quot sint temporum interualla, primum vt ossa putrefacta & in terram redacta in pristinã duritiẽ & leuitatẽ compingantur: deinde verò ex ipsa fractione rursus in aptam & cõueniẽtẽ compagẽ & naturalẽ coeãt iuncturã & commissurã: neque verò deinde animaduerteris carniũ obductionẽ, & neruorũ productas coniunctiones, venarũ arteriarumque tenues & exiles ductus, & quasi alueos sub cute explicatos: animarũ inenarrabiliũ & innumerabiliũ multitudinẽ ex arcanis quibusdã habitationibus (euolantẽ,) earumq; vnãquãq; suũ corpus tãquã vestẽ pecula-

Psal. 117.

Resurrectio nis dies ab omnibus festus habeatur.

Simile ab apibus.

Resurrectionis dies iucũdior quã iudicii.

Hoc resurrectionis dies vinctis dimittendis.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Ictus oculi.

Omnes resurgemus.

à luce, vt, quod mortale est, absorbeatur à vita, & extremo inimico, morte nimirum, destructo, malum euertatur. Hæc tibi præscripto tridui spatio confecta sunt. Num tarda videtur hæc gratia? Num nimis longo interuallo tantum bonum partum est? Vis eximiam virtutem agnoscere, qua tã exiguo temporis spatio hæc gesta sunt? Omnes mihi hominum ætates enumera, quæ iam inde ab ipso primo malorum ortu vsque ad eorum interitum extiterunt: quot singulis ætatibus homines, quàm multa cunctis ætatibus hominum multitudo fuerint, initi ne poterit numerus multitudinis eorum, per quos malitia iure quodam modo hæreditario sic propagata est, vt malæ improbitatis diuitiæ in singulos dispertitæ singulorum studio, & opera auctæ sint, atque ita fœcunda malitia ætatibus ordine succedentibus perfusa creuerit in infinitum, donec ad summum mali cumulum peruenientes totam naturam humanam occupauit: Sic enim sine exceptione Propheta sententiam tulit, Omnes, inquiens, declinauerunt, simul inutiles facti sunt, adeò, vt nihil inueniretur, quod malitiæ non esset instrumentum. Tantum igitur malorum aceruum ab ipsa mundi constitutione ad mortem vsque Domini cumulatum, & auctum qui tribus diebus dissolutt, & euertit, paruam ne tibi præstantis potentiæ, virtutisque suæ significationem dedit; Non ne vis eius, rerũ omnium, quæ monumentis historiarum admirandæ commemorantur, apparuit excelentissima? Quemadmodũ enim Sampsonis facinus eo magis admiramur, quòd non solum leonem vicit, sed eum sine labore superauit, quodque nuda inermique manu tantam feram, tanquam ludens occidit & dilacerauit: sic ea re Domini virtus excelluit, quòd nullo negotio malitiam deleuit. Neque enim superioribus cataractis patefactis, abyssisque proprios terminos transilientibus, & tumefactis, aquarum immensa vis ingruit, quæ terram obruens vniuersam, montesque transcendens, & montium fastigia superans, orbem tanquam nauigium simul cum ipsis nautis, atque vectoribus demerserit. Neq; vt Sodomitarum temporibus contigit, ignis, & flammarum imber, quod corruptum erat, purgans expiauit. Neq; aliud quidquam accidit eiusmodi. Sed simplex quædam & incomprehensa peregrinatio, sola vitæ, lucisque præsentia in tenebris, & regione vmbræ mortis considentibus tenebras omnes dispulit, & mortẽ ipsam interfecit. Aliud ne quidquam adiungam iis, quæ dicta sunt? In serpente malum exortum est. Mulier draconis insidijs decepta fuit, Mulieris illecebris vir ipse cessit. Tribus hisce gradibus malum emersit. Quorsum hæc spectat commemoratio? Licet ex hoc mali ordine quendam boni ordinem illi respondentẽ animaduertere. Hæc tria cerno mali receptacula, primum, in quo primo constitit: alterum, in quod defluxit: Tertium, in quo postea inhæsit. Quare cùm in his tribus redundarit, nempe in natura diabolica, & in genere mulierum, & in virorum plenitudine, consentaneum fuit, vt trium dierum spatio morbus expelleretur, singulis generibus malitia laborantibus tributo curationis die, vt vno quidem viri curarentur, altero fœminarum genus, extremo autem extremus hostis, mors, destrueretur, &

3. Cor. 15.

Hominum malitia.

Psal. 13.

Iud. 2.

Esa. 9.

qui mortis ministri sunt Principes, & Potestates Virtutum aduersariarum, & imperantium profligarentur. Nec admireris bonũ prouentum fieri temporis interuallo. Nam & in prima mundi procreatione momento poterat diuina virtus cũcta perficere, attamen rerum fabricationi tempora distribuit: vt primo quidem die pars earum vna constitueretur, secundo autem altera, atque ita deinceps reliquæ, donec omnia perfecta sunt, & absoluta, eo dierum numero, qui scriptus est, Deo cuncta perficiente. Sic etiam hic ea sapientiæ ratione, quæ verbis explicari non potest, tribus diebus malum eicitur, & excluditur ab hominibus, à mulieribus, & à serpentium genere, vt nobis nocere non possit. Hæc de trium dierum numeri causa cogitauimus, rectè, nec ne, auditorum iudicium esto. Neque enim verba nostra certam demonstrationis rationem habere volumus; sed ita quærendo nos exercemus. Quòd si re ipsa præfinitum horum dierum numerum plane vis perspicere (neque enim illi parum deest, si post horam nonam parasceuæ tempus consideres, qua quidem hora Dominus patris manibus spiritum commendauit) paulisper attende, & fortasse, quod quæris, inuenies. Quo nam inquies pacto? Diuinæ potentiæ magnitudinem considera, & quod scire cupis, intelliges. Recordare, quid de se Dominus pronuntiarit, & eam ipsius esse virtutem cognosces, vt voluntate, non autem naturæ necessitate animam à corpore disiungat. Nemo enim, inquit, tollit animã meam à me, sed ego pono illam à me ipso. Potestatem enim habeo ponẽdi eam, & potestatem habeo iterum assumendi. Hoc nobis ita constituto perspicuè patebit id, quod quæsitum est. Qui enim potestate sua cuncta disponit, non ex proditione sibi impendentem necessitatem, non Iudæorum quasi prædonum impetum, non iniquam Pilati sententiam exprectat, vt eorum malitia sit communis hominum salutis principium & causa, sed consilio suo anteuertit, & arcano sacrificii genere, quod ab hominibus teri non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert, & victimam immolat, sacerdos simul existens, & agnus Dei, ille, qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? cùm corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit agni sacrificiũm iam esse perfectum. Nã victimæ corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare cùm corpus edendum, & sanguinem bibendum discipulis exhibuit, iam arcana, & non aspectabili ratione corpus erat immolatum, vt ipsius mysterium peragentis potestati collibuerat. Et anima in illis erat, in quibus eadem ipsa potestas illam deposuit, simulque cũ diuina virtute, quæ cum illa erat coniuncta, in ea regione cordis versata est. Itaque si quis inde tempus incipiat dimetiri, cùm sacrificium Deo factũ est a Magno illo Principe sacerdotum, qui ratione, quæ nec verbis explicari, nec oculis perspici potuit, se ipsum pro communi hominum salute tanquam agnum obtulit, non recedet à veritate. Erat enim vespera, cum sacrum illud corpus comederunt: quam quidem vesperam nox, quæ parasceuem antecedit, excepit. Huic successit parasceuæ dies, quæ nocte illa propter solis obscurationem

Temporis internallo mundus creatus est, & redemptus.

Ioan. 10.

Ioan. 10. Agni sacri ficiu quando perfectum.

Christus se ipsum eden dum obtulit ratione quæ expli cari non potest.

Gen. 1. *Matth. 27.*

rationem interiecta in dies duos & noctem vnā diuisa est. Nam, si Deus noctem tenebras appellauit, tribus autem horis tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, spatium illud in diei medio constitutum nox fuit, quæ singulis illius ex vtraque parte sectionibus binos dies definiuit, vnum quidem ab ortu solis vsque ad sextam horam, alterum autem ab hora nona vsque ad vesperam. Atque ita duas iam noctes habemus, & totidem dies. Hinc sabbati nox est subsecuta, & sabbati dies. Ex quibus tres dies, & noctes itidem tres conficiuntur. Reliquum est, vt Resurrectionis horam inquiramus: qua quidem inuēta veritas extabit. Quādo igitur surrexit Dominus? Væspere sabbatorum tibi Matthæus clara voce denuntiat. Hec est Resurrectionis hora perspicuè in Euangelio descripta. Hic terminus fuit cōmorationis Domini in corde terræ. Vespere enim iā profunda, quæ quidem vespera noctis, quam vna sabbatorum dies consequitur, principium erat, terræ motus factus est. Tunc Angelus in vestimentis fulgens reuoluit lapidem monumēti. Mulieres autem mane surgentes, cùm diei iam lux appareret, & orientis solis splēdor cerneretur, resurrexisse Dominum intellexerunt: qua autem hora res illa admiranda contigisset, non acceperūt. Angel[us] enim surrexisse quidem Dominū nuntiauit; quando autē surrexerit, non patefecit. At Magnus Matthæus solus ex omnibus Euangelistis tempus accuratè descripsit, dicens Resurrectionis horam fuisse sabbati vesperam. Quæ cùm ita se habeant, constat nobis præfinitum tridui spatiū, post quintam vesperam ad vesperam sabbati tempus ita dimetientibus, vt interiecta nox, quemadmodū dictum est, connumeretur, quæ parasceuem in dies duos, & noctem vnam partitur. Decebat enim, vt in eius imperio, qui seculis dominatur, noua ratione spatia temporis accommodarentur ad rerū vtilitatem, non autem res necessario statutis temporis terminis extenderentur, & diuina potentia celerius bona nobis ad exitum perducēte, termini temporis ita contraherentur, vt non pauciores tamen, quàm tres dies, & totidem noctes continerent, (hunc enim numerū mystica & arcana ratio postulabat) nec solita dierum & noctiū spatia celerem diuinæ virtutis actionem retardarent. Qui enim & ponendæ & rursum sumendæ animæ, cū vellet, habebat potestatem, poterat etiam, tanquā seculorum auctor, efficere, vt actionibus suis tempus inseruiret, non autem actiones tempori. sed rerum maximarum caput nondum attigimus. Illud enim à studiosis oportuit inuestigari, quo modo vno eodemque tempore Dominus se tribus his dederit, cordi terræ, paradiso cum latrone, patrisque manibus. Nam ad Pharisæos quidem, quemadmodum, inquit, Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus: Ad latronem autem, Hodie mecum eris in Paradiso: Ad patrem vero, In manus tuas commendo spiritum meum. Nemo enim aut paradisū apud inferos esse dixerit, aut inferos in Paradiso, vt eodem tempore vtrobique fuerit, aut his patris manus indicari. At hæc piè cōsiderātibus ne quæstione quidem fortasse videātur digna. Qui enim diuina potentia sua vbique est, is & rebus adest omnibus, & nullo excluditur loco. Verùm ergo rationē aliam præterea memini me didicisse, quā vobis, si placet, breuiter explicabo. Quando spiritus sanctus in Virginem venit, eique Altissimi virtus obumbrauit, vt homo nouus in ipsa gigneretur, qui propterea vocatus est nouus, quòd à Deo præter hominum consuetudinem creatus est, vt Dei esset domicilium non manu factum, neque enim in manufactis, hoc est, hominū opera constructis Altissimus habitat, tunc sapientia sibi domum exædificante, obumbratione tanquam signi forma intus ædificio constituto, duabus illis partibus, ex quibus humana constat natura, (animum & corpus intelligo) potentia diuina coniuncta est, sese vtrique pariter commiscens. oportebat enim, vt, cum vtraque pars propter peccatum supplicio mortis esset obnoxia, si quadē animi à vita seiunctio verè mors est, corporis autem mors est ipsa corruptio & dissolutio, oportebat, inquam, vt vitæ cōiunctio ab vtraq; parte mortē expelleret. Itaq; Diuinitate vtrique hominis parti copulata, perspicua excellētis naturæ indicia patuerūt. Corpus enī attactu suo morbos curās, Diuinitatē præ se ferebat. Animus autem potenti illa voluntate diuinam virtutem indicabat. Quemadmodum enim tangendi sensus est corporis proprius, sic animi proprius est volūtatis motus. Accedit leprosus corpore iam dissolutus atque confectus. Quo modo curatur à Domino. Animus vult, corpus attingit. Vtroque modo expellitur morbus. statim enim, vt scriptū est, discessit ab eo lepra. Rursū cū tot hominum millia apud se cōsiderent in solitudine, voluit eos ieiunos dimittere. Manib[us] igitur panes fregit. Vides, quomodo Diuinitas vtrique parti coniuncta per vtranque declaratur, cùm & corpus agat, & animus velit? Verum non est necesse, vt res omnes admirandas eodem pacto perfectas recenseamus. Sunt enim omnibus notæ. Quamobrem ad id, cuius gratia hæc commemorauimus, reuertamur. Quo modo eodem tēpore & apud inferos, & in Paradiso homin[us] fuerit, quæritur. Cuius quidem quæstionis vna solutio est, vt dicamus, nihil auium, aut inaccessum esse Deo, in quo omnia consistunt. Altera solutio est illa, ad quam nūc oratio nostra spectabat: nempe Deum qui totum hominem per suam cum illo coniunctionem in naturam diuinam mutauerat, mortis tempore à neutra illius, quem semel assumpserat, parte recessisse. Nunquam enim illum suorū munerum pœnitet. Diuinitas ergo voluntate quidē animum à corpore disiunxit, sed in vtroque tamen se manere demonstrauit. Nam per corpus, in quo corruptionem ex morte prouenientem non admisit, euertit eum, qui habebat mortis imperium per animum autem latroni patefecit aditum in Paradisum. Vtrunque autem eodem tempore perfectum est. Diuinitate per vtranque hominis partem hæc bona præstante, vt per corporis incorruptionem mortem ipsam dissolueret, per animi vero in sede propria cōstitutionem hominibus aditum in Paradisum aperiret. Quoniam igitur duplex est hominis concretio, simplex autem atq; vna Diuinitatis natura, cū homo dirimitur atque distrahitur, Diuinitas ipsa, quæ indiuidua est, non separatur, sed contra potius propter vnitatem naturæ diuinæ, quæ vtrique hominis parti ex æquo inest, quæ seiuncta, separataque erant, rursum coeunt, & coniunguntur. Atque ita ex partium con

Marginal notes (left column): *Tres dies & tres noctes resurrectionis.* — *Matth. 28.* — *Resurrectionis hora.* — *Christus resurrexit post sabbati vesperam.* — *Io. 10.* — *Heb. 2.* — *Matth. 12.* — *Luc. 23.* — *Christus in corde terræ in paradiso & in patris manib[us] fuit eodem tempore.*

Marginal notes (right column): *Luc. 1.* — *Act. 17.* — *Pro. 9.* — *Animæ & corporis mors.* — *Diuinitas vtrique parti hominis in Christo iuncta.* — *Matth. 8.* — *Matth. 15.* — *Rom. 11.* — *Act. 2.*

iunctarum diuisione mors sequitur, ex diuisarum autem coniunctione resurrectio. Quòd si quæris A quo modo in Paradiso se patris manibus commẽdarit, tibi sublimis Esaias respondebit de cælesti Hierusalem, quam nihil aliud, nisi Paradisum esse credimus, ex Dei persona: Descripsi muros, inquiens, tuos in manibus meis. Quare si Hierusalem, *Esa.49.* hoc est, Paradisus, in manibus patris descripta est, constat eum, qui in Paradiso sit, in patris manib⁹, in quibus descriptionẽ habet diuina ciuitas, commorari. Ac de his quidem hactenus. Verum quia *Institutio paschatis christianorum.* Iudæi vehementer institutum nostrum accusant, non alienum erit, vt, quæ nobis obiiciunt, breuiter refellamus. Dicunt igitur in Paschate celebrã- B do sicà Mose quartumdecimum lunæ cursus cit *Exo.12.* cuiusm in lege præscriptum esse, vt septem dieb⁹ pane sine fermento & herbis amaris pro obsonio vescerentur. Quapropter, si quartum decimum, inquiunt, diem obseruatis, simul etiam hos cibos comedite. Sin illos respuitis, cur in die obseruãdo studium ponitis? Neque enim dicendum est, quæ ab eodem legislatore sunt constituta, partim esse tanquam iusta atque animis vtilia comprobanda partim vt iniusta & inutilia repudianda. His argumẽtis cõcludunt, aut omnia, quæ in paschate celebrãdo iussa sunt, aut nihil obseruare nos oportere. Quid autẽ nos ad hæc? Meminerimus nobis esse C mandatũ, ne hominũ maledictis, & contumeliis succumbamus. Nouimus vtilem panis sine fermẽ *Matth.5.* to confecti obseruationem, nec earum herbarũ lucrum, aut diei quattæ decimæ vsum ignoram⁹. Lex, vt paucis rationem hanc explicemus, futuro *Heb.10.* rum bonorũ vmbram continens, vnum illud propositum habet, vt variis mandatis homo ab im- *Legis veteris ænigmata.* mixta naturæ suæ malitia purgetur. Huc spectat circuncisio, huc sabbati, huc ciborum, huc variæ animalium immolationis, huc omnium denique legis cerimoniarum & institutorum obseruatio. Longum autẽ esset, ea, quæ lex per enigmata præscribit, munditiam animi significantia, sigillatim recẽsere. Quemadmodũ igitur per circuncisionẽ, D quæ spiritu peragitur, natura cupiditates abiicit, vitã carni obnoxiã amputãs, & circũcidẽs: per sabbatũ autẽ instituimur, vt quiescẽtes à peccatis abstineamus: & animalium mactatio nos docet, vt perturbationes, & vitia mactem⁹: & ciborũ immũdorum interdictio nos monet, vt ab impura, immundaque vita recedamus: sic & hæc celebritas illam indicat celebritatem, ad quam animus per azyma præparatur, dum septem diebus à fermen *Septenarius numerus.* to iubet abstinere. Septem enim dierum numerus prætereuntem hunc temporis cursum significat, qui per hebdomadas circumuoluitur. Diligenter enim quotidie cauendum est, ne dies instans vllas hesternæ malitiæ reliquias cõseruet, ne quid acerbitatis, aut amaritudinis hodierno fermento veteris improbitatis mixtio pariat. Sol ne occidat *Eph.4.* super iracundiam vestram, inquit Apostolus, qui præcipit, vt diem festum celebremus, non in fermẽto veteri, nec fermẽto malitiæ, & nequitiæ, sed *1.Cor.5.* in azymis synceritatis & veritatis. Quod autem de vno malitiæ genere didicimus, id simili ratione de reliquis malitiæ generibus dictum existimemus. Amaritudo enim ẽ vita torporem, & ignauiam expellit, & illius loco ferrẽ, & durum, & asperam viuendi rationem introducit. si quidem

omnis disciplina principio videtur non lætitiam, A sed molestiam afferre. Quare qui vitæ totius hebdomadem nulla veteri malitia commistã, sed ab ipsius fermento liberam transigit, temperantiam in victu tanquã obsonium adhibens, is ab omni tenebricosa mixtione se ipsum auocat. Hoc enim quartæ decimæ lunæ cursus significat. Nam cùm totum ipsius cursum nouem & viginti dies eum dimidio conficiant, quo quidem spatio luna tum crescendo circulum perficit, tum decrescẽdo minuitur, vt omni prorsus luce deficiat, fit, vt botum dietum dimidium numeri quatuordecim dies & paulo amplius contineat. Cùm igitur proprio B cursu progrediens nocturno spatio sic orbem suum luce compleuerit, vt diei splendori nitorem adiungat suum, sequitur, vt neque vesperi, neque mane tenebras vllas sinat interponi, quibus continua lucis series interrumpatur, cum in elementis perpetua luminis successio maneat. Priusquã enim solis occidẽtis radii planè deficiant, è regione cernitur luna, quæ luce sua mundum illustrat. Et rursum antequam hinc cursu confecto luna discedat, lucis eius reliquiis diei splendor adiungitur. Atque ita ex illa nocte, qua luna plena est, tenebræ penitus excluduntur, mutua solis & lunæ tum vesperi, tum mane successione. Quod igitur luci sensibus expositæ quartadecima die contingit, vt per totam noctem atque diem nullam tene C brarum mixtionem admittat, id spiritalis lex vult esse documentum, vt per totam vitæ hebdomadam præclarũ vnum Pascha & à tenebris remotissimum celebrantes omne temporis spatium in luce transigamus. Hæc est celebrandi Paschatis apud Christianos institutio, atque obseruatio. Iccirco quartamdecimam hanc diem attendimus, vt ex hac luce, quæ sensu percipitur, & in materia sita est, lucem à materia seiunctã, & quæ sola mente comprehenditur, intelligamus, &, dum videmus lunam plenam inquirere, quæ perpetuum ex se lumen tota nocte præbeat, nihil aliud nobis ea re legem præscribere existimemus, nisi vt D omne tempus, quod nox diesque dimetitur, virtutibus illustratum & splẽdidum, & nullis tenebrosis actionibus permixtum inquinatum ve traducamus. Ac de his quidem satis. Quæ vero ad Crucis mysterium pertinent, quis ea facilè dicendo queat explicare? Innumerabiles erant moriendi *Crucis mysterium.* rationes, quibus mortis pro nobis obeundæ consilium expleri poterat. Hanc tamen ex omnibus vnam is, qui mortis, quam vellet, optionem habebat, sibi delegit, atque præscripsit. Oportet enim, inquit filiũ hominis. Non dixit, hæc & hæc filius E hominis patietur, vt aliquis futura prænũtiãs sim- *Matth.16. Marc.8. Luc.9. Io.12.* pliciter dixisset, sed necessarium arcana quadã ratione, ac debitum esse significat, dum, oportet, inquit filium hominis multa pati, & reprobari, & tertia die resurgere. Vim enim illius verbi, oportet, mihi considera, & inuenies id in ea contineri, vt significet, fieri aliter non oportere, nisi vt per Crucem mors oppetatur. Quæ huiusce rei causa? Pauli solius est, eam exponere per arcana illa verba, quæ in adytis Paradisi constitutus audiuit, solius, inquam, Pauli est, hoc crucis mysterium explanare, quemadmodum etiã ex parte aliqua in epistola ad Ephesios facit, dum arcanum hoc pate faciens. Vt positis, inquit, comprehendere cũ omnibus

Eph.3. nibus sanctis,quæ sit latitudo, & longitudo,& sublimitas,& profundum,scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi,vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei. Neque enim frustra diuinus ille Apostoli oculus Crucis figuram excogitauit. Sed ea item re facile ostendit,se, omnibus ignorantiæ squamis ab oculis mentis excussis, ipsã rerum veritatem clarè perspexisse. Nouit enim,ea *Crucis quatuor cornua.* figura,quatuor cornibus è medio prouenientibus descripta potentiam,& prouidentiam illius , qui ex ipsa pependit,declarari , & iccirco partes illius singulas propriis nominibus appellauit. eã enim, quæ à medio deorsum vergit, profundum vocat: quæ autem sursum,sublimitatem:latitudinẽ verò & longitudinem illas , quæ vtrinque transuersæ protenduntur : vt,quæ hinc à medio producitur, latitudo,quæ autem illinc,longitudo nominetur. Potes,ea,quæ dicta sunt,in animo tuo de Deo cogitans intueri. Cælum enim suspice,& partes infimas animo complectere,extremosque ac sũmos orbis terminos cogitatione comprehende, atque considera,quænã potentia,tanquam vniuersitatis vinculum hæc omnia deuinciat,atque contineat. videbisque sponte sua in ea diuinæ potentiæ contemplatione Crucis figuram exprimi in animo ac mente tua,à superis ad infera ab extremis ad extrema protẽtam, atque descriptam. Figuram hanc magnus etiam Dauid de se loquẽs expressit; Quo *Psal.138.* ibo,inquit,à spiritu tuo , & quò à facie tua fugiã? Si ascendero in cælum(hæc est sublimitas)tu illic es. Si descendero in infernum (hoc est profundũ) ades. Si sumpsero pennas meas diliculo, id est, ad ortum solis,(hæc est latitudo) & habitauero in extremis maris. Sic enim occasum appellat.(hæc est longitudo.) Cernis quo modo Crucis figurã describat? Tu es,inquit,qui per omnia cõmeas,qui cuncta deuincis,qui in te ipso comprehendis vniuersa. Tu supra es tu es infra,In hac extrema parte man⁹ est dextera tua,in illa sinistra. Ob id mago⁹ itẽ Apostol⁹,cũ oĩa fide & cognitione repleta fuerint,fore dicit,vt is,qui super omnia est, in nomi- *Philip.2.* ne Iesu Christi adoretur & à cœlestib⁹,& à terrestribus,& ab infernis, quibus verbis per crucis figuram diuidit Christi adorationem. Cœlestis enim regio partem sublimẽ, terrestris ambas medias,inferna profundam continet. Idem mea qui- *Matth.5.* dem sententia significat etiam Iota illud, si cum apice coniunctum consideretur, quod & cœlo stabilius,& terra firmius,& omni rerum constitutione certius est. Cœlum enim & terra transibũt, & huius mundi figura præterit: Iota autem ex le- *Matth.24.* ge, & apex vnus non præterit. Linea recta è subli- *1.Cor.7.* mi in imum descendens Iota dicitur. obliquè autem ad latera pertingẽs apex nominatur, id quod ab ipsis nauigantibus licet discere, qui lignum illud transuersum malo adiacens, cui vela suspẽdũt græce eodẽ nomine,quo apicẽ nominant,nempe chereã. Quamobrem diuina hæc Euangelii verba mihi videntur in Crucis figura tanquã ænigmate & speculo quodam illud ostẽdere, in quo omnia constiterunt,quod omnibus , quæ in ipso continentur,stabilius est,atque æternum. Cuius potentia cũcta moderatur. Proinde Dominus ait,opor- *Matth.20.* tere filium hominis, non simpliciter mori,sed cru- *Io.12.* cifigi,vt crux Deum gestans,aduersariis omnipo- *1.Cor.5.* tentem illius,qui in ipsa penderet,vim,quiq; omnia in omnibus est,figura sua patefaceret. Nobilis *Ioseph ab Arimathæa.* ille senator Ioseph , fratres,ab Arimathæa non est nobis silentio prætereundus , qui cùm illius corporis munus accepisset, sindone mundo illud inuoluit , & in monumento nouo,ac puro collocauit. Quod ab honesto hoc senatore gestum est,nobis sit tanquam lex, vt idem nos quoque præstemus,cum illud corporis munus suscipimus, ne id sordido conscientiæ linteo inuoluamus , ne ve in cordis monumento mortuorum ossibus,omniq; immũditia pleno reponamus. Sed vnusquisque, *1.Cor.11.* vt scribit Apostolus, se ipsum probet , ne munus suscipienti sit in iudicium. Verùm, dum hæc loquor,lucida Angeli stola mentis aciem mihi præstringit,& dulcis ille terræmotus , quo grauis ille humani monumenti lapis reuolutus est,omnibus que resurrectionis fores patefactæ sunt, præ voluptate cor meum concutit. Curramus & nos ad conspiciendum spectaculum hoc nouum , & admirabile. Sabbatum enim iam illuxit. Ne permittamus,vt mulieres anteueniant. Sint etiam in manibus nostris aromata fidei, puræque consciẽtiæ. In his enim consistit bonus odor christi. Ne quæramus amplius viuentem cum mortuis. Dominus enim eos,a quib⁹ hoc modo requiritur,reiicit,& arcet. Ne me,inquiens,tangatis. Cùm ascendero ad patrem,tũc me licebit attingere. Idest,cùm nõ corpoream amplius, seruilemque formam , sed eum,qui est in gloria patris qui est in forma Dei, & Deum Verbum,fidei conceperitis,tunc me,nõ *Mulier fide prior quàm vir.* autem simplicem serui formam,adoretis. Audiamus bonum nuntium,quem nobis mulier affert, quæ fide prior,quàm vir,accedit,ac merito quidẽ vt incipiens ipsa ad bonum currere,diluat crimẽ, in quod incidit,cum antè cucurrit ad malum. Ecquid autem nũtiat? Ecquod est hoc mulieris Euãgelium? Non ex hominibus profectò , neque per homines,sed per Iesum Christũ. Audite,inquit, quod mihi Dominus,vt vobis quos fratres etiam nominat, nuntiarem,ipse mandauit. Ascendo,inquit,ad patrem meum,& patrem vestrum,Deum meum,& Deum vestrum. O nuntium præclarum & bonum. Qui pro nobis factus est homo,is cùm sit Vnigenitus,quo nos fratres efficiat suos,se hominem ad verum patrem adducit,vt per se ipsum omnes cognatos secũ trahat, ne possit illis ampli⁹ obiici,quod eos,qui natura Dii non sunt,adorauerint. Etenim cum ad viuentem & verum Deum adorandum reuocati sint , ab hæreditate paterna tanquam reiecti reprobatique non possunt excludi,quoniam filium verum ipsi per adoptionẽ filii secuti sunt,qui multis in fratribus primogenitum bonæ creaturæ se per carnem efficiens,omnẽ naturam humanam , cuius particeps esse voluit,assumptæ carnis necessitudine sibi coniunxit . Sed quia panis azym⁹ ante pascha ꝓ obsonio herbas amaras habet,videamus qua iucunditate post Resurrectionẽ panis efficiatur dulcis. Cernis in manibus Domini Petro piscante panem , & fauum mellis? Inde cõsidera,in quid amaritudo vitæ cõmutetur. Quare nos item ex piscatu verborũ Dei iam ad panẽ illum cœlestẽ accurram⁹,quẽ spei fauus dulcẽ reddit in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

De resurrectione Oratio. II.

D. GREGORII NYSSENI ARCHI EPISCOPI, DE RESVRRECTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET QVOD NVLLO MODO INTER SE CONTRARII

Euangelistæ diuersis modis memoriæ prodiderint ea, quæ acciderunt in resurrectione Emmanuelis, Oratio secunda: Interprete Laurentio Sifano.



VANQVAM omnes quidem ꝓpemodũ, dilecti, eam quæ à nobis in dominica nocte commodè atque compe tẽter introducta est, Euangeliorum approbant lectionem de resurrectiõe magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: nonnulli tamen vtilitatem quidem se sensisse non negant, sed quòd putent se aliquantò tectius & obscurius doctos esse, de eadem re non eadem sed contraria & auditorem magis ad incredulitatem inducentia dicentibus Euangelistis, perturbari se aiunt. Cui enim credendum est? Matthæo, qui vesperi sabbatorum resurrectionem accidisse scribit? an Ioanni, qui hoc idem mane, cùm adhuc tenebræ essent, contigisse memoriæ prodidit? An Lucæ & Marco: quorum hic ortum solis, ille profundum diluculum eundem articulum tẽporis, quo illa contigerunt, nominauit? Ad solutionem igitur propositi dubij, aliarumque circa scrutationem dictorum exorientium quæstionũ, eaci tari nos licet infirmos à Deo, qui resurrexit, & planam adhibere interpretationem oportet. Etenim eum qui semen lectionis deiecit, eamque in auribus vniuersorum sparsit, æquum est inde quoque ortarũ quæstionum reddere rationem. hoc itaque facere etiam, atque ex illis ipsis, quæ super his dubitantes dicebant, rationem inferre conabor. Neque enim sacri Euangeliorum scriptores, vel vesperi sabbatorum, vel maiori parte noctis præterita, vel diluculo rursus, vel post solaris radij emersum, resurrexisse Dominum dixerũt. (Sic enim contrarietas esset, si vnum factum, non in vno potius, sed in diuersis temporibus accidisse scriptores memoriæ prodidissent.) sed mulieres scripserunt, alio tempore alias ad sepulchrum venisse, & non circa eundem temporis articulum: (quomodo enim eas, quæ diuersis temporibus venerunt?) omnes verò similiter audiuisse ad angelis de seruatore, Surrexit, non est hic: non adiecto quando. quasi in illa diuina nocte absque controuersia, & in hoc omnibus consentientibus resurrectio quidem acciderit, nemo verò horam notauerit, quæ omnibus ignota erat, præterquam cùm Deo, qui resurrexit: tum patri, qui solus ita noscit filium, vt ipse cognitus est à filio: tum spiritui, qui omnia scrutatur, etiã profunditates Dei. Matthæus enim dixit Mariam Magdalenam & aliam Mariam vesperi sabbatorum venisse ad videndum sepulchrum: terræ motum autem factum esse magnum: atque angelum de cœlo descendisse, cuius aspectus quidem fulguri, stola verò niui haud dissimilis fuerit, vt ipso terribili quidem habitu perterrefaceret custodes: qui etiam non ferentes visionem, parum etiam abfuit, quin perirent, mortui facti metu: candore verò inuitaret mulieres, & fiduciam iniiceret natura timidis ac formidolosis, resurrectionemque per ipsum habitum cum ingenti lætitia annunciaret. his enim de caussis missus erat. Cùm enim lapidem reuoluisset, reperit resurrexisse Dominum, sepulchro quod sigillis munitum fuerat, ac præsidio militum custodiebatur, sicut Deum decebat, clauso relicto, quemadmodum clausis quoque ianuis penetrans in domicilium ad discipulos accessit. Quare etiam dicebat. Non est hic, sed surrexit, significans angelus ante suum aduentum admirabiliter accidisse resurrectionem seruatoris, quam vt Deus propria virtute exequens in iis, quæ disposita ac destinata erant, peragendis nullum angelorum auxiliũ desiderauit. Nisi enim hoc ita esset, dixisset: Ecce resurgit, significans id, quod statim fieret: sed quoniam aute factum erat, præterito tempore viens dixit. Non est hic, sed surrexit. Atque illud etiam ex hoc apertè demonstratur, quòd Apostoli cùm prædicarent Euangelium, propter infirmitatem audientium dicebant Christum resuscitatum esse à patre, acceptabilem & commendabilem hoc modo sermonem reddentes. sed angelus, qui primus resurrectionis annuntiatricem vocem rupit, nudam designans ac maiestatis plenissimam Deoque maximè conuenientem eius, qui resurrexerat, potestatem, clamabat: Non est hic, sed surrexit. Itaque quòd dicitur eum resuscitatum esse à patre, audientium quidem, vt dixi, disponebat atque moderabatur infirmitatem, eundem verò cõtinet, & non alium intellectum. Nam in quo operatur pater? In propria potentia videlicet & virtute. Quænam est autem virtus ac potentia patris? Nemo aliùs præterque Christus: Christus enim Dei virtus ac potentia, Deique sapientia est. Ergo seipsum resuscitauit Christus, & si à patre dicitur esse resuscitatus. Cæterùm *opse sabbaton*, id est serò vel vesperi sabbatorum, non significat vesperum, qui post occasum solis fuit: neque enim singulariter dixit, vesperi sabbati, sed pluraliter, vesperi sabbatorum. sabbata verò omnẽ septimanã vocare solent Hebræi. Nam ne longius abeas, Euangelistæ, vno sabbatorum, inquiunt: cùm dicendum fuisset, primo die septimanæ. Sic nimirum etiam in communi consuetudine vtimur, secundum sabbatorum, & tertium sabbatorum appellantes secundum & tertium diem septimanæ. Nõ dixit igitur, serò sabbati, aut vesperi sabbati, vt vesperum illius diei significaret: sed serò sabbatorũ, vt tardius, & multum distãs indicaret. Etenim aliquando nos quoque ita dicere solemus, *opse tou quærou paragegonas*, id est, serò vel tardius ad tempus venisti: *opse tis horas*, id est serò vel tardius ad horam, *opse tis chrias*, id est, serò ac tardius, quàm vsus & necessitas postulasset: non vesperam

Euangelistarum diuersa sententia de hora resurrectionis.

Matth. 28.

Christus seipsum resuscitauit.

Sabbati vespera.

speram, neque tempus, quod post occasum solis est, significantes: sed tardius, & postquam vsus & necessitas postulauerit, aut post tempus commodū & opportunū factum esse quippiam hoc modo indicantes. Atque *opse sabbaton*, id est, serò, vel vesperi sabbatorum, longius & tardius prætéritæ septimanæ tempus significat. Impletur quælibet septimana occasū solis sabbatum excipiente. Nā etiam Matthæus cùm temporis articulum, qui multum distabat à fine explere septimanæ, significaret, & quasi seipsū interpretaretur, adiecit, quæ illucescit in vnā sabbatorum. Præterierat, inquit, in tantum nox, vt esset tempus gallorum cantus, qui cantus lucem futuri diei præcedit. Tunc nimirum atque in hoc articulo temporis, nō autem vespera quæ sabbatum insequitur, finientes ieiunia, incipimus nos oblectare atque lætari, consuetudine, quæ apud omnes obtinuit, hanc rem comprobante. Cū igitur hic temporis esset articulus, Maria Magdalena atque altera eiusdem nominis ad sepulchrum venerunt, & angelom, qui de cœlo descēderat, quemadmodū dictū est, viderunt: qui reuoluto lapide super eū sedebat: à quo etiam inuitatæ viderunt locum, vbi positus erat Dominus: & currere iussæ quæque acceperat, mandata discipulis edere, egressæ celeriter è monumento currebant: itaque currentibus obuiam factus Iesus appellauit eas, dicens, Auete. Etenim oportebat primum muliebrem sexum & ab angelo bonum rēsurrectionis accipere nuntium, & Dominum videre, & primam ab eo vocem audire, Auete, quoniam mulier quoque prima audiuerat fraudem serpentis, & contra præceptum viderat ligni interdicti fructū, & pœna tristitiæ ac doloris cōdemnata fuerat. Quapropter etiam adorare serua tot & pedes apprehēdere & contrectare permittebat, vt iis quæ primæ defecerant & alienatæ erant ab eo: & discipulis gaudium annuntiare iubebat, cum muliebré, quæ tristitiæ ministra Adamo fuerat, gaudij nuntiam viris esse vellet, contrarijs cōtraria curans. Euntib. autem illis, inquit, vt mādata referrent discipulis, Ecce quidam de custodia in vrbem venerunt ac renuntiauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ acciderant. Atque illi coacti vnaque cum senioribus habito consilio satis magnam pecuniam dederunt militibus, dicētes, Dicite quòd discipuli eius noctu venerint, & surripuerint eum vobis dormiētibus. Et si hoc delatum fuerit ad præsidem, nos persuadebimus ei, & vos securos reddemus: illi autem accepta pecunia, fecerunt quemadmodum erant edocti. & diuulgatus est hic rumor apud Iudæos vsque in hodiernū diem. Atque altera quidem Maria: (hāc autem deiparam fuisse credere cōsentaneum est: quoniam nec à passione quidem abfuit, sed stabat iuxta crucem, vt Ioannes memoriæ prodidit, quā etiam decebat ea, quæ ad gaudium pertinebant, annuntiare, vt quæ radix gaudij esset, ac præclarè audiuisset illud, Aue gratia plena, Domin⁹ tecū:) mandatum Domini exequens discipulis omnino exposuit. Nō enim fas erat nō adimpleri id, quod ita clarè dispositum, administratum, & præceptū erat, tametsi non crederent qui audiebant. Quoniam hoc quoque sæpe accidere solet, dum immensa miracula anuntiantur. neque enim otiosi permansissēt, si credidissēt. At Magdalene vnà cū

Matth.28.

Mulieres quare primæ nuntiauerunt resurrectionē.

Matth.28.

Deipara abeunti & similiter ad annuntiandū properanti accidit quiddam more humano. & quemadmodum Petrus ab Herode comprehensus, & nullo negotio solutis catenis per angelum ex custodia eductus, multumque spatij progressus, quo ad portam quoque vrbis transiliset, non putabat verum esse, quod agebatur sed visionem se videre existimabat: ita etiam hæc cùm excellentiam miraculi velut importunum & intempestiuū quiddam esse reputaret, & simul, posteaquā custodes antecucurrissent, & cum pontificibus cœpissent texere calumniam aduersus resurrectionem, ptoi[?] tale quiddam subsutari sensisset ambiguitatis ac dubitationis cogitationes admisit: neglectaque renuntiatione atque salutari mandato ad sepulchrū tendebat mane, cum adhuc tenebræ essent, vt Ioannes ait. Quemadmodum enim permisit Dominus, vt ex incredulitate Thomas diceret, Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum, & mittam digitum meum in vestigium clauorum, mittam item manum meam in latus eius, nō credam: ac per curiosam illius incredulitatem & cōtrectationem, nos in eam fidem confirmati sumus, vt omissis opinionum ac suspicionū fabulis, quo corpore passus est, eodem etiam resuscitatum esse credamus Emmanuelem: eodem modo Mariā quoque Magdalenam ad incredulitatem reuersā: cū hoc etiam facilius ei accidisset: (non ignota est enim mulebris sexus fragilitas & facilitas ad lapsum:) per curiosam & superuacuam inquisitionem, miraculum resurrectionis, quod omnem fidem cogitationemque superat atque excedit, credibilius efficere permittebat. Cum hac igitur ambigua mente accedens, cùm lapidem duntaxat ab ostio monumenti reuolutum vidisset, angelū autem non amplius super eo, vt paulò antè sedentē, ab incredulitate vinci se passa est, imaginationē & alienationē mētis ex pauore repēnino contractam esse existimans id, quod prius viderat, idque nō pro vero, sed pro falso ducebat: cumque accurrisset ad Petrum & ad alium discipulum, quem diligebat Iesus, clamabat dicens, Sustulerunt Dominum ex monumento, & nescio vbi posuerint eum. Vides quod cum ex iis, que post relationem custodum apud Iudæos conficta erant, aliquid tale ad aureis eius peruenisset, mēte immutata atque deprauata est: ac putauit aduersarios furatos esse corp⁹ Iesu, vt furtum in apostolos conferrent. At Petrus & Ioannes sine mora surrexerunt, & ad sepulchrum cucurrerunt. Non enim nouum & inopinatū erat quod dicebatur, vt, quod ad resurrectionem attinet, fidem non haberēt: imò verò etiam credibile & non discordās & alienū erat à malitia Iudaica. Intrepidè autem & absque metu id agebant cùm silentium esset, tenebris nondū discussis. Deoque fiduciam eis atque animi præsentiam subministrāte. Sed cū eo venissēt, manifesta atque euidētia signa resurrectionis inuenerūt. Vidēt enim in sepulchro linteanima iacentia. quod nequaquā accidisset si corpus furto sublatū fuisset. Primū enim furibus mos est vestes detrahere atque spoliare, deinde admodum celeriter committere furtum, ne in ipso facinore deprehensi pessimè mulctentur. De corpore autem Iesu in hunc ferè modū scripsit Ioannes. Obuinxerunt eum linteis cum aromatibus, prout mos erat Iudæis sepelire. Quomodo igitur

Ioan.20.

An christi corpus potuerit à discipulis surripi.

Ioan.19.

do igitur non multi negocii res furantibus fuisset vincula soluere, corpusque nudare linteaminibus, quæ iam adhæsissent, & facilè auelli non potuissent, ae priusquam detracta essent, rumperetur. Mixtura enim aloës & myrrhæ, quã attulerat Nicodem⁹ conserta & implicata erant. Quin etiam sudarium, quod fuerat in capite eius nõ cũ linteaminib⁹ positũ, sed separatim inuolutum in vnum locum nullius trepidationis, qualis furto sublato corpore fuisset, indicium erat. Quî enim otium, talisque securitas furibus fuisset, vt tegumentum etiam capitis aptè inuoluerent, & separatim deponerent? Itaque hoc etiam manifesto veritatem resurrectionis ostendebat: simul autem etiam mysterium à diuina maiestate haud alienum innuebat: nimirum quod caput deitatis locum obtinẽs: (Iuxta illud, caput Christi Deus:) & qui de eo extant sermones, manent circa carnis humanæ assumptionem quasi inuoluti atque indissolubiles: etiam si inferiora, quæ circa dispositionẽ & administrationem, quam in carne peregit & circa eam, quam cum hominibus in terra conuersationem habuit: (quarum rerum figura, linteamina erant:) acciderunt, quantum eius fieri potuit à nobis dissoluta atque contrectata sint. Atque his visis Petrus & comes eius crediderunt, cùm non simpliciter solùm, verumetiam præstantiori mente ac sensu apostolico rem spectassent. Plenum enim luminis erat sepulcrum, vt etiamsi nox adhuc esset, dupliciter tamen tum sensibiliter, tum spiritualiter viderent ea, quæ intus erant.

Io 20. Nam si semper lumen iustis est, prout scriptum est, multo magis iustorum Deo. Non credideiant autem, inquit, quia nondum nouerant scripturam quòd oporteret eum à mortuis resurgere. Atqui sciebant, quia seruator eis sæpæ prædixerat, quòd resurrecturus esset: sed non tanquam à scriptura, atque inde petitis oraculis (quæ fieri non poterat, quin euenirent) adducti sed tanquam circa fidem adhuc labescentes atque claudicantes. Cæterùm quòd nudus Iesus absque linteaminibus resurrexit, significat eum nequaquam post hac cibi potus ve, aut indumentorum gestaminia atque operimenti egentem in carne cognitum iri. Et si id, quod decretum, dispositum ac destinatum erat, exequens & administrans sponte sua se his rebus subiecit, vt qui eiusdem nobiscum naturæ particeps esset: deinde significat etiam Adami in pristinum statum restitutionem, in quo nudus erat in paradiso, & non erubescebat. Nam de cætero tanquam Deus, licet incarnatus gloria, quæ Deum maximè deceret, circundatus erat, cùm ipse sit is, qui lumine tanquam pallio induitur, vt inquit propheta Dauid. Ac Petrus quidem & Ioannea fide ipsis ex iis, quæ viderant, facta, domum reuerterunt: Mariæ verò nihil dixerunt. Curabat enim & operam dabat is, qui solus sapiens est, vt fidem

Christus nudus resurrexit.

Ioan. 20. non habens per ea quæ videret potius, quàm quæ audiret, ad credendum adduceretur. Stabat igitur iuxta monumentum foris plorans, & cùm inclinasset se, vidit angelos duos veste candida insigneis & illustreis, sedenteis vnum ad caput, alterum ad pedes, vbi iacuerat corpus Iesu, & cùm lamentationem lætitia commutare oporteret, lachrymari non desistebat, adeò vt angeli quasi cũ increpatione dicerent, Mulier quid fles? perinde ac si dicerent, Muliebres hæ sunt lachrymæ, non læti animi. Quî enim locũ habet lamentatio post tale spectaculum? Atque illa in eadem incredulitate perseuerans: (prorogabatur enim & extendebatur perturbatio, vt per ea quæ paulatim adijciebãtur, ad credendum perfectè expurgaretur,) ad eos dixit, Sustulerunt Dominum meũ ex monumento, & nescio vbi posuerint eum. Atque hæc loquuta cõuersa est retrorsum, & videt Iesum stãtem, nec sciebat quòd Ies⁹ esset, partim quòd præ lachrymis offusa tenebris, & quasi caligine grauata esset: partim quòd etiam Iesus interea rem ita disponeret, vt ab ea non agnosceretur. quamobrem etiam dixit, Mulier quid ploras? quẽ quæris? Illa existimans quòd hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dic mihi, vbi posueris eum, atque ego eum tollam. Forsitan autem non abs re, neque extra decorum, hortulanum esse putabat Iesum: sanè enim ipse verus & immortalis agricola paradisi erat in horto monumenti, sicut in paradiso mulierem, quæ Adamum primũ hortulanum per incredulitatem deceperat, lapsã corrigens atque emẽdans. Sic igitur vniuersa mysteriorum plena, rationibusque diuinis ac sublimibus referta sunt. Cæterùm cùm hæc dixisset Maria, & circa scrutationem corporis solicita hæreret, ac iam etiam magis conuersa esset vt abiret, satis tortam & examinatam conspicatus is, qui penetrat vsque ad diuisionem animæ atque spiritus, articuum quod ac medullarum qui iudicare quoque scit de cogitationibus cordis ac mentis agitationibus, vnica voce incredulitatem eximit, visumque mulieris acuit ad agnitionem, cùm dixisset solùm vt ipse sciebat, cum redargutione & motu ad reuerẽtiam, Maria. Atque illa extẽplò cõuersa, & Rabbouni, quod dicitur, magister, eum appellabat, & diuinos illos pes conabatur apprehẽdere: & audiuit, Ne me tangas, nondum enim ascendi ad patrem meum: hoc, inquit, donũ iam consequuta quæ vna cum altera Maria & contrectasti me & adorauisti, pedesque tenuisti, contempsisti adeò, vt etiã non crederetis: ac nihil magnũ de me in animo concepisti, sed adhuc circa monumentum quærebas, qui diuinitua supra apud patrem eram. ac nunc ne me attingas, si eadem mentia agitatione, ad patrem ascensionem deesse mihi existimas. Nondum enim, vt tu cogitas, ascẽdi ad patrem meũ: sed vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, ac Deum vestrum. Quoniã, inquit, secundum carnem primogenitus sui inter multos fratres, non mihi nunc, sed vobis fratribus corporaliter ascendam ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, ac Deũ vestrũ. Nisi enim Deus meus appellatus esset, cum innocentiam humanæ naturæ propterea quòd, sicut in principio generis, peccatum ignorabam, in me vidit: vester pater vel Deus, vt pote eorum qui ab eo abalienati eratis, appellatus nõ esset. Quapropter etiam Paulus Hebræis scribens dicebat: Nõ enim in manufacta, Sancta introiuit Christus, ad similitudinem facta verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc in cõspectu Dei pro nobis. Venit igitur Magdalena Maria, & annuntiat discipulis, quod vidisset Dominum qui hæc dixisset sibi. Cùm venisset autem, atque ea annuntiasset, rursus inuenit Mariam

Christus hortulanus.

Heb. 8.

Luc. 23. & 24.

Marc.16. Mariam Iacobi, & Ioannam, & alias nonnullas cum ipsis cum apparatu aromatum & vnguentorum ad sepulchrum properātes, discussis tenebris, ac profundo diluculo (hoc est, iusto ac vero, &
Luc.24. nunc primum incipiente,) vt inquit Lucas, & adiungens se vnà cum eis ibat, ac propter ardens erga Iesum desiderium dux earum videbatur, ac propter hanc claritatem, quam ex facto adepta est, prima apud Euangelistas numeratur. Cupiebat enim etiam illis non ex iis, quæ & ab sese & ab altera Maria audiuisset, sed ex illis ipsis, quæ vidissent, vel angelorum præsentia fidem fieri resurrectionis: & erat cum eis prudenter ac dedita opera tacens, nihilque dicens, cùm admirantes atque dubitantes eam interrogarent: B sed expectabat rerum gestarum testimonium, & credebat fore, vt etiam illis sigillatim certa fides plenaque persuasio per oculorum fieret inspectionem. Itaque cùm lapidem à monumento reuolutum vidissent, ingressæ sunt, & non inuenito corpore Iesu anxiæ atque hæsitantes vident astantes sibi viros duos stolis quasi effulgu-
Luc.24. rantes: à quibus audiuerunt, Quid quæritis viuentem cum mortuis, non est hic, sed surrexit, & cætera. Et reuersæ, inquit, à monumento nuntiauerunt hæc omnia vndecim illis viris, & cæteris omnibus. Sed vt erant vulgus & multitudo confusa, magis ad incredulitatem deflexerunt, C atque id quod relatum erat, cauillabantur, respuebant, & auersabantur. Videbantur enim verba earum quasi deliramenta, neque fidem illis habebāt: adeò vt petrus etiam ipse paulatim propter illorum incredulitatem aliquo modo perturbatus & fluctuās surrexerit, ac rursus ad monumentum cucurrerit, atque prospiciens iterum quoque viderit linteamina iacentia, quæ iam antea ingressus plenius & exactius inspexerat. vnde solum prospexisse contentus, ac nihil à priore statu immutatum conspicatus, abiit consternatus & admirās id quod acciderat: ac glorificans eum D qui hæc ita ordinasset & administrasset. Ac Maria Magdalena rursus, quemadmodum vnà cum iis, quæ cum Ioanna erant, mulieribus portantibus quæ ante sabbatum præparauerant, vnguenta atque aromata, profundo diluculo profecta erat: ita cum Salome quoque muliere peregrina, quæ præter nominatas licet tardè emerat tamen aromata, sed post sabbatum, eadem mente impigrè currebat, assumpta secum etiā Maria Iacobi, ita vt etiam in coemptione aromatum sociæ fuisse videantur. Cum enim sociæ essent itineris, totā rem gestam commone studium esse existimabāt: & valde manè vna sabbatorum veniunt ad monu- E mētum. Præterea in exactionibus ac plenioribus exemplaribus continetur id, quod significatur, præter iam factas visitationes etiam hunc mulie-
Marc.16. rum ad monumentum contigisse accessum. Quid autē *lian proi*, id est, valde manè, sic explicās Marcus adiecit, orto sole. Et dicebant, inquit ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? & sublatis oculis vident lapidem reuolutum. Erat enim magnus valde. Cū enim Salome meritò dubitaret, vt quæ omnino ad sepulchrum non accessisset, atque hæc ad comites suas diceret, illæ tacentes prout superius dictum est, cùm sustulissent oculos, aspectu ipso responsum

A dederunt etenim lapis reuolutus in conspectu apparebat. Quoniam autem vnà ibant, & commune eis iter, idcirco inter se dixisse ac dubitasse scriptum est, si rerum naturam atque historiæ veritatem consideremus, ac discernamus, cuius earum proprium fuerit dubitare. Nam eas, quæ iam sæpè lapidem reuolutum vidissent, de hoc solicitas esse, probabile non erat. Sed quoniam inter has mulieres, de quibus est apud Marcum, persona Salome ignara infertur, absque controuersia, oratio probabilis ac verisimilis est. Nam nec illas consentaneum est dixisse, Quis reuoluet nobis lapidem, propterea quòd Iudæi obsignaissent aditū sepulchri, adhibita custodia militū, & tertius dies instaret. Dixerant enim scelerati illi ad Pilatum, Recordati sumus, quod impostor ille dixit, cū adhuc viueret: Post tres dies resurgam. Si mulieres igitur sciebant miraculum, quod per angelum factum erat, & quòd lapis remot⁹ esset, & custodes expauefacti mortuisque similes facti recessissent, quo modo solicitæ & anxiæ de reuolutione lapidis erant? sin autem miraculū ignorabant, custodiam militum considerare, ac non de aperiendo monumento cogitare oportebat. Verùm, vt dixi, Salome & hoc ignorabat, & ipsius solius ea verba erant. Nā Maria Magdalena atque altera Ma- Matth.28.
ria cùm sedissent è regione sepulchri, quemadmodū memoriæ prodidit Matthæus, magnoque studio atque industria assidentes id egissent, tum signacula Iudæorum, tum armatorum custodiam oculis suis conspexerant. Ingressa autem Salome cum vtraque Maria, viderunt iuuenem sedentem à dextris amictum stola candida, & expauerunt omnes: hæc quidem, quòd fide indigeret, ac magis humano more affecta esset: illæ verò, quod sæpius ad monumentum venissent, curiosèque ac si prā quā necesse atque opus esset, deinceps explorare atque inuestigare resurrectionem viderētur.
Nam idcirco etiam iuuenis apparuit, qui magni- Marc.16.
tudine perterrefacere ac metum inijcere posset. ac terrori alacritatem & lætitiam miscens, per candorem stolæ, cùm propter diem scilicet festum, rū ne metu obrigescerent, acerbius eas alloquitur castigans verbis & admonens, ne post tot spectationes curiosæ essent, sed potius firmæ manerent in iis, quæ vidissent. Ite enim, inquit, dicite discipulis eius & Petro: (discipulis quidem, vtpote iis qui sæpe non crediderunt: Petro verò, vt qui iterum eadem vobiscum curiositate adductus ad monumentum venit:) quòd præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis: vobis mulieribus vespere sabbatorum illucescente in vna sabbatorum conspectus, vt Matthæus Matth.28.
conscripsit. Discipulis enim nunquam apparuit eū dixisse, quòd post resurrectionem ipsis in Galilæa apparituris esset, nisi fortè quis illud dixerit, quod Matth.26.
& Matthæus & Marcus scripserunt post cœnam Marc.14.
mysticam exeuntibus ipsis dicto hymno in montē oliuarum, ab seruatore sic quodammodo dictum, Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Egressæ autem è monumento Mariæ & Salome, tremore atque terrore correptæ profugiebant, ac nemini quicquam dicebant. timebant enim, partim quidem propter terrorem adolescentis partim verò quòd iā dies progressus esset, & Iudæi (vt est verisimile) sursum

deorsum obambulantes ad cædem parati essent. In exemplaribus paulò diligētius & exactius scriptis Euangelium secundum Marcum hactenus, Timebant enim, finem habet. In nonnullis adiecta sunt etiam hæc, Cùm surrexisset autem, manè primo die sabbatorum apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua eiecerat septem dæmonia. Hoc autem contrarium quiddam iis, quæ à nobis suprà dicta sunt, continere videtur. Cùm enim hora noctis, qua seruator surrexit, ignota sit, qui fit, vt in hoc loco, manè enim resurrexisse, scriptum sit? Sed hoc dictum nullo modo cōtrarium apparebit, si aptè atque scienter legerimus. Etenim subnotare & subdistinguere doctè atque intelligenter oportet, Cùm surrexisset autem: atque ita subiungere consequēter, manè primo die sabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ: vt verbum quidem *anastas*, id est, cùm surrexisset, conuenientem cum Matthæo ad superius tempus relationem habeat: verbum verò *proi*, id est, manè, ei quæ Mariæ facta est, apparitioni attribuatur: quæ prima cum altera Maria, atque iterum sola viderat Dominum. *proi* enim, id est, manè, vel diluculo, vniuersum illud spatiū est, quod post gallorum cātum intercedit. Cùm igitur quaternæ temporum sint vices, totidemque accessus, quibus mulieres ad monumentum venerunt, spiritus sanctus rem ita dispensauit atque ordinauit, vt singuli Euangelistæ singulos temporum articulos conscriberent. Ac Matthæus quidem illas, quæ vesperi sabbatorum venerunt ad monumētum, historia comprehendit, & angelum vnum descendisse de cœlo, qui lapidem reuoluisset: Ioannes autem, Mariā Magdalenam venisse solam in tenebris ante lucem conscripsit, atque angelos duos intra monumentum vidisse: Lucas alias circa ipsum diluculum: Marcus verò aliam oriente sole, adiunctis nonnullis, quæ iam etiam antea ad monumentum fuissent. Atque illis quidem duos viros astitisse: has verò sedētem à dextris iuuenem vidisse: atque omnes stolis albis indutos fuisse memoriæ prodiderunt. Itaque si quis ea, quæ singuli secundum ordinem temporum scripserunt, composuerit, possit vnam consonantiam, concordantiamque & vnum corpus historiæ totius efficere: perinde ac si vnus totam rem gestam & non complures scripsissent. Nam si vnius quidem aduentus mulierum, quæ in vno temporis articulo accidisset, omnes quatuor mentionem fecissent, & eosdem angelos dixissent apparuisse: vel vna atque eadem apparitione siue visione ab vniuersis edita, hanc in diuersis temporibus accidisse dixissent, & non vnius quisque temporis mentionem fecisset, discrepantiæ atque dissensionis reprehensionem effugere narratio non posset. Sin autem & personæ & tēpora diuersa fuerunt, & eorū, qui apparuerunt, facies non eædem: cùm Deus compluribus modis fidem facere voluerit incredibili miraculo resurrectionis: & quod vnus prætermisit, alius historia persecutus est Euangelista: qui fieri potest vt non tota narratio pura & ab omni reprehensione libera sit? Quoniam autem multarum Mariarum in Euangeliis mentio fit, treis numero omneis esse statuere debemus: quas Ioannes comprehensim numerauit, cùm diceret,

Matth. 28. *Ioan. 20.* *Luc. 24.* *Marc. 16.* *Illas quidem duos viros, qui ipsis adstitissent.* *Tres esse Marias.*

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Nam Mariam Iacobi, & Iosæ matrem apud alios Euangelistas nominatam, deiparam & non aliam esse credimus. Quoniam enim ita dispositum & destinatum erat, vt & diuinus partus obumbraretur, & sanguinariis Iudæis non manifestaretur, quòd circa ipsum tempus, quo ad lectum iugalem ducenda erat, virgo ex spiritu sancto concepisset: quemadmodum literis mandatum est, quòd & vir huius & pater Iesu vocatus sit Ioseph: eodem modo Iosæ & Iacobi filiorum Ioseph fabri ex prioribus nuptijs & præmortua vxore puerilem ætatem agentium mater deipara & appellabatur & nominabatur. hæc nimirum obtrectantes etiam Iudæi de seruatore dicebant, an non hic est filius fabri: nónne mater eius vocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas? Atque idcirco Ioannes quidem, vt qui liberè diuinam historiam conscriberet, eam, quæ stabat iuxta crucem, id quod reipsa erat, matrem Iesu appellauit: cæteri verò Euangelistæ, qui multum circa dispositionem laborauerunt, certo consilio matrem eam Iabobi & Iosæ appellauerunt: (hi enim primi erāt, & insignes filij Iosephi:) hoc apertè significante scriptura, quòd hac dispositione & ordinatione atque inde cōcepta opinione absque periculo Maria passioni salutari intererat. Nam si vulgus eam esse virginem sciuisset, perdita forsitan fuisset ab inuidis Iudæis. Reperias autem eam etiam vnius solius filiorum Iosephi matrem apud Euangelistas nominatam esse Mariam Iacobi, & Mariam Iosæ. Marcus autem Iacobi parui & Iosæ matrem eam vocauit. quoniam alter erat Iacobus Alphæi magnus idcirco, quia duodecim apostolis connumeratus erat. Nā paruus non erat de numero eorum. De illo autem aliquis fortasis haud immeritò addubitauerit: quo pacto seruator discipulis partim per angelos, partim sua ipsius voce pollicitus, quòd profectus in Galilæam eis appariturus esset, visus sit Hierosolymis quoque promissum præstare. Nam secundum Lucam quidem in ipsa die resurrectionis ipsis vndecim congregatis: vt Ioannes autem scribit, & in hoc ipso, & octauo die præstat apparitionem stans in medio ac dicens, Pax vobis, atque etiam Thomæ se contrectandum præbens. Verùm hoc liberalitatis & humanitatis diuinæ ostendit, nō mendacij crimen continet. Non enim dixit, In Galilæa duntaxat me videbunt, neque verò Hierosolymis visus, non apparuit in Galilæa sicuti promiserat: (hoc enim esset suos sermones falsos reddere mentiendo.) sed si & in Hierusalem propter metum Iudæorum conclusis in domicilio aduentuque & præsentia sua opus habentibus apparuit, & promissum præstitit in Galilæa quoque visus, cùm vtraque benignè iuxtà ac verè accideriт, effugere licet omnem criminationem. Mihi autem magnam ac latentem videtur in se cōtinere significationem, quod apud Matthæū dictū est de discipulis, nempe, vt abeant in Galilæam, atque ibi me videbunt. Cū enim futurum esset, vt sæpius eis appareret, ad vnā tanquā præcipuā & præter cæteras eximiam apparitionem spectāt verba promissionis, iuxta quam appariturus erat eis in monte,

In ea sententia fuerunt plerique veterū, quibus aduersatur D. Hieroni. Lib. 2. com. in Matth. *Matth. 13.* *Marc. 6.* *Suspicatum fuisset, vel, putasset.* *Cooptatus erat in numerū duodecim apostolorum.* *Matth. 27.* *Luc. 24.* *Ioan. 20.* *Matth. 28.*

in monte. Nam sicut cùm accessisset & adorasset eum, quibusdam ambigentibus, cum authoritate plena maiestatis diuinæ dixit: Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra. Nam quæ naturaliter habebat tanquam Deus, hæc dicitur accipere tanquam homo certo consilio factus. Quamobrem etiam dicebat, Glorifica me, pater, apud temetipsum gloria, quam habebam antequam mũdus esset apud te. Nisi enim hanc propriam haberet vt Deus, fieri non posset, vt eam tanquam alienam acciperet, Deo & patre per prophetam dicente, Gloriam meam alteri non dabo. Ac deinceps adiungit verba, quibus totum orbem terrarum habitatum capturi & quasi irretituri erãt, & in quibus consistit vniuersum mysterium pietatis. Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæ præcepi vobis. Ac deinceps adiicit ea, quibus finem horum verborum & euentum spondet. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi, Amen. Propterea dicebat, Renuntiate fratribus meis, vt abeãt in Galilæam, atque ibi me videbunt, ad hanc apparitionem, tanquam propriam quandam atque præcipuam, vt dixi, respiciens: quam magis etiam eius per alia verba prædixerat, quæ in Euangelicis scriptis nõ cõtinentur. Nisi em̃ hoc ita esset, nõ dixisset Mattheus, Vndecim autẽ apostoli abierũt in Galilæã, in montem vbi constituerat eis Iesus: cùm nusquam in euangeliis pollicitus sit Dominus in mõte se facturum esse apparitionem. Nam ante hanc apparitionem, quæ in monte accidit, etiã ad mare quoque Tiberiadis, quod est Galilææ, apparuit illis, qui septem numero vnà erant: Petro nimirũ, Thomæ, Nathanaëli, filijs Zebedæi, aliisque duobus ex discipulis, vt Iohannes scriptum reliquit. Verùm ad montem, vbi constituerat eis Iesus, respiciebat illud verbum, Ibi me videbunt, diuinæ maiestatis plena videlicet oratione mandãtem & præcipientem, Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Etenim nec absre quidem mihi, nec extra propositum videtur, quod in monte Galilææ, & non aliquo alio loco hæc verba dicta fuerũt. Nam Galilæa, lingua Græca *Catakilisth*, id est, deuoluta, siue deuolubilis interpretatur, vnde etiam Geλgel Rota nominatur. Igitur velut ex mõte excelso, salutari videlicet ore prolata hæc verba, rotæ in modum, in orbem terrarum habitatũ deuoluta sunt, & omnem percurrerunt, atque vniuersi baptizati sunt, & gentes & ciuitates in nomine patris & filij & spiritussancti. Cæterùm his verbis auditis, discipuli ad nullam gẽtem statim profecti sunt, sed manserunt in Hierusalem vsque ad Pentecosten expectantes aduentum & præsentiam spiritus sancti, qui in igneis linguis ad eos accessit. Nam cùm ita variis modis eis ad quadraginta dies appareret & cõgregaret in vnum, quẽadmodum Lucas ait in principio libri Actorum, præcipiebat & mãdabat ne ab Hierosolymis discederent, sed vt expectarent promissum patris, de quo (inquit) audistis ex me, quoniam Ioannes quidem aqua baptizauit, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Admodum autem pulchrè, *Mi tori zesthe*, (id sonat Latinè ne separarentur, vel disiungerentur) hoc est, ne longè distarent, neu procul abessent, non autem dixit, ne prorsus exirẽt ex Hierusalem. Nam qua ratione hoc dicturus fuisset, qui præceperat eis, vt in Galilæam venirent? Quod autem in fine Euãgelij Lucæ dictum est: Et accidit dum benediceret eis, discessit ab eis, & tollebatur in cœlum: itémque quod apud Marcũ scriptum est: Ac Dñs quidem, postquã loquutus fuisset eis, assumptus est in cœlũ, & sedet à dextris Dei: intelligendũ est, accidisse quadragesimo die, secundum id quod in Actis memoriæ proditum est. Quæ enim breuiter & concisim in Euangelijs dixerunt, hæc latiore narratione explicãtur & declarantur. Hæc sunt, quæ in Euangelicis lectionibus dominicæ noctis cõtinentur, quæ ignorantem perturbare possint, quæ etiam vobis tanquã debitum dependimus: vos autem quæ facturi sitis hæc audientes, erubesco dicere, considerans concursum ad spectaculum, rabiémque multitudinis. Præbeat autem nobis Dominus virtutem ad declinandum à malo & ad bonum faciendum per gratiam atque benignitatem Domini & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: cui gloria & imperium cum patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Matth. 28.

Galilaea.

Gelgel.

Luc. 24.

Marc 16.

D. GREGORII NYSSENI DE SACRO FESTO PASCHAE, ET DE RESVRRECTIONE HABITA IN MAGNA DIE DOMINICA ORATIO III.

Interprete Laurentio Sifano.

PAVPERES homines, qui dies festos amant, & cùm lubenti ac parato animo, tum habitu cultúque splendido conuentus ac celebritates frequentant, & si de suo sibi suppeditare sumptus ad eam, cui student, elegantiam non possunt, à notis tamen atque propinquis omnem magnificum ac preciosum ocnatum corrogantes, efficiunt, vt nihil sibi desit ad præsentem vsum. Quod mihi quoque præsēti die sccidete videtuc. Quum enim ipse nihil præclarum atque magnificum à me ipso possim ad propositas laudes concelebrandas conferre, ad sacrā cantionem, quam dudum concinuimus, confugiam: atque inde argumento atque occasione sumpta dictioni scripturæ mea quoque coniungens & quasi attexens, soluam æs alienum: si modò etiam aliquæ pauperi seruo ex animi gratitudine erga dominum suum profectæ laudes suppetunt. Dicebat igitur paulò antè Dauid, & nos vnà cū illo: Laudate Dominum omnes gentes, laudade eum omnes populi. *Psal. 116.* Omnem hominem ab Adamo vsque neminem prætermittens, quem non inuitet, ad hymnum vocat: sed occidentales, orientales, & si quis circa alterutros, vel septentrionibus vicinus, vel meridianarum partium incola est, simul omnes allicit & inuitat hoc psalmo. Atque aliàs quidem spectatim nonnullos homines appellat, aut sanctos vocans, aut pueros ad hymnum excitans: in præsenti verò gentes ac populos psalterio cogit in vnum. Cùm enim, vt Apostolus ait, figura huius mundi transierit, *1. Cor. 7.* rex verò ac Deus Christus, omni anima incredula ad plenam fidem ac certam cognitionem traducta, linguaque maledica cohibita, atque frenata omnibus apparuerit, inhibuerit item Græcorum vanitatem, & iudæorum errorem: & hæreseon indomitum linguæ morbum: tunc nimirū tunc omnes gentes & qui à seculo vsque sunt populi procumbentes consentientem & cōcordem adorationem præstabunt, & admirabilis quidam concentus & consensus glorificationis erit, sanctis quidem more solito laudes dicentibus, impiis autem ex necessitate supplicantibus: & tunc reuera victoriæ carmen consentienter ab omnibus canetur tam victis, quàm victoribus, tum etiam seruus ille verbero turbæ author, qui sibi domini sui dignitatem imaginatione sumpserat & arrogauerat, videbitur omnes admonens, dum ad supplicium trahetur, & omnes illius nequitiæ ministri & socii debitis suppliciis ac pœnis afficientur: vnus autem rex ac iudex apparebit, quem omnes communem dominum esse confiteantur: quies item erit atque silentium, quemadmodum fieri solet, cùm pro tribunali sedente Prætore præco silentium indicit, & populi auribus & oculis simul intenti concionantis vocem expectant. Idcirco laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, laudate tanquam

Hereseon morbus indomitus. Christus quemadmodum apparebit in iudicio.

A potentem, laudate tanquam benignum & humanum: quoniam eos qui ceciderant & mortui fuerant, rursus vitæ restituit, vas fractum de integrò renouauit, situm atque iniucunditatem reliquiarum, quæ in sepulchris erant, ad animal incorruptibile benignè redigit, animam quæ ante quatuor millia annorum corpus reliquerat, veluti ex longa peregrinatione ad suum domicilium reduxit, eamque non præ spatio temporis & obliuione quasi peregrinam erga suum instrumentum affectam, sed citius ad id tendentem, quàm auis ad nidum suum deuolat. Dicamus enim ea, quæ propriè ad festum pertinent, B vt ad ipsas res accomodatè & conuenienter feriemur. Nam quod improprium est & alienū, præterquàm quòd nihil prodest, res est inordinata, incomposita atque absurda, non solùm in iis orationibus, quæ de religione ac pietate habentur, verumetiam in externis & iis quæ ad mundanam pertinent sapientiam. Quis enim est orator ita stultus adeóque ridiculus, qui ad nuptias hilaritate & iucunditate plenas vocatus relicto apto & iucundo genere orationis, quod accomodatum sit, ac quasi congratuletur hilaritati ac festiuitati conuentus, tristia quædam C carmina atque lugubria pronuntiet, & ex tragœdia petitas calamitates in conuiuio nuptiali & in thalamo occinat? Aut ex contrario mortuo alicui iusta exequi & orationem funebrem habere iussus, oblitus præsentis casus, iucundum se præbeat & hilarem apud mœstitia plenum conuentum? Quòd si rebus mundanis res decora est ordo atque scientia, multo profectò magis eam obseruari conuenit in rebus magnis atque cœlestibus. Christus igitur nobis resurrexit hodie Deus, calamitatibus & casibus amplius non obnoxius, immortalis: (Ac subsiste parumper tu ethnice, omisso petulanti ac proterno risu, quoad omniā audiueris:) D non ad necessitatem casuum vel de cœlo descendere coactus, vel resurrectionem tanquam inexpectatum inopinatúm ve beneficium præter spem adeptus, sed qui nouisset omnium rerum finem, atque ita initium fecisset, vt qui in oculis diuinitatis haberet propositorum cognitionem, & priusquam de cœlo descenderet, videret & gentium perturbationem, & duritiam Israëlis, & Pilatum pro tribunali sedere, & Caiapham vestem sibi discindere, & seditiosam plebem ita inflammari, & Iudam prodere, & Petrum propugnare, & paulò pòst seipsum per resurrectionem ad gloriam immortalitatis transformare: ac quicquid futurum erat, cognitione præscriptum habens nō distulit beneficium homini præstare, neque in longiorem diem contulit earum rerum ad ministrationem, sed quemadmodum illi, qui debilem aliquem ab impetu torrentis & voraginis rapi vident, licet haud ignorantes, quod fieri possit, vt cœno torrentis ipsi quoq; inuoluātur, & lapidum.

Christus ante passionem nouerat quæ ventura erant.

Simile.

lapidum, quos secum aqua rapit atque prouidit, ictibus lædantur, tamen misericordia periclitātis ingredi nō grauātur: ita Seruator noster humanus vltrò ac sponte sua contumeliosa & ignominiosa suscepit, vt eum, qui fraude perierat, seruaret. descendit in mundum, quoniam præuidebat etiam gloriosum ascensum. Mori se generi humano permisit, quoniam resurrectionem quoque præsentiebat, & animo prouidebat. Nō enim sicut vnus ex vulgaribus hominibus temerè sese periculis obiiciebat, incertitudini futuri euentus rem committens, sed tanquam Deus rem propositam certo, destinatoque fine regebat. Hæc igitur est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, non ebrietatibus & commessationibus, non choris & debacchationibus insanis, sed diuinis ac Deo conuenientibus cogitationibus. hodie vniuersum orbem terrarum videre licet, perinde ac si vna domus esset, in vnius rei, de more fieri solitæ consensum ac quasi consonantiā coiisse atque coaluisse, vnoque signo, quasi tessera accepta ad studium orationis traductum: viæ publicæ viatoribus carent: mare hodie à nautis & vectoribus desertum: agricola aratro ac ligone proiecto in habitum festantis compositus & exornatus est: cauponæ à quæstu vacant strepitus, tanquam hyems appetente vere cessant: tumultus, turbæ, vitæ procellæ paci & quieti diei festi decesserunt: pauper vt diues exornatur: diues solito splendidior conspicitur: senex perinde ac iuuenis accurrit, vt particeps lætitiæ fiat: infirmus quoque vim morbo affert: puellus infans mutatione vestis sensu externo festum colit, quandoquidem interiori animi sensu nondum potest: virgo in animo suo vehementer lætatur, quòd suæ spei recordationem adeò splendidè honorari cernit: materfamiliâs cum toto grege domus, nemine familiarium atque domesticorum absente, festum celebrans lætatur. nunc enim ipsa atque maritus, & liberi, & serui, omnesque domestici lætantur. D Ac veluti nouum ac recens editum examen apū ex lauibulis primum & aluearibus simul coactum atque confertum in aërem ac lucem euolans ramo alicuius arboris sese applicat & concidit: haud aliter in hoc festo integræ familiæ ad sedes quæque suas confluunt. Ac profectò ipsa imitatione præsens dies ad futurum rectè refertur atque comparatur. Vterque enim hominum congregator est: ille vniuersorum, hic singularium: vt autem verius dicamus, quantum ad lætitiā pertinet & hilaritatē hæc quam illa, quæ expectatur, gratior ac iucundior est. quippe tunc quidem necesse est etiam lamentantes videri, quorum videlicet peccata deteguntur: præsentis verò diei iucunditas nullos admittit tristeis & animo demissos. Nam & iustus lætatur, & is qui conscientiā puram non habet, ex resipiscentia sui correctionem sperat. atque omnis in præsenti die tristitia sopita est. nullus autem adeò ægritudine pressus & obnoxius est, quin per huius festi magnificētiā mali sui remissionem sentiat atque leuamen. hoc die nexi soluuntur: debitor dimittitur: seruus bono & humano præconio atq; edicto ecclesiæ manumittitur, nec tamē alapis fœdè os eius cæditur, plagaque à plaga liberatur: nec, quemadmodū in pompa fieri solet, in edito atque sublimi suggesto

Psal. 117.

Resurrectionis dies ab omnibus festus habeatur.

Simile ab apibus.

Resurrectionis dies iucūdior quā iudicii.

populo ostentatur, à rubore & contumelia libertatem in suam exorsus: sed ita decorè ac honestè dimittitur, vt notum est: beneficio item afficitur is, qui adhuc in seruitute manet. Nam etiamsi multa ac grauia sint delicta quæ veniam ac deprecationem excedant, huius diei serenitatis & humanitatis veneratione Dominus recipit abiectum, & inter viles & ignominiosos conspicuum, quemadmodum Pharao ex carcere pincernam. Nouit enim quod tempore resurrectioni destinato, ad cuius similitudinem præsentē diem cohonestamus, etiā seipsum opus habere lenitate ac bonitate Domini. & quasi mutuo misericordiam hic dans expectat in tempore suo relationem & compensationem. Audistis domini: Custodite sermonem pro bono, ne traducatis me apud seruos, quasi falso ac nō syncerè laudibus celebrem diem. dimitte ægritudinem afflictis & anxiis animis, quemadmodū Dominus corporibus mortificationem. Traducite infames ad honestatē: restituite ignominia notatos in famæ integritatem. traducite ad gaudium afflictos: ad libertatē sermonis & fiducia ac libertate carentes. Educite ex angulo tanquā ex sepulchris proiectos. Efflorescat & emineat in omnib' sicuti flos decor diei festi. Nam si natalis dies hominis regis carcerem aperit: dies victoria celebris & illustris, Christus resurgens afflictos, oppressos & constrictos non dimittet? Pauperes amplectimini vestram nutricem: qui oblæsa, vitiata, corrupta mutilatáue corpora habetis, curatricem vestrarum calamitatum (diem) salutate. quippe propter spem resurrectionis virtuti studetur, & vitium odio habetur. Quoniam sublata resurrectione vnus apud omnes obtinens sermo reperietur. Edamus & bibamus: cras enim morimur. Ad hūc diem respiciens Apostolus temporariam vitam contēnit, & futurā desiderat & affectat. extenuās autē ea, quæ videntur, Si in hac, inquit, vita spē posuimus, maximè omniū hoīm miserabiliores sum'. propter hāc diē homines hæredes Dei & cohæredes Christi existūt: propter hunc diē pars corporis, quā ante mille annos carniuoræ aues comederint, integra reperietur, & quā vel canes, vel cete cæteraque animalia marina deuorauerint, vnà cū homine suscitato resurget: quinetiam quod ignis cōcremauerit, quod vermis in sepulchris absumpserit: & vt rem in summam conferā, omnia denique corpora, quotquot post generationem corruptio aboleuerit & è medio sustulerit, integra nullaque sui parte carētia reddētur è terra; & vt Paulus docet, in momento oculi perficietur resurrectio. Ictus autē seu momentū oculi clausio palpebrarum est. Atq; hac velocitate nulla res alia celerior esse possit: neq; humano more pro captu tuo reputans descripseris in animo tuo quot sint temporum interualla, primum vt ossa putrefacta & in terram redacta in pristinā duritiē & leuitatē compingantur: vnita verò ex ipsa fractione rursus in aptam & cōuenientē compagē & naturalē coeāt iuncturā & commissurā: neque verò deinde animaduerteris carniū obductionē, & neruorū productas coniunctiones, venarū arteriarumque tenues & exiles ductus, & quasi alueos sub cute explicatos: animarū inenarrabiliū & innumerabiliū multitudinē ex arcanis quibusdā habitationibus (euolantē,) earumq; vnāquāq; suū corpus tāquā vestē

Hoc resurrectionis die vincti dimittendi.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Ictus oculi.

Omnes resurgemus.

peculiarem agnoscentem,& in hoc rursus celeriter inhabitantem, certoque discrimine viventem in tanta multitudine spirituum generis eiusdem. Cogita enim ab Adam animas, & ab illo vsque corpora,tot numero domib.solutis ac desertis,pa tribusque familiis ex longa quasi peregrinatione reuertentibus eaque omnia perfici admirabiliter & extra communem captum.neque enim vel domus tardè renouatur & instauratur, vel incola oberrat,ac quasi sub dio manet,dom propria ac pe culiaria quærit:sed protinus ad eam tendit tanquā columba ad suam turrim,etiamsi multæ atque fre quentes circa eundem locum fuerint iisdem notia insignes. Vnde rursus recordatio & prioris vitæ expensio retractatioque,atque cuiusque actionis cogitatio,quæ adeo celeriter vnà cū animali ante tot secula dissoluto absoluitur atq; perficitur? Atqui vel ex somno profundiori excitatus homo paulisper ignorat qui sit,vbi degat:familiariumque & consuetarum rerū obliuiscitur, donec vigilia discusso torpore rursus vim memoriæ conseruatricē & efficaciam recreauerit,& redintegrauerit.Hæc & similia cogitationes vulgi subeuntia ingēti mē tem implent admiratione, & vnà cū admiratione inducunt incredulitatem. Quoniam enim mens eorum de quib. dubitat & quærit, solutionem nō inuenit, neque suam curiositatem inuentione ac dissolutione sedare potest,deinceps propter infirmitatem suarum cogitationum & sensuū tendit ad incredulitatem,eiciens & reprobans rerū veritatem. Enimuerò quoniā cursu suo progrediens oratio ad eā,quæ frequenter tractatur,quæstionē peruenit, atque argumentum non alienum, sed ꝓprium huius diei festi est,age paululum ad initium huic disputationi aptū atque conueniens quæstionem propositam reuocantes certam persuasionem inducere ac fidem facere conemur iis, qui perperam ambigunt de reb. manifestis. Creatur rerum vniuersarum cùm statuisset hominē creare, non quod facilè contemni posset,sed quod cæteris omnibus dignitate præstaret,animal in rerum naturam produxit,eiusque quæ sub cœlo est,creaturæ regem designauit. hoc cū animo destinasset, & talem perfecisset sapiētia formaque diuina præditū,ac multa gratia atque decore ornatum,nunquid eo cōsilio illum in rerum naturam produxit, vt genitus corrumperetur, & extremū subiret interitum? At vanum id consilium,ineptum propositum & absurda fuisset intentio: ac vehementer sanè indigna res est talem cogitationem ad deum referre,& huiusmodi quicquā de eo sentire. Puerolis enim hac ratione assimilatur studiosè ædificantibus & cæleriter structuram soluētibus: quippe nullum finem vtilem mente eorum spectante. Contrarium autem prorsus edocti sum: quoniā eum, quem primum finxit, immortalem creauit: verùm cùm postea accidisset transgressio atque peccatum, in pœnam delicti eum immortalitate priuauit: deinde fons bonitatis exundans humanitate,& ad opus manuum suarum flexus,sapientia atque scientia adornauit,donec ita factu com modum ei visum est esse,vt in pristinum nos statū restitueret ac renouaret. Hæc & vera sūt,& digna ea,quam de Deo habere par est,opinione. Testantur enim eius non bonitatem solum,verum etiam potentiam. Nam non moueri ac durum esse ad-

Homo rerū omniū dominus.

Simile à pueris ædificantibus.

Deus mouetur aduersus creata.

uersus subiecta nostræque curæ commissa, nec hominum quidē benignorum & optimorū est. Ita opilio vult valere sibi gregem,ac propemodū immortalem esse: item bubulcus variis curis boues auget: capratius item capras fœtus gemellos quoque tēpore parere optat:& in summa,omnis pastor pecorisque magister ad finem quendam vtilem respiciens, eum durare atque permanere sibi gregē atque armentum desiderat,tum fœtura feliciter propagari cupit.Hoc cum ita sit,& ex iis quæ à nobis modò dicta sunt, ostensū sit,maximè decere artificem ac creatorem generis nostri reformare & instaurare corruptum opus:palàm est, quòd qui cæteris fidem non habent,nō ex aliqua alia caussa pugnāt & aduersantur,quam quod arbitrantur fieri non posse. vt Deus id,quod mortuum ac dissolutum est,resuscitet. Mortuorum re uera sensuque carentium cogitatio, qui esistimāt aliquid esse, quod à Deo perfici & expediri non possit,& suam ipsorum infirmitatem maiestati om nipotenti assignāt. Sed vt argumentis & probationibus eorum reprehendamus amentiam,ex præsentibus & præteritis ostendatur id, quod futurū quidem est sed futurum esse non creditur. Audisti quòd puluis ad formam redactus & homo factus est. Doce igitur me, quæso, tu qui tua sapientia omnia complecti vis,qua ratione tenuis puluis dissipatus coactus sit? quomodo terra caro facta sit,atque eadem materia,qua ratione & ossa & cutem & adipem & pilos confecerit: quomodo cū vna sit caro diuersæ cūformæ mēbrorū tū qualitates & tactus sint? quomodo pulmo tactu mollis,colore liuidus?iecur solidū, firmū & nō cedēs ac rubeum? cor constrictum ac dutissima particula carnis,lien rarus & niger? omentum album & instar piscatorii retis à natura complicatum? Consideremus & illa quo pacto prima mulier ex parua parte lateris integrum animal simile perfecto ac primo facta est?& parsad omnia suffecit & exiguum totum constituit? costa facta est caput, manus & pedes,viscerum & intestinorū flexuosa tortuosaque ac varia figura atque distinctio:caro, pili,oculus,nasus, os,omnia denique (ne longius orationem producam,omnia admirabilia,abhorrentia à communi opinione & sensu,ac mēus nostræ, qui Deo cōparati vniuersi exigua quæpiam portioncula sumus,captum excedētia:apud Deū verò rationes fabricationis in promptu sint & faciles,omnemque dubitationem excludentes, & admodum certæ. Quo igitur pacto sana mente præditi esse videbuntur, qui concedunt ex vna quidem costa hominem esse factum, non autem credunt ex integri hominis materia eundem renouari? Non potest fieri,non potest,vt humanæ mentis agitationibus diuina vis in rebus efficiendis inquirēdo explorari & inuestigari possit. Nam si omnia à nobis percipi comprehendique possent,non præstaret nobis is qui præstat. Quod loquor de Deo:nec cum brutis quidem animalibus, ꝙ ad quasdam attinet potentias & facultates comparandi aliquo modo,sed & illis quoque inferiores sumus. Ne longius abeas,cursu quidem nos equi,canes,alia que animalia multa præcedūt viribus item cameli & muli: notatione verò viarū,asini nobis antecellunt: & acumen visus & acies oculorum, qua capræ præditæ sunt, in oculis nostris

Deus potest resuscitare.

Creationis hominis miracula.

Ecosta prima mulier creata.

Brutis summus inferiores.

Credere oportet non inquirere.

Regeneratio...

Esa.40.

Iean.11.

Luc.7.

Credere oportet non exquirere.

nostris non reperitur. Quocirca candidos, gratos & sanos homines fidem habere debet iis, quæ à Deo dicuntur: modos autem & caussas actionũ & operum, tanquam nostram intelligentiam excedentes exquirere non oportet. Dicetur enim cuilibet istorum curiosorum: Ostende mihi ratione atque oratione tua, quomodo hæ res, quas videmus, ad essentiam productæ sint? dic, qua arte multiforme opus hoc creauit? Nam si hæc excogitaueris & coperetis, meriò perplexus & implicitus hæsitas, & succenses & indignaris, quòd regenerationis transformationem nescis, qui generationis rationem haud ignores. Quòd si illa tibi nihil aliud quàm somnium & imaginatio sunt, atque vndique cognitio perplexa, inexplicabilis & inuestigabilis est: ne indigneris, si cum rationem fabricationis ignores, etiam correctione atque reparationem corrupti non intelligis. Idem artifex est & primæ creationis & secundæ transformationis. Nouit quomodo suũ opus dissolutũ rursus cõcinnet, & ad pristinum statum reducat. Si sapiẽtia opus est: fons sapientiæ est apud illum: si potentia & viribus opus est: non indiget socio atque adiutore. Hic est qui, iuxta vocem sapientissimi Prophetæ, manu sua dimensus est aquam: & magnum & immensum cœlum palmo: & terram pugno. Contemplare imagines euidentia signa præbentes ineffabilis potentiæ, cogitationibus nostris desperationem inducentes nihil dignũ Dei natura posse nos imaginari. Omnipotẽs & est & dicitur. forsitã enim nõ aduersaberis in hoc, sed dabis tanquam concessum obtinere atque ita se habere. At ei qui omnia potest, nihil est perplexum, nihil quod explicari aut expediri perficine non possit. Multa fidei pignora habes, quæ necessariò te cõpellant, vt assentiaris iis, quæ à nobis dicuntur: primum quidem vniuersam creaturam variam & multiplicem cuiusuis præconis voce clarius & significantius proclamantem, quòd & magnus & sapiens artifex sit is, qui ea quæ videntur, fabricatus est. Cùm autem aduersus hanc creaturam Deus prouidus sit, atque etiam procul infidelium animulas intueatur, ipso opere resurrectionem mortuorum confirmauit, multis corporibus mortuorum anima restituta. hac de caussa Lazarus quartum iam diem mortuus exiluit è sepulchro: Vnicus item ille viduæ filius ex lectica, qua efferebatur, ad viuos reuocatus matri suæ redditus est: atque alii sexcenti, quos enumerare nunc molestũ fuerit. Quid dico de Deo ac seruatore? quandoquidem, vt magis flectantur & moueantur illi qui ambigunt, etiam seruis suis apostolis mortuos excitandi virtutem largitus est. Demonstratio igitur euidens est ac manifesta. Et cur nobis negocium exhibetis, contentiosi, quasi sermonum, qui demonstrari non possint auctoribus? Quemadmodum vnus excitatus est, eodem modo decem: quemadmodum decem, ita & trecenti: vt trecenti, ita etiam plures. Vnius enim statuæ artifex vel sexcentarum facilè opifex erit. An non videtis mechanicos, quemadmodum magnorum & ingentium ædificiorum formas & figuras in exigua cera speciminis loco effingunt atque designant. ac ratio quæ in paruo est, eandẽ vim habet in multis ac magnis structuris. Magnum cœlũ artificiosum Dei opificium est. ac quoniam Deus

Regenerationem nescit qui generationis rationem ignorat.

Creationis & restaurationis idem artifex.

Esa. 40.

Ioan. 11.

Luc. 7.

Resurrectio vna sicut in vno potest esse in multis.

A hominem animal rationale fecit, vt comprehensione operum glorificet sapientem & solertem eorum fabricatorem, videas astronomi sphæram paruam quidẽ, sed in manu scientis ita moueri, quemadmodum à Deo cœlũ mouetur. ac minima structura magni illius opificii simulachrum est: & ratio, quæ in paruis est, declarat immensa, quæ nostrum sensum & intellectũ exuperãt & excedunt. Sed cur hæc exposui? vt intelligas, quòd si me quoque interrogaueris, quo modo corporũ, quæ ab seculo vsque fuerunt, resurrectio futura erit? cõtra statim audies: quomodo Lazarus, qui quartum iam diem sepultus erat resuscitatus est? B Perspicuum enim est, quòd eam fidem & probationẽ quæ in vno fit, etiam in multis similiter homo sanus admiserit. Posito quòd Deus sit, qui faciat, nihil dixeris esse, quod fieri non possit: neque tua cogitatione percipi posse putes illius, qui comprehendi non potest, sapientiã. Neque enim illi quicquam infinitum: at tibi ea, quæ pertinent ad infinitam quæstionem, inscrutabilia & inuestigabilia sunt. Videbimus autem hanc rationem pulchrè, si præter ea que dicta sunt, scrutemur & exquiramus modum generationis nostræ, non primum & antiquissimum illum, à Deo proditum & institutum: de quo in superioribus dicta sunt hæc, sed eũ qui C vsque ad hoc tempus consimiliter a natura perficitur. Inexplicabilis enim hic est, & cogitationi humanæ inaccessus. Nam qua ratione, cum res humida rudis & informia sit, semen in caput concrescit? in tibias & costas durescit & consolidatur? cerebrum efficit tenerum rarumque, & os quo cõtinetur, adeo durum ac rigidum variam denique animalis fabricationem & compositionem? vt breuiter dicam, ac nimius ne sim minuatim singula persequẽdo. Quemadmodum igitur semen, quod initio informe est, dum occulta & ineffabili arte Dei tractatur, in speciem redigitur, & in corpora grandescit & adolescit: ita non modo D non est absonum & absurdum, verum etiam admodum consentaneum atque probabile, materiam, quæ est in sepulchris, quæ quondam erat in forma rursus in pristinã renouari figuram, ac rursus puluerem fieri hominem: quemadmodum nimirum etiam initio nactus est inde generationẽ. Concedamus Deo, quòd tantum possit, quantũ valet figulus: & quid hic faciat, consideremus. Rude atque informe lutum acceptum ad formam vasis redigit, idque radiis solis expositum siccat ac durat. Est autem, verbi gratia, id quod fingitur atque formatur vrceolus, vel scutella, vel dolium, sed si quis temerè inciderit & subuerterit, colla- E psum confringitur, & rudis & informis terra fit, suamque speciem amittit. At artifex, si voluerit celeriter corrigit ac reficit id, quod casu corruptum est, ac rursus arte lutum fingẽs nihilo priore deterius vas efficit. Atque hic quidem figulus paruæ potẽtiæ Dei creatura est, & Deo nõ creditur pollicenti se mortuos renouaturum? Multum amentis est ista pronunciare. Consideremus item similitudinem tritici, qua sapientissimus Paulus insipientes corripit & instruit, dicẽs, Stulte tu quod seminas, non id quod nascetur corpus seminas sed nudum granum, exempli gratia, tritici aut alicuius reliquorum seminum. Deus autem dat ei corpus, quemadmodum voluit. Diligenter attendamus

Ortus nostri ratio mirabilis.

Deus quasi figulus.

1. Cor. 15.

tendamus generationi tritici, & celeriter resurrectionis rationem discemus. Triticum in terram proiicitur, computrefactum autem humore, & ut ita dicam, mortuum desinit in lacteam quandam naturã, quæ paulatim cõcreta atque coalita, quasi stimulus quidam fit albus & acutus: aucta deinde in eam magnitudinem, ut terra prominere & extare possit, ex albo sensim in herbescentem viriditatem mutatur: postea fit herba & coma glebarũ: quibus infusa & leuiter sparsa conpluribus nisam fibris radicem subtus alit, futuro ponderi sustentaculum & adminiculum præparans: ac quemadmodum nauium mali plurimis vndique funibus distendũtur, ut firmi stabilesque permaneãt æquilibribus tractibus obnixi: ita funium in modum ex radice enatæ fibræ sustentamenta spicarum & retinacula fiunt. postquam autem in culmum erectum triticum in altum tendere cœperit, geniculis & nodis Deus id firmat veluti domum aliquã coniuncturis muniens, propter eam, quæ speratur comæ grauitatem: post hæc maturis iam vitibus diductis vaginis, quibus includebatur, producit spicã. Atque illic rursus miracula maiora. Ordine enim porrecto structam vndique videre licet ei frugem agnascendo quasi circumfũdi: & singula grana peculiarem & proprium folliculũ & quasi cellam habent. postremò prætenduntur aristæ graciles quædam & acutæ, arma, opinor, aduersus auiculas seminibus insidiari solitas, ut dum illi tum quasi spiculis punguntur, frugem carpere atque vastare desinant. Vides quantum vnum granum putrefactum miraculorum effectũ in se contineat ac cũ solũ ceciderit, quã multiplex resurgat? At homo nihil insuper accipit amplius, sed recipit id, quod habebat, ac propterea nostri renouatio videtur esse facilior, quàm id, quod in agricultura accidit frumento. Transi hinc ad considerationẽ arborum, ut hyems eis omnib⁹ annis loco mortis sit. Decidunt enim poma, folia defluunt, arida remanent ligna omni decore spoliata. postquam autem tempus veris apperierit, flos eis gratissimus innascitur: florem foliorum tegumẽtum excipit: at tunc veluti pulchrum & amœnum spectaculũ cum hominum oculos in se conuertunt, tũc auiũ cantatricũ frondibus insidentium quasi officinæ existunt & admirabilis quædam circa eas amœnitas ac gratia relucet, adeò ut multi ædes auro & lapide tum Thessalico, tum Laconico exornatas deseruerint, & iucundiorem sibi sub arboribus habitationẽ esse duxerint. Idcirco patriarcha quoque Abraham sub quercu tabernaculum fixit, nõ prorsum inopia domicilii, sed quia tenebatur ea, quæ ex ramis edebatur, voluptate. videtur aliquid desiderari. Nam & vita serpentium me deducit ad comprobationem propositæ rationis. illorum enim viuida virtus hyberno tempore mortificatur, ac menses sex in cauernis delitescunt penitus immobiles. Cum autem statutum tempus aduenerit, & tonitrua in mũdo exaudita fuerint, quasi quoddam signum fragorem (tonitruum) accipientes, celeriter exiliunt, & lõgo interuallo consueta agunt. Quænam huius rei ratio est? Dicat mihi quæsitor arbiter & explorator operum Dei, doceatque me, qua ratione concedat angueis quidẽ fragore tonitrui mortuos resuscitari, homines verò nõ admittat tuba Dei de cœlo resonãte animã

Serpentes hyeme latitant & tonitrui fragore quasi resuscitantur.

recipere & viuificari? quemadmodum diuina scriptura dicit. Canet enim tuba, & mortui resurgent. Et emittet angelos suos cum tubæ voce magna, & congregabit electos suos. Ne igitur fidẽ detrahamus mutationibus & renouationibus. Etenim plantarum & animalium diuersorum atque ipsorum adeò hominum vita nos edocet, quòd nihil eorum, quæ generationi & corruptioni obnoxia sunt, in eodem statu subsistat, sed in alium subinde vertatur atque mutetur. Ac primũ quidem, si placet, eam, quæ in ætatibus nostris fit, mutationem perpendamus & cõsideremus. Puellum lactentem, qualis sit, haud difficulter agnoscimus. Exiguo spatio temporis præterito vires ad rependuin adipiscitur, ac nihil à paruulis catulis differt, nisu quaterno sese sustentans. circa annum tertium accidit, ut erectus & arduus ingrediatur, & vocem aliquo modo vel balbutientem vel blæsam, & titubantem impeditamque emittat: deinde articulatè atque perfectè verba pronunciat, & lepidus adolescentulus & pusio fit: ex illa ætate in puberem adolescentem euadit: lanugine verò maxillas ac mentum vestiente barbatus & hirsutus paulatim, & alius ex alio: deinde iam plenè adultus vir, asper, laboriosusque existit. Cùm autem præterierint anni quadraginta, initium flexionis adest, canitiesque paulatim caput dealbat, & robur ad infirmitatem declinat, & tandem senectus accedit, extrema virium abolitio. Corpus autem flectitur & ad terram curuatur, quemadmodum spicæ, quæ nimium exaruerunt, quod ex porrectum ac leue fuerat rugosum & contractum efficitur, & is qui quondam vigore ætatis ac viriũ præstabat, infãs rursus euadit, balbutiẽs, ineptiẽs, delirans, manibus ac pedibus similiter, ut olim repens. Hæc omnia quid tibi esse videntur? an non alteratio? non variæ mutationes? non diuersæ nouitates, quæ mortale animal etiam ante mortem transformant? Quinetiam somnus noster & vigilia quomodo sapienti & acuto homini documentum propositæ quæstionis esse non possint? Ille enim mortis imago, hæc resurrectionis imitamentum est. Quocirca etiam nonnulli externi sapientes germanum mortis somnum vocarunt propter similitudinem eorum, qui in vtroque accidunt, affectus & perturbationes. obliuio nãque pariter & ignorantia præteritorum & futurorum in vtroque cõtingit, corpus sine sensu iacet, amicum non nouit, inimicum ignorat, circumstantes & spectãtes non videt, tabidum, fractum, languidum, solutum, remissum, modò non mortuũ, omnis expers efficaciæ, nihil differens ab iis, quæ in loculis & sepulchris reposita sunt. Perinde nimirũ dormientem, si velis, compilas, ac si mortuus esset, euacuas & exhauris ædes, vincula inicis, ac nullus eorum quæ fiunt sensus interuenit. Paulò pòst vbi intermissio aliqua aut laxamentum affectus aduenerit, quasi modò vitæ redditus homo surgit, paulatim ad suipsius rerumque rediens sensum, pedetentim efficacias recipit tanquam animatus vigiliæ recreatione. Quòd si extante etiam nunc in rerum natura atque superstite animali tam multæ nocte & interdiu mentis alienationes, alterationes, mutationes, obliuiones & memoriæ vitæ cõiunctæ sunt: valde stultum & contentiosum est Deo non credere vltimam renouationem promittenti,

1. Cor. 15
Matth. 24.

Ætatis hominis mutatio.

Dormiens parum differt à mortuo.

A somno quasi resurrectio.

tenti,cùm etiam primænæ formationis auctor sit. Quod autem maximè contradicentes armat, & incredulitatis eorum caussa efficiens est: hoc, vt opinor,præcipuum est,quod corporum extremā *Corpora nostra dissoluuntur in elementa.* fieri abolitionē & interitum existimant. Sed res ita se non habet. Non enim omnino intereunt & abolentur, sed dissoluuntur in eas res, ex quibus cōposita sūt: & sūt in aqua, in aere,in terra & in igne. Manentibus autē principalibus elementis, & iis,quæ ex illis constant, post dissolutionem ad ea accedentibus,in quibus prorsus saluæ manent etiam partes:cùm Deo maximè quidem facile est vel ex iis,quæ non sunt,creare(etenim sic in principiis rerum vniuersā naturam & originem sumpserunt) tum ex principiis suppetentibus naturā efficere longè certè facilimum & expeditissimum est. Ne igitur præclaram spem hominum, correctionē & mendationē videlicet infirmitatis ac fragilitatis nostræ, & secundam,vt ita dicam,generationem à morte liberam tollamus, neque nimio studio voluptatis benignam, studioque & amore hominum factam promissionem Dei fugilemus atque dehonestemus. Mihi enim præsentis argumenti aduersarii videntur esse homines vitii atq; nequitiæ amici,virtutis inimici,libidinosi,auari & oculis intemperantes,tum auditu & olfactu,omnibus denique sensibus influentem & obrepētem ipsis voluptatem in sese admittentes. Quoniā autē tractatus resurrectionis iudicium propositum habet,& sacros libros audiunt,in quibus expressè ac disertè continetur,quòd nostra vita quæstioni & examinationi exempta non sit,sed cum ad alterā vitam renouati fuerimus, futurum, vt omnes ad tribunal Christi sistamur, vt illo iudice, dignas actæ vitæ retributiones & compensationes recipiamus: quod sibi conscij sunt turpissimarum ac fœdissimarum actionum, quibus multas pœnas meriti sunt:odio iudicii tollunt etiā resurrectionē queadmodū serui mali,qui facultates & bona domini conspurcerunt,& mortē & interitū (interim) *1.Cor.15.* Domini sibi proponunt,& pro eo quod cupiunt & optant,vanas cogitationes sibi fingunt. Verùm *Si mortui non resurgerēt nihil prodesset iustitia.* nemo sanus ita sentiet. Quæ est enim vtilitas iustitiæ?quod commodum veritatis,bonitatis & omnis honestatis?cuius rei gratia homines laborant, & studio sapientiæ dediti sūt?ventris voluptatē sibi subiugantes,continentiam temperamtiāque amplexantes,somno ad exiguum tempus indulgentes,tempestatem & æstum tolerantes, si resurrectio non est? Dicamus iuxta verba Pauli: Edamus & bibam*(cras enim morimur) si resurrectio nulla,finis verò vitæ mors est. Tolle mihi accusationes atque reprehensiones: permitte homicidæ, vt absque impedimento,sua licentia vtatur, fine adulterum liberè insidiari matrimoniis: insultet aduersariis diues auarus & alieni vsurpator,nemo conuitiatorem coerceat, iuret assiduè periurus, manet enim mors etiam iustum,religiosum,ac pium,iusque iurandi obseruantem,mentiatur qui uis alios quantum velit,nullus enim veritatis fru-*Resurrectionis incredulitas confusionem inducit.* ctus,nemo pauperis misereatur. Expers enim misericordia mercedis est. Huiusmodi sensus & cogitationes peiorem diluuio inducunt confusionem,& omnem sanam quidem rationem expellunt: furiosorum autem & latronum quaslibet cogitationes & consilia acuunt atque confirmāt

Nam si resurrectio non est:ne iudicium quidem erit:sublato autem iudicio, etiam timor Dei simul eiicitur. Vbi autem timor non cohibet, & in officio homines continet,ibi cum peccato diabolus tripudiat,atque choreas ducit. Atque admodum conuenienter & aptè aduersus tales Dauid illum Psalmū scripsit: Dixit amēs in corde suo nō est Deus. Corrupti & abominabiles facti sunt in studiis & exercitiis suis. Quod si resurrectio non est,fabula Lazarus & diues ille est:item formidabilis & horrendus ille hiatus: & ille intolerabilis ardor ignis & inflammatio:lingua item ardens:adhæc desiderata gutta aquæ, digitúsque mendici. Palàm enim est,quòd hæc omnia nobis futuram significant resurrectionem. lingua enim ac digitus non incorporeæ membra animæ intelliguntur, sed partes corporis.ac nemo putet hæc iam contigisse,sed prædictionem esse futuri:eueniet autem tunc,cùm renouatio animam mortuis reddiderit, & ad reddendam actæ vitæ rationem vnumquemque reduxerit,compositum eodem modo quo prius,ex anima & corpore constantem. *Ezech.24.* *Resurrectionis figura.* Porrò Ezechiel diuino spiritu raptus & magnarum visionum spectator, ad quam vtique sententiam & intellectum deducebatur, cùm vidit magnum illum,ac longè lateque patentem cāpum humanis ossib. completum,de quibus iubebatur prophetare?ac carnes quidē illis statim obducebantur: quæ autem soluta ac temerè nulloque ordine disiecta erant, in aptum, conuenientemque sibi inuicē ordinē & compagem redigebantur atque coalescebant. An non perspicuū est,quòd per huiusmodi nobis scripta carnis huius resuscitationem abūdè satis demōstrat? Mihi verò qui aduersus hunc sermonem pertinaciter contendunt,non impii solùm, verumetiam insani esse videntur. Resurrectione enim & reditus ad vitā,& trāsformatio, & oīa talia vocabula *Anima immortalis.* ad corpus corruptioni obnoxium cogitationem audientis ducunt. Nam anima quidem,si ipsa per sese examinetur & excutiatur, nunquā resurget, quandoquidem nō moritur sed interitus & corruptionis est expers. Cū aūt sit imortalis, mortale corpus socium habet actionum: atque idcirco apud iustum iudicem,tempore reddendarum rationum,rursus socio suo inhabitabit, vt cum illo communes recipiat vel pœnas vel præmia. Enimuerò quo magis nobis oratio consentanea sit, hoc modo rem consideremus. hominem quid esse dicimus, vtrumque simul, an alterum separatim? At manifestum est, quòd coniunctio amborum designat animal. Non enim conuenit in rebus notis,ac nihil controuersiæ in se cōtinentibus, superfluo vti sermone. Cùm hoc ita sit, illud quoque insuper consideremus, vtrùm ea,quæ committūt ac perpetrant homines,verbi gratia, adulterium, cædem,furtum, ac quicquid his affine est: aut ex contrario,sobrietatem,continentiam, & omnem *Anima separata a corpore nihil mali committit aut boni.* vitio oppositam actionem, vtriusque dicimus esse effectus, an animæ solū circumscribim* actiones? At etiam in hoc manifesta veritas est. Nusquam enim à corpore separata anima* vel furtum committit,vel parietes perrūpit: neque cōtrà sola vel panē esurienti dat,vel potum sitienti præbet, vel in carcerem haud grauatim concedit,vt officium & ministerium præstet ei, qui carcere affligitur: sed

sed in omni actione ambo sibi inuicem coniuncta simul & capessũt & perficiũt ea, quæ aguntur. Qua ratione igitur cùm hæc ita sint, & antè actorum iudicium fore concedas, alterum ab altero diuellis? & cùm alterum alteri in cõmissis & perpetratis socium esse des, animã sola iudicium determinas atque circumscribis? Quòd si quis verus delictorum humanorum iudex fuerit, & diligenter perpenderit, vnde primæ peccati caussæ oriantur? forrasse prius in culpa atque crimine corpus inueniet officii & honestatis fineis excedens. Nam quiescente sæpenumerò anima, & in tranquillo statu sine vlla perturbatione constituta, oculus commotus videt ea, quæ non conspexisse melius fuisset, & in animam morbum transmittẽs in tempestatem ac turbinem, quietem ac tranquillitatem conuertit. Similiter aures inuerecundis quibusdam atque exacerbantibus verbis exceptis, per quasdam quasi sui ipsarum fistulas, perturbationis aut inuerecundiæ cœnum cogitationibus inferunt atque inducunt. Nonnunquam etiã nasus olfactu & attractu vaporum magnis vitiis, qualia coniectura quis facilè assequi non possit, hominem inficit interiorem. Solent item manus contrectatione validæ animæ robur effœminare.

Corpus peccatorum causa.

Atque ego paulatim ita progrediens atque considerãs, magnæ peccatorum partis corpusculum esse caussam inuenio. Tolerat autem etiam pro virtute labores, & in certaminibus honestarum rerum laborat & affligitur, dum vel ferro secatur, vel igni crematur, vel flagris cæditur, vel grauibus uinculis oneratur, & omnem sustinet aduersitatem & afflictionem, ne sactam prodat philosophiam tanquam egregiis turribus ornatam vrbem, quapdã bello vitiorum atque nequitiæ circumsessam. Si igitur in præclaris factis vna cum anima laborat & affligitur, & in peccatis non abest: quibus rationibus & argumentis motus solã incorpoream in iudicium adducis? At neq; iusta neque sanctorũ hominũ oratio est. Si sola & nuda peccauit, solam etiam puniet: sin autẽ manifestũ habet adiutorem, nõ hunc iustus iudex dimittet.

Corpus cũ anima in rebus præclaris laborat.

Ego autem etiam hoc scripturam audio prodentem, quòd condemnati iustis afficiẽtur suppliciis igni, tenebris, verme. quæ omnia compositorum ac materialium corporum pœnæ, cruciatusq; sũt: Animam verò per sese separatim ignis nunquam attigerit: nec tenebræ quidẽ ei molestæ fuerint, vt pote quæ oculis caret, & videndi instrumẽto totũ expers est. Quid autẽ vermis effecerit, qui corporũ nõ spirituũ corruptricẽ vim habet? Atq; idcirco cõsectaneis his considerationib⁹ & ratiocinationib⁹ vndiq; cõpellimur ad cõprobãda resurrectionẽ mortuorum, quam conuenientibus temporibus Deus perficiet rebus ipsis suas promissiones confirmãs. Credamus igitur dicẽti: Canet enim tuba, & mortui resurgent: ac rursus, Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & prodibunt hi qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui autem mala faciunt, in resurrectionem iudicii. Non enim promittit solùm, verum etiam operibus quæ quotidie facit, apertè docet quod sit omnipotẽs. Neque enim in initio dũ crearet, laborauit ac defatigatus est, neque in trãsformando sapientia indigebit. Præsentia consideremus, & rei futuræ fidem nõ detrahemus. Cùm enim omnis efficacia diuina comitem habeat stuporem & cõsternationem: tum magnum & inexplicabile miraculum est, cùm patrum ac proauorum similitudines plenè transire animaduertimus in formas liberorum, ac posteros maiorum suorũ quasi exprimere atque referre figuras. tunc nimirum artem præstãtissimi opificis ac seruatoris Dei omnem solertiam in sese complexam cum ingẽti stupore admiror, quomodo eorũ, quæ nec extent, nec appareant, primorum illorum exemplarium imitamẽta arcano mysterio creentur & effingantur, quasi alteros quosdam eos, qui mortui sunt, per efficaciam formarum exprimantia. Sæpè autem multarum etiam personarum proprietates simul in vno corpore exprimuntur & effingũtur. patris nasus, aut oculus, patrui incess⁹: matris, sonus vocis & loquelæ. atque vn⁹ homo spectatur tanquã planta quædam, quæ multarum arborum surculis insititiis in se receptis numera quoque fructuum genera decerpentibus & colligentibus præbet. Hæc omnia admirabilia quidem sunt, sed quo pacto fiant, nobis ignotum est: opifici autem facilia atque expedita, & ab eo nullo negotio, vt scimus, perficiuntur. Valde autem absurdum & cũ multa imperitia coniunctum fuerit, si quis putrefactorũ quidem & corruptorum iam corporũ insignia cõcedat in iis, quæ nunc quotidie nascuntur excitari & aliena trãsire in alios: propria autem ac peculiaria in iis, qui aliàs ea habuerunt, renouari ac reuiuiscere, non etiam simul assentiatur, sed contrà improbet atque impugnet, ac fabulam, non verum sermonem existimet esse promissionem eius, qui hoc omne quod videtur, constituit, & vt voluit, ornauit. Nos verò credamus resurrectioni gloriam reddentes patri & filio & spiritui sancto, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 15.
Ioan. 5.
Similitudines patrum in filiis resurgunt.
Psal. 117.

De Festo Paschæ

D. GREGORII NYSSENI DE SANCTO ET SALVTARI FESTO PASCHÆ

ALIA ORATIO.

Eodem interprete.



VERA quidem sabbati requies, quæ benedictionem Dei accepit, in qua requieuit Domin⁹ ab operibus suis, pro salute mūdi mortis efficacia fracta feriatus, iam finem habet, & gratiam suam cùm oculis, tum auribus, tū cordi demonstrauit, per hæc omnia, quæ vidimus, quæ audiuimus, per quæ corde lætitiam recepimus, à nobis festo peracto. Nam quod oculis cernitur, lumē nocte nobis per lampades in nube ignis præferebatur. Sermo autem per totam noctē aureis nostras circumsonans in psalmis, hymnis, cantionibusque spiritualibus tanquam flumen quoddam gaudij per aureis in animum influens, nos optima spe repleuit. Cor verò, dū & ijs quæ dicebantur & videbantur, oblectaretur, inexplicabilis beatitudinis figuram accipiebat, dum per ea, quæ apparebant, quasi manu duceretur ad eū, qui videri non potest. Itaque huius requietis bona per sese fidem facientia ineffabili spei eorum, quæ destinata atque reposita sunt, imago sunt illorum bonorum, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderūt. Quoniam igitur hæc lucida nox commixtis lampadum luminibus cum matutinis radiis solis vnum continuum nullarum interpositione tenebrarum diremptum diem effecit: consideremus & intelligamus, fratres, prophetiam, quæ dicit: Hic est dies, quem fecit Dominus: in quo opus propositum est non graue aliquod & effectu difficile, sed gaudium, sed lætitia, sed exultatio, ita dicente scriptura, Exultemus & lætemur in eo. O mandata præclara, ô dulcem constitutionem. quis sine mora atque procrastinatione talibus præceptis non obtemperabit? imò quis non in damno ponet vel exiguā iussorum dilationem? lætitia est opus & exultatio est id, quòd præcipitur, per quæ ꝓpter peccatū facta cōdēnatio rescinditur, & in gaudiū tristitia cōuertūtur. hoc est sapiētiæ notabile dictū, in die lætitiæ obliuio atque abolitio malorum obliuionem primæ contra nos sententiæ pronuntiatæ dies hic induxit: imò verò abolitionem, non obliuionem. Deleuit enim, & quasi erasit omnem penitus memoriā cōtra nos factæ condemnationis. Tunc in doloribus partus edebatur: nunc absque parturitionis cruciatibus, natiuitas existit. tūc ex carne carnes nati sumus: nūc quod natum est, spiritus est ex spiritu. tunc filij hominum, nunc filij Dei nati sumus. tunc in terram de cælis relegati sumus: nunc is qui cælestis est etiam nos cœlestes fecit. tūc per peccatū mors regnabat: nūc inuicē iustitia per vitā recipit imperiū. tunc vnus morti locū introëundi dedit: per vnū etiā nūc cōtrà vita introducitur. tunc per mortē vita excidimus: nūc per gloriā ligno vitæ appropinquamus. tūc propter inobedientiā ex paradiso expulsi sumus: nūc per fidem in paradisum admittimur. rursus fructus vitæ ad delicias nobis propositus est ad arbitrium. rursus fons paradisi quadripartitò diductus per Euangelicos amneis vniuersæ faciei Ecclesiæ potum præbet, adeò vt etiam sulci animarum nostrarū inebrientur, quos is qui sementem sermonis facit, aratro doctrinæ proscidit, ac multiplicantur germina fructusque virtutis. Quid igitur ob hæc facere conuenit? quid aliud, quàm imitari monteis propheticos & colleis exultationibus. Montes enim, inquit, exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouiū. Venite igitur, exultemus Domino, qui fregit vires & potentiam hostis, & magnum pro nobis crucis trophæum in ruina aduersarii erexit. *alalaxomen*, id est, iubilem⁹. *alalagmos* autē, siue iubilus, est in victoria fausta ac læta acclamatio, quæ à victoribus aduersus victos excitatur. Quoniam igitur prostrata est acies hostis, atque ille ipse, qui imperium nepharii exercitus dæmonum obtinebat, periit, delet⁹ & ad nihilum iam redactus est: dicamus, quòd Deus sit magnus dominus, & rex magnus super omnem terram, qui benedixit coronæ anni benignitatis suæ, & conduxit nos in hunc chorum & cœtum spiritualem per Christum Iesum dominum nostrum, cui gloria in secula. Amen.

Psal. 117.

De Anima

D. GREGORII NYSSENI DE ANIMA ET RESVRRECTIONE, CVM SORORE SVA MACRINA DISPVTATIO LAVRENTIO

Sifano interprete.

CVM ingens ille inter sactos Basilius ex humana vita ad Deum migrasset, & communis caussa luctus Ecclesiis extitisset, atque etiamnũc soror & magistra, vitæ superstes esset ego quidem studiosè ibam, vt cum illa communicarem calamitatẽ morte fratris acceptam. ac mihi tanto accepto detrimento animus vehementer anxius atque dolore confectus erat, & aliquem socium lacbrimarum requirebam, qui æquè magnum ægritudinis onus susciperet atque ego. Vt autem alter alteri fuimus in conspectu, mihi quidem magistra procul visa refricuit animi dolorẽ. etenim iam etiã ipsa mortifero atque lethali morbo correpta erat. At illa quemadmodum equorũ regẽdorum artis periti facere solent, cùm permisisset mihi, vt impetu doloris paulisper transuersus agerer, postea oratiõe me reprimere atque cohibere conabatur, rationibus suis tanquã aliquo freno incompositum, indecorum & inordinatũ animi mei dirigens affectũ: ac proferebat apostolicũ illud dictum, quòd non angi & mœrere oporteat propter eos, qui obdormiuerũt. solis enim iis, qui spem non habeãt, id accidere solere. atque ego, cũ cur mihi egritudine atque dolore etiam tunc vndique scaueret & æstuaret, quo pacto, inquã, potest id inter homines præstari, cùm adeò naturalis quædam vnicuique aduersus mortem calũnia atque quetela insita sit? ac neque qui vident morientes, spectare facilè sustineant, & quibus mors imminet, quoad eius fieri potest, eam refugiant? quin etiam cùm leges, quibus vtimur ac regimur, vt in maleficiis, ita in suppliciis hanc extremum iudicent, quo pacto, quibusve rationibus effici potest, vt quis vel in externo & alieno abs quo vitæ separationem & recessũ pro nihilo ducat, nedum in propinquis ac necessariis vitam finientibus? Videmus autem, inquam, omne quoque studiũ hominum eò spectare, vt in vita permaneamus. Nam idcirco domicilia quoque à nobis, ne vel per æstum vel frigus ab aëre circũfuso corpus affligeretur & conficeretur, ad inhabitãdum excogitata sunt. Agricultura verò quid est aliud, quàm vitæ apparatus & subsidium? nam cura atque solicitudo vitæ metu mortis prorsus adhibetur. quid item medicina? qua de caussa ab hominibus in honore habetur? an non propterea quia pugnare quodammodo cum morte ea ars videtur? thoraces verò, loricæ, clypei, ocreæ, galeæ, & innumera arma, quibus vim homines à corpore propulsãt. murorum item ambitus, portæ ferreæ fossarũ munitiones, cæteraque eiusdẽ modi, qua alia de caussa fiunt, præterquã metu mortis? Cùm igitur naturaliter mors adeò terribilis ac formidabilis sit, quĩ facilè obtẽperari potest ei, qui iubeat superstitem ob alterius mortem expertem ægritudinis permanere? Quid verò, qua maximè de caussa tibi, inquit, magistra, ipsa per sese mortis necessitas acerba atque molesta videtur? Non enim satis est ad criminandum & cõquerendum con-

Omne studium nostrum est vt in vita permaneamus.

A suetudo eorum, qui ratione minus vtuntur. Quid enimuerò, an non res digna mœroris est, ad eam inquam ego, cùm videmus eum, qui paulo antè viuebat & loquebatur, sine spiritu, sine voce, immobilem repentè factum, omniaque ei sensuum naturalia vasa & instrumẽta extincta, nõ oculis nõ auribus, non alio quoquã eorũ, quorũ apprehensionem, subsidium atque auxilium sensus habet, operante, atque officium suum faciente? cui siue ignem, siue ferrum admoneas, siue gladio corpus incidas, siue carniuoris feris obiicias, siue humi defodias, ad omnia similiter iacens efficitur. Cùm igitur in his consistere mutatio videatur, vitalisque illa caussa, quæcunque tandem illa erat, repen-B tè vitui subducta atque extincta incertũ quò concesserit, vbi vel lateat, quemadmodum in lucerna extincta fit, cùm flamma, quæ modò in ea accensa erat, neq; in ellychnio manet, neque aliò quopiam transit ac recedit, sed ad extremum interitũ & abolitionem redigitur atque transmigrat: qui fieri possit, vt tantam mutationẽ, qui nulla re certa confirmetur, sine animi dolore ferre possit? Exitu enim animæ audio, quod quidem relictũ est, videmus: quod autem separatum atque disiũctum est, tum ipsum quid tandem secundum naturam sit, tum in quid cõcesserit atque redactum C sit, ignoramus, non aëre, non terra, non aqua, non alio quopiam elemento in sese ostendente illam vim, quæ excesserit è corpore: qua egressa atque subducta, quod relinquitur, mortuum est, & corruptioni iam expositum. Hæc cùm ego dixissem, manu interim silentio imperato magistra: Numquid eiusmodi, inquit, metus te perturbat, & mẽtem tuam angit, quasi anima non semper permaneat, sed vnà cum dissolutiõe corporis, ipsa quoque esse desinat? Ego verò (etenim nondum ab ægritudine ac perturbatione rationem collegeram) audacius proteruiusque quodãmodo, quid diceretur, non admodum considerans, respondi. Dixi enim diuinas voces præceptis & edictis esse similes, quibus credere quidem cogamur, animã oportere in perpetuũ permanere, non autem ali-D qua ratione ad eiusmodi sententiam adducamur. sed videtur nobis mens intra nos seruilẽ in modum metu probare quod iubetur, non voluntario quodam motu iis, quæ dicantur, assentiri. Vnde etiam fit, vt grauius mortuorum nomine doleamus, cùm plenè & exactè non sciamus sitne adhuc per sese hæc viuifica caussa, & vbi & quomodo, an verò nusquam sit vllo modo. Nam incertitudo eius, quod reuera est, pares efficit in vtramque partem opiniones. Ac multis quidem hoc, multis verò contrarium videtur. & sunt sanè E apud Græcos quidam non in parua, propter philosophiam existimatione, qui hæc & opinati sunt & pronuntiauerũt. Mitte, inquit, externas nugas, in quibus mendacij inuentor in detrimẽtum veritatis probabiliter falsas opiniones componit. Tu verò huc respice, quòd ita de anima sentire, nihil est aliud, quàm à virtute alienum esse, & id

Duplex lectio, diabolũ in nostro: metabolẽ in Augustano: quod sequor.

quod

quod in præsentia suaue & iucundum est, solum spectare: eam autem vitam, quæ in infinitis seculis consideratur, per quam sola virtus eminet atque superior est, desperare. Et quo pacto, inquam firmam aliquam, stabilem, fixam & immobilem habere possimus opinionem, qua animam credamus permanere? Nam & ipse sentio, quòd re omnium pulcherrima in vita (de virtute loquor) vita hominum carituta fuerit, nisi aliqua certa & non ambigua de hac re fides in nobis firmata fuerit. Quomodo enim virtus habere locũ possit in iis, qui id, quod est, præsenti vita circũscribi sibi persuasum habent, & post eam nihil amplius sperãt? Ergo quærere, magistra inquit, oportet, vnde nobis conueniens & idoneũ de hac quæstione principium oratio sumere possit. Ac, si placet, abs te contrariarum opinionum atque sententiarũ propugnatio atque defensio suscipiatur. (nam video, quòd etiam animus tibi motus est, ac gestit eas tibi deferri partes) deinde hoc modo post oppositionem veritatis ratio requiretur. Postea quam autem ita facere iussit, deprecatus ab ea, ne quæ à nobis contradicerentur, pro seria ac vera contradictione acciperet, sed idcirco proferri, vt doctrina de anima firmiter cõstitueretur ac probaretur, oppositis ad hanc intentionem solutis. Nonne, inquam, hæc dixerint, qui contrariam opinionem defendunt. quòd corpus cùm compositum sit, prorsus ex quibus constat, in ea dissoluatur? soluta autẽ ea, quæ est in corpore, elementorum coalitione atque concretione, vnumquodque, vt par est, ad proprium fertur, vergit & inclinat, ipsa natura elementorum per attractionem quandam necessariam ei, quod est eiusdem generis, suum reddente. Nam & cum calido rursus vnietur id, quod in nobis est calidũ, & cum solido ac duro terreum: atque ex reliquis vnumquodque ad cognatum redigitur & recedit. Anima ergo postmodum vbi erit? Nam si quidem aliquis dicat eam in elementis esse, eandem illam esse cum his, necessariò concedet atque assentietur. non enim aliqua cum alieno mixtio fieri possit eius, quod est diuersæ naturæ. & si hæc ita sint, varia quædã prorsus videbitur, vt quæ cum contrariis sit mixta qualitatibus, quod autem varium est, simplex nõ est, sed in compositione prorsus cõsideratur. quicquid autem compositum est, necessariò quoque dissolubile est. At dissolutio, corruptio est eius, quod compositum est. quod autem corrumpitur, non est immortale. nam alioqui caro quoque immortalis diceretur, vt quæ soluatur in ea, ex quibus constat: sin autem aliquid diuersum est ab elementis, vbinam ratio eam esse ponit? quæ in elementis quidem, propterea quòd diuersæ atque alterius naturæ sit, non inueniatur, aliud autem nihil sit in mundo, in quo, esse anima possit, conuenienter & ad suam naturam accommodatè viuẽs? quod autem nusquam est, ne prorsus quidem est. Et magistra vbi paululum dictis ingemuisset, hæc talia fortassis aduersus apostolum, inquit, olim Athenis coeuntes Stoici & Epicurei proferebant. Etenim audio in hanc sententiam Epicurum maximè opinionibus ferri & inclinari, quod casu ac fortuito concursu quodam per sese extiterit atque effecta sit rerum natura, quasi nulla prouidentia per res pertineat & permeet: & idcirco per consequens humanam quoque vitam in modum bullæ putabat, spiritu quodam corpore nostro inflato, esse tandiu, quamdiu cohiberetur & coerceretur spiritus ab aëre quo continetur: simul autem atque tumor ille collapsus & dissolutus esset, id quod intus cohibitum & interceptum fuisset, extingui. terminus enim ei ac finis rerum naturæ id, quod appareret, erat, & modum comprehensionis rerum vniuersitatis sensũ esse putabat, & cùm clausa penitus & obtusa habeat animæ sensuum vasa atque instrumenta, & nihil eorum, quæ & incorporea sunt & mẽte percipiuntur, intueri possit quasi domuncula quadã coercitus & abstrusus, expers spectaculi cœlestium miraculorum manet, parietibus & tecto contemplari externa prohibitus. Nam terrei quidam planè parietes sunt omnia, quæ in vniuersitate rerum sub sensum cadẽtia conspiciuntur, minus alto animo præditis quasi pariete per sese obiecto earum rerum, quæ mente atque intelligentia cernuntur, contemplationi officientia & obstantia. Terram qui talis est, aquam, aërem, ignem duntaxat intuetur: vnde autem horum vnumquodque sit, aut per quam, aut à quo coerceatur, cõprehendatur & cõtineatur, perspicere præ animi exiguitate non potest. ac vestem quidem aliquis conspicatus, rationibus eò adducitur, vt textorẽ agnoscat, & per nauem, fabricatorem eius intelligit: nẽque simulatque ædificium conspectum fuerit, manus opificis spectantium menti obuersatur. isti verò dum mundum intuentur, ad eum, qui per illũ declaratur, cæcutiunt & allucinantur. vnde fit, vt scita ista acuta ab iis, qui interitum & abolitionẽ animæ suis decretis tradunt, proferantur. Corpus nimirum ea elementis, & elementa esse ex corpore: item animam per sese esse nõ posse, nisi vel horum aliquid, vel in his sit. Nam si propterea nusquam eam esse aduersarij opinantur, quòd anima non sit eiusdem generis & naturæ cum elemẽtis: hi primum quidem etiam, quæ in carne degitur, vitam inanimam esse tradant: (non enim aliud quicquam corpus est, atque concursus elementorum. ergo nec in his quidem animã esse dicãt, quæ per sese viuificet eam concretionem atque commixtionem. siquidẽ fieri posthac non potest, quẽadmodum opinantur, vt manentibus elemẽtis etiam anima sit, quo efficiatur, vt nihil aliud, quàm mortuam esse vitam nostram demonstrẽt. Sin autem nunc in corpore animam esse non dubitant, quo pacto corpore dissoluto in elementa, animã aboleri atque interire censent ac tradunt? (deinde verò aduersus diuinam quoque naturam paria audeant obloqui & oblatrare. Quomodo enĩ dicent, inuisibilem, incorpoream, materiæ expertem, & eã, quæ mẽte sola percipitur, naturã in humida, molliq; calida, solida atque dura penetrãtẽ in essentia continere res vniuersas, quæ sunt? cùm neque cognata eiusdemue generis cum iis sit, in quibus versatur, neque propterea quod alterius ac diuersi generis sit, in eis esse non possit? Ergo penitus ea eorum doctrina eximatur etiam ipsum diuinum numen, quo res vniuersæ cõtinentur atque conseruantur. De hoc ipso nimirum, inquam ego, quo modo aduersarii nõ ambigere, nec dubitare possint, quòd ex Deo omnia sint, & per eum contineantur & conseruentur res vniuersæ? aut

Resolutio corporis in elementa.

Actor. 17. Scholiõ. Bulla ita existit, flatu aqua vndique intenditur: qua rumpente flatus dissipatur & bulla euanescit.

Corpus quid.

sit ne aliquod omnino numen, quod in superis præsit rerum naturæ? At illa, Commodius & cōuenientius, inquit, esset super talibus silere, ac non dignari responso stultas pariter & impias propositiones. quippe diuturum etiam quoddam dictum vetat respondere dementi iuxta dementiam suam. Stultus autem & insipiens, vt ait propheta, prorsus est is qui Deum esse negat. sed quoniam oportet etiam de his dicere, dicam tibi rationem, inquit, non meam, nec alterius hominum cuiusquam: (quippe exigua hæc quæcunque tandem fuerit:) sed eam, quam creatura rerum, per ea, quæ in ea sunt, miracula explicat & enarrat. cuius creaturæ auditor est oculus, per ea, quæ apparent, resonante in corde solerte pariter & artifice sermone. clamore enim palàm creatura indicat factorem, ipsis cœlis, vt inquit propheta, ineffabilibus vocibus gloriam Dei enarrantibus. Quis enim intuens & animaduertens harmoniam, id est conspirantem, consentientem & quasi concinentem copulationem atque coagmentationem rerum vniuersitatis, cælestiumque ac terrestrium miraculorum, & quemadmodum elementa natura inter sese contraria, ineffabili & occulta quadam societate atque communione ad eundem omnia scopum atque intentionem vnumquodque suam vim ad rerum vniuersitatis permansionem, durationem & incolumitatem simul conferentia atque contribuentia consistuntur, implicantur & connectuntur, cumque iuxta qualitatum proprietatem, neque commisceri, neque consociari possint, non tamen secedunt abinuicem, neque contrarijs qualitatibus inter sese commixta atque cōtemperata, aliud per aliud corrumpuntur: sed & illa, quibus ea natura est, vt in sublime ferātur, deorsum vergunt atque feruntur, calore solis per radios deorsum fluente: corporaque grauia ac ponderosa subleuantur & attollūtur per vapores extenuata: vt & aqua præter sui naturam ad supera feratur, per aërem flatibus vecta, & æthereus ignis ad terram deferatur, adeò, vt & infimæ partes caloris expertes non sint, & terræ superfusus imbrium humor, cùm vnus natura sit, innumeras germinum producat differentias, omnibus subiectis aptè atque accōmodatè inhærens atque insidēs: celerrimam item axis in orbem, circumque rotundam conuersionem atque reuolutionem, interiorumque circulorum in cōtrarium motionem, subiectionesque & congressus coitusue atque concinnas, aptas, ratas, constantes, conuenientes, & æquales digressiones, distantiasque siderum: hæc si quis oculis intelligentiæ atque acie mentis intuetur, annon apertè per ea, quæ apparent, docetur, quòd diuina vis artificiosa solersque in rebus vniuersis apparens, atque per omnia pertinens, ac fusa cùm partes accommodat & adaptat toti, tum totum partibus explet, atque vna quadam vi rerum vniuersitas coercetur & continetur, dum ipsa in se ipsa manet & circum se ipsa mouetur, ac neque moueri vnquam desinit, neque in alium quendā locum, præter eum, in quo est, transmigrat. Et quo pacto, inquam, argumentum, quo Deum esse fides fit, simul etiam animam humanam esse demonstrat? Non enim vtique eadem cum Deo res anima est, vt si vnum esse concedatur, prorsus etiam de altero non dubitetur. At illa dicitur, inquit, à sapientibus homo paruus quidam esse mundus, qui in sese hæc elemēta cōtineat, ex quibus rerum vniuersitas cōstat atque completa est. Quòd si hæc opinio vera est, vt esse videtur, fortisan non opus habuerimus alio auxilio ad confirmandam eam, quam de anima concepimus opinionem: censemus autem eam per sese prædiram esse natura propria, peculiari, eximia, diuersa atque alia, quàm corpus, quod ex crassis partibus cōstat. Vt enim vniuersum mundum auxilio sensuum cognoscentes, per ipsam nostrorum sensuum actionem atque efficientiam deducimur ad considerationem, notionemque rei, opinionis & intellectus sensum superantis, atque oculus nobis existit interpres omnipotentis sapientiæ, quæ in rerum quidem vniuersitate cernitur, eum verò, qui per ipsam solus res vniuersas vndique apprehendit atque complexus est, per sese indicat: ita dum eum quoque, qui in nobis est, mundum intuemur, haud parua subsidia habemus per ea, quæ apparent, etiam ad id, quod occultum est, coniectura perueniendi. Id autem in sese occultum & absconditum est, quod & mente & intelligentia percipitur, formæque expers est: quod sensuum effugit animaduersionem. Atque ego, Verùm sapientia quidem, inquam, quæ in superis partibus quasi in arce rerum præsidet vniuersitati per eas, quæ spectantur in natura rerum, solertes & artificiosas rationes in hac apta, concinna, consentienti atque conspiranti distinctione, descriptione, atque digestione potest animaduerti atque æstimari: animæ verò cognitio per ea, quæ in corpore ostenduntur, quæ contingere possit ijs, qui per apparentia quod occultum est, inuestigant? Atque admodum sanè, inquit virgo, vel ipsa anima, iuxta scitum illud præceptum, seipsos noscere cupientibus opinionum atque persuasionum de anima satis idonea sufficiensque magistra est, nempe quòd expers materiæ & incorporea quædam sit, quæ ad suam naturam accommodatè & operetur & moueatur, & per instrumenta corporalia suas motiones ostendat. Instrumentorum enim corporis hæc digestio atque apparatus est quidem nihilominus in morte perēptis & extinctis. sed quòd animæ vis in ea non sit, expers maner & motionis & actionis. Monetur autem tūc, cùm & sensus in instrumentis est, & per sensum intelligendi vis atque facultas pertinet atque peruadit vnà cum suis conatibus & appetitionibus quò visum fuerit, simul mouens sensuum instrumenta. Quid igitur, inquam, est anima? si fortè potest aliqua ratione natura eius designari, atque describi, vt ex ipsa declinatione atque descriptione aliquo modo quod propositum est, animaduertatur & cognoscatur. Et magistra, alii quidem aliter, inquit, rationem eius ediderunt, prout cuique videretur, definientes. nostra verò de ea sententia talis est: Anima est essentia generata, essentia viuens, intellectualis, corporeis sensuum instrumentis viuendi, atque ea, quæ cadunt sub sensus, percipiēdi facultatem ac vim per sese suggerens & immittens, quandiu capax earum rerū natura constare videatur. Et simul hæc dicens me dicum, qui ei curandi corporis caussa assidebat, manu

Elementa & si contraria inter se, tamen cōsentiunt.

Mundus paruus.

Anima quomodo cognoscatur.

Definitio animæ.

bat, manu oſtendit, & ait, præſto nobis eſt eo- A
rum, quæ dicta ſunt, teſtimonium. Quonam e-
nim modo, inquit, hic tactu digitorum ad atte-
riam adhibito, per tangendi ſenſum quodam-
modo audit ad ipſum clamantem naturam, ſuaſ-
que affectiones & ægritudines enarrantem, quòd
in incremento nimirum & in intentione corpo-
ris infirmitas ſit? & ab his viſceribus morbus ex-
ortus ſit, & tandiu prorogetur ac duret ardoris
vehementia? Atque alia quoque talia diſcit ab o-
culo, dum vel ad figuram & habitum decumben-
tis, vel ad carnium tabem atque collapſionem
reſpicit. & quemadmodum & ſpecies coloris vel
ſubpallidi vel bilioſi, & oculorum ictus ad habi- B
tum doloris indicem atque triſtitiæ ſua ſponte in-
clinans internam ſignificet affectionem. atque iti
dem auditus quoque ſimilium magiſter exiſtit,
tum ex frequenti ac crebra anhelatione, tum ex
gemitu ſimul cum reſpiratione edito ægritudi-
nem cognoſcens. Dixerit autem aliquis ne odo-
ratum quidem periti non poſſe animaduertere &
notare morbum, ſed per certam quandam an-
helitus qualitatem agnoſcere in viſceribus laten-
tem infirmitatem. Nunquid igitur hæc fieri poſ-
ſent, niſi aliqua vis, quæ mente cernitur & ſub
intelligentiam cadit, vnicuique ſenſuum adeſſet
inſtrumento? Quid nos manus ab ſe ipſa docere C
potuiſſet, niſi cogitatio mentis & intelligentia ad
ſubiecti cognitionem tactum deduceret? Quid
item auditus à mente ſeiunctus? aut oculus, aut
naſus, aut aliquod aliud ſenſuum inſtrumentum
ad cognitionem rei quæſitæ adiuuaret, ſi per
ſeſe ſolum horum vnumquodque eſſet? Sed om-
nium eſt veriſſimum, quod quidem externis li-
teris ac diſciplinis eruditus præclarè ac rectè di-
xiſſe memoratur, mentem eſſe nimirum quæ vi-
deat, mentem item quæ audiat. Nam niſi quis
hoc dederit eſſe verum, quo pacto, dic tu, cùm
ſolem intueris, quemadmodum à magiſtro in-
tueri didiciſti, non quantus vulgò hominibus ap- D
paret, tantum eum eſſe ais, ſed amplitudine ac
magnitudine orbis multis partibus ſuperare ter-
ram vniuerſam? an non quòd certum quendam
motum temporumque pariter ac locorum di-
ſtantias & interualla, defectionumque cauſſas
per apparentia mente ſequutus ſis, confiden-
ter pronuntias atque cenſes, ita ſe rem habere?
Atque etiam lunæ diminutionem & incremen-
tum cùm vides, per eam, quæ apparet in ele-
mento figuram alia diſcis. videlicet eam & ex ſui
natura ſplendoris expertem eſſe, & circum terræ
proximum orbem verſari atque vagari: lucem au-
tem atque ſplendorem accipere ab radiis ſolis, E
quemadmodum naturaliter fieri ſolet in ſpeculis,
quæ ſolem in ſeſe recipientia, non proprios red-
dunt ſplendores, ſed luminis ſolaris, quod lumen
ex leui glabroque, ac nitido corpore in contrari-
um reflectitur atque reuerberatur. Quam rē, qui
ſine ſcrutatione atque iudicio intuentur, ex ipſa
luna ſplendorem exiſtere arbitrantur. Quòd au-
tem id ita non ſit, hinc demonſtratur: quòd ex di-
ametro quidem è regione ſolis facta, toto qui ad
nos ſpectat orbe illuminatur: in breuiori autē &
anguſtiori ſuo loco citius luſtrato circulo, in quo
verſatur, priuſquam ſol ſemel ſuum conficiat cur-
ſum, ipſa ſuum amplius duodecies complet or-

Videntur hic aliqua deeſſe verba, quæ ſuppleui.

Luna diminutio atque incrementum.

Luna ſplendorem capit à ſole.

bem. Quamobrem accidit, vt non ſemper ele-
mentum lunæ plenum luminis ſit. Nam quæ ſuū
curſum exiguo temporis ſpatio ſæpè conficit, cre-
bro circuitu ei, qui longo temporis interuallo ſu-
um orbem luſtrat, aduerſa perpetuo non manet.
ſed quemadmodum directo ſoli aduerſus lunæ
ſitus efficit, vt omnis illius ea pars, quæ ad nos
ſpectat, à radiis ſolis lumen accipiat atque collu-
ſtretur: ita vbi ex tranſuerſo ſoli fuerit oppoſita,
quoniam ea dimidia globi lunaris pars, quæ ſem-
per ipſi ſoli oppoſita eſt, amplexu radiorum inter-
cepta collucet, altera, quæ ad nos pertinet, vmbra
neceſſariò obducitur, tranſeunte nimirum ſplen-
dore ab ea parte, quæ ſolem aſpicere non poteſt,
ad illam partem, quæ ſemper illi eſt aduerſa, do-
nec directo ſubiens orbem ſolis à tergo radiū ac-
cipiat, atque ita colluſtrata ea dimidia parte ſphæ-
ræ, quæ ſuprà eſt, illā, quæ ad nos ſpectat, quoni-
am ex ſui natura prorſus ſplēdoris & luminis ex-
pers eſt, viſui ſubducit. quod nimirū plena atque
perfecta ipſius elementi diminutio dicitur. quòd
ſi rurſus ſui curſus motu ſolem prætereiit, & ex
tranſuerſo radio fuerit oppoſita, quod paulo antè
lumine carebat, lucere incipit, tranſeunte radio
ab illuminata parte ad eam, quæ hactenus ſplendo
ris expers erat. Vides ne qualium rerum tibi viſus
magiſter ſit, quid per ſeſe talium rerum tibi con-
ſiderationem atque cognitionem nō præbuiſſet,
niſi aliquid eſſet quod per oculos cerneret, quod
iis quæ ſenſu percipiuntur tanquam ducibus qui-
buſdam vtens per apparentia penetraret ad ea,
quæ non apparent? Quid opus eſt addere inſtru-
mēta geometrica, quæ per ſēſibiles figuras ad ea,
quæ ſupra ſenſum ſunt, nos quaſi manuducunt?
ac præter hæc alia ſexcenta? quibus oſtenditur at-
que probatur per ea, quæ corporaliter in nobis o-
perantur, comprehenſionem atque perceptionē
fieri intellectualis & inuiſibilis eſſentiæ, quæ in na
tura noſtra infuſa, immixta, contemperata, atque
abſcondita eſt? Quid verò, inquam, ſi quemad-
modum materiale quidem commune eſt in ſen-
ſibili elementorū natura, differentia autē ſingula-
tim in vnaquaque ſpecie materiæ magna (motus
enim iis contrarius eſt, cū aliud quidem ſurſum fera-
tur, aliud verò deorſum vergat, ſpecies item non
eadem & qualitas diuerſa:) ſi quis his elementis
vim quandam ratione atque proportione cōtem-
peratam, inſitam & quaſi incorporatam atque
conſubſtantiatam eſſe dicat, quæ hæc, quæ mente
percipiuntur, viſa atque motiones ex naturali pro
prietate atque facultate efficiat? qualia multa ni-
mirum à machinarum artificibus effici videmus:
vbi materia arte diſpoſita naturam imitatur, non E
in forma ſolùm ſimilitudinem oſtendens, verum-
etiam in motu verſatur, & fictam quandam vocē
repræſentat, reſonante machina in parte vocali:
ac non vtrique vim quandam intelligentia prædi
tam in iis quæ fiunt ineſſe animaduertimus, quæ
ſingulatim quaſque res efficiat & operetur, figu-
ram, ſpeciem, ſonum, motum: ſi hæc dicamus etiā
in hoc mechanico naturæ noſtræ fieri inſtrumen-
to, nulla ſeparatim, quæ mēte cernatur, natura in-
fuſa: ſed quadam facultate mouendi inſita naturæ
eorū, quæ in nobis ſunt, elementorum, vrgēte at-
que eiuſmodi actionem eſſe rei affectum: quæ ni-
hil aliud eſt, quàm motus quidam impulſiuus,

Luna quomodo plena fiat.

Simile.

qui versatur & occupatur circa cognitionem earum rerum, quibus studemus & operam damus. Vtrùm magis per hæc, esse ne illam in sese rationalem intelligentiæque participem & incorpoream animæ naturam, an ne prorsus quidem esse, demonstretur? At illa, Cùm similitudo, inquit, adiuuat atque defendit nostram oratione, rum structura atque compositio omnis ex aduerso nobis illatæ contradictio iis non parum conferet ad sententiæ nostræ confirmationem. Qui hoc dicis, inquam. Quoniam, inquit, ita scire tractare, disponere & accommodare materiam inanimam, vt ars, quæ ad machinas adhibita est, loco animæ propemodum materiæ sit, propterea quòd & motum & sonum, & signam, & talia repræsentat, satis fuerit ad demonstrandum, quòd sit aliquid in homine tale, quod per contemplatricem & inuentricem facultatem cùm naturaliter possit hæc in seipso considerare, mente concipere & animaduertere, tum antè cogitatione instituere ac præparare machinas, atque ita deinde eas per artem ad actionem perducere, ac per materiam ostendere mentis conceptum. Primùm enim, quòd ad vocem edendam spiritu opus sit, animaduertit: deinde quo pacto machinæ spiritus excogitaretur, considerata elementorum natura, ratione antè perpendit, quòd nimirum nihil vacuum sit in rerum natura, sed comparatione cũ grauiori, leue vacuum putetur atque dicatur: quoniam & ipse aër in sese sui natura solidus ac plenus est. Vacuum enim vas dicitur per abusionem, cùm ab humore vacuum fuerit, nihilominus autem aëris plenum eruditus etiam hoc esse dicit. Cuius rei signum est, quòd amphora admota stagno non statim aqua repletur, sed primùm, coacto ac deprehenso intus aëre concauum sursum rollente, innatat, quoad hauriẽtis manu amphora pressa in fundo fuerit, ac tunc per os accipiat aquam: quo facto ostenditur, quòd nec antè quàm aqua repleretur, vacua esset. Nam pugna quædam duorum circa os elemẽtorum cernitur, dum aqua quidem propter grauitatem & ponderositatem vi in concauum influit atque irrumpit: aër verò, qui in concauo interceptus deprehenditur, per idem os in contrarium circa aquam coarctatus dilabitur ac retro fluit, adeò vt per hũc aqua quasi interrũpatur & impediatur, ac vi spiritus refracta reciprocataque ac spumãs quasi è conchylio sonum edat. Et hæc igitur animaduertit, & quomodo spiritus machinis immittatur, per elementorum naturam excogitauit. Nam cõcauo quodam ex solida duraque materia facto, atque aëre intus concluso vndique cohibito atque compresso ne expiret, aquam pro modo præsentis vsus, quantitatem eius dimẽsus, per os in concauum inducit. deinde sic ad appositam fistulam ex aduerso transitum aëri dat, expressus autem vehementius & elisus ab aqua violentius aër, spiritus fit: qui spiritus irruens & incumbens in structuram fistulæ sonum edit. An non igitur per ea, quæ apparent, manifesto ostenditur, quòd sit quædam in homine mens, aliquid aliud atque apparet, quæ inuisibili atque informi & intelligentia prædita natura sua hæc intra seipsam excogitata præparans, sic deinceps per materiale ministerium in propatulum atque apertum educit intus agitatam & conflatam intelligentiam: nam si iuxta oppositam nobis orationem, elementorum naturæ talia mirifica opera ascribere atque assignare liceret, sua sponte casuque fortuito nobis prorsus machinæ conderentur: ac neque æs artem expectaret, ad hoc vt statua virilis euaderet, sed protinus à natura tale esset: neque ad sonum edendum aër tubo opus haberet, sed semper per sese resonaret, quippe qui fortuito casu flueret & moueretur: neque aquæ per fistulam cursus in sublime, arte motum præter naturam per expressiones ad supera elidente atque cogente, vi conficeretur: sed sponte sua prorsus aqua ad machinam ascenderet, quippe sui natura sursum euecta. Sin autem horum nihil sua sponte ab elementorum natura efficitur, sed arte, quorsum visum fuerit, vnumquodque ducitur: ars autem est intelligentia quædam stabilis ac firma, quæ ad aliquod propositum & institutum per materiam exercetur: atque intelligentia mentis quidam proprius motus & efficientia est: nimirum etiam per opposita nobis aliquid aliud atque apparet, esse mentem, cõsequentia dictorum demonstrauit. Ego verò, hoc quidem, inquam, etiam ipse dico ita se habere, quod nimirum, id quod non apparet, non idem sit cum eo, quod apparet: non tamen in hac oratione video id, quod quæritur. nondum enim mihi liquet, quid tandem existimare oporteat, illud esse, quod non apparet sed quòd materiale quidem aliquid non sit, didici ex sermone: nondum autem cognoui, quid de eo dicere conueniat. Ego verò hoc maximè desiderabam discere, non quid non sit, sed quid sit. At illa multa, inquit, etiam de multis ita discimus, dum dicimus, non hoc aliquid esse ipsam essentiam rei quæsitæ, quidnam tandem ea res sit, significantes. Cùm enim *aponiren*, id est, non prauum vel haud malum dicimus, bonum ostendimus. cùm itẽ *anandron*, id est, non virum nominauerimus, timidum designanimus. ac multa his similia atque eiusdẽmodi dici possunt, per quæ, vel benigniorem per malorum negationem excipimus intellectum, vel contrà ad deteriorem opinionem deflectimus, ademptione bonorum, id quod prauum & malum est, indicantes. Ad hunc igitur modum siquis in præsenti quoque quæstione rem considerauerit, ab ea cogitatione atque opinione, quam res ad quærendum & scrutandum proposita requirit atque desiderat, non aberrabit. Quæritur autem, quid mentem esse oporteat arbitrari secundum ipsam essentiam. Qui igitur quin sit quidem id, de quo quæstio est, propter eam, quæ ab ipso nobis ostenditur, efficientiam, non dubitat, hoc quid sit, scire si vult, abundè ac sufficienter id assequi poterit. Nam si didicerit, id non esse hoc, quod sensu percipitur, non colorem, non figurã, non duritiem, non grauitatem, non quantitatem, non eam, quæ in tria fit, diuisionem, non in loco positionem, neque quicquam prorsus eorum, quæ circa materiam deprehendũtur, nouit quòd aliud, atque hæc, sit. Ego autem eius interpellaro sermone, Nescio, inquam, si omnia hæc ex sermone detrahantur, qui fieri possit, vt non vnà cum his tollatur & aboleatur id quod quæritur. Quidnam

Vacuum nihil in rerum natura.

Ars quid.

Quòd mens nostra D. similis quidem sit, ... autem eius ... cum illo n... natura: & quomodo oporteat intelligere differentiã.

A Quidnā enim absque his percipiendi cura atque sedulitas amplectatur, cui inhæreat, mea quidem opinione, nondum apparet. Nam vbique in rerū inuestigatione examinatrice atque scrutatrice intelligentia, quasi palpantes id, quod quæritur tanquam cæci quidem ducibus parietibus ad ostium tendentes, prorsus vnam ex dictis attingimus, vel colorem, vel figuram, vel quantitatē, vel aliquid aliud eorum, quæ abs te enumerata sunt, offendentes. cùm autem dicitur, nihil horum esse præ animi exiguitate, eò redigimur, vt ne prorsus quidem aliquid esse putemus. At illa, dum hæc dicerem indignata, proh res importuna, inquit, & absurda, ad quem finem redigitur ac definit exigui ingenij, pusillanimumque & abiectū istud de rebus, quæ mente noscuntur, iudicium: Nam si ex

B rerum natura exemptum est, quicquid sensu non cognoscitur, ne ipsam quidem rerum vniuersitatis rectricem atque præfectam, quæ res vniuersas complexa est, vim atque potestatē confiteri prorsus potuerit is, qui hoc dicit: sed vbi incorporeā, informem & inuisibilem esse diuinam acceperit naturam, nō esse eam penitus, ex huiusmodi prorsus consequētia existimabit. Sin autem illic, propterea quòd hæc non sint ipsius essentiæ præscriptio atque peremptio non existit, quo pacto mēs

C humana ex natura rerum, vt quæ vnà ademptione corporalium proprietatum consumatur, eliditur atque excluditur? Ergo ex absurdo, inquam, per hanc consequentiam, aliud inuicē atripimus absurdum. nam eò nobis oratio redacta est, vt nostram quoque mentem eandem rem esse cum diuina natura ponemus: siquidem subtractione eorum, quæ sensu deprehenduntur, intelligitur vtrunque. Ne idem dicas, inquit magistra (impia enim hæc quoque oratio est) sed quemadmodum à diuina voce doctus es, simile esse hoc illi dic. Nā quod secundum imaginem factum est, per omnia penitus principalis exemplaris atque formæ

D similitudinem habet: intellectualem, eius, quod est intellectuale: incorporeum, incorporei: atque ab omni mole corporea liberum est, itidem vt illud: & omnem interuallarem dimensionem effugit, similiter atque illud: sed est aliquid aliud atque illud, quod ad naturæ attinet proprietatem. Non enim amplius imago fuerit, si per omnia, per intellectualem, incorpoream, interualli expertem naturam idem cum illo esset. sed per quæ in natura non creata illud perspicitur, per eadem natura creata hoc ostendit: & quemadmodum in paruo sæpè frusto vitri, cùm ad radium expositum iacet, totus solis or-

E bis conspicitur, non pro sua magnitudine in eo apparens, sed prout breuitas frusti circuli simulachrum atque repræsentatonem capit & admittit: sic in exiguitate nostræ naturæ inexplicabilium illarum deitatis proprietatum imagines elucent, vt per hæc manu quasi ducta ratio neque excidat & aberret ab naturæ mentis deprehensione atque cognitione, si in examinatione quæstionis, corporalis proprietas excernatur & reiiciatur: neque rursus ex diuersa eandem cum inuisibili simul & immortali natura, paruam mortalemque naturam esse ducat: sed ratione & intelligentia quidem aeterni naturam eius existimet: quoniam etiam mente comprehen-

Quòd mens nostra Dei similis quidem sit, nō autem eius-dem, sitidem cum illo naturæ: & quomodo oporteat intelligere differentiã.

sibilis naturæ imago est: non tamen eandem cum principali & originali forma imaginem esse dicat. Vt igitur per arcanam & ineffabilem Dei sapientiam, quæ in vniuersitate rerum apparet, diuinam naturam pariter ac potestatem in rebus vniuersis esse, non dubitamus, vt in sua omnia maneant essentia (quanquam si quis naturæ rationem exigat & exquirat, longè plurimum natura Dei distat atque diuersa est à singularibus reb' quæ in creatura, & ostenduntur, & intelliguntur: attamen in his esse constat id, quod natura distat atque diuersum est:) ita nullo modo incredibile est animæ quoque naturam, quæ per sese aliquid aliud est (quodcunque tandem etiam esse putatur,) non impediri quin sit, etiam si ea, quæ in mundo tanquam elementa considerantur, ei, ratione naturæ, non conueniant. quemadmodum enim iam antè dictum est, nec in viuentibus quidem corporibus, quorum natura constat ex elementorum contemperatione, simplici pariter & informi inuisibilique animæ ratione naturæ, aliqua cum crassa corporum congerie atque concretione communitas est. veruntamen vitalem animæ efficientiam ratione quadam, humanam animaduersionem atque cognitionem superante, permixtam ac diffusam in his esse, non dubitatur. Ergo ne resolutis quidem in sese, quæ in corpore sunt, elementis, perijt id, quod per vitalem efficientiam ea colligat atque connectit. Sed quemadmodum constante ac durante adhuc elementorum concretione, omneis pariter atque similiter parteis corpus complentes atque constituentes anima penetrante, singulatim vnumquodque animatur, neque aliquis vel solidam esse animam dixerit, ac duram, quæ cum terreo cōmixta atque contemperata sit, vel humidam vel frigidā, vel frigido opposita qualitate præditam, quæ in his vniuersis sit, & vnicuique vim vitalem immittat: ita soluta quoque illa coagmentatione, & ad proprias cognatasque res iterum redacta, simplicem & incompositam illam naturam vnicuique parti, etiam post dissolutionem adesse, atque eam, quæ simul occulta atque ineffabili quadam ratione cum elementorum concremento coaluerit, etiam in perpetuum permanere cum iis, quibus commixta est, neque vllo modo ab ea coalitione atque concretione, quæ semel ei contigerit, auelli putare, nullo modo est à verisimilitudine atque probabilitate alienū. Non enim, quia soluitur compositum, inde etiam necessariò consequitur, vnà cum composito dissolui id, quod compositum non est. At que ego, verùm elementa quidem, inquam, inter sese tum coire & cohærescere, tum alterum ab altero separari atque disiungi, & id corporis esse, tum constitutionem, tum dissolutionem, nemo contradixerit. Quoniam autem multum interesse intelligitur inter vnumquodque horum, quæ tum secundum localem positionem, tum qualitatum differentiam pariter ac proprietatem diuersi inter sese generis sunt: siquidem circa subiectum inter sese concurrerint elementa, cōsentaneum est, intellectualem hāc dimensionisque expertem naturam, quam animā vocamus, cohærere atque coniunctam esse cum eo, quod (ita) vnitum est: sin autem hæc alterum ab altero separata, atque illò reda-

Quod compositum nō est, vt anima, dissolui non potest.

 cta sue-

cta fuerint, quòcúque vnumquodque natura ducit, patiatur etiam anima, in multas parteis passim A vehiculo eius disiecto. & quéadmodum aliquis nauta, vbi naufragio dissoluta fuerit nauis, ad omneis eius parteis, aliis in aliam pelagi partem dissipatis, eodem tempore adnare non potest: (nam si quicquid primum occurrerit & obuiam fuerit, apprehenderit, reliqua fluctibus ferri planè permittet,) eodem modo anima, quæ ea natura prædita non est, vt vnà cum separatione elementorú scindatur, siquidem à corpore liberari atque expediri non potest, si vni alicui prorsus inhæserit elemento, ab aliis auelletur & intercludetur, & vt nihilo magis immortalis quæ in vno viuat, quàm mortalis putetur, quæ in pluribus non sit, consequentia sermonis dat. At neque contrahitur, inquit, neque diffunditur id, quod & mente noscitur, cogitationeque percipitur, & disiunctionis, B separationisque expers est (Corporum enim cótrahi atque diffundi, proprium est:) sed æqualiter iuxta sui naturam, quæ & inuisibilis, informis, & incorporea est, tum coalitis atque concretis circa corpus elementis, tum separatis atque disiunctis adest. ac neque constrictis in concretione elemétis premitur atque coarctatur, neque ad cognata sibique naturalia reuersis, relinquitur, etiá si magnum illud discrimen esse uideatur, quod cernitur & animaduertitur in elementorum diuersitate. Magna enim differentia est inter id, quod cú C leue sit, sursum fertur, & graue iterumque: item inter calidum & frigidú, humidúmque, & ei cótrarium:) at tamé nullo negotio intellectualis natura, eaque quæ mente sola constat, & cogitatione percipitur, adest vnicuique eorum, quibus semel inhæserit, nec per refusionem, discussionem, ac distractionem vnà cum contrarietate scinditur elementorum. nó enim quia dispositione loci, certaque quadam proprietate, procul hæc inter sese distare existimátur, idcirco inseparabilis, disiunctionisque ac spatii expers natura magno D negotio ac difficulter coniúgitur cum iis, quæ loco distant. quoniam etiam nunc mens simul & cœlum contemplari, & ad terminos mundi curiosa inquisitione extendi potest: ac non diuellitur contemplatiua animæ nostræ pars, dum ad tátas distenditur lógitudines. Ergo nihil impedit animam, quin æqualiter corporis adsit elementis tum per concursum contemperatis, tum per discussionem, distractionem, atque disiunctionem resolutis. Quemadmodum enim auro & argento colliquefactis, artificiosa vis quædam cernitur, quæ materias eas conflauerit: & si rursus per liquefactionem alterum ab altero separatum fuerit, nihilo minus ratio artis in vtroque manet: ac E materia quidem diuisa fuerit, ars autem vnà cum materia non dissecatur (quonam enim modo diuidi poterit indiuiduum?) eadem ratione ea quæ mente constat, atque cogitatione percipitur, animæ natura, & in concursu elementorum cernitur, & resolutis iis, non secernitur nec segregatur sed & manet in iis, & vnà cum separatione eorú extensa non interciditur, nec interrumpitur, neque pro numero elementorum in parteis & frusta cóciditur, id enim corporeæ pariter & interuallaris naturæ proprium est. at incorporea intellectualisque & inuisibilis pariter atque diuisionis, dimensionisque expers natura passiones & casus ex distantia, atque interuallo contingentes nó recipit, neque admittit. Ergo anima est in iis, in quibus semel fuit, nulla necessitate eam à cohærentia; qua cum illis coniuncta est atque concreuit, auellente. Quid igitur in his triste, acerbum, atque animi demissione dignum est, si id quod videtur, cum inuisibili commutatur? & cuius rei gratia adeò mens tua morti infensa est? Ego verò, vbi definitionem animæ, quam in superiori sermone fecerat, animo reuoluissem atque repetiuissem, dixi non satis mihi considerauti atque animo reputanti potentias & vires, quæ in anima cernuntur, illam orationem esse demonstratam: quæ dicit eam intellectualem esse naturam, & in instrumentario corpore vitalé vim ad sensuum efficientiam atque actionem ingenerare. Nam non solùm circa eam mentis nostræ agitationem, qua scientias percipimus ac speculamur, efficax & actuosa anima nostra est, per eam, quæ mente constat, & intelligentia, suæ naturæ vim talia efficiens, neque sensoria vasa instrumentaque sola ad naturalem efficientiam, operationéque gubernat: sed multus quidé cupiditatis, multus item iracundiæ quoque motus cernitur in eius natura: cùm autem horum vtrumque generaliter in nobis insit, in multas pariter ac varias differentias actionibus, efficientiisque amború progredi motum videmus. Nam multa quidem videre licet, quorum concupiscendi vis author ac dux est: rursus item multa à caussa iræ concitatrice nascuntur, ac nullum horum corpus est. quod autem incorporeum est, intellectuale prorsus est, solaque mente cóstat. porrò intellectualem quãdam solaque mente constantem & comprehensibilem rem esse animam definitio declarauit. Vt duorum absurdorum alterum ex consequentia orationis existat atque emergat, aut vt iracundia quoque atque cupiditas aliæ in nobis animæ sint, & pro vna multitudo animarum deprehendatur atque animaduertatur, aut ne mentis quidem agitatrix & intelligendi vis in nobis, anima esse putetur. Nam intellectuale solaque mente constans & comprehensibile æqualiter omnibus accommodatum, aut omnia hæc animas esse demóstrabit, aut vnumquodque horum ex æquo eximet atque excipiet ex hac animæ proprietate. Atque illa, Hanc, inquit, rationem iam à multis etiá aliis quæsitam, consequenter ipse quoque requisiuisti, quidnam tandem hæc esse oporteat existimare, *To epithimiticum*, id est vim concupiscendi: & *To thimoides*, id est, vim iræ concitatricé, simúlne insita in animæ natura & quasi coessétiata atque consubstantiata, & ab initio cum ea sint, atque à principio statim vnà cum creatione & constitutione eius extiterint, an etiam aliquid aliud atque ipsa sint, & posterius nobis accesserint? Ná quòd hæc quidé in anima cernátur, ex æquo cóstat inter omneis. quid autem de eis existimare oporteat, nondum plenè atque perfectè ratio assequuta est, vt firmam de his habeat opinionem, sed vulgus etiam nunc vagis, falsisque ac diuersis opinionibus de his ambigit. nobis verò, siquidem sufficiens esset ad demonstrationem veritatis externa philosophia, quæ de his rebus artificiosè disputauit, atque tractauit, superuacaneum forsitan esset

Scholion in Græco appo situm. Plato de anima dialogum fecit, quem Phædonem inscripsit: in quo eas quidem à ... partes ... cupiditatis ... ardor ... pollerem ... animi ... esse ... cogitamus ... animo ... Hæc autem in Phædo... scriptum ... in Phædro

esset illorum commentationi, de anima adducere sermonem. sed quoniam ab illis quidem prout cõsequens & consentaneum visum esset, ex licentia atque ad arbitrium prodita est de anima commẽratio, nos autem huius licentiæ expertes sumus, dicẽdi. inquam, quæ volumus: quippe qui regula prorsus diuinã doctrinæ & pro lege vtimur sacta scriptura, atque ad hãc necessariò respicimus, hoc solum recipimus & approbamus quodcunque cũ scripturæ conuenerit & cõcordauerit intẽtione. Igitur omisso Platonis curru, eique subiunctis biiugis pullis equorum, non eadem inter se affectione & impetu præditis, iisq; præfecto auriga, quibus omnibus ille per ænigma atque inuolucrũ talia de anima philosophatur: omissis itẽ iis, quæ tradit is, qui post eum philosophus fuit, qui res apparentes artificiosè persequitur, eaque quæ nunc nobis proposita sunt, diligenter examinans ac tractans, mortalem per hæc animam esse censuit atque pronunciauit: relictis item omnibus iis, qui & ante & post hos fuerunt, qui vel prosa solutaque, vel numero quodam ac mẽsura adstricta, oratione res philosophicas tradiderunt diuinitùs proditam scripturam, quò spectet & intendat, orationi proponam, quæ diuina scriptura statuit, vt nihil in anima esse putemus eximium & insigne, quod non etiam diuinæ naturæ proprium sit. Qui enim similitudinem Dei animam esse dixit, quicquid à Deo alienum est, extra definitioné animæ esse dixit, quicquid à Deo alienum est, extra definitionẽ animæ esse declarauit. Etenim in diuersis ac differentibus similitudo conseruari non possit. Ergo quoniam eiusmodi nihil cum diuina cernitur natura, ne animæ quidẽ hæc insita & quasi coessẽtiata esse rectè quis existimauerit. Iã verò dialectica quidẽ arte per rationũ & argumẽtorũ collectricẽ ac resolutricẽ scientiam, nostra quoque dogmata atque decreta confirmare, quòd huiusmodi species orationis ad demonstrandam veritatem, tum debilis, tum suspecta sit, recusabimus, ac prætermittemus. Patet enim omnibus ac liquet, quod dialectica curiosa subtilitas pares in vtranque partem vires habeat, vel ad euersionem veritatis, vel ad mendacium indicandum. Vnde etiam ipsam veritatẽ, vbi huiusmodi aliqua adhibita arte profertur, sæpenumerò suspectã habemus, quasi hatum artium subtilitas atque versutia mentem nostram seducat, & in fraudem impellat, atque à veritate auertat. Sed siquis incompositam & inconditam atque ab omni velamine & amictu nudam admittat orationem, dicemus vt poterimus iuxta seriem & contextum scripturã traditionis cõmentationem de his rebus inferentes. Quid igitur est quod dicimus? Quòd hoc rationis particeps animal homo, nimirum intelligentiæ atque scientiæ capax sit. vel eorum qui à ratione nostræ fidei atque religionis alieni sunt, testimonio comprobatum est: quippe non ita naturam nostram descriptura ac designatura definitio fuisset, si quidẽ & iracũdiã & cõcupiscẽtiã, & huiusmodi oĩa cũ nostra natura vnita & quasi coessẽtiata atque cõsubstãtiata esse videret. nã nec in vlla quidem alia re, loco proprii commune ponens, subiecti quisquã ediderit definitionem. Quoniam igitur & concupiscendi & irascendi vis æqualiter quoque tam in rationis experte, quàm rationis compote cernitur natura, nulla ratione nec rectè quis per cõmunem notam, id quod proprium est, designauerit. quod autem ad naturæ designationem superuacuum ac reiiciendum est, quo pacto tanquam pars naturæ, potest ad euersionem definitionis vires habere? Omnis enim definitio substantiæ, proprium subiecti spectat. quicquid autem extra peculiaritatem ac proprietatem fuerit, tanquam à definitionẽ alienum despicitur atque contemnitur. Atqui tam irascendi quàm concupiscendi vim atque efficientiam cum omni natura (tam rationali quam irrationali) commune esse constat. Quicquid autem commune est, non idem cum peculiari est. Necessariò igitur per hæc sequitur, vt hæc in illis non esse existimemus, per quæ præcipuè designatur humana natura. sed quẽadmodũ siquis sentiendi, nutriendi & augendi vim in nobis conspicatus per hæc non resoluit animæ demonstraram definitionem: (non enim quoniam hoc est in anima, illud non est:) eodem modo siquis naturæ nostræ circa iracundiam & concupiscentiam motus animaduertit, nõ etiam rectè definitionẽ oppugnet, vt quæ minus sufficiẽter naturam ostenderit. Quid igitur, inquam, ad magistram, de his statuere & sentire oportet? nondum enim animaduertere possum, quo pacto cõueniat ea, quæ in nobis insũt, tãquam aliena à natura nostra segregare atq; repudiare. Vides, inquit, quòd pugna quædã rationi aduersus hæc sit, & studiũ quoad eius fieri possit, animam ab his separandi atque segregandi. ac sunt sanè nonnulli, quibus hoc studium prosperè successit, quique id, quod quæ fuerunt, assequuti sunt. quemadmodum de Moyse audiuimus, quod is nec ab ira nec à concupiscentia vinci ac superari posset, vtriusque rei testimonium ei perhibẽte historia, quòd & lenis, mitisque esset supra omneis homines (per lenitatem autem & clementiam iræ vacuitas & ab iracundia alienus animus ostenditur:) & quòd non concupisceret quicquam eorum, circa quæ in plerisque hominibus vim concupiscendi occupatam esse videmus. quod non ei contigisset, si natura hæc essent, & ad rationem essentiæ referrentur. Fieri enim non potest, vt extra naturam constitutus in esse maneat. atqui Moyses & in esse erat, & in his non erat. Aliud ergo quippiã atque natura, hæc sũt, & nõ natura. Quæ enim verè natura est, hoc est, in quo ipsum esse substantiæ deprehenditur: horũ aũt alienatio in nobis sita est, vt nõ solũ nõ noceat, verumetiam lucrosa atque quæstuosa naturæ talium motuũ abolitio sit. Palàm est ergo, quòd ex iis, quæ extrinsecus in rebus considerantur, hæc sint, affectus & perturbationes naturæ, & non natura. Nã hæc quidẽ est quod est. Iracundia autẽ vulgò feruor sanguinis, qui circa cor est, esse plerisque videtur. alii verò, appetitio vlciscendi eum, à quo lacessitus & antè læsus sis. sed, vt nos arbitramur, iracundia est appetitio nocendi ei, qui concitauerit, & ad iram prouocauerit. horum autem nihil conuenit animæ definitioni. itemque si per sese concupiscentiam definiamus, appetitionem esse dicemus eius quod deest, vel desideriũ fruendæ voluptatis: vel dolorem ob id, quod non potimur eo, quod cordi est, atque animo gratũ & acceptum: aut aliquam affectionem ad id, quod est suaue & iucũdũ, quo frui non licet. Hæc enim

Scholion in Græco appositũ. Plato de anima dialogum fecit, quem Phædonem inscripsit: in quo eas quidem animæ partes, in quibus & concupiscendi vis, & irarũ ardor existit, pari pullorum equinorum curruí subiũctorum: mentem autem seu illã animæ vim, qua & animo agitamus, cogitamus & animaduertimus, aurigæ assimilauit. Hæc autem in Phædõe nõ sunt, sed in Phædro

videntur desiderari hæc verba. logicus lo ci. quæ suppleui.

Irascendi & concupiscendi vim non esse in omnibus.

Iracundia quid.

Concupiscentia quid.

& eiusdemmodi omnia cupiditatem quidem ostendunt, ad definitionem autem animæ non pertinet. Quinetiam alia quoque quæ circa animam cernuntur, quæ sibi inuicem exaduerso posita videntur, veluti timiditas & audacia, dolor & voluptas, metus & contemptus, & quæcunque talia sunt: quorum vnumquodque cognatum quidem esse videtur cum irascendi atque concupiscendi vi, peculiari autem definitione suam designat naturam. Nam & audacia & contemptio demonstratione ac repræsentationem indicat ad iram propensæ appetitionis, diminutionem verò quandam & remissionem huius eiusdem, is qui per timiditatem & metum ingeneratur habitus & affectus. Dolor autem ex vtroque materias habet. nam & iræ inefficacia, dum non potest quis vlcisci eos, à quibus antè læsus sit, dolor & existit & est: itemque desperatio eorum, quæ concupiscuntur, priuatioque eorum quæ cordi sunt atque placent, tristem hanc ac tetricam in mente ingenerat affectionem. Atque etiam id, quod contrarium dolori videtur, voluptatis sensum dico, similiter & in irā & concupiscentiam diuiditur. Voluptas enim vtriusque horum ex æquo principatum tenet. Quæ omnia, cum circa animam sunt, tum anima non sunt. sed veluti quædam verrucæ excogitatrice parte animæ enascentes. quæ partes quidem ipsius esse, eò quòd agnatæ sint, non tamen id esse existimantur, quòd anima ex sui natura atque essentia est. Atqui, non parum, inquam ad virginem, virtute præditis ab his afferri videmus ad bonum adiumentum. Nā & Danieli laudi cupiditas erat: & Phineesira Deū placauit: & initium sapiētiæ, timorem esse didicimus atque ei*, qui secūdū deū est doloris finē à Paulo audiuimus: & rerū aduersarū atque asperarū contēptū Euāgeliū nobis præscribit. & nō expauescere ad res terribiles & cas* aduersos, nihil est aliud quā audaciæ præscriptio: quæ audacia in bonis à Sapientia cōnumeratur. Ostēdit igitur scriptura per hæc, quòd non existimandum sit, talia affectiones esse atque perturbationes. Non enim ad virtutis actionem perturbationes vnà adhiberentur. Et magistra, Videor, inquit, talis rationum cōfusionis ipsa caussā præbere, qua nō distinxerit ac discreuerim sermonem de hac re, quo aliquis ordo consentaneus speculationi atque tractationi adhiberetur. nunc igitur quoad eius fieri poterit, excogitabitur aliquis ordo commentationi, vt per consequentiam procedente speculatione, tales contradictiones amplius locum inter nos non habeant. Dicimus enim, animæ quidem speculatricem & diiudicatricem, rerumque inspectricē vim eius propriam esse ac naturalem: eiusque gratiæ, qua Deo similis est, per hæc illam in sese imaginem conseruare. quoniam ratiocinatione & coniectura colligitur, diuinum quoque numen (quodcúque tandem id ex sui natura est,) in his occupatum esse: nempe tum in inspiciendo omnia, tum in discernendo bonum à malo. quæcunque autem in animæ confinio posita sunt ad alterutrum ex contrariis propensionem & inclinationem iuxta sui naturam habentia, quorū certis quidam vsus vel ad id quod bonum, vel bono contrarium est, ducit euentum: veluti ira vel metus, ac si quid ex motibus, qui inanima sūt, eiusmodi est, sine quibus humana natura considerari nō

Audacia & contemptus.

Dolor.

Voluptas.

Scholion. Vitium quoddā in cute corporis nostri existit: quod verruca vocatur. carnosū enim paruū quoddam tuberculum existit in cute: quod enim quidem pars esse videtur: quippe ei inhærescens: veruntamen itast res non habet. vnde si quis id curare velit, opus est vt tollatur.

Hac similitudine ad rem propositam admodum commoda vsus est.

pot est: hæc extrinsecus ei accessisse existimamus, propterea quòd in principali & originali pulchritudine nullum eiusmodi signum cernatur. Ac disputatio sanè de his rebus à nobis interim tanquā in gymnasio proponatur, vt effugere possit eorū, qui calumniādi caussa auscultant, incursus & offensiones. Via quadam & ordinis consequentia ad creationem hominis diuinum numē accessisse scriptura docet. Posteaquam enim conditæ sunt res vniuersæ, quemadmodum historia dicit, non vtique statim homo extitit in terra: sed hunc quidem ratione carentium natura præcessit, ante illa verò, germina ac plantæ fuerūt. Ostendit, opinor, per hæc scriptura, quòd vis vitalis ordine ac vicissitudine quadam corporali commisceitur naturæ, primùm quidem in sensu carentia sese penetrans & insundens, postea verò ad sēsu præditum progrediens ita deinceps ad id quod mēte atque intelligentia præditum rationisque particeps est, ascendens. Igitur eorum quæ sunt, aliud quidem corporeum, aliud verò mente atque intelligentia præditum prorsus: corporeum autem aliud quidem inanimum, aliud verò animatū est. Animatum autem dico, quod vitæ particeps est. Atque eorum, quæ viuunt, alia quidem in sensu viuunt, alia verò eius expertia sunt. Rursus sensu præditorum alia quidem ratione prædita, alia verò rationis expertia sunt. Quoniam ergo sensu prædita vita absque materia consistere non possit, nisi vi sentiendi ei inhærescat: hac de causa homo postremo loco cōditus esse traditur, vt qui omnē vitalē speciē, & eā, quæ in germinib* & eam quæ in brutis animaduertitur, in sese cōplex* sit. Nā ali quidē & augescere atq; crescere, ex vita plātarū & stirpiū habet: licet enim tale quiddā etiā in illis videre, quippe cùm & attrahatur nutrimentū per radices, & per fruct* simul ac folia excernatur & reiiciatur: quod autem sensu gubernatur, à brutis & ratione carentibus habet. at vis cogitandi ac cōtinēdi in hac natura nulla admixtione cōcreta, sed peculiaris est, & quæ per se separatum consideratur. Sed quēadmodū necessariorū attractricem vim natura habet à vita materiali (quæ vis si in nobis fuerit appetitus dicitur. eam autem vim de plantarum vitæ specie esse dicimus: quippe cum & in illis liceat videre tanquam facultates quasdam naturaliter vim suam exercentes dum & replentur eo quod cuique proprium & commodum fuerit, & impelluntur ac turgent ad crescendum & germinandum: eodem etiam modo quæcunque ratione carentis naturæ propria sunt, hæc intelligētia præditæ animæ parti permixta sunt. hinc inquit est ira: ex illis metus. hinc omnia alia quæcunque in contrarium à nobis exercentur: excepta rationis participe atque cogitandi facultate: quæ sola nimirum præcipua vitæ nostræ pars est, in sese diuinæ figuræ, sicuti dictum est, imaginem continens. sed quoniam iuxta iam antè redditam rationem, ratione prædita vis corporeæ vitæ non aliter inesse potest, nisi per sensus insit: atque sensus in bruta atque rationis experte natura antè substitit atque constitutus est: necessario per vnum etiam cū coæherētibus huic atque coniunctis animæ nostræ communio existit. hæc autem sunt, quecunque in nobis existentia, pathi, id est, affectus, passiones, siue perturbationes & motus

Nota de hominis fabricatione.

Rerum creatarum diuisio.

Homo postremò conditus quare.

Animi motus vel virtutis vel vitii instrumenta fiūt

motus dicuntur. quæ non omnino mali alicuius caussa humanæ cõtributa naturæ sunt (nam alioqui creatori caussa malorum assignari posset, si illi sint peccatorũ necessariæ caussæ simul in naturã collatæ essent,) sed certo quodam vsu voluntatis & arbitrii, vel virtutis vel vitii instrumenta tales animi motus existunt. Quemadmodum ferrum dum ex sententia artificis cuditur, quocũque ferramentum artificis animo voluntas destinauerit, ad id etiam formatur, & vel gladius, vel rustici alicuius operis instrumẽtum fit. Ergo si quidem ratio, quæ præcipue nimirum naturæ nostræ pars est, eorum quæ extrinsecus nobis superinducta & insinuata sũt, principatum obtineat (quemadmodum etiam scripturæ sermo per ænigma tectamque orationem subinnuit, omnibus brutis & rationis expertibus præesse iubens,) nullus eiusmodi motus nobis ad vitii ministerium efficax fuerit: metu quidem obedientiam, ira verò fortitudinem: timiditate cautionem atque securitatẽ ingenerante: cupiditatis item impetu diuinam simul & immortalem nobis voluptatem conciliãte. Sin autem ratio habenas amittat, & tanquam auriga aliquis implicit' curru retrò ab eo trahatur, illoque abripiatur, quocunque eum rationis expers motus iumentorum auferat, tunc in perturbationem appetitiones conuertuntur, quale nimirum etiam in brutis videre licet. Quoniam enim ratio naturaliter eis insitæ motioni nõ præest, ea quidem animalia, quæ ad iram prona atque procliuia sunt, ira ducente atque concitante sese inuicem conficiunt: quæ autem carnosa sunt, ac viribus pollent, dum propter rationis defectum ratione præditi quasi mancipia ac prædæ fiunt, nullum proprium suarum virium commodum sẽtiunt: cupiditatis quoque atque voluptatis efficientia in nulla re sublimi occupata est: neque aliud quicquã eorũ, quæ in iis animaduertũtur, ratione aliqua ad id, quod prosit & expediat, deducitur. Itidem in nobis nisi per rationẽ hæc ad id, quod res postulat, ac rectum est, ducantur, sed potentatum mentis superent affectus ac perturbationes, ab cogitatrice atque diuina natura, dum impetu & ardore eiusmodi affectuũ atque perturbationum in pecudẽ degenerat & efferatur, ad rationis expertem, stultam & amẽtem naturam homo trãsit atq; trãsformatur. Ego verò admodũ bñ erga ea, quæ dicta erant, affectus, sufficit quidem, inquam, cuivis certè cordato ita nudè atque simpliciter, nulla adhibita probatione, per cõsequentia consentaneaque progressa oratio, vt recta esse, & nusquam à veritate aberrare videatur. sed quoniã iis, qui in artium quidem compendiis atque instrumẽtis artificiosis argumẽtis exercitati sũt, ratio demõstrationũ ad fidem faciendam sufficere videtur: nobis verò dubium non est, quin omnibus artificiosis conclusionibus ad fidem faciendã magis idoneum sit, ac plus virium habere debeat id, quod per sacra scripturæ documenta apparet, præter ea, quæ dicta sunt, quætẽdum esse opinor, an diuinitùs suggesta ac tradita doctrina cõcordet atque ab his nõ discrepet? Atque illa, Ecquis, inquit, cõtradixerit, quin in eo solo, cui scripturarũ testimonii adest sigillũ, veritas ponenda sit? Quocirca si oportet etiã Euãgelicæ doctrinæ nõnihil ad patrocinium atque defensionem huius dogmatis atque sententiæ adhibere, non intẽpestiua nobis fuerit zizaniorum similitudinis cõsideratio. Spargebat enim illic paterfamilias bonum semen (nos autem familia plenè sumus:) obseruato autẽ tẽpore quo homines dormirent, inimicus in eo, quod aptum erat ad nutriendum, interiecto inter frumentum zizanio semen inutile sparsit. eaque semina alterũ vnà cum altero simul germinauerunt & enata sunt. Fieri enim non poterat, vt semen, quod inter ipsum frumentum coniectum erat, vnà cũ illo nõ existeret ac germinaret. Vetat autem præses & inspector segetis ministros euellere id, quod inutile erat, propterea quod in radice contraria inter se coaluissent, atque cõcreta essent, ne vnà cum alieno id, quod ad nutriendũ aptum esset, euelleretur. Tales enim animæ appetitus & impetus per bona semina scripturam ostẽdere putamus: quorum seminum vnũquodque si ad bonum duntaxat excoleretur, virtutis fructum nobis prorsus produceret. sed quoniam innata hæc insper' us est error circa iudicium boni & honesti, atque id, quod reipsa ac solum ex sui natura bonum ac rectum est, per germen fraudis & erroris, quod vnà excreuit, obtenebratũ & obscuratũ est. (nam cõcupiscendi vis non ad id, quod natura bonum & honestum est, cuius gratia nobis etiam insita est, enata est & excreuit, sed ad bestialem pecorinamque & rationis expertem naturam, eò appetitum & impetum cupiditatis rapiente prauo circa bonum ac rectum iudicio, germẽ transmutauit: itidem iræ quoque semen non ad fortitudinem exacuit, sed ad pugnandum cum popularibus ac proximis nos armauit: itemque dilectionis vis ab iis, quæ mente percipiuntur, discessit, & in fruẽdo rebus sub sẽsũ cadentibus & materialibus vltra modũ insaniuit atq; debacchata est: cæteraq; eodẽ modo peiora pro melioribus germina produxerũt:) idcirco prudẽs agricola germẽ innatum semini, in eo inesse sinit, id prouidens atque cauens ne melioribus nudemur, si vnà cum inutili germine cupiditas penitus fuerit extirpata. Si enim acciderit humanæ naturæ, quid erit, quod nos erigat & incitet ad cœlestium coniunctionẽ atque propinquitatẽ? aut sublata dilectione, qua ratione cum diuino numine copulabimur & coniungemur? ira autem extincta, quibus armis aduersus reluctantem vtemur? Relinquit igitur in nobis agricola semina adulterina, nõ vt semper præualeãt aduersus pretiosiorem segetem, sed vt ipsa tellus (ita enim allegoricè ac per modũ trãslationis cor nominat:) per insitam ei vim naturalem, quæ est ratio, aliud quidem germen arefaciat & exsiccet, aliud verò floridum atque frugiferum efficiat, quòd si id factum non fuerit, igni discrimen agri prouentus faciendum reseruat. Quocirca si quidem aliquis his rectè & ita vt ratio postulat, vtatur, & in sese quidem recipiat ea, non autem ipse in potestatem illorum redigatur, sed tanquã rex aliquis magna manu subditorum adiutrice vtatur, facilius assequutus fuerit id, quod cũ virtute efficere conetur. Sin autem quemadmodum fieri solet, cùm serui aliqui aduersus dominũ insurgunt, illis obnoxius fuerit, & seruili arrogantiæ atque cõfidentiæ degeneri abiectoque animo succũbens, seruus & mancipium eorum factus sit, quæ natura ei subiecta sunt, ad ea necessariò traducetur.

Ratio pars præcipua humanæ naturæ.

Motus in perturbationes conuertuntur.

Homo rationis expers.

Matth. 13.

Animæ appetitus malis seminibus comparantur.

Animæ appetitus quare in nobis relicti.

duceretur, quò vis regētium eum impulerit. Quòd si hæc ita sunt, neque virtutem, neque uitium per sese hæc esse pronuntiabimus, quæ cùm animæ motus sint, in potestate & arbitrio vtentium sitū est, rectine an praui sint. sed quando motus eorum ad bonum inclinat, laudum materia existūt, vt Danielis cupiditas ac desideriū, & ira Phineeso, eique qui rectè luget, dolor, sin autem ad deterius propendent, tunc affectus ac perturbationes & sunt & nominantur. Ego verò, cùm his expositis quieuisset, & exiguum quiddam spatii intercedere sermoni passa esset, atque ipse mēte collegissem ea, quæ dicta erant, rursus ad priorem consequentiam sermonis cucurri, quo asserebatur fieri posse, vt dissoluto corpore anima esset in elementis: atque ita ad magistram, vbi est, inquam, illud, quod vulgo passim iactatur, Orci & Inferni nomen, quod multùm quidem in cōsuetudine vitæ, multùm item in scriptis tum externis tum nostris circumfertur? in quem Infernum tanquam in quoddam receptaculum omnes hinc putant animas transmigrare. Non enim elementa Orcum & Infernum dixeris. Ac magistra, Videris, inquit, nō admodum attendisse, & animum sermoni adhibuisse. Cum enim dicerem translationem animæ ex eo, quod videtur, fieri ad id, quòd nō videtur, nihil putabā me prætermisisse, quod de Inferno quæreretur. Nec enim aliud quippiam mihi uidetur tum in externorum, tum in diuina scriptura per hoc nomen significari, in quo animas esse dicunt, præterquam in id, quod & obscurum est, & nō videtur, trāsitionē. Et qua ratione subterraneū inquam, locū nonnulli ita dici existmāt, atque illū in sese animas quasi hospitio excipere, tāquam receptaculum quoddam ad recipiendum eiusmodi naturam aptum & idoneum, quod eas, quæ iam ex humana vita euolauerint, ad sese attrahat? Ad nihilo magis, inquit magistra, per hanc opinionem sententia atque doctrina nostra infirmabitur & lædetur, etiamsi vera tua oratio est. Nam propterea quòd vertex cælestis secum cōtinuus & indissolubilis est omnia intra suum circulum & ambitum cohibens atque coercens, & terra, quæque circa eam animaduertūtur, in medio suspensa sunt: & omnium, quæ in orbem voluuntur, motus circa id, quod stabile firmumque ac solidum est, fit: omnino necesse est, inquit, vt quicquid vnicuique elementorum circa superam partem terræ accidit, id etiam circa oppositā contingat, quippe cùm vna eademque natura circum totam eius molē feratur atque voluatur. & quēadmodum super terram apparente sole, ad subiectam & infernam eius partem, vmbra versatur, propterea quod globosa figura non possit vndique eodem tempore ab radii amplexu comprehendi: sed prorsus necesse est, vt ad quācūque terræ partem sol radio admouerit, in quodam puncto prorsus in globo terræ versans, ad rectam lineam dimetientem (quæ *diametros* dicitur) circa alteram terræ extremitatem tenebræ sint: atque ita perpetuo vnà cum cursu solari supra appositam rectæ radii lineæ partem tenebræ vagentur, adeò vt æquabiliter & inferus & superus terræ locus inuicem tum tenebris obducti, tum luce illustrati sint: ita par & consentaneum est, nō dubitare, quin etiam in cæteris omnibus quodcunque iuxta naturam elementorū in nostro hemisphærio terræ animaduertitur, idem etiam in altero quoque hemisphærio sit. cum autem per omnem partem terræ vnus & idem amplexus elementorum sit, neque contradicendum neque patrocinandum arbitror iis, qui hanc quæstionem vrgent, quòd oportet existimare vel hūc, vel subterraneum locum destinatum & attributum esse animis corpore solutis. Nam quandiu vrgēdo & instando primariam præcipuamque doctrinam, nempe, quòd post vitā, quæ in carne degitur, animæ sint, peruertere ac labefactare non conabitur, nullam de loco controuersiā nostra mouebit oratio, quæ corporum duntaxat propriā esse in loco positionem comprehendit, animam verò quæ incorporea sit, nulla naturæ necessitate certis quibusdā locis detineri. Quid igitur, inquam, si apostolum aduersarius producat, dicentē, quòd omnis creatura particeps rationis in restitutione vniuersitatis præsidem vniuersarum rerum obseruatura sit: vbi etiam subterraneorum nonnullorum epistola ad Philippēses meminit his verbis. Ipsi omne genu flectetur, cælestium, terrestriū & subterraneorum. Permanebimus ac perseuerabimus, inquit magistra, in certa stabilique sententiā, etiam si audiamus hæc dicentes, quippe cum de eo quidem, quòd anima sit, etiam aduersarium concordantem & assentiētē habeamus, de loco autē, vbi versatura sit, sicut in superioribus dictum est, nō repugnemus. Quid ergo requirentibus, inquam, apostolicam in hac voce sententiam aliquis dixerit? an quod attinet ad loci significationē, dictionem remoueat? Illa vero, Nòn videtur mihi diuinus, inquit, apostolus ratione loci naturam mente atque intelligētia præditam discernens atque distinguens, aliud quidem cæleste, aliud verò terrestre, aliud item subterraneum nominasse. sed quoniam naturæ ratione præditæ tres status atque conditiones sunt: vna quidem, cui ab initio vita contigit incorporea, quam angelicam nominamus: altera verò cum carne cōserta atque connexa, quam humanam dicimus: alia antē per mortem à carnibus absoluta: quæ res in animabus animaduertitur: hoc opinor, altitudine sapientiæ videntem diuinum apostolum, eum qui aliquādo futurus est, vniuersæ ratione præditæ naturæ in bono consensum significare: ac cœleste quidem vocare, āgelicū & incorporeū: terrestre verò implicitum & consertum cum corpore: subterraneū autē, id quod iam à corpore separatum atque disiunctum sit: aut certè si alia quoque præter enumeratas, natura, inter ratione præditas animaduertitur: quā siue quis dæmōas siue spūs, siue aliquid aliud tale voluerit denominare, nō cōtēdem", sed susque deque feremus. Persuasū est enī tā ex cōmuni opinione, quàm ex scripturarum traditione esse quandam naturam extra talia corpora, quæ recto atque honesto aduersa contrariaque sit, & in humanæ naturæ detrimentum atque perniciem incumbat, quæ sponte sua à meliore sorte exciderit atque defluxerit, & in locum boni & honesti, à quo defecit id quod ex contrario intelligitur, in sese substituerit: quam aiunt apostolum inter subterranea & inferna numerare, id in illo sermone significantem, quòd vitiositate longis seculorum amfractibus & circuitionibus

Num. 25.

Infernus quid.

Locus corruptus videtur esse biauce & legendum a c aisthois o cata se to gar.

Infernus an sit destinatus animis defunctorum.

Philip. 2.

Conditiones humanæ naturæ tres.

Dæmones in christum credituros. nibus aliquãdo abolita atque extincta, nihil præter bonũ relinquetur. sed etiam dæmones concorditer & consentienter dominationem Christi cõfitebuntur. Quocirca cùm hæc ita sint, nemo nos coëgerit subterraneorũ & infernorũ nomine subterraneum intelligere locũ, quippe quum aer æqualiter vndique terræ circumfusus sit, vt nulla eius pars ab aëris amplexu vacua ac nuda deprehendatur. Hæc vbi magistra exposuit, paulisper cunctatus, nondum, inquam, satis quæsiui, nec mihi quærenti satisfactum est: sed etiam nũc super iis quæ dicta sũt, meos ambigua mihi quodammodo manet, ac rogo, vt omissis quidem iis, de quibus iam conuenit inter nos, ad eãdem cõsequentiam iterum oratio mihi reducatur. Nam haud difficulter arbitror eos, qui non admodum duri ac pertinaces sint, per ea, quæ dicta sunt, inductum iri, ne post corporum dissolutioné, animam ducatorad interitum & abolitionem: eo, quód ab elementorum natura diuersa est, id circo affirmant, eam nusquam in rebus vniuersis esse posse. Licet enim cum elementis non cõgruat atque conueniat intelligentiæ particeps & materiæ expers natura, esse tamen in eis non prohibetur: quippe duplici ratione nobis hæc opinio confirmatur, tum ex eo, quód nunc in hac vita, cùm natura aliud quiddam anima atque corpus sit, in corporibus tamen est: tum ex eo, quód oratio demonstrauit, diuinam naturam, licet omnino alia sit atq; ea, quæ sensus materiæque particeps est, tamen per vnũquodque eorũ, quæ sũt in rerũ natura, fundi, permeare atque permanere, eaque vi, qua cum vniuersitate contemperata atque cõmixta est, in essentia continere ea, quæ sunt in rerum natura, vt per hæc, prout consequentia sermonis ostendit, existimãdum sit, ne animam quidem extra res vniuersas esse, cùm ex ea vita, quæ in forma ac specie animaduertitur, ad eam, quæ conspici non potest, trãsmigrauerit. Sed quo pacto, inquam: cùm elementorum vnitio per mutuam mixtionem aliam quãdam speciem assumpserit, cum qua anima conciliata atque consociata fuit, posteaquam vnà cum elemẽtorũ dissolutione, species quoq; (vt est verisimile atq; consentaneũ) abolita atq; deleta fuerit, quod signũ anima posthac sequetur, cùm id quod notum fuerat, nó permãserit? Detur, inquit: mihi, vt ad arbitriũ cõminiscar ac fingam aliquam similitudinis atque exempli gratia rationem ad propositæ quæstionis perspicuitatem atque declaratioẽ: etiamsi quod *Simile à pictoribus.* dicetur, fieri non posse videatur. Detur enim fieri posse per artem pingendi, vt non solùm colores ex contrariis (quod pictores facere solent) ad similitudinem formæ, misceantur, verumetiam mixti separentur, ac rursus vnicuique colori naturalis tinctura reddatur. Si igitur albus & niger aut ruber & fuluus color, aut siqua alia tinctura ad similitudinem argumenti temperatur, rursus à commixtione, qua cum altero colore contemperatus est, secretus ac per se singulatim separatus fuerit, nihilominus ipsam speciem coloris ab artifice agnosci dicimus, nullamquẽ ei obliuionem obtepere vel rubri vel nigri, si diuersi colores inuicé cõmixti, rursus ad naturalẽ redacti fuerint tincturã: itemque si modi colorum ad inuicem contemperandorum & commiscẽdorum recordetur, scire, quis cui colori color permixtus, quem colorem effecerit, & quo pacto altero eluto atque secreto, rursus ad proprium florem redactus sit. ac si rursus per mixtionem opus sit idem efficere, minore cũ negocio atque labore conficiet id, quod in priore compositione meditatus exercuerit. Si igitur aliquid in similitudine consẽtaneum, inquit, oratio habet, scrutanda atque perpendenda iam nobis erit proposita quæstio. Nam pro arte pingendi, anima orationi proposita sit: & loco colorũ artis, intelligatur elementorum natura: mixtio autem variæ diuersorum colorũ tincturæ, ac rursus exempli gratia nobis data horum ad propria cuiusque redactio tum concursum, tum diremptionem elemẽtorũ designet. Vt igitur in similitudine dicimus artificẽ nõ ignorare coloris tincturã, quæ post mixtioné rursus ad ꝓpriũ florẽ redacta sit, sed agnoscere tũ rubrũ, tũ nigrũ, & siquis alius color per certam quandam cum diuersi generis colore communionem, formam effecit, qualis quidem esset in commixtura, qualis item nunc sit, cùm suæ naturali tincturæ restitutus est: qualis item futurus sit, si eodem modo rursus colores inter se misceantur: ita animã elementorum, quæ coierint ad constitutionem corporis, cui ipsa inhæserit, etiam post dissolutionem eorum naturalem scire proprietatem censemus. ac tametsi natura procul ab inuicem abstrahat elementa propter insitas contrarietates, vnumquodque eorum trahens à commixtione contrarium, nihilominus cognoscendi & explorandi vi proprium amplectens anima apud vnumquodque erit ac manebit, donec rursus in idem concursus diremptorum ad instaurationem dissoluti corporis & elementis coacti, factus fuerit, quæ propriè resurrectio & est & nominatur. Atque ego, videris, inquam, egregiè mihi obiter & in transitu defendisse doctrinam & fidem resurrectionis. Arbitror enim per hæc sensim adduci posse eos, qui eam fidem oppugnant, ne putent fieri non posse, vt rursus elementa inter se coeant, & eundem hominem efficiant. Nempe hoc verè, inquit magistra, dicis. Licet enim audire dicentes eos, qui huic opinioni aduersantur: cùm in vniuersitatem pro cuiusque cognatione elementorum resolutio fiat, qui fieri potest, vt calor, qui in hoc est, vbi ad vniuersitatem redactus fuerit, rursus nulla admixtione cum eo, quod est eiusdem generis concretus segregetur & abstrahatur, ad constituendum hominem, qui vita defunctus reficiatur & instauretur. Nam nisi perfectè propriũ redierit, sed pro peculiari aliquid aliud ex eodem genere assumptum fuerit: alterum pro altero fiet, atque id non item resurrectio fuerit, sed noui hominis creatio. Quód si eũdem rursus ad seipsum reuerti oportet, penitus ac prorsus eundem secũ esse conueniet, omnibus elemẽtorum partibus recipientem pristinam naturam. Ergo sicut dixi, etiam aduersus hãc, inquam, oppositionem & cõtradictionem eiusmodi de anima nobis opinio sufficerit: nempe quòd in quibus elementis ab initio inhæserit, apud ea post dissolutionem quoque permaneat, quasi custos ædium, quæ in resolutione elementorum in suum cuiusque genus, persubtilitatem & agilitatem intelligentia prædita facultatis proprium non dimittat, nec errorum

Τὸ ἀπαλλασσόμενον ἀνδρώπου habet virũ que exemplũ Daniel Angentius homo non indoctus, qui ãte me huic dialogum edidit anapliassere videre ego vtranque lectionem ex primere conatus sum. Videtur desiderari dictio, allo, quam superis quicquam in exilitate atque tenuitate elemẽ-

torum

torio sustineat, sed vnà cum propriis, dum eum suo quoque genere cōmiscetur, penetret ac permeet: nec deficiat vna cum eis permeans, dum in rerum naturam vniuersam refunduntur: sed semper in eis maneat, quocunque loci ac quomodocumque ea natura redegerit. Quòd si rursus ab ea potētia atque virtute, quæ rerum vniuersitatem gubernat, dissolutis elementis ad concursum signum atque occasio data fuerit, tūc quemadmodum fit, si ab vno principio diuersi funes suspensi sint, vt simul eodemque tempore cuncti attraheurem sequantur: eodem modo, dū per vnam virtutem & potentiam animæ diuersa trahentur elemēta, repentè, vnoquoque momēto B statim per coitionem atque concursum proprio-rum corporis nostri cathena per animam conscre tur, atque concinnabitur, & vnumquodque se commodè rursus ad pristinum & consuetum applicabit, & tanquam sibi notum amplectetur. Quinetiam hæc quoque similitudo, magistra inquit, haud immeritò adiungi possit iis, quæ quæsita, tractata, atque examinata sunt ad demonstrādum, quod haud magno negotio anima possit inter elementa suum ab alieno discernere. Proponatur enim exempli gratia figulo lutūdque multum esse detur, cuius alia quædam pars ad vasorum confectionem iam formata, alia verò formāda sit. Vasa autem omnia non eadem forma figurata sint: sed aliud quidem, dolium, aliud verò amphora, aliud autē scutella, vel patella, aut quidquis aliud sit ex iis, quæ ad vsum apta ac necessaria sunt: atque hæc omnia non vnus possideat, sed suus cuiusque dominus orationi proponatur. Quādiu igitur hæc cōstiterint & integra fuerint, haud difficulter ab suis dominis agnoscuntur, atque etiamsi collisa confractaque fuerint, rursum nihilominus ex fragmentis notæ, signaque possessoribus extabunt, quibus indicare possitur, quod frustum ex dolio, quod ex poculo sit. Quòd si etiam cum rudi massa luti cōmixta fuerint, multo D magis certa diiudicatio eorum, quæ iam ad opus redacta fuerint ex rudi materia fit. Ita tanquam vas quoddam homo quisque singularis est, ex elementorum concursu à communi materia formatus, peculiari prorsus figura multum differens ab eo, quod eiusdem generis est, quo dissoluto, nihilominus etiam ex reliquiis anima, quæ possidet vas, proprium agnoscit, neque in communione atque confusione fragmentorum, neque si eadem cum rudi elementorum materia commisceantur, à proprio discedens, sed semper sciens suum, quale esset tum, cùm in forma consisteret, & post dissolutionem ex signis, quæ in reliquiis manserunt, circa proprium non errans. Ego verò approbans iis, quæ dicta erāt, vtpote appositè, aptè atque accommodatè ad propositum argumentum inuenta: hæc quidem, inquam, hoc modo rum dici, tū credi rectum & æquum est sed si quis narrationem Domini eā, quæ est in Euangelio de iis, qui sunt in inferno, aduersus ea, quæ dicta sunt, proferat, quasi non congruentem & concordem cum iis quæ examinata atque perpensa sunt, quo pacto præparare nos ad responsionem oportet? At illa, Ad corpus quidem accommodatius, inquit, Sermo narrationem exponit multas tamen inspergit materias & caussas, per quas ad subtilio-

A tem speculationem iuuat, si quis accuratè exquisiteque rem intellexerit. Nam qui hiatu vasto malum à bono dirimit atque discludit: qui guttā aliquam, quæ per digitum admoueatur, desiderantem fecit eum, qui cruciabatur: qui patriarchæ sinum ei, qui per hanc vitam malis & incommodis vexatus fuerat, ad quietem proposuit: qui item antea, mortuos eos ac sepulturæ traditos exposuit, non parum auocat & abducit ab sententia, quæ in promptu est, eum, qui haud stultè & imperitè, sed intelligenter verba sequatur. Quos enim oculos attollit in inferno diues ille, qui carneos oculos in sepulchro reliquerat? quo pacto item flammam sentit id, quod incorporeum est: quam verò linguam refrigerari per guttam cupiebat? cùm ei carnea lingua non adesset: quis autē ille digitus, qui perferret ei guttam? ipse item sinus requietis, quis? Cùm enim corpora essent in sepulchris, anima verò neque in corpore esset, neque ex partibus constatet, difficile fuerit narrationis structuram, prout protinus ac prima fronte tollitur, ad veritatem accommodare, nisi quis singulatim quæque verba à corpore traducat ad eam, quæ mente percipitur speculationem: vt hiatus, qui dirimit atque disiungit C communionem eorum, inter quos nulla societas intercedere potest, non terræ spatium & interuallum existimetur. Nā quid negotii fuerit ei, quod incorporeum & sola mente prædinum est, transuolare hiatum, etiamsi vastissimus sit: quippe cùm id, quod natura tale est, vt mēte sola consistet, vbicunque esse velit nullo temporis intercedente spatio, illò penetret atque euadat. Quid igitur fuerit, inquam, ignis, vel hiatus, vel cætera, quæ dicta sūt, si non sunt ea, quæ dicūtur? Mihi quidem, inquit, certas stabilesque quasdam sententias de ijs rebus, quæ circa animam quærūtur, per vnumquodque horum, Euangelium significare videtur. Cū enim ita ad diuitem patriarcha antè dixisset: Recepisti in vita, quam tu cōtransegisti, portionem bonorum: atque eodem modo de mendico dixisset, Et hic in vita malorum & incommodorum participationis munere functus est: & sic deinceps subiecisset de hiatu, quo alteri ab alteris discluderentur, magnam quandam doctrinam, certamque ac stabilem sententiam per hæc verba orationis significare videretur. Hæc autem sententia, mea quidem opinione, talis est: Ab initio vita humana simplex & vniformis erat. Simplicem autem & vniusmodi dico eam, quæ in solo bono animaduertitur, & nullius mali communione permixta est. talem autem opinionē prima lex diuina testimonio suo comprobat, quæ cùm omnibus quidē bonis, quæ erant in paradiso, hominem abundè frui & vti permisisset, ab illo solo prohibebat, cuius, cùm malum cum bono contēperatum esset, commixta ex contrariis erat natura: mortemque ei, qui cōtra hanc legem fecisset, pœnā apposuit. sed homo sponte sua propriaque voluntate & arbitrio relicta sorte, quæ à malo integra erat, eam quæ ex contrariis contemperata erat, vitam adsciuit & amplexus est. Sed nō absque correctione & emendatione temerarium & stolidū illud consiliū nostrum diuina prouidentia reliquit. sed qm̄ trāsgressores legis pœna mortis, quæ legis iudicio latoris & authoris et appositaerat, necessariò cō-

sequuta

sequuta est, posteaquam vitam humanam bifariã partitus esset, & in hanc, quæ per carnem transigitur, & in illam quæ post hanc extra corpus degitur, non pari interualli modo atque mensura, sed illam quidem breuissimo quodam termino temporis & spatio circunscripsit, hãc verò ad æternitatem vsque extendit atque produxit, ac benigno atque humano consilio vsus, potestatem dedit, vt in vtra quis vita velit, horum alterutrum habeat (bonum inquam & malum) vel per hanc breuem hanc fluxamque & caducã vitam, vel per illa sempiterna secula quorum terminus est infinitus. Cũ autẽ æquiuocè dicatur & bonum & malum, atque horum vtrũque in duplicem intellectum diuidatur B (tum in mentem, inquam, tũ in sensum) atque alij quidem, quod sensui suaue & iucundum visum fuerit, id loco boni habeant: alij verò, id solum bonum & esse & nominari credant, quod cogitatione, ac mentis agitatione animaduertitur & consideratur: quibus quidem inexercitata ratio est, vt quid melius sit, cõsiderare nõ possint, hi per ingluuiem & intemperantiam, in carnali vita eam, quæ naturæ debetur boni sortem ante tempus consumunt atque profundunt, nihil in eã, quæ postbac futura est, vitã reseruantes & comparcẽtes. alij verò ratione sana ac diiudicatrice suã vitam gubernantes, in hac breui vita per ea, quæ sensũ lædunt, C contristati atque vexati in futurũ seculum bonũ comparcunt atque recõdunt, vt sibi vnà cũ sempiterna vita melior sors extẽdatur atque proroge tur. Hic igitur, vt mea quidem opinio fert, hiatus ille est, qui nõ terra discedẽte atque didicta fi, sed quem iudicium per hanc vitã in contraria studia atque instituta diuisum atque diductũ facit. Nam qui semel quicquid in hac vita suaue ac iucundũ est, elegerit, nec pœnitentia ductus stolidum ac temerarium suum consilium corrigit atque emendat, inaccessum & inuium sibi locum bonorum posthac efficit, cùm hanc ineuitabilem, quæ transiri non possit, necessitatem, tanquam barathrum quoddam vastum & inuium, qua transiri non possit, aduersus sese persoderit. Quamobrẽ D bonum quoque animæ statum, in quo patientiæ athletam Sermo requiescere facit, sinum Abrahæ nominasse mihi videtur. Primus enim hic patriarcha ex ijs, qui olim fuerũt, cum spe futurorũ, præsentium commodorum vsum atque voluptatem commutasse memoratur. qui quidem omnibus nudatus, in quibus ei vita ab initio cõsistebat, inter alienos conuersabatur, & domicilium habebat, per afflictiones & incommoda præsentis vitæ, eam, quæ speratur, beatitudinem quærens. Vt igitur certam aliquam pelagi partem circunscriptam per abusum quendam, sinum nominamus, ita mihi Sermo nomine sinus immensorum illorum nostrorum bonorum demonstrationem significare videtur: in quo sinu bono omnes, qui per virtutem præsentis vitæ cursum conficiunt, cũ hinc soluerint, tanquam in portu non obnoxio fluctuum procellis, animas appulsas ac quasi subductas statuunt. reliquis autem eorum, quæ bona videntur, eis electio priuatioque, flamma animam peturens existit, guttam aliquam ex pelago bonorum, quibus sancti affluunt & abundant, ad consolationem desiderans, & non adipiscens. Porro cum linguam & oculũ & digitum, reliquaque nomina ad corpus pertinentia in colloquio incorporeorum animaduertis, si verborũ sententiam inspexeris cum opinione, quã iam per coniecturam de anima mente concepta exposuimus: cõuenire non negabis. Vt enim concursus elementorũ totius corporis efficit naturam: ita probabile est, etiam partium corporis ex eadem caussa compleri naturam. Si igitur anima adest elemẽtis ex corpore dissoluto ad rerum vniuersam naturam refusis atque reuersis, non modò cognitionem & complementum eorum quæ ad totam coagmẽtationem constituendam concurrerunt, agnoscet, & in eis erit, sed ne peculiarem quidem cuiusque partis constitutionẽ & concretionẽ ignorabit, per quas nimirum particulas elementorum membra nostra absoluta sint. Quocirca quæ in vniuerso elemẽtorum complemento sit, eam etiam in singularibus esse nullo modo à probabilitate ac verisimilitudine abenum est. atque ita si quis spectet ad elemẽta, in quibus singularia membra corporis insunt ipsa potentia, atque scripturam dicere arbitretur, & digitum circa ipsam animam esse & oculum & linguam cæteraque omnia etiam post dissolutionem concrementi, à probabilitate ac verisimilitudine non aberrabit. Si igitur singularia menti eum abducunt ab eo, qui ad corpus referatur, narratio ets intellectu, par & cõsentaneũ nimirũ est, vt etiã modò memoratum infernum, non locum, qui sic nominetur, esse putemus, sed quendã vitæ statum incorporeũ, qui uideri non possit, in quo animam vitã degete, à scriptura docemur. Atque etiã aliam in narratione quæ ad diuitẽ & mendicũ pertinet, certã firmamque discimus sententiã, quæ magnã cũ iis, quæ scrutati sumus & excussimus, affinitatẽ habebit. Facit illũ humanis affectibus ac perturbationibus obnoxiũ, carnisque studiosũ diuitẽ, posteaquàm ex sua calamitate se nõ posse expediri & effi gere animaduertit, curã habere eorũ, qui super terrã eũ genere cõtingebant, cumque Abrahã negasset, eorum, qui in carne viuerent, vitam prouisionis expertem esse: sed abundè eis propositam esse doctrinam atque institutionem legis ac prophetarum: adhuc perseuerare diuitem instantem ac flagitantem, vt ex improuiso & inopinato credibilis eis prædicatio fieret, quæ ab aliquo, qui ex mortuis reuixisset, annuntiaretur. Quænam igitur in his, inquam sententia est? Quoniam, inquit, Lazari quidem anima circa præsentia occupata est, & ad nullam earũ rerum, quas reliquerat, sese conuertit: diues autem tanquã visco cuidam, carnali vitæ etiam post mortẽ adhuc adhæret: quam nec cum viuere quidem desijsset, penitus exuerat: sed adhuc ei curæ caro & sanguis erat (per hoc enim, quòd rogat, vt illi, qui communione generis eum contingebant, malis eximerentur, perspicuũ est, quòd nondum carnali affectu exolutus erat:) per has, inquit, narrationes existimamus censere Domnũ, quòd oporteat eos, qui in carne viuunt, quàmmaximẽ secundum virtutẽ viuendo, quodammodo separari & expediri ab affectu carnis, ne post mortem alia morte rursus opus habeamus, quæ reliquias carnalis glutinis separet, excernat & expurget: sed tanquam vinculis circũ animam ruptis, nulla corporea molestia eam ad sese attrahente, celer & expeditus ei cursus ad bonum contingat. Nam si quis mente

Liberum arbitrium.

Bonum & malum.

Locus bonoris malis inaccessus.

Sinus Abrahæ.

carnalis penitus totus redditus fuerit, & omni animi motu atque efficientia in voluntatibus carnis occupetur, is nec si extra carnem quidem euaserit, ab affectibus ac perturbationibus eius recedit, sed quemadmodum illi, qui in fœtidioribus locis diutius commorati sunt, nec si in purum quidem, suauem & amœnum aërem transierint, integri ac vacui sunt ab illo ingrato & iniucundo odore, quem propter diuturniorem in eo commorationem contraxerunt: ita ne tum quidem, cum carnalis vita, cum subtili & inuisibili commutata fuerit, fieri possit, quin carnis amantes prorsus attrahant aliquid ex graueolentia atque fœtore carnali. Vnde grauior eis dolor existit, cùm ex huiusmodi circūstantia anima magis materialis euaserit. Videtur autem aliquo modo cum huiusmodi opinione concinere atque conuenire, quod sæpenumerò à nonnullis dicitur, cōspicit videlicet circa cōditoria atque repositoria corporum vmbratilia quædam spectra mortuorum. Nam si reuera ita sit, argumentum est, animam vlira modū nunc in hac vita fuisse erga carnalem vitam affectam, adeò vt ne carne quidem extrusa planè ab ea velit auolare, neque concedere, vt absoluta figuræ ad id, quod conspici non potest, & formæ expers est, transmutatio fiat: sed circa speciem postquam species dissoluta fuerit etiam nunc maneat, & cùm iam extra eam euaserit, desiderio materiæ locis oberret, circumque ea versetur atque vagetur. Ego verò paulum cōmoratus, repetita sententia eorum, quæ dicta erant: videtur, inquam, mihi ex iis quæ modò dicta sunt, existere quiddam contrarium iis, quæ de affectibus ac perturbationibus antea excussa atque examinata sunt. Nam si ex ea, quæ cum brutis est, cognatione, tales in nobis animæ motus effici putātur, quales superior enumerauit oratio, iram videlicet & metum, & cupiditatem, & voluptatem, cæteraque eiusdemmodi: atque dictum est, bonum quidem horum vsum, virtutem esse, per prauum verò, vitium existere: adiecit item oratio cùm cæterorum ad eam vitam quæ cum virtute transigeretur, contributione & adiumentum, tum quòd per concupiscentiam ad Deū tollimur atque erigimur, veluti catena quadam ex inferiori loco sursum ad eum attracti: videtur nimirum, inquam, aliquo modo oratio sibi contraria esse atque proposito aduersari. Quo pacto hoc dicis, inquit magistra. Quoniam omni rationis experte, inquā motu post purgationē in nobis extincto, ne cōcupiscendi quidem vis prorsus erit: qua deficiēte, nusquā boni desideriū fuerit, cùm nullus eiusmodi motus animæ relictus sit qui excitet ad appetitum bonorum. At aduersus hoc, inquit, illud dicimus, quòd speculādi ac diiudicandi vis, propria est eius animæ partis, quæ Deo similis est, quoniam etiam diuinum numen per hæc comprehēdimus. Si ergo vel nunc adhibita cura atque diligentia, vel posthac per ignis purgationem anima nostra libera fuerit ab ea coniunctione, qua cum ratione carentibus affectibus coaluit atque cōcreuit, nulla re ad boni & honesti contēplationem impedietur, bonū autē & honestū eam vim ex sui natura habet, vt quicquid in A illud intueatur, id ad se quodammodo attrahat. Si igitur anima ab omni vitiositate pura fuerit, in bono & honesto prorsus erit. Bonum autem & honestum ex sui natura numen diuinum est: cū quo per puritatem anima coniunctionem habebit, quippe cum proprio cohærens atque coalescens. Si igitur hoc acciderit, non amplius cupiditatis mot⁹ opus erit, qui nobis præeat ac dux sit ad id, quod bonum & honestum est. Nam qui in tenebris vitā degit, is lucem desiderauerit: qui si in lucem peruenerit, eaque frui ac potiri cœperit, con- B cupiscere atque desiderare desinet. Facultas enī atque potestas potiendi atque fruendi vanam & inutilem efficit cupiditatem. Quocirca per hæc nullum detrimentum accidet ad boni participationem, si rursus ad sese anima reuersa, ac plenè sese noscens qua natura prædita sit, & velut in speculo & imagine per propriam pulchritudinē ad principalem respiciens, à talibus motibus libera fuerit. In hoc enim verè licet dicere, plenā & absolutam esse diuini numinis similitudinem, nempe si anima nostra quodammodo superā rerumque vniuersarum præsidem naturam imitetur. Nam C natura quæ superat omnem intellectum, procul ab iis, quæ in nobis cernuntur, sita, alio quodammodo suam exigit vitam, & non quemadmodum nos nunc, dum viuimus, agimus. Nam homines quidem propterea quòd prorsus in motu semper natura est, quocunque impetus volūtatis inclinauerit, illò rapimur: cùm non similiter anima ab anteriore sui parte (vt aliquis dixerit) atque à posteriore affecta sit. Nam spes quidē præcedit motum, qui vlterius tendit atque progreditur: memoria verò excipit atque subsequitur motum ad spem progredientem. ac si quidem ad id, quod na- D tura bonum & honestum est, spes animam ducat, iucundum quasi vestigiū, memoriæ imprimit motus voluntatis. si autē ab eo quod melius & præstabilius est, aberratum & offensum fuerit, cùm simulachro quodam pulchritudinis spes animam deceperit ac frustrata fuerit, quæ rem actam consequuta fuerit, recordatio, pudor efficitur. Atque ita bellum hoc intestinum in anima cōflatur, memoria aduersus spem pugnante, quòd male voluntati praeierit. Nam eiusmodi quendam animi sensum apertè indicat affectus pudoris, cùm pœnitentia tanquam flagello quodam inconsultum E ac temerarium impetum perstringens & incessens, anima mordetur propter euentum, & in auxilium aduersus id, quod angit & offendit, obliuionem adsciscit. Sed nobis quidem propterea quòd boni egena est, natura sēper fertur atque cō tendit ad id, quod deest. ac desiderium eius, quod deficit, ipse naturæ nostræ concupiscendi affectus est, qui vel aberrat propter sinistrū iudicium ab eo, quod verè bonum & honestum est, vel etiam consequitur & adipiscitur id, quo potiri bonum est. At ea, quæ superat omnem bonam cogitationem, natura, quæque super omnem potentiam eminet, vt quæ nullius indigeat earum rerū, quæ circa bonum & honestum intelliguntur, cùm ipsa sit bonorum plenitudo, neque tanquam particeps alicuius boni & honesti in bono versetur,

Mortuorū spectra vnde.

Scholiō. *Ne de omnibus hoc eū dixisse existimes: sed de illis, in quibus parue quadā*

Vitiosa vita fuerit reliquia, quæ propter infirmitatem carnis venia digna sint: à quib animas purgari ait. quemadmodū etiā alii quidam patres censent: in quibus est etiam Dionisius Areopagita: item Diadochus Photicæ episcopus. Nisi enim intellexerimus & omnibus aliis doctoribus, & sibi ipsi contraria dicentem ostendem⁹. Dicebat enim ante hac inuium & inaccessum peccatoribus esse bonorum vsumfructum atque etiam cum diuinis verbis pugnare demonstrabitur, quibus ostenditur il' eorū pœnam fine carere. Erit igitur peccatoribus, eorum bonorum, quæ iustis recōdita sūt vsus fruct⁹ expertibus abolita vitiositate desiderium boni Memento suprȧ dictorum.

Scholion. *Reprehendit & incusat memoria quidem spem per reputationem & æstimationem actorū. spes autem fraudem ad defensionem producit, vt quæ ab eo quod bonum & honestum appareret, decepta sit, idque pro eo, quod verè bonum est, elegerit.*

uersetur, sed ipsa sit ipsius boni & honesti natura (quodcunque tandem etiam bonum & honestum esse mens ponit) neque sperandi motum in sese admittit (spes enim ad id, quod non adest, duntaxat adhibetur: quod autem quis habet, cur etiam speret? inquit diuinus apostolus:) neque reminiscendi ac recordandi efficientia ad rerum scientiam, opus habet. Quod enim videtur, recordatione non indiget. Quoniam igitur diuina natura supra omne bonum est, ac bono bonum prorsus amicum est, idcirco cùm seipsum intuetur, & quod habet, vult, & quod vult, habet, nihil externum in sese admittens. Extra eam autẽ nihil præterquàm sola vitiositas est, quæ (etsi dictu absurdum & à vulgari opinione alienum est) in eo, quod non est, suum esse habet. Non enim vlla alia generatio vitiositatis est, quàm eius, quod est, priuatio. Quod autem propriè est, boni natura est. Quod igitur in ente non est, in eo quod non est prorsus est. Postquam igitur anima quoque, segregatis omnibus variis naturæ motibus, Deo similis effecta fuerit, atque superata cupiditate in illo fuerit, ad quod olim à cupiditate erigebatur & incitabatur, non amplius consistendi locum in sese dat, neque spei, neque recordationi. Nam quod quidem sperabatur, habet: occupatione autem fruendorum bonorum, memoriam à mẽte remouet ac missam facit: atque ita vitam superam & excelsam, informata diuinæ naturæ proprietatibus imitatur, adeò vt nihil aliud ei relinquatur, præterquàm dilectionis affectus, qui naturaliter ei quod bonum & honestum est, adhæret. Id enim dilectio est, animo, videlicet, insitus habitus & affectus ad id, quod placet atque cordi est. Cùm igitur simplex & vniformis ac planè similis Deo anima facta nacta fuerit illud verè simplex & materiæ dolique expers bonum, quod solum reuera dignum quod diligatur & amabile est, cùm adhæret eidem, tum vnà commiscetur atque contemperatur, per dilectionis motum & actionem ad id quod semper & comprehenditur & inuenitur, sese formãs, atque id per similitudinem boni euadens, quod eius, quod participatur, atque percipitur, natura est. cùm autem in illo cupiditas non sit, propterea quòd nec vllius quidem boni defectus in eo sit, consequens fuerit, etiam animam, cùm eò euaserit, vbi rei nullius egestas est, ex sese eijcere quoque concupiscendi motum atque affectum. qui tunc duntaxat existit, cùm non adfuerit id, quod desideratur. Talis autem doctrinæ atque sententiæ diuinus quoque nobis apostolus author est. Cùm enim omnium rerum, quarum nunc in nobis boni quoque caussa studia vigent, abolitionem & quietam quandam atque sedationem & finem futurum antè denuntiasset, solius dilectionis & charitatis terminum non inuenit. Nam prophetiæ abolebuntur, inquit, & cognitiones & scientiæ quiescent, & finem habebunt: charitas autem ac dilectio nunquam excidit. quod perinde est ac si dixisset, semper eadem est. quinetiam cùm fidem in spem vnà cum charitate atque dilectione permanere diceret, rursus eam etiam illis præfert atque præponit. neque iniuria. Nam spes interim mouetur, dum non licet frui atque potiri ijs rebus, quæ sperantur. Et itidem fides sustentaculum ac firmamentum est incertitudinis earum rerum, quæ sperantur. Nam & ita eam definiuit, cùm diceret: Est autem fides rerum, quæ sperantur, substantia. Cùm autem venerit id, quod speratur, alijs omnibus quiescentibus, charitatis ac dilectionis efficientia manet, quippe cùm non inueniat, quod eam excipiat, & in locum eius succedat. Quamobrem etiam vniuersarum actionum, quæ cum virtute perficiuntur, atque etiam legis præceptorum principatum tenet. Si igitur ad hunc finem aliquando anima peruenerit, aliarum rerum non erit egena, quippe rerum nimirum vniuersarum plenitudinem complexa, per quam solam quodammodo ipsius diuinæ beatitudinis in sese cõseruare insigne videtur. Nam & vita superæ naturæ charitas atque dilectio est, quoniam quod bonũ & honestũ est, prorsus ab iis, qui id cognoscũt, dilectione dignũ habetur. cognoscitur autẽ id ab numine diuino: notitia verò in dilectionẽ cõuertitur, ꝓpterea quòd natura bonũ & honestũ est id, ꝙ cognoscitur. Id autẽ ꝙ verè bonũ & honestũ est, à petulanti atq; proterua satietate nõ attingitur. porrò satietate dilectionis habitum & affectũ ad id, ꝙ bonũ & honestũ est, nõ interrũpente, diuina vita semper per charitatem ac dilectionem exigetur. quæ vita cùm natura bona atque honesta est, tum erga id quod bonum & honestum est, dilectionis affectu natura prædita est, ac terminum & satietatem diligendi actionis non habet, quoniam nec boni & honesti quidem aliquis finis deprehenditur, vt vnà cum fine boni & honesti charitas atque dilectio quoque desinat. Nam solo contrario bonum atque honestum terminatur atque finitur. Cuius autem boni ea natura est, quæ deterius non admittat, id in infinitum & indeterminatum vsque progrediatur. Quoniam igitur cuiusque naturæ ea vis est, vt affinia, propria, atque cognata attrahat: propinquum autem quodammodo atque coniunctum Deo genus humanum est, quippe ferens in se nimirum imaginem principalis figuræ: necessarium planè est, vt anima trahatur ad id, quod diuinum simul atque cognatum est. (Oportet enim vsquequaque penitus ac prorsus Deo suum reseruari:) sed si quidem leuis, expedita, atque syncera fuerit, & nihil redundantiæ superfluitatisque in se habuerit, nulla corporea molestia eam premente, iucundus ac facilis ei ad attrahentem accessus fit. Sin autem affectionis clauis ad eum habitum, qui cum materialibus coniunctus est & affinitatem habet, adfixa fuerit: quale quiddam terræmotu collapsis ædificijs, corporibus mole atque aggere oppressis atque obtritis accidere par ac verisimile est (ponatur autem exempli gratia, non solum ea grauata esse molibus, ruina, atque labe locorum, verumetiam vetubus quibusdam, aut clauis & lignis in ruinis & aggeribus inuentis traiecta atque transfixa esse:) Quod igitur ita affecta corpora sufferre verisimile est, dum, vt parentetur eis ac iusta exequiarum persoluantur, à propinquis & necessariis ex labe atque ruina extrahuntur: (lacerabuntur enim prorsus dilaniabunturque, & quàm atrocissimè acerbissiméque tractabuntur, aggere simul & clauis ea, propter

Scholiō. Sunt nonnulla quæ dicũtur ab externis, in eo, quòd fiant, essentiã habere, non in eo, quòd facta sint: quemadmodũ vmbrã corporum. hæc enim remota caussa efficiente euanescit, nõ sicut substantia remotis etiã caussis efficientibus manent. talis etiã vitiositas in eo, quod fit & agitur, dũtaxat essentiã habet. quod idem cum eo est, quod non est.

2. Cor. 13.

Heb. 11.

Humanũ genus deo propinquum.

Peccata cur puniantur post mortem.

vim attrahentiũ dilacerantibus:)eiuſmodi quod- A
dam incommodum circa animam quoque mihi
accidere videtur, cum humanitate mota diuina
potentia ex rationis expertibus & materialibus
quod ſuum eſt, attrahit ruinis. Nec enim odio
ac vindicandæ prauæ vitæ cauſſa, mea quidem o-
pinione, Deus iis, qui peccauerint, dolorem fa-
cientes adhibet affectiones: qui & apprehen-
dit & vindicat & ad ſe trahit quicquid ipſius gra-
tia prouenit in rerum naturam: ſed ille quidem
meliore animo atque conſilio ad ſeſe, qui om-
nis beatitudinis fons eſt, animam attrahit: ex ne-
ceſſitate autem ei, quod attrahitur, accidit illa af-
fectio acerba. ac quemadmodum illi, qui auro B
materiam immixtam per ignem expurgant, non
ſolùm id, quod adulterinum eſt, igne liqueſa-
ciunt, ſed omnino neceſſarium eſt, vt purum
quoque vnà cum adulterino, improbo atque
corrupto liqueſiat, atque hoc conſumpto illud
manet: eodem modo planè neceſſe eſt, vt dum
vitioſitas purgatorio igni abſumitur, anima quo-
que, quæ cum vitioſitate vnita eſt, in igni ſit,
donec id, quod inſperſum eſt, adulterinum, ma-
teriale atque fucatum & corruptum totum abo-
leatur igni conſumptum: item quemadmodum
ſi cui funiculo lutum tenacius altè penitus circũ-
linatur, deinde per quoddam anguſtum fora- C
men initium funis traiiciatur, ac violenter ali-
quis introrſus ab ſummitate funem attrahat,
omnino neceſſe eſt, vt funis quidem ſequatur
attrahentem, lutum verò circunlitum ex violen-
ta tractione, extra foramen maneat à fune deter-
ſum & abraſum, atque cauſſa exiſtat, vt cum eo
in tranſitu non commodè agatur, ſed violentam
ſufferat ab attrahente extenſionem: tale quiddam
mihi videtur circa animam quoque cogitari at-
que intelligi oportere, eam videlicet materialibus
atque terrenis affectibus innolutam laborare æ-
que diſtendi, dum Deus quidem quod ſuum eſt
ad ſeſe trahit, quod autem alienum eſt, propterea D
quod cum anima quodammodo coaluerit, vio-
lenter abraditur & abſtergitur, acreſque ei atque
intolerabiles affert dolores. Ergo iudicium, in-
quam, diuinum, vt videtur, non ex cauſſa prin-
cipali atque præcipua cruciatum adhibet iis, qui
deliquerint: ſed illud quidem, vt oratio demon-
ſtrauit, bonum duntaxat, dum id à malo ſecer-
nit & eximit, & ad communionem beatitudinis
attrahit, operatur: diuulſio autem coalitionis &
coagmentationis ei, quod trahitur, dolorem fa-
cit. Idem inquit magiſtra, ego quoque ſentio: &
quòd pro quantitate vitioſitatis, quæ in vnoquo-
que fuerit, cruciatus ac doloris modus adhibea- E
tur. Non enim par eſt vtrunque tum eum, qui
in malis vetitis tandiu verſatus ſit, tum eum, qui
in mediocria delicta quædam inciderit, per pur-
gationem vitioſi habitus ex æquo diſcrutiari at-
que dolere: ſed pro modo ac quantitate materiæ,
vel longiore vel breuiore temporis ſpatio illa
flamma dolorifica quandiu fuerit id quod eam
alat, accendetur. Cui igitur magnum inhæſerit
onus materiale, in eo neceſſe eſt magnam ac diu-
tius durantem eſſe flammam, quæ materiam eam
conſumat. in eo verò, cui minori ſpatio tem-
poris ignis ille conſumens admouetur, tantum
de vehementiore atque acriore operatione pœ-

Purgatorius ignis vitioſitatem abſumit.

Pœnarum diuerſitas pro menſura delictorũ in purgatorio igne.

na remittit, quantum, quod ad modum vitioſi-
tatis attinet, ſubiectum fuerit diminutum. Opor-
tet enim penitus ac prorſus aliquando malum exi-
mi ex eo quod eſt, & quod in ſuperioribus dictũ
eſt, id quod reipſa non eſt, ne eſſe quidem omni-
no. Quoniam enim ea vitii nequitiæque natura
eſt, vt extra voluntatem & arbitrium non ſit, cũ
omnis volũtas & omne arbitrium in Deo fuerit,
ad abſolutam atque perfectam & extremam abo-
litionem & interitum vitioſitas redigetur, vt nul-
lum eius receptaculum relinquatur. Sed quod lu-
crum & operæ pretium eſt, inquã ego, huius bo-
næ ſpei, repuranti, quantum ſit malum, vel an-
nuum ſolùm ſuſtinere cruciatum. quòd ſi vſque
ad æternum quoddam interuallum intolerabilis
ille dolor prorogetur, quænam ex poſterius futu-
ra ſpe cõſolatio relinquitur ei, cui ad totam æter-
nitatem pœne modus ac menſura redigitur? Ita-
que prouidendum fuerit, vt vel penitus & vni-
uerſum ab inquinamentis vitioſitatis integra, at-
que omnis cogitationis expers anima conſerue-
tur: aut ſi id propter affectus & vitia, quibus na-
tura noſtra obnoxia eſt, nulla ratione protſus ex-
pedit ac fieri poteſt, vt in quammaximè medio-
cribus quibuſdam curatuque facilibus delictis
conſiſtant virtutis incommoda atque detrimẽta.
Nouit enim euangelica doctrina & decies mille
talentorum, & quingentorum denariorum, &
quinquaginta, & quadrantis alicuius (quod in mo-
neta extremum eſt) quendam debitorem: ac iu-
ſtum Dei iudicium omnia perſequi, próque ma-
gnitudine æris alieni prorogare & extendere ne-
ceſſitatem ſolutionis, ac ne minima quidem deſ-
picere ac præterire. Solutionem autem debitorũ
non ex pecuniarum deciſione ac diſſolutione fi-
eri Euangelium dixit, ſed tradi tortoribus obæra-
tum, donec ſoluerit, inquit, quicquid debet (quod
nihil aliud eſt, niſi per tormentum neceſſarium
æs alienum ſoluere. debitum, inquam, participa-
tionis rerum triſtium & acerbarum, quarum par-
ticipationis per tempus vitæ debitor factus eſt,
cùm meram contrariique admixtione non tem-
peratam voluptatem conſilii ſtoliditate experi-
tur atque elegit) atque ita vbi quicquid à ſe ali-
enum eſt, id eſt, peccatum depoſuerit & abie-
cerit, pudoremque, quem ex debitis contraxe-
rat, exuerit, in libertate ſimul & fiducia verſetur.
Porrò libertas eſt, aſſimilatio & exequatio cum
eo, quod Dominum non habet, ac ſui iuris & in
ſua poteſtate eſt: quæ libertas ab initio quidem
nobis à Deo data eſt: ſed vnà cum pudore ob de-
bita contracto in occultum ſeſe abdidit atque re-
ceſſit. Omnis autem libertas vna quædam natu-
ra ſecumque conueniens, coniuncta atque cogna
ta eſt. Conſequenter igitur quicquid liberum
eſt, cum ſui ſimili copulabitur atque coniunge-
tur. porro virtus Dominũ non habet. Ergo in hac
verſabitur quicquid liberum fuerit. Dominum
enim libertas non habet. Atqui diuina natura
omnis virtutis fons eſt: in hac igitur erunt, qui
à vitioſitate expediti ac liberati fuerint, vt, quem-
admodum inquit apoſtolus, Deus ſit omnia
in omnibus. Hæc enim vox quæ dicit, & in om-
nibus, & loco omnium eſſe Deum, apertè ac pla-
nè confirmare mihi videtur antè excuſſam ac diſ-
quiſitam ſententiam. Nam cùm vita, quã in præ-
ſentia

Videtur hic aliquid deſiderari, ac ſequentia verba non Gregorij, ſed Macrinæ eſſe vſq, ad eũ locũ, Quid igitur oportet. &c.

Matth. 18.

1. Cor. 15.

sentia transigimus, variè pariter ac multifariam à nobis exigatur, & multæ quidē rēs sunt, quarum participes sumus, vt temporis, vt aëtis, vt loci, cibique ac potus, vt tegumētorum, vt solis, lucernarumque, vt aliarum rerum multarum ad vsum vitæ necessariarum: quarum rerum nulla Deus est. beatitudo verò, quæ expectatur, nullius quidem harum rerum egena est, omnia autem nobis, loco que omnium erit diuina natura, ad omnem vsū ad necessitatem illius vitæ sese conuenienter & aptè impartiens. Atque id planum ac manifestum est ex sacris oraculis, quòd Deus & locus existit iis, qui digni sunt, & domus, & indumentum, & cibus, & potus, & lumen, & diuitiæ, & regnum, ac quicquid vel mente concipi vel nominari potest, quod nobis conferat & conducat ad bonam vitam. Porro qui omnia existit, etiam in omnibus existit. Atque in hoc mihi videtur perfectum & absolutum interitum vitiositatis ac nequitiæ tradere scriptura. Si enim in omnibus rebus Deus erit, vitiositas nequitiaque nimirum in rerum natura non erit. Nam siquis vitiositatem etiam & nequitiā esse posuerit, quomodo seruabitur ea sententia, qua dicitur, quòd in omnibus Deus sit. Illius enim, videlicet vitiositatis nequitiæque exēptio atque subtractio, imperfectam ac non plenā efficit omnium comprehensionem. Verùm qui in omnibus erit, in iis quæ non sunt, non erit. Quid igitur oportet dicere, inquam, ad eos, qui calamitates & incommoda paruo ac demisso animo ferunt? Dicamus ad eos, inquit magistra, Heus vos, frustra vos affligitatis & excruciatis atque offendimini & angimini serie necessariæ rerum vicissitudinis & cōsequentiæ, ignorantes ad quodnam propositum atque consilium singulatim res quæque referantur, quæ in vniuersitate admonstrantur. quoniam oportet omnia ordine ac vicissitudine quadam secundum artificiosam creatoris & authoris sapientiam, diuinæ consiliari atque cōiungi naturæ. Nam idcirco ratione prædita natura prouenit in rerum naturam, ne diuitiæ diuinorum bonorum otiosæ atque inutiles essent: sed quasi vasa quædam & libero arbitrio prædita animarum receptacula ab sapientia, quæ condidit & constituit rerum naturam vniuersam, parata sunt, vt esset aliquod vas & conceptaculum capax bonorum, quod semper accessione eius, quod infunderetur, maius efficeretur. Huiusmodi enim est diuini boni participatio, vt maiorem atque capaciorem faciat eum, in quo existit, dum ad potentiæ magnitudinisque incrementum sumitur ab recipiente, vt semper crescat is, qui alitur, & nunquam crescere desinat. Nam fonte bonorum continenter & indesinenter scaturiente atque manante, natura participantis, quia nihil ex eo, quod sumitur, excrementosum & inutile est, dum quicquid influit, suæ magnitudini adiicit simul & ad attrahendum quod melius est, aptior, & ad id capiendum spatiosior fit, vtroque inuicem altero vna cum altero crescente, tum virtute, quæ alitur propter copiam & abundātiam bonorum in ma-

A ius proficiente, tum vi alimentorum suppeditatrice vnà cum incremento atque profectu crescentium abundante. Est igitur verisimile in eam euasuros esse magnitudinem, in qua nullus termi nus interrumpat & impediat incrementum. Et cū talia nobis proposita sint, indignamini, si per ordinatam certamque viam quo destinauit, natura nostra progreditur? Non enim aliter ad illa cursum nobis intendere atque instituere licet, quàm si id, quo grauamur, hoc molestum, inquam, ac terreum onus, ab anima nostra excusserimus, vt per meliorem curam ac diligentiam expurgati at-

B que expiati ab ea, quam in hac vita cum illo onere habuimus, conuenientia, coniunctione atque consensu, per puritatem cum simili possimus conciliari atque coniungi. Quòd si aliqua tibi etiam ad hoc corpus affectio est, & angit te ac malè habet, quòd disiungeris ab eo, quod diligis: ne hoc quidem spem tibi adimat. Videbis enim corporeum hoc amiculum, quod nunc morte dissolutum fuerit, ex iisdem rursus contexi atque cōponi non hac crassa grauique textura, sed ad aëriam tenuitatem atque subtilitatem filo recōcinnato atque refecto, vt & adsit tibi, quod diligis, & in meliori atque amabili magis pulchritudine denuo resti-

C tuatur. At videtur, inquam, ex serie atque continuatione dictorum nobis doctrina resurrectionis quodammodo in orationē irrepsisse. de qua mihi non dubitandum quidem esse videtur, quin vera & ex doctrina scripturarū credibilis & explorata sit: sed quoniā humanæ mentis infirmitas rationibus, quas capere possimus, magis quodammodo ad huiusmodi aliquid credendum confirmatur, haud alienum fuerit, ne hanc quidem partem indiscussam & inexplicatam præterire. Quid igitur dicere oporteat, videamus. Ac magistra, Qui à nostra quidem, inquit, philosophia alieni sunt, in di-

D uersis opinionibus alius aliter ex parte quadā de resurrectione doctrinā attigerunt, nec planè cum nostris sētientes, nec penitus ab huiusmodi spe aberrantes. Nam nonnulli quidem rē cōmunicando contumelia afficiunt, ac dehonestant humanū genus, eandē animā censentes inuicē tum hominis tum ratione carentis ac bruti fieri animalis, alia post alia subinde corpora induentem, & ad id, quod placeat, semper transeuntem vel volatile, vel aquatile, vel terrestre animal pòst hominē fieri ac rursus ab his ad humanā redire naturam. Alij verò etiam ad frutices eiusmodi deliramentum extendunt, vt etiam arboream ac ligneam ei vitam conuenientem atque commodatam esse putent. Nonnullis verò hoc solum videtur, videlicet, quòd ex homine semper alium hominem inuicem sumat, & per easdem omni tempore humana vita exigatur atque regatur: cùm nunc quidem in his, rursus item in aliis eædem in perpetuum animæ sint. Nos autem commodissimum esse censemus, vt ab ecclesiasticis sententiis atque decretis exordientes, usque quasi fundamētis nixi, tantū duntaxat de opinionibus eorum, qui hæc philosophico more tractauerunt,

Vt Plato.

Vt Empedocles.

Vt Pythagoras.

Scholiō. *Ergo etiā in dæmonibus & hominibus peccatoribus erit. Vbi iustitia? si illa quoque atque atque iusti bonū assequētur? Sed nō similiter, dixerit aliquis, sed & longè diuersa ratione. Vbi enim ponemus supplicii pœnas? ignem, qui nō extinguatur? vermem, qui nō emoriatur, & similia atque adeò in duas parteis æqualeis dissectionem? quod nihil aliud esse opinor, quā à Deo sciūctiū atque remotiū esse. Ergo ī omnib' quidē nā glorificabitur & adorabitur de' sed his quidem regno fruentibus, illis verò suppliciū sufferentibus. Nam nisi hoc demus, & cū diuina scriptura, & cū aliis patribus, atq; adeò secū pugnātem doctorem ostendemus. Ostenditur enim alibi supplicium æternum docuisse & quòd nullum aditū peccatores habeant ad bona iustorum.*

uerunt, accipiamus, quantum satis sit ad demonstrandum eos aliquo modo conuenire cum doctrina resurrectionis Nam quòd dicunt, animam postquam à corpore disiuncta fuerit, rursus penetrare & insinuare se in aliqua corpora, nõ admodum discrepat ab ea, quam speramus, resurrectione. quoniam & nostra quoque scriptura dicit, ex elementis mundi & nunc constare nostrum corpus, & in posterum conflatum & constitutum iri: & idem externis philosophis placet. Non enim aliunde conflari corpus excogitare possint, quàm ex concursu elementorum. Differentia autem & controuersia in eo consistit, quòd à nobis quidẽ dicitur, idem rursus circa animam eandem concrescere corpus, quod ex iisdem elementis coeat & concinnetur: illi verò putant, ad alia quædam corpora, tum ratione prædita, tum rationis, atque adeò sensus expertia animam redigi atque transire, quæ quidem corpora, quin ex partibus mundi conflentur, non dubitatur, nec de ea re controuersia est: sed in eo dissensio est, quòd illi non putãt ex iisdem partibus ea cõflari, quæ partes ab initio in carnali vita animæ adhæserant. Ergo veri quidẽ non absimile esse, quòd anima rursus in corpore existat, externæ philosophiæ testimonio comprobatum esto. Quòd autem eorum doctrina consistere non possit, tempestiuum fuerit dispicere, atque per eam, quæ ex recta ratione nobis existit, consequentiam, quoad eius fieri potest, ostendere ac declarare veritatem. Quænam igitur hisce de rebus oratio est? Quibus ad diuersas naturas animam transire atque migrare placet, hi mihi proprietates naturæ confundere videntur: omnesque res inter sese confundere atque commiscere: ratione carens, ratione præditum: sensu præditum, sensu carens: siquidem hæc inuicem aliud in alio sini: nullo naturæ quasi carcere & claustro immutabiliter alterum ab altero dirempta. Nã eandem animam dicere nunc quidem & ratione & intelligentia atque cogitandi vi præditam per talem quendam corporis amictum fieri: rursum verò cum reptilibus in cauernis latitare, aut cum auiculis congregari, aut sarcinas gestare, aut crudis carnibus vesci, aut submersam esse, aut etiam in sensu carentem naturam degenerare, vt vel radices agat, vel arbor euadat, ramorumque germina producat, & in his vel flos, vel spina, vel aliquid nutriendi vi præditum, vel noxium fiat atque euadat: nihil aliud est, nisi omnia idem esse putare, vnamque in rebus vniuersis esse naturam, inconfusa quadam & indistincta atque indiscreta cõmunione secum commixtam, nulla proprietate alterum ab altero secernente Qui enim dicit idem in vniuersa natura rerum fieri, nihil aliud, quàm omnia vnum esse vult, ea, quæ in rebus vniuersis apparet, differentia nullo modo earum rerũ, quibus inter se nulla communio est, permixtionem impediente: vt necesse sit, vt etiamsi aliquam bestiam venenatam & carniuoram videat, sui generis atque cognatum sibi putet id, quod videtur. neque cicutam quidem is tanquam alienã ab sua natura aspiciet: si quidem etiam in plantis cernit humanam naturam: ac ne tali quidem suspicione de ipso racemo carebit, qui racemus ad vsum vitæ producitur. etenim is quoque de genere germinum, stirpium ac plantarum ex terra enascentium atque prouenientium est. germina autem etiã

Animarũ transfusio in alia corpora reprehenditur.

A nobis sunt fruges spicatæ, quibus nutrimur. Quomodo igitur falcem admouebit spicis secandis? quomodo item exprimet racemum? aut ex aruo spinam effodiet? aut florem decerpet? aut aues venabitur? aut ex lignis rogum accendet? cùm incertum sit, ánne cognatis, aut parentibus, aut popularibus manus afferantur, & per eorum corpus vel ignis accendatur, vel crater temperetur, vel cibus paretur? Nam siquis putet, animã hominis per vnumquodque horum plantã vel animal fieri, ac nulla apposita esse signa, quibus noscetur, qualis quidem sit ex homine planta vel animal, quale item id, quod aliter factum sit: aduersus omnia pa-

B riter & eodem modo, qui eiusmodi persuasionẽ præceperit, affectus & animatus erit, vt etiam necessariò, vel aduersus eos quoque qui in rerum natura viuunt homines, asper & immitis sit, aut si quidem natura aduersus propinquos & populares ad humanitatem propensus & inclinatus est, eodem modo aduersus omne animatum affectus sit, siue id inter reptilia siue inter feras fuerit. quin etiã si in syluam arborum peruenerit, is qui hanc doctrinam amplexus sit, cœtum atque conuẽtum hominum arbores existimabit. Quænã ergo vitæ ratio est eius, qui vel aduersus omnia propter ne-

C cessitudinem ac propinquitatem, quam subesse putet, pius, officiosus, ac solicitus, vel etiam aduersus homines, propterea quòd inter eos cæterasq; res nihil interesse existimet, asper, immitis, inhumanus & inofficiosus sit? Ergo vt ex iam dictis apparet, reiicienda fuerit eiusmodi oratio atque doctrina, multis etiã aliis rebus haud immeritò nos abducentibus ab huiusmodi opinione. Nam audiui ex iis, qui talia tradunt, quòd nationes quasdam animarũ esse ponãt in peculiari quadã ciuitate, antequã ad corporeã vitã deueniant, viuẽtes: quæ in tenui atque agili sua natura vnà cum reuolutione atque cõuersione vniuersitatis vagentur

D atque oberrent. propensione verò quadam ad vitium atque nequitiam, quasi defluentibus pennis animas intra corpora redigi. primùm quidem humana, deinde eodem modo propter consuetudinem ratione carentium affectuum ac perturbationum, postquam è vita humana excesserint, in pecora degenerare, atque inde vsque ad hanc plãtarum sensuque carentem vitam delabi, adeo vt natura tenue atque agile, sic ut anima est, primùm quidem ponderosum ac deorsũm vergens efficiatur in corpora humana propter vitium atque nequitiam immigrans: deinde ratione prædita vi extincta in ratione carentibus vitam degere:

E illinc verò sensuum quoque dono adempto hanc plantarum vitam, quæ sensus expers est, inuicem suscipere, ac postea rursus per eosdem gradus ascendere, & restitui in locum cœlestem. Atque eiusmodi doctrina ab iis, qui vel mediocriter exercitato iudicio fuerint, ex seipsa facilè deprehenditur, nullum in sese stabile firmamentum habere. Nam si à cœlesti vita propter vitium & nequitiam ad ligneam vitam anima detrahitur: ab ea vero rursus propter virtutem ad cœlestem recurrit, reperitur eorum oratio dubitare, quid præstabilius, magísque præferẽdum putet, ligneam ne, an cœlestem vitã. Circuitus enim & quasi orbis quidam est, qui per similia peragitur atque

Animas non trãsire in plantas aut arbores.

Aduersus eos, qui dicunt, animas esse corporibus antiquiores

quoe conficitur, anima semper, vbicunque fuerit, nullum firmum, certumque consistendi locum habere. Nam si ex incorporea vita ad corpoream delabitur, & ex illa ad eam, quæ sensu caret: itemque illinc rursus ad incorpoream recurrit: nihil aliud nisi indistincta atque indiscreta tum malorū tum bonorum cōfusio ab ijs, qui hæc tradūt, fingitur & existimatur. Neque enim cælestis vita in beatitudine permanebit, siquidem vitiositas illic viuentes inuadit: neque ligna ac stipites virtutis expertes erunt: si quidem hinc ad bonum recurrere, illinc verò vitiosæ vitæ initium sumere animam putant. Nam si anima, quæ vnà cum cœlo versatur, cum vitio atque nequitia confligatur: ac propter vitiositatem ad materialem ac syluestrem vitam detrusa, rursus hinc subuehitur, vt vitā degat in sublimi: res nimirum inuersa ab illis asseritur atque affirmatur, nempe quòd materialis quidem vita vitiositatis expiatricem vim contineat: stellarum verò inerrantium cœloque inhærentiū cōuersio atque reuolutio, malorum caussa atque principium animabus existat, si quidem hinc per virtutem alas adeptæ, sublimes abeunt, atque cœlestia cōtemplantur: illinc verò per vitium atque nequitiā quasi alis amissis, humiles & abiecti fiūt, & ad terram depressi cum crassitudine materialis naturæ commiscentur. Atque hactenus nondum consistit eiusmodi sententiarum atque doctrinarum absurditas: vt in contrarium inuersæ sint opiniones. sed ne hæc quidem perpetuò certa stabilisque eis imaginatio, opinioque permanet. Nā si immutabilem dicunt cœlestē esse naturam: quo pacto in immutabili passio & affectio locū habet? itemque si affectibus & vitijs obnoxia est inferna natura, quo pacto in eo, quod affectibus obnoxiū est, passionum atque affectuum vacuitas & abolitio conficiat atque expediri potest? Verùm permiscent ea, quæ misceri non possunt, atque vniūt ea, quibus inter se nulla cōmunio est, in affectione immutabilitatem: in mutabili rursus passionum & affectuum abolitionem & vacuitatem imaginantes. ac ne in his quidem semper permanēt ac perseuerant: sed vnde animam per vitium & nequitiam deduxerunt, illò rursus eam tanquam in tutam & immortalem vitā ex materiali reducūt, quasi obliti quòd vitiositate grauata illinc quasi pennis amissis inferæ commixta naturæ sit. Itaque obtrectatio & vituperatio huius vitæ, cœlestiumque ac superorum laus inter sese confunduntur & commiscentur, quippe cùm illa quidem vita, quæ malè audit & īfamia laborat, boni (vt illorū opinio fert) author & dux fit: quæ autē pro meliore habetur, propensionis ad malum ansam & occasionem animæ det. Quocirca eiciēda ex doctrina veritatis omnis falsa pariter & instabilis de huiusmodi rebus persuasio est. ac ne illos quidē sequamur, quibus animas ex muliebribus corporibus ad virilem vitam transire placet: aut contrà à virilibus corporibus separatas animas intra mulieres redigi, aut etiam ad viros ex viris transire, & ex mulieribus rursus fieri mulieres: sed illos, vt eos, qui à veritate aberrauerint, missos faciamus. Nam prior quidē opinio, non solùm quòd & instabilis & fallax sit, reprobata est, cū ipsa per sese, ꝓpter contrarias opiniones euertatur, verum etiā quòd impia est, vt quæ tradat, nihil in rerum naturam produci, nisi vitiositas principium cuiusque naturæ det. Nam si neque homines, neque plantæ, neque pecora, nisi supernè in hæc anima delapsa fuerit, nascuntur: lapsus autem is propter vitiositatem fit, vtique vitium ac nequitiam præesse putant rerum creationi. ac circa idem quodāmodo tempus vtraque accidunt, vt & homo ex nuptiis procreetur, & animæ delapsus cum nuptiarū studio cōueniat & concurrat. Et quod absurdius est, & adhuc magis abhorret à communi sensu atque opinione: verè pleraque animalia rationis expertia natura prædita coeunt & coniunguntur. Ergóne dici potest, quòd ver efficiat, vt superæ quoque reuolutioni atque conuersioni vitiositas innascatur? vt cōtingat simul & animas vitio compleri atque delabi, & vteros brutorum animantium concipere? Quid autem dixerit aliquis de agricola desectos & auulsos plantarum surculos in terram defigente? quo pacto manus huius vnà cum plāta animam humanam terra obruit atque defodit, concurrente cum hominis studio plantandi defluxione pennarum, quibus anima spolietur? Eadem item absurditas est, etiam in altera opinione, si quis putet animas coitus eorum, qui in coniugio viuunt, explorare atque rimari, vel pariendi tempus obseruare, vt in corpora nascentia sese insinuēt. Quòd si vir nuptias recusauerit, mulier item se ab necessitate pariendi liberauerit: an non animam vitiositas grauabit? Quocirca nuptiæ superæ vitiositati ansam & occasionem aduersus animas dant: aut etiam absque nuptiis affectus aduersus id, quod contrarium est, animam inuadit. Ergo domicilio careos interim & vagabunda anima oberrabit, cùm è cœlestibus quidē defluxerit & exciderit, corporis verò (si ita acciderit) receptaculi expers sit. Et quomodo deinde per hæc præesse rebus vniuersis diuinum numen in animum inducent, qui huic fortuitæ & ratione carenti animorum delapsioni principia vitæ humanæ assignant? Prorsus enim necesse est, vt id quod principium consequitur, etiam cum ipso conueniat. Si enim à casu aliquo temerario vita alicuius initium cepit, fortuitus etiam omnino cursus & exitus eius existit. ac stultè & ineptè atque absurdè ab diuina potentia tales homines res vniuersas pendere volunt, qui non voluntate diuina res mūdanas ꝓduci ac prouenire dicūt, sed ad prauum quendam casum referunt principia eorum, quæ nascuntur, quasi vita humana constitui & conflari non potuisset, nisi vitium occasionem & initium vitæ dedisset. Quocirca si principium vitæ tale est, consequentia quoque nimirū sicuti principium mouebūtur. Non enim aliquis dixerit, ex malo bonum, neque ex bono contrarium. sed prout fuerit seminis natura, ita fructus quoque expectare solemus. Ergo temerarius hic atque fortuitus motus omni vitæ præerit atque præibit, nulla prouidentia per res vniuersas pertinente atque permeante. inutilis item prorsus erit rationibus nixa prudentia, cautio atque cura: virtutis emolumētum nullum: & à vitio integrū & alienum esse, pro nihilo ducetur. Nam omnia prorsus in potestate temere rapientis & auferentis fortunæ sita erunt: neque vita quicquam differet à nauibus gubernatore carētibus, armamentorūue expertibus, quæ fortuitis casibus tāquam flucti-

bus quibusdam aliàs ad alium bonorum malorumúe casum quasi traiiciatur atque traducatur. Non enim lucrum, quod ex virtute contingit, inesse potest iis, quorum natura ex contrario principium habet. Nam si quidem vita nostra diuinitùs gubernatur, dubium nõ amplius esse poterit, quin vitiositas vitæ nostræ non præsit. sinautem per vitium ac nequitiã nascimur, penitus ac prorsus vitiosè ac nequiter viuemus. Quocirca nugæ ac deliramenta per hæc esse demonstrabütur post hanc vitam futura iudicia: & pro merito compẽsatio atque remuneratio, & quæcunque alia ad tollendam vitiositatem dicuntur & creduntur. Nam quî fieri potest, vt homo nequitiæ vtiiquæ expers sit, qui per vitiositatem natus sit? quomodo item alacritas animi quædam studiumque ad vitam cum virtute agendam homini innasci possit, cuius natura à vitiosit. te, vt aiunt, principium habet? Vt enim nullum ex brutis animalibus hominum more loqui conatur, ac naturali consuetáque & in qua innutrita sunt voce vtentia, nihil sibi detrimenti accidisse putant, si rationis ac sermonis expertia sint: eodem modo etiam illi, qui vitium ac nequitiam ex istimant esse principium & caussam vitæ, ad expetendam virtutem, vt pote quæ extra naturam eorum sit, adduci non possint. Atqui omnes qui rationibus animã purgatam habent, vitam, quæ cum virtute transigatur, summo studio appetunt atque cõcupiscunt. Ergo per hoc apertè demonstratur, vitiositatem vita antiquiorem non esse: neque illinc primam originem naturam habuisse: sed vitæ nostræ authorem & caussam esse sapientiam Dei, quæ rerum naturã vniuersam administrat atque gubernat. cùm autem anima, quemadmodum creatori placet, in rerum naturam proueneric tunc ad arbitrium eam eligere, quod placeat atque cordi sit, & quicquid per facultatem eligendi arbitrarium esse voluerit, id etiam euadere. Hanc autem sententiam discere possimus ab similitudine oculi, qui vt videat, quidem à natura habet: vt autem non videat, ex arbitrio ac præcedente voluntate, vel etiam ex vitio atque calamitate. pro natura enim aliquando fieri potest etiam id, quod præter naturam est, aut voluntate sua oculos aliquo claudente, aut ex infortunio atque calamitate vsu oculorũ adempto. Ita dici potest de anima, à Deo quidem eam conditam atque creatam esse, ac cùm nulla vitiositas circa diuinum numen animaduertatur, eam extra vitiositatis esse necessitatẽ. cùm autem hac conditione creata sit, sua voluntate atque arbitrio duci eam, quò visum fuerit, aut ex libera voluntate ad bonũ & honestum oculos claudentem, aut ex insidiis vitæ nostræ cohabitantis hostis, vitium & iacturã oculorum sustinentem, & in fraudis tenebris viuentem: aut etiam ex cõtrario purè in veritatem intuentem procul à tenebrosis affectibus & vitiis abesse. Quando igitur dicet aliquis eam nasci, aut quomodo? Atque ea quidem quæstio, qua sicire desideratur, qua ratione vna quæque res facta sit, ex oratione penitus eximenda est. Neque enim de iis, quæ nobis animaduersu cognituque facilia & expedita sunt, quorum perceptionem per sensum adipiscimur, fieri possit, vt ratio scrutatrix & inquisitrix, quomodo id quod apparet, in rerum

Vitã ne humana possit esse sine vitio.

Simile ab oculis.

Anima sua voluntate ducitur.

naturam productum sit, animaduertat atque cognoscat, adeò vt nec spiritu quidem ac numine diuino raptis & afflatis sanctisque viris id comprehensibile esse existimetur. Fide enim in telligimus composita ac perfecta esse secula verbo Dei, inquit apostolus, vt non ex apparentibus ea, quæ conspiciuntur atque cernuntur, facta esse intelligantur. non, vt opinor, hoc dicturus, si quidẽ per ratiocinationes, id quod quæritur, cognosci posse putaret. sed quòd voluntate quidem diuina, tum ipsum seculum, tum omnia, quæ ex illo facta sunt, composita atque perfecta sint (quodcunque tandem etiam seculum est, cum qua vnà intelligitur omnis & visibilis & inuisibilis creatura:) hoc se credere dicit apostolus: sed quomodo composita atque perfecta sint, scrutari atq; inuestigare prætermisit. Neque enim arbitror, id quemquam inuestigando assequi atque comprehendere posse, cùm multas nobis quæstio de his rebus prima fronte difficultates ac perplexitates ostendat: quo pacto ex cõsistente ac stabili natura id, quod mouetur, extiterit: item ex simplici pariter ac dimensionis interuallique experte id, quod & dimensionibus interuallisque obnoxium & compositũ est? nunquid ex ipsa suprema natura? at non conceditur neque cõstat, propterea quod diuersi generis ab illa res cæteræ sint, an aliunde alicunde? Atqui nihil extra diuinam naturam ratio cernit. nam scissa nimirum ac diuisa esset opinio in principia diuersa, si quid extra caussã effectricem esse existimaretur, à quo artificiosa sapientia apparatus ad creandum sumeret & corrogaret. Quoniam igitur vna quidem rerum vniuersarum caussa est, nec eiusdem cum suprema natura generis sunt ea, que per illam procreata sunt: par nimirũ vtriusque opinionis absurditas est, siue quis putet ex natura Dei creaturam, siue ex alia quapiam essentia res cunctas in rerum naturam productas esse: aut enim numen quoque diuinum proprietatibus naturæ præditum esse existimabitur, si quidem eiusdem cum Deo generis sunt ea, quæ facta atque creata sunt, aut aliqua natura materialis extra diuinam essentiam aduersus Deum introducetur, & cum eo comparabitur, quæ ratione non geniti proprietatis, cum sempiternitate eius qui est adæquetur: quòd nimirum etiã Manichæi imaginati, & nonnulli ex Græcanica sapientia eisdem opinionibus assensi pro certa stabilique sententia hanc imaginationem habuerunt. Vt ergo maximè effugiamus & caueamus eam, quæ ex vtraque parte existit absurditatem in quæstione de rebus vniuersis, exemplo Pauli rationem, quomodo vnumquodque creatum sit, explorare atque scrutari prætermittamus, tantum obiter duntaxat indicantes, quòd motus diuinæ voluntatis ac destinationis, cùm voluerit, res fit, & voluntas ad essentiam & affectum redigitur, protinus naturam euadens: quia quodcũque diuina potestas sapienter pariter & artificiosè voluerit ad volũtatẽ vanã, inefficacẽ & absq; effectu esse non patitur. voluntatis autẽ existẽtia atq; substantia, essentia est. Cùm autem bifariam diuisæ sint res vniuersæ, tũ in intellectuale (quod quum mente sola constat & intelligens est, tum mente sola atque intelligentia cernitur & comprehẽditur:) tum in corporale; intellectualium quidem creatura

Rom. 1.

Rerũ vniuersarũ diuisio.

creatura non videtur aliquo modo discrepare ac diuersa esse ab incorporei natura, sed esse ex propinquo, quippe cùm id, quod visum & tactū, dimensionem atque interuallum effugit, ostendat, quod vtique si quis etiam de suprema natura suspicetur, non errabit. Porrò cùm corporea creatura inter eas proprietates, quæ nullam cum diuino numine communionem habent, spectetur atque consideretur: eaque potissimum magnam illam difficultatem ac perplexitatem rationi ingeneret, quæ ratio perspicere atque animaduertere non potest, quo pacto ex inuisibili extiterit id, quod videtur? ex eo, quod tactum effugit, solidum atq; durum? ex indefinito definitum? ex eo, quod & quantitatis, & magnitudinis expers est, id, quod omnino mensuris quibusdam, quæ per quantitatem intelliguntur, continetur? & quæcunque alia singulatim circa corpoream naturam comprehēduntur (de quibus tantùm dicimus, quòd nihil earum rerum, quæ circa corpus considerantur, per sese corpus est, non figura, nō color, non grauitas & pōdus, non dimensio atque interuallum, non quantitas: non aliud quicquam prorsus eorum, quæ per qualitatem comprehenduntur, aut intelliguntur: sed vnumquodque horum ratio atque proportio est: horum autem inter sese concursus atque vnitio, corpus fit.) Quoniam igitur eæ qualitates, ex quibus corpus constat, mente, non sēsu comprehenduntur, atque intellectuale ac mente constans, menteque comprehensibile, numē diuinū est: quid negotii est ei, quod & mēte cōstitit, & intelligentia comprehenditur, efficere ea quæ mente cernuntur & intelliguntur? quorū inter ipsa concursus corporis nobis generauit naturam. Sed hæc quidē extra propositum obiter examinata, explicata atque excussa sint. Quæstio autem erat, an non animæ ante corpora extiterint, & in rerum naturam productæ sint? quando, & quomodo existant? atque idcirco eā quæstionem, quomodo hæ existerēt, vt quam assequi atque expedire non posset curiosè inuestigare atque scrutari oratio nostra prætermisit. restat autē secundū ea, quæ antehac examinauimus, vt quæratur, quādo animæ principia sui ortus & existētiæ habeant? Nam si datum fuerit, quòd ante corpus in peculiari quadam statione anima viuat: omnino necesse est, vt absurdas illas sententias & fictas opiniones eorum, qui propter vitiositatem animas in corpora deduci volūt, vires habere putemus. Enimuerò posteriorem esse originem animarum ipsasque recentiores esse corporum compositione, nemo sana mente præditus in animum induxerit: cùm manifestū ac perspicuum sit omnibus, quòd nihil ex inanimis habeat in sese vim mouendi pariter atque crescendi, at eorum, qui in vtero nutriuntur, neque augmentum & incrementum, neque de loco ad locum motus cōtrouersus & ambiguus est. Relinquitur igitur, vt putemus, vnum & idem animæ & corporis constitutionis principium esse. Ac quemadmodū terra si surculum ab radice auulsum, ab agricolis acceperit, arborem inde efficit, non ipsa vim augescendi ei, quod nutritur iniiciens, sed incrementi dūtaxat materiam atq; subsidium sibi insito immittens: ita dicimus etiam id, quod ex homine auellitur ad hominis sationem, ipsum quoque aliquo modo animal esse ex animato animatum, ex eo quod nutritur, id quod nutritur. Quòd si non omnes animæ efficientias pariter ac motus exiguus surculi auulsi capere potuit, nihil mirum, neque enim in semine frumētum, quod quidem appareat, protinus spica est (nam quo pacto tantum in tantillo locum habere poterit?) sed terra frumentum conuenientibus & aptis nutriente alimentis, in spicam frumentum euadit, nō immutans in gleba naturam, sed exerens ac prodens, & absolutum ac perfectum sese reddens auxilio nutrimenti. Quemadmodum igitur in nascentibus seminibus incrementum paulatim ad perfectionem progreditur: eodem modo in hominū quoque formatione atque constitutione pro ratione ac proportione corporeæ magnitudinis, animæ quoque potentia apparet atque elucet, primùm quidem per vim alendi simul atque augendi ijs, quæ in vtero effinguntur, sese insinuans atque innascens. post hæc verò donum sentiēdi in lucem productis inducens, atque ita deinceps quasi fructum quendam, aucta iam planta mediocriter exerens ac prodens ratione præditam vim, non vniuersam simul in vnum conductam repentè, sed vnà cum surgente & excrescente planta, per consentaneum & competentem progressum atque profectum crescentem & augescentem. Quoniam igitur, id quod ab animatis ad materiam & caussam animati constitutionis auellitur, mortuum esse non potest (mortalitas enim per animæ priuationem fit: non autem priuatio habitum anticipauerit:) ex his deprehendimus, communem & in vnum idemque tempus collatū ingressum & aditū ad essentiam patefieri ei coagmētationi atq; coalitioni, quæ ex ambobus (corpore scilicet & anima) constat & coalescit. neque hoc prius existēte, neque illa posterius accedēte. Porrò ratio necessariò futurū præuidet, vt aliquādo incrementum animatum numeri consistat, nec vlterius progrediatur, ne perpetuò fluat natura, semper eas, quæ aliæ post alias existant, manans vlterius, ac nunquā moueri desinens. Caussam autem cur nostrā quoque prorsus aliquando naturam stabilē fieri oporteat, hanc esse putam*, quòd cùm omnis natura, quæ sensus effugiens mente sola comprehenditur, in suo complemēto ac plenitudine consistat, probabile ac par est, humanum quoque aliquando genus ad finem esse peruenturum (nam ne hoc quidem ab ea natura, quæ non sensu, sed mente cernitur, alienum est:) ne semper in defectu conspici existimetur. Nam aliorum post alia subinde existentium semper accessio arguit naturam esse imperfectam. Cùm igitur genus humanum ad suam plenitudinem peruenerit, consistet omnino fluxus hic naturæ motus, quippe necessarium finem assequutus: atque alius quidam status vitam excipiet, diuers* ab eo, qui nūc per generationē atque corruptionem inuicem exigitur. Vbi enim ortus & generatio non erit, omnino necesse est, vt ne sit quidem, quod intereat & corrumpatur. Nam si dissolutionem compositio præcedit (compositionem autē dicimus, accessum per generationem) omnino consequitur, quòd non præcedēte compositione, nec dissolutio quidem sequatur. Ergo stabilis quædā, ac dissolutionis expers post hanc futura (prout credere

Corporum qualitates sensu non percipiuntur.

Anima principia quādo existant.

Animæ et corporis vnum principium esse.

Simile à semin. bus.

Scholiō. *Vnde ne re- dit quid in vnquam priuatio ad habitum: veluti cætitas ad visi. contra naturæ habit*, priuatione antiquior est, ac solet eū priuatio mutare.*

Vita futura dissolutionis expers.

credere par est) vita præsignificatur, quæ neque per ortum, neque per interitum immutetur. Ego verò, cùm hæc magistra exposuisset, ac plerisque eorum, qui adsidebant, conuenientem fidem oratio adepta esse videretur, veritus ne, si ex morbo magistræ humanitus aliquid accideret (quod nimirum etiam accidit) nô amplius esset, qui dissolueret ea, quæ ab externis nobis de resurrectione obijcitur: Nondum, inquam, id, quod est maximè proprium atque præcipuum, maximéque ad rem pertinet ex iis, quæ circa hanc sententiam atque doctrinam quæruntur, attigit oratio. Dicit enim diuinitùs prodita scriptura, & secundum nouam & secundum antiquam doctrinam, cùm natura nostra ordine quodam ac serie per trâsitoriû & in orbem redeuntem temporis motum, expedita atque explicita fuerit, prorsus aliquando fore, vt fluxus quidem hic cursus per successionem & continuationem aliorum post alios inuicem existentium & exorientium progrediens côsistat: complemento autem rerum vniuersarum naturæ non amplius incrementum in maius admittente, vniuersam plenitudinem & cœtum animarum rursus ex inuisibili ac dissipato statu ad eum statû, in quo collectus consistere stabilisque permanere atque apparere & conspici possit, rediturum esse, iisdem elementis, per eandê seriem rursus alijs ad alia regressis. talis autem vitæ status ab diuinæ doctrinæ scripturis Resurrectio dicitur, sub nomine eius, quod terreum est, erectionis & instaurationis omni elemêtorum motu comprehenso. Quid igitur horum, inquit, est, cuius in supradictis mentio facta non sit? Ipsa, inquam, doctrina resurrectionis. Atqui multa, inquit, ex ijs quæ nunc fusè, prolixè atque copiosè dicta sunt, ad eam pertinent sententiam. An non nosti, inquam, quantum ab aduersariis de hac spe nobis oppositionum & subiectionum quasi examê inferatur? ac simul dicere conabar, quæcunque ad euersionem resurrectionis homines contentiosi comminiscuntur. At illa, opus esse mihi videtur, inquit, ea, quæ passim ac sparsim ab diuina scriptura de hac sententia atque doctrina exposita sunt, paucis prius percurrere, vt inde nobis finis orationi impôatur. Audiui igitur diuinis câtionibus Dauidê laudes Dei prædicâtê, cû sumpta occasione prædicandi ab rerum vniuersarum naturæ digestione & administratione in centesimotertio psalmo circa finem cantionis ita ait: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum côuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. omnia in omnibus operantem virtutem spiritus eos, in quibus fuerit, viuificare dicens contráque vita priuare eos, à quibus abfuerit. Quoniam igitur recedente quidem spiritu viuentium defectum: accedente autê eo atque præsente eorum, qui defecerint, renouationem fieri dicit: & in ordine orationis, eorum qui renouantur, defectus præcedit, hoc ipso dicimus mysterium resurrectionis ecclesiæ annûtiari, spiritu ac munere prophetico hanc gratiâ Dauide prædicente. Atque etiam alibi dicit idem hic propheta, rerum vniuersarum naturæ Deus, rerum cunctarum Dominus apparuit nobis, vt constitueremus festum nostrum inter tegentes & ornantes: festum tabernaculorum fixionis indicans

Resurrectionis doctrina.

Psal. 103.

Psal. 117.

per eiusmodi vocem *toupicasmon*, id est, tactionis, & ornationis & compositionis. quid olim quidê ex traditione Mosis institutum erat: prophetarû, opinor, more futura legislatore prædicente: cum autem semper fieret, nondum factum erat. Nam præsignificabatur quidem veritas typicè atque figuratè. per ænigmata atque inuolucra eorû, quæ fiebant: ipsum autem verum tabernaculorum fixionis festum nondum erat: sed hac de causa iuxta propheticum sermonem Deus summæ rerum ac dominus seipsum ostendit nobis, vt constitueretur humanæ naturæ dissoluti nostri domicilij scenopegia, hoc est, tabernaculorum fixio, quæ rursus per coitionem & concursû elemêtorû corporaliter componeretur & ornaretur. Amictum enim & ambitum eiusque cultum & ornatum propria significatione vox *pycasmos*, id est, tectio compositioque designat. Dictio autem psalmodiæ ad hûc modum sese habet: Dominus Deus & apparuit nobis ad constituendum festum inter tegentes & componêtes vsque ad cornua altaris. quibus verbis per ænigma, hoc est, per inuolucra, & quasi integumenta verbutum prædicere mihi videtur, voû festû côstitui omni ratione præditæ creaturæ inferioribus vnà cû eminentibus & excellentibus in cœtu & conuentu bonorum choreas ducentibus. Quando quidem enim in figurata ac mystica templi fabricatione nô omnibus, qui foris erât, permissum erat intra ambitum parietum penetrare, sed ab ingressu prohibebâtur quicunque gentiles, & alterius generis & nationis erant: itemque ex iis, qui ingressi erant non omnes ex æquo ius ad interiorê locû accedendi habebât, nisi puriore quadam victus ratione, ac quibusdam aspersionibus essent expiati: ac rursus etiam ex his ipsis non omnibus internum templum ingredi licebat: sed sacerdotibus duntaxat sacrificâdi caussa intra velû versâdi ius erat: occult9 verò & arcanus têpli locus (quem adyton vocant) in quo altare collocatum cornuum quibusdam prominentiis adornatum erat, ipsis sacerdotibus inaccessibilis erat, præterquam vni qui sacerdotio præpositus erat: qui semel in anno legitimo quodâ, certo atque solêni die, solus, vt arcanum & reconditum quoddam magis & occultum sacrificium offerret, introibat. Cùm igitur tanta esset circa hoc templum differêtia, quòd imago pariter ac simulacrum eius, qui mente comprehenditur, status erat, hoc nimirum docente corporali obseruatione, quòd nô omnis creatura ratione, prædita templo Dei, hoc est, confessioni magni Dei appropinquet: sed qui falsis opinionibus ac persuasionibus seducti sunt, prohibeâtur à septis diuinis atque cancellis. ex iis autem, qui per confessionem intrò admissi fuerint, cæteris antefer antur ac præstent, qui aspersionib9, puritate & à venereis abstinentia antè fuerint expiati: atque his illi, qui sacrificiis destinati sunt, exinde iam meliore conditione sint, vt interiorum sacrorum administratione ac præsulatu digni habeantur sed prout aliquis ad euidêtiorem ac magis perspicuam explicationem ænigmatis atque inuolucri significationem proferre possit: hæc discere licet docente ratione, quòd ex ratione præditis virtutibus aliæ quidem veluti sanctû altare sint in adyto Deitatis collocatæ: nonullæ verò rursus etiam ex his in excellêtia côspiciantur cornuum

Qui ab ingressu templi prohibebantur.

nunm instar prominẽtes: atque aliæ rursus circa illas coopeteoti consentaneoque goodam ordine tũ primũ tũ secũdũ locũ obtineant. genus aũt humanũ propter vitiositatẽ innatã extra parietũ diuinorũ ambitum summoueatur: quod vbi conspersorio lauacro expiatum fuerit, intrò mittatur. Sed qooniam hæc in medio opposita sepia, per quæ vitiositas nos ab eo loco, qui intra velum est, dirimit, aliqnãdo soluentur, cùm per resurrectionem natora oostra rursus quasi tabernaculum fixa, atque omnis per vitiositatẽ innata corroptio, ex rerum natura abolita atque sublata fuerit, tunc iis, qui per resurrectionem tecti, ornati atque cõpositi fuerint, commune festum circa Deum cõstituetur, vt omnibus vna atqoe eadem lætitia ꝓpooatur, oulla amplius differentia ratioue prædictam oaturam à participatione æqui iuris atqoe eorundem bonorum dirimente: sed iis, qoi nunc propter vitiositatem extrà sunt, tandem aliqoando intra adyta diuinæ beatitudinis futuris, & cornibus altaris, hoc est, excellentibus supramundanis virtutibus sese cooiuncturis. quod nimirum apertius dicit apostolus, vniuersitatis eum bono

Philip. 2

concordiam atque consensum significans: nempe quòd Ei omne genu flectetur cœlestiũ, terrestriũ & infernorum, atque omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus sit in gloria Dei patris: pro cornibus quidẽ angelicom atque cœleste genus dicens, per reliquos verò eam, quæ post illos iotelligitur creaturam, nos videlicet significans, qui omnes in vno concordi atque consentienti festo erimus occupati. Festum autem est eius, qui reuera est, tum coofessio, tum cognitio.

Scholiõ. *Quale futurum ast festũ angelorum & hominum? Vt omnes concorditer & cõsentienter vnũ Deum cõfiteãtur. Ergo circa cognitionem quidem Dei omnes cõsentient & cõcordabũt pctõres & iusti: verũtamen nõ erũt eiusdem status & cõditionis (nã vbi iustitia?) sed hi quidem regno cælorũ fruentur: illi aũt, iuxta apostolicã sententiã, ab hoc arcebuntur.*

Possunt autem, inqoit, alia quoque multa sanctæ scripturæ loca colligi ad commendationẽ & confirmationẽ eius, quæ circa resurrectionẽ doctrina atq; sententia certa stabilisque habetor. Nã & Ezechiel prophetico spiritu omne quod in medio tempus est, quodque inter hoc intercedit, interuallum transgressus, in ipso articulo ac puncto resurrectionis prænoscendi virtute consistit, & futurum, tanquam iam præsens cõspiciamus narrando oculis subiicit. Campum enim ingentem, & in infinitum & immensum exporrectum atque patentem vidit, ossiumque in eo multorum cumulom & aceruum, aliorum alibi, fortuito casu disiectorum, quæ deinde diuina poteotia ad cognata propriaque voà mouerentur, & propriis conuenientibusquẽ compagibus iohærescerent: postea neruis, carnibus, pellibus integerentur & operirentur (quod psalmodia, tegerentur siue comporentur & coostiparentur per verbom *pucazeste*, dicit) & spiritum viuificantẽ simul & exuscitantem quicquid iaceret. Porrò apostoli eorũ, quæ circa resurrectionem existant, miraculorum descriptionẽ, vt quæ expedita, facilis & io promptu legentibus sit, quid attineat aliquẽ exponere? quemadmodum cum hortatu quodam, & tubarũ sooo, scriptura dicat in momento temporis mortuos atq; ita cẽtes vniuersos repẽtè in immortalis naturæ statũ immutatũ iri. Quin etiã Euãgelicas voces, vt quæ cunctis manifestæ sint, prætermittã. Nõ enĩ verbo solo Domin' mortuos resurrecturos esse dicit, verumetiam ipsam quoque resurrectionẽ re præstat ac prestat ab iis quæ nobis ꝓpinquiora sunt, quibúsue fides minus abrogari ac detrahi possit, huius mirifici operis initio facto. Nam primùm quidem in mortiferis morbis viuificam vim demonstrãt, iussu ac verbo abigẽs affectiones: deinde paulo ante mortuam puellam resuscitat, postea adolescentem, qui iam ad sepulchrum efferebatur, excitatũ è loculo matri dat: post hunc, Lazarum, qui iam qoatriduo tempore mortuus diffluebat & olebat, viuũ educit ex sepulchro, voce pariter ac iussu viuificans iacentem: postea soom ipsius hominem clauis ac lancea transfixom tertio die resuscitat, vestigia clauorum ac lanceæ, in testimoniom resurrectionis adducentem.

Ezech. 37.

1. Cor. 17.

Math 6.

Luc. 7.

Christus seipsu resuscitauit

De quibus nihil arbitror opus esse dicere, com nulla subsit ambiguitas inter eos, qui ea, qoæ scripta sunt, acceperunt & approbauerũt verũ nõ hoc erat, inquã ego, quòd quærebatur resurrectio aliquãdo futura sit, & quòd homo incorrupto iudicio sistetur, cùm propter scripturarum demonstrationes, tum propter ea, quæ iam antè exquisita atque excussa sunt, plerique audiẽtium assentieotur: reliquum autem fuerit considerare, an prout est id, quod nunc est, ita etiam quod speratur futurum sit? Quod si ita fuerit, fugiendã dixerim hominib' esse spem resurrectionis. Nam si qualia euadunt humana corpora dum viuere desinunt, talia rursum vitæ restituontur: nimirum perpetua quædam calamitas ab omnibus per resurrectionem speratur. Quod enim miserabile magis spectaculum fuerit, quàm cùm io extrema senectute, incuruata atque contracta corpora ad turpitudinẽ ac deformitatẽ redacta fuerint? carne quidẽ eorũ tẽpore cõsũmata, rugosa aũtẽ & arida cute ossibus adhætẽte. Etenim neruis, quod naturali nimirum non amplius humore imbuantur ac pingoescant, cõuulsis, & idcirco toto corpore cõtracto, res quædam infirma ac spectatu miserabilis existit, cùm caput quidem in genua inclinatũ sit: manus autem vtrinque ad naturalem quidem vsum inualidæ sint, præ tremore verò semper inuitæ micent ac moueãtur. qualia verò rursos eorum corpora sunt, qui diuturnis ac longioqois morbis extaboerunt? quæ corpora hoc differuor à nudatis ossibus, quòd tenui ac iam coosumpta cute obtecta esse videtur. qualia item eorum, qui aqoæ intercutis morbo intumueront? Quæ verò oratio indecoram eorum iacturam ac detrimentum, qui sacro morbo correpti sunt, ante oculos ponere possit? vt eis omnia membra, tam instrumentaria quàm sensoria paulatim putredo progrediens depascatur? qualia item eorum corpora sint, qui in terræ motib', vel bellis, vel ex alia caussa quapiam mutilati sunt. & ante mortem aliquo tempore post eam calamitatem acceptam adhuc viuũt, aot eorum, qoi à natiuitate aduerso aliquo casu læsi ac vitiati cum distortis membris adoleuerunt, & ad ætatem perfectam euaserunt, quid opus est dicere? De modò genitis autem infantibus, qui vel expononeur, vel suffocantur, vel fortuito casu pereunt, qnid existimandom est, si rursus tales ad vitam reducantur, vtrùm in infantia remanebunt? & quid miserius, an ad ætatis modũ perfectum euadent? & quali lacte natura rursus eos enutriet? Itaque si qnidem per omnia idem nobis corpus rursũ reuiuiscet, calamitas & incõmodum est id quod expectatur. sin autem nõ idẽ, alius atque is, qui iacet mortuus, erit ille qui resuscitetur

scitetur atque resurgit. Nã si iacuit quidem puellus, resurgit autem homo perfectæ ætatis: aut cõtra, quo pacto dicere possumus, ipsũ qui iaceret, excitatum esse atque exurrexisse? cùm quod attinet ad differentiã ætatis, is qui occidisset, immutatus sit? Si quis enim pro puello, adultum, & pro sene in vigore ætatis ac flore constitutum videt, alterum pro altero cõspicatur: pro mutilato quoque & aliquo vitio laborãte, integrum ac sanum: pro macie confecto, corpulentum: & in cæteris omnibus eodem modo. ne si quis omnia singulatim cõmemorare velit, molestiã ac tædiũ oratio ni inducat. nisi igitur rursus tale corpus reuixerit, quale erat, cùm terræ mandaretur: non id, quod mortuum fuisset, resurget, sed in alium hominem terra rursus formabitur. Quid igitur ad me resurrectio pertinet? si pro me alius reuiuiscet? Nam qua ratione ipse me agnouero, si non cernam in meipso meipsum? non enim ego reuera fuero: nisi per omnia idem mecum sim? Quemadmodum enim in præsenti vita si cuius memoria teneam figuram: ponatur verbi gratia is esse raro capillo, labiis prominentibus atque demissis, labeo, naribus nonnihil pressis, albus, cæsiis oculis, cano capillo, corpore rugoso: deinde si quærens eum incidam in iuuenem, capillatum, adunco naso, nigrum, & in cæteris omnibus, quod attinet ad formæ figuram ac lineamenta, diuersum: nunquid hunc conspicatus, illum esse putabo? Enimuerò quid opus est validioribus omissis, minoribus ac leuioribus vrgentium & instantium oppositionibus immorari? Quisnam enim ignorat, quod flumini cuipiam humana natura adsimiletur, ab natiuitate ad mortem per motum quendam semper progrediens, tunc moueri desinẽs, cùm etiam esse desierit? Porrò motus hic nõ est de loco ad locum transitus atque translatio (non enim natura seipsam excedit:) sed per alterationem ac mutationem progressum habet: at mutatio quandiu id fuerit, quod dicitur, nunquam in eodem manet (nam quo pacto in eodem statu conseruari poterit id, quod alteratur & immutatur?) sed quemadmodum ignis, qui est in ellychnio, prout videtur quidẽ, semper idem apparet (cõtinuus enim semper motus, nullo interuallo diductum atque diremptum, sed eum secum vnitum reddit:) reuera autem ipse sese semper excipiens, nunquam idem manet (humor enim, qui per calorem extractus fuerit, simul & in flammã cõuertitur, & exustus, in fumum ac fuliginem redigitur: ac semper alteratiua ui motus flammæ peragitur in fumum ac fuliginem per sese subiectum immutãs:) quemadmodum igitur si quis bis simul flammam contingat non possit eandem tangere bis (celeritas enim alterationis atq; mutationis non expectat eũ, qui flammam iterũ rursus attingat, etiamsi quàmcelerrimè id faciat:) sed flamma sẽper noua ac recens est, omni tempore nascẽs, ac semper seipsam excipiens, & nunquam in eodem manens: huiusmodi quiddam circa naturã nostri quoque corporis est. Nam cùm tum influens tum effluens natura nostra per alterandi motum sẽper & ambulet & moueatur, tunc consistet, cum etiã viuere desierit: quandiu verò in vita fuerit, statum & locum consistendi non habet. Aut enim impletur aut difflatur atque euanescit & exinanitur: aut per vtrumque in perpetuum prorsus transigitur. Si igitur nec qui natus quidem est, interim dũ viuit, idem est, nec is manet, qui heri fuisset, sed per immutationem alius euadit: cùm resurrectio corpus nostrum rursus ad vitam reduxerit, populus quidam hominum prorsus vnus euadet, vt nihil absit ab eo, qui resurgit, infans videlicet, pusio, puer, adolescẽtulus, vir, pater, senex, & omnia quæ inter hæc intercedunt. Porrò cùm continentia atque incontinentia per carnem exerceatur, tum propter pietatem grauia atque acerba supplicia sustinentium, tum animi mollitia refugientium hæc atque vitantium, & per sensum corporeum horũ vtrumque designantium: quî fieri potest, vt id, quod iustũ est, in iudicio seruetur? aut cũ idẽ nũc quidem peccauerit, postea verò per pœnitentiam sese expiauerit, ac fortasse rursus in peccatum, ac delictum lapsus sit, cum item per naturæ vicissitudinem, tum inquinatum, tum ab inquinatione vacuum corpus immutatum fuerit: & neutrum horum in perpetuum suffecerit atque durauerit, qualenam corpus vnà cum intemperante atque incõtinẽte punietur? vtrùm id, quod in senectute morti vicinum cõtractum & incuruatum fuerit? At hoc aliud esset, atque id, quod peccatum perpetrauerit, an id, quod vitio coinquinatũ fuerit? Et vbi senex? Nam aut hic non resurget, & resurrectio non repræsentabitur, nec ad effectum deducetur, sed inefficax erit: aut hic resurget, & iudicium ac pœnam effugiet obnoxius atque subiectus. Dicam etiam aliquid ex iis, quæ obiiciuntur nobis ab illis, qui hanc doctrinam non approbant. Nihil, inquiunt, ex partib' & membris corporis otiosum & sine aliquo officio atque vsu natura fecit. Nam alia quidem viuendi caussàm in nobis ac vim continent, sine quibus fieri non potest, vt vita, quam in carne transigimus, consistat: vt cor, iecur, cerebrum, pulmo, venter, & reliqua viscera: alià verò sentiendi motui destinata atque attributa sunt: alia item agendi ac transeundi officio funguntur: alia item ad successionem posterorum idonea atque accommodata sunt. Si igitur per eadẽ quidem nobis vita, quæ post hac ẽrit, exercebitur atq; trãsigetur: ad nihil traductio atque immutatio fit: sin autẽ vera est oratio (vt nimirum vera est) quæ neque matrimonium in ea vita, quæ resurrectionem exceptura sit, ampli' locum habere affirmat, neque cibo ac potione eam vitam, quæ tunc futura sit, conseruari: quis erit vs' corporis partium, cùm non amplius ea, propter quæ nũc membra habemus, per illam vitam sperentur? Nã si nuptiarum causa sunt ea membra, quæ ad matrimonium pertinent, cùm nuptiæ nõ fuerint, nihil opus habem' iis, quæ ad illas parata sũt. Sic ad opus manus, ad cursum pedes, ad sumptionem ciborum os, dentes ad ministerium alimenti, ad concoctionem atque digestionẽ viscera & ad reiectionem & excretionem eorum, quæ corrupta atque inutilia facta sunt meatus illi, per quos transeunt & excernuntur. Cùm igitur illa non fuerint, ea, quæ propter illa facta sunt, quomodo, cuiús vel gratia erunt? vt necesse sit, si quidẽ circa corpus non fuerint ea, quæ nihil adiumenti iis, quæ ad illam vitam pertinẽt, allatura sint, nihil fore eorum, quæ corpus nostrum nunc constituunt & complent (in alia enim vita fuerit) idque non

Partes vitales an futuræ sint in corpore post resurrectionem.

nõ amplius aliquis resurrectionem nominauerit, cùm singularia quæque membra propter eorum in illa vita inutilitatem, non vnà cum corpore resurgant. Sin autem per hæc omnia resurrectio repræsentabitur, & exercebitur, vana nobis, & inutilia ad illam vitam procreabit is, qui resurrectionem exercet atque repræsentat. Atqui & esse resurrectionem, & non frustra eam esse credere oportet. Ergo orationi diligenter animus attendendus erit, quo per omnia nobis in hac sententia atque doctrina id, quod probabile & cõsentaneum est, conseruetur. His à me expositis: Egregiè satis atque præclarè, inquit magistra per eam artẽ, quæ oratoria dicitur, sententiam atque doctrinam resurrectionis aggressus atque adortus es, probabiliterque refutatoriis verbis & argumentis vndiq; veritatem circumeundo tentasti, vt non mirum fuerit, si ij, qui non admodum veritatis mysteriũ consideratum atque perspectum habuerint, aliquo modo per ista verba atque argumenta, pro eorum probabilitate atque verisimilitudine eom moueantur, ac putent non absurdè neque abs re ijs, quæ dicta sunt, inductam esse dubitationem. Veritas autem, inquit, non ita sese habet, etiamsi contrà non possimus à similibus argumentis officio oratoris in hac disceptatione fungi, sed vera quidem ratio harum rerum in abditis & occultis arcanisque sapientiæ thesauris recondita conseruatur, tunc in propatulum & apertum ventura, cũ reipsa didicerimus mysterium resurrectionis, cũ verbis nobis non amplius opus fuerit, ad earũ rerum, quæ sperantur, manifestationem. Sed quemadmodum multas quæstiones de splendore solis, qualis is sit, mouentibus ijs, qui noctem peruigilem traducant, radii decor procul duntaxat apparens frustratur, vanamque & otiosam atque inutilem efficit propositam disputationem: eodem modo omnis ratio per coniecturas futurum statum attingens pro nihilo esse ostendetur, cùm reipsa experti fuerimus id, quod expectatur. Quoniam autem ex aduerso obiecta nobis argumenta non penitus inexcussa atque inexaminata prætermittere oportet, ita disceptationem de his rebus disponamus. Considerare atque intelligere primùm oportet, quò pertineat ac spectet resurrectionis doctrina, cuiusúe rei gratia à sancta scriptura prodita, introducta, & credita sit. Quocirca, prout aliquis definitione quadam talem quæstionem complexus designauerit, ita dicemus: Resurrectio est naturæ nostræ in antiquum statum restitutio. At in prima vita cuius Deus ipse creator fuit, neque senectus, vt probabile ac verisimile est, neque infantia erat, neque ea, quæ per varias infirmitates ac morbos accidunt incommoda, neque vlla alia molestia atque erumna corporea (neque enim decebat ac par erat, Deum eiusmodi res creare:) sed diuina quædam res erat humana natura, priusquam genus humanum vitium appetere cœpisset. Hæc autem omnia vnà cum ingressu vitiositatis in nos ionasetunt & irruperunt. Ergo vita vitiositatis expers in iis, quæ propter hanc acciderunt, versari nullo modo necesse habebit. Quemadmodum enim per gelu ac glaciem iter facienti accidit, vt corpus eius frigore laboret, aut per calidos radios inambulanti, vt facies ac

De resurrectione.

summa cutis aduratur atque nigrescat: sin autem extra horum vtrunque fuerit, protinus ab adustione atque refrigeratione prorsus liberatur, ac nulla probabili ratione quispiã requisiuerit id, quod ex aliqua caussa contingit, caussa non extante, eodem modo natura nostra passionibus, vitiis, perturbationibus atque affectibus obnoxia facta ijs, quæ patibilem vitam necessariò consequuntur, conflictata est, vbi autem ad eam, quæ à perturbationibus, vitiis, passionibusque vacua est, beatitudinem recurrerit, non amplius conflictabitur iis, quæ vitiositatem consequuntur. Quoniam igitur quæcunque ex ea, quæ rationis expers est vita humanæ naturæ commixta sunt, non prius in nobis erant quàm in affectiones ac perturbationes per vitiositatem delapsum esset humanum genus, necessariò relictis affectionibus ac perturbationibus etiam omnia quæcunque cum iis cernuntur, simul relinquemus. Itaque non rectè nullaque probabili ratione quis in illa vita quæsiuerit ea, quæ ex affectione ac vitio nobis posterius acciderunt. Quemadmodum enim si quis lacera tunica circundatus, eo amictu nudatus sit, non amplius in sese abiecti turpitudinem ac dedecus indumenti videt, eodem modo cùm nos quoque exuerimus mortuam ac turpem illam tunicam ex ratione carentibus pellibus nobis iniectam (Pelles autẽ audiens, figuram ac habitum ratione carentis naturæ, quo cum affectione ac vitio coniuncti atque consociati circundati fuimus, mihi videor intelligere:) etiam omnia, quæcunque de rationis experte pelle circa nos erant, vnà cum exutione tunicæ simul exuentur. Sunt autem hæc ea, quæ sumpsimus à pelle rationis experte: mixtio corporũ, conceptio, partus, sordes, mãma, cibus, egestio, quod paulatim fit, ad adultam atque perfectam ætatem incrementum, sũmus vigor ætatis, senectus, morbus, mors. Si igitur pellis illa circa nos non erit, quomodo in nobis ea, quæ ex illa extiterunt, relinquentur? Itaque, cùm alius quidem status in futura vita speretur, si quis per ea, quæ nihil cũ illa vita commune habẽt, contra doctrinam resurrectionis nitetur, frustra & in vanum laborabit. Quid enim incuruatio & corpulentia, macies & tabes, & abundantia humorum, ac siquid aliud fluxæ corporum accidit naturæ, commune habet cum illa vita, quæ à fluxæ pariter atque trãsitoriæ vitæ ratione aliena est? Vnum duntaxat ratio resurrectionis quærit, vt productus homo, videlicet, per natiuitatem sit: imò verò vt inquit Euangelium, vt homo natus sit in mundo, longinquitatem autem vitæ, aut mortis ac fati celeritatem, aut modũ mortis an taliter vel aliter contigerit, vnà cum ratione resurrectionis exquirere, vanum & ineptum est, ac nihil pertinet ad rem. Nam quomodocunque id sese exempli gratia dederimus habere, in idem omnino res redit, ac nihil refert, cùm neque difficultas & incommoditas, neque commoditas atque facilitas ex tali differẽtia circa resurrectionem fit. Nam eum qui viuere cœperit, viuere prorsus oportet, ea quæ medio tempore per mortem ei contigerit, dissolutione per resurrectionem correcta atque emendata. Cæterùm qua ratione aut quando dissolutio fiat, quid hoc ad resurrectionem? Ad aliud enim propositum spectat huius rei cõsideratio. Verbi gratia, in

tia, in voluptate, vel in tristitia atque dolore aliquis vixit, secundum virtutem vel vitiosè, cum laude, vel crimini obnoxius: miserabiliter, vel beatè tempus transegit. Hæc enim atque eiusmodi omnia ex mensura modoque atque ex genere vitæ deprehenduntur: & quantum attinet ad faciendum actæ vitæ iudicium, necessarium iudici fuerit, de vitio, de iactura ac detrimento, de morbo, de senectute, de ætatis vigore, de iuuentute, de diuitiis, de paupertate inquirere atque sciscitari: quo pacto quis per horum vnumquodque versatus bene an malè vitæ, quam sortitus sit, cursum confecerit, & an multorum capax bonorum, vel malorum fuerit? tempore longo, inquo, an nec ab initio quidē prorsus horum vtrunque attigerit, quippe nondum mente atque ingenio perfecto vita defunctus? Cùm autem ad primam fabricationem & constitutionem hominis per resurrectionem Deus naturam reduxerit, otiosum, vanum & inutile fuerit talia dicere, ac putare, quod per huiusmodi obiecta argumenta potentia Dei à suo proposito atque cōsilio prohibeatur atque impediatur. Porrò propositum atque consilium eius hoc vnum est, vt omni naturæ nostræ plenitudine singulatim per quosque homines iam perfecta atque absoluta, cùm alii quidem iam statim per hanc vitam à vitiositate expiati, alij verò posthac, alij item conuenientibus tēporibus per ignem curati fuerint, alij autem ex æquo boni simul ac mali scientiam atque experientiam per hanc vitam nō habuerint, omnibus proponat participationem & vsum bonorum, quæ in ipso sunt, quæ bona Scriptura neque oculum vidisse, neque aureis accepisse, neque cogitationibus & ratiocinationibus assequi atque comprehendi posse dicit. Id autem nihil est aliud, vt mea quidem opinio fert, quàm in ipso Deo esse: bonū enim quod superat auditum & oculum & cor, id fuerit, quod in superis naturæ rerum præsidet vniuersæ. Porrò differentia vitæ, quæ vel cum virtute, vel cum nequitia vtrioque transigitur, posthac maximè per hoc ostenditur, quòd citius aut tardius quis beatitudinis, quæ speratur, particeps fiet. Nam pro modo vnicuique insitæ vitiositatis proportione respondens accommodabitur prorsus etiam productio medicinæ. Medicina autem animæ fuerit vitiositatis expiatio: ea verò sine dolorifica affectione perfici non potest, quemadmodum in superioribus quæsitum atque ostensum est. Magis autem superfluitatem, ineptitudinem & inconuenientiam obiectorum argumentorum agnouerit, si quis profunditatem apostolicæ sapientiæ contemplatus fuerit. Nam Corinthijs mysterium huius rei declarans cùm & illi ipsi eadem forsitan obiicerent, quæ nūc ab illis, qui hanc doctrinam oppugnant, ad euersionem fidei eorum creduntur, proferuntur, sua authoritate illorum imperitiæ atque inscitiæ coercens audaciam, ita dicit: Dices igitur mihi, Quo modo mortui resurgunt? quasi item corpore venient? Stultè, inquit, Tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit, & id, quod seminas, non quod nascetur, corpus seminas, sed nudum granum, verbi gratia, tritici, aut alicuius ex cæteris seminibus. Deus autem dat ei corpus, vt vult. Hic enim mihi os obturare, atque silentium impone-

Summum bonum

1.Cor.15.

re iis videtur, qui proprias mēsuras naturæ ignorent, & cum suis viribus diuinam ex aduerso comparant patientiam, atque existimant tantum Deum posse, quantum humanum ingenium capere atque comprehendare possit: quod autem supra nos sit, etiam diuinam potentiam præcedere atque superare. Qui enim interrogauerat apostolum, qua ratione mortui resurgerent: quasi fieri non posse censent, vt corporis elementa dissipata rursum veniant ad concursum: & cùm hoc quasi fieri non posset, nec aliud præter id, quod ex cōcursu cōsletur elementorū, corpus relinqueretur: more eorum qui subtiliter & callidè disserunt ac disputant, per quandam consequentiam ea, quæ proposuerat, oratione concludens, hoc dicit: Si corpus est concursus elementorum, ac fieri non potest, vt iterum ea coeant & conueniant: quo corpore vtentur ij, qui resurgunt? Hoc igitur, quod per artificiosam quandam calliditatem ab iis connexum & concinnatum videbatur, stultitiam nominauit, qui non animaduertissent in reliqua creatura præstantiam & excellentiam potentiæ diuinæ. Omissis enim sublimioribus miraculis Dei, per quæ ad dubitationem ac perplexitatem adduci poterat auditor, veluti, quidnā sit corpus cœleste? aut vnde sit? quidnā item corpus solis aut lunæ? aut id, quod in sideribus apparet? quid æther? quid aër? quid aqua? terra? per ea, quæ frequenti cōsuetudine nobis nata magisque communia sunt, arguit inconsiderantiam aduersariorum. An nec agricultura quidem te docet, inquit, quòd stultus & ineptus sit is, qui ex modo ac mensura suarum virium diuinæ potentiæ æstimat excellentiam? vnde seminibus, ea quæ nascuntur, corpora? quid item præcedit eorum germinationem? an non mors? Si quidem mors est, compacti atque coagmentati dissolutio. Nam semen non perueniret ad germinationē, nisi in gleba dissolutum, mollitum & rarum effectum, atque in plures meatus diffusum fuerit, vt sua propria qualitate permisceatur cum adiacente humore, atque ita in radicem & germen transmutetur: ac ne in his quidem maneat: sed in medio enatis geniculis, veluti quibusdā nodis & vinculis succinctum in culmum mutetur, vt in figura ardua atque erecta spicā fruge grauatam ferre possit: vbi igitur hæc, quæ circa frumentum conspiciuntur, erant, antequā id in gleba dissolutum ac diffusum esset? Atqui illinc hoc ortum est. Nā nisi illud præiens fuisset, ne spina quidem, nata esset. Quemadmodum igitur corpus spicæ ex semine prouenit, diuina potentia ex illo ipso hoc efficiente, ac neque penitus idem cum semine, neque omnino ab eo diuersum est: eodem modo, inquit, mysterium quoque resurrectionis iā tibi per ea, quæ mirabiliter fiunt in seminibus, præsignificatur, quòd diuina nimirum potentia per suæ potestatis excellentiam non solùm illud dissolutum tibi denuo reddat, verumetiā alia tibi magna atque præclara adiiciat, per quæ tibi natura ad augustiorem & ampliorem decorē instruitur & exornatur. Seminatur, enī, inquit, in corruptione, resurgit in incorruptibilitate. seminatur in infirmitate: resurgit in potentia: seminatur in ignominia: resurgit in gloria: seminatur corpus animale: resurgit corpus spirituale. Vt enim posteaquam in gleba dissolutum ac

Simile ab agricultura.

1.Cor.15.

tum ac diffusum triticum fuerit, relicta ea, quæ in quantitate consideratur exiguitate, & ea, quæ in qualitate spectatur, figuræ suæ proprietate, seipsum non dimittit, sed in seipso manens spica euadit, longè plurimum ipsum sese & magnitudine, & pulchritudine, & varietate, & figura superans atque præcedens, ita natura quoque humana omnibus suis in morte relictis proprietatibus, quas per affectionem ac dispositionem passionibus, motibusque & animi perturbationibus obnoxiam acquisiuerat, dedecore, inquam, & ignominia, corruptione, infirmitate, ætatum differentia, seipsam non dimittit: sed tanquam in spicam quandam, in incorruptibilitatem immutatur, in gloriam, in honorem, in potentiam, & in omni re perfectionem, & in eam conditionem, vt vita eius non amplius naturalibus proprietatibus administretur, sed in spiritualem quendam, & à passionibus & animi motibus perturbationibusque immunem statum transeat. Hæc est enim animalis corporis proprietas, vt semper per fluxum quendam & motum ab eo, in quo versatur, diuersum fiat, & in aliud immutetur. Nam quæ nunc non solùm in hominibus, sed etiam in plantis & stirpibus atque pecoribus bona videmus, horum nihil in illa, quæ tunc erit, vita relinquetur. Videtur autem mihi per omnia sermo quoque apostolicus cum nostra de resurrectione opinione concordare, atque id ostendere, quod etiam nostra continet definitio, quæ dicit, nihil aliud esse resurrectionem, quàm in antiquum statum & conditionem naturæ nostræ restitutioné. Quoniam enim in prima origine mundi, hoc à scriptura didicimus, quòd primùm graminis herbam terra produxit, vt in narratione continetur, deinde ex germine semen prouenit: quod postquam in terram defluxisset, eadem rursus species eius, quod ab initio prouenerat, enata est: id nimirũ diuinus apostolus in resurrectione quoque fieri dicit. Non solùm autem hoc ab eo docemur, videlicet, quòd humanum genus ad magnificentiorem & augustiorem statum & conditionem immutetur: verumetiam quòd nihil aliud sit id, quod speratur, nisi id, quod erat in principio. Quoniam enim ab initio non spica ex semine, sed ex illa semen prouenit: postea verò deinceps semini spica accrescit, consequentia similitudinis apertè ostendit: quòd vbi omnis per resurrectionem nobis beatitudo repullulauerit, in antiquam gratiam atque decorem restituetur. Cùm enim spica quodammodo nos quoque ab initio essemus, postea quam æstu vitiositatis exaruimus, exceptos nos terra per mortem dissolutos rursus in vere resurrectionis, hoc nudum corporis granum spicam efficiet proceram, ingentem & copiosam, arduam & erectam, & ad altitudinem vsque cœli pertinentem, pro culmo vel aristis, incorruptibilitate reliquisque diuinis & augustis insignibus conspicuam & ornatam. Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Constat autem quod incorruptibilitas, & honor, & gloria, & potentia, propria diuinæ naturæ sint. quæ cùm prius aberrant ei, qui ad imaginem factus est, tum in posterum redditura sperantur. Nam prima spica, primus homo Adam erat: sed posteaquam per introitum vitiositatis in multitudinem natura diuisa est, sicut in spica fructus existit, ita singulatim vnusquisque homo illius spicæ forma nudati & cum terra commixti, rursus in resurrectione in antiquam pulchritudinem renascimur, pro vna illa prima spica, infinita millia segetum effecti. Porrò vita, quæ per virtutem trãsigitur, in hoc differt à vitiosa vita, quòd illi, qui in hac vita per virtutem sese excoluerint, statim in perfecta spica apparent, quibus autem propter vitiositatem exilis, euanida, adulterina, ignaua, ventorumque iniuriæ obnoxia vis per hanc vitam in animali semine fuit, quemadmodum ea, quæ *κεραsβόλα* id est, dura atque immitia dicuntur. talium rerum periti nasci dicunt: hi etiamsi per resurrectionem nati fuerint, magnam duritiam & seueritatem iudicis experiẽtur, vt qui nimirum non valeant excrescere & surgere ad formam spicæ, & euadere illud, quod eramus antequam in terram delapsi essemus. Porrò curatura atque remedium, quod adhibetur is qui germinib[us] præest, hoc est, vt nimirum zizania simul ac spinas colligat, quæ vnà cum semine enatæ fuerint, omni vi radicem subtus alente in adulterinam naturam transfusa: quibus rebus accidit, vt & genuinũ ac germanum semen non nutriretur, & idcirco, quod ab eo gẽrmine, quod præter naturam iuxtà enatum esset, suffocaretur, nihil vnquam perfecti producere posset. Posteaquam igitur quicquid non syncerum ac germanum, sed adulterinum & alienum est, ex eo, quod syncerum est, ac vim nutriendi habet, euulsum & ad interitum redactum fuerit: atque ignis id, quod naturale non est, absũpserit: tunc etiam horum natura copioso nutrimento accepto grandescet, ac fructum producere maturabit per eiusmodi curam longo tandem circuitu temporum communi speciei, quæ ab initio nobis à Deo impressa atque attributa est, recuperata. Beati autem, quibus per resurrectioné nascentibus protinus simul perfecta atque absoluta spicarũ pulchritudo exorietur. Hæc autẽ dicimus non quòd vlla corporalis in resurrectione differẽtia appatitura sit in ijs, qui cum virtute, vel vitio nequitiaque vitam transegerunt: vt alium quidé, quod ad corpus attinet, imperfectum putemus: alium autẽ perfectionem habere existimem[*]. sed quemadmodum per hanc vitam & vinctus & solutus simili quidem ambo corporis habitu sunt, multum autẽ inter vtrunque quantũ ad voluptatem & doloré attinet, interest: eodem modo puto in futuro posthac tempore differentiam bonorũ pariter ac malorum æstimari oportere. Nam perfectio corporum ex semẽte renascẽtium cum incorruptibilitate pariter ac gloria, cum honore ac potentia futura dicitur ab apostolo. harum verò rerum diminutio, non corporalem quandam renati mutilatioñẽ significat, sed vniuscuiusque eorum, quæ per bonum intelliguntur, priuationem simul & alienationem. Quoniam igitur alterũ circa nos prorsus esse oportet eorum, quæ per oppositionem intelliguntur, vel bonum, vel malũ, perspicuum est, quòd cùm aliquis non in bono versari dicitur, prorsus eum in malo versari demonstratur. Atqui circa vitiositatem non honos, non gloria, non incorruptibilitas, nõ potẽtia est. Prorsus igitur necesse est, vt circa quem hæc nõ sint, huic ea, quæ ex opposito intelliguntur, adesse non

non dubitetur, infirmitatem scilicet, ignominiam corruptionem, & quæcunque eius generis sunt, cuius in superioribus scriptis mentionem fecimus cùm diceremus quòd ij, qui ex vitiositate contracti sunt animæ morbi atque affectus, cùm per eã totam diffusi coaluerint, & cum ea vniti fuerint eiusmodi euadunt, vt difficulter tolli atque aboleri possint. Talibus igitur cura conuenienti expurgatis & expiatis, quicquid in meliorem partẽ intelligitur, inuicem & in locum eorum succedet incorruptibilitas, vita, honor, gratia, gloria, potentia: & si quid aliud eiusdẽmodi vel in ipso deo, vel in imagine eius (quæ est humana natura) cerni cõsticimus & existimamus. Ei gloria in secula Amen.

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS IN DIEM ASCENSIONIS D. N. IESV CHRISTI. ORATIO.

Petro Francisco Zino interprete.



QVAM dulcis hominum comes Propheta Dauid in omnibus vitæ itineribus, quã aptus spiritualibus cunctis ætatibus, quàm omni proficientiũ ordini cõditionique commodus inuenitur. Cum illis, qui apud Deum pueri infantesque sunt, colludit. Viris in certamine & pugna se socium præbet. Iuuẽtutem erudit, senectutem confirmat, omnium omnia fit. Militum arma, Magister pugilum, Palestra certãtium, Corona victorum, In conuiuiis hilaritas, In molestiis consolatio. Nulla denique pars humanæ vitæ illius munere & gratia vacat. Quænam est precationis facultas quam Dauid non suministret? Quæ celebritatis lætitia, quam non exornet propheta? id, quod in præsentia quoque licet intueri. Hodiernam enim celebritatem, satis per se magnam, ipse maiorem efficit, dum illi gaudium è psalmis appositè adiungit. In vno enim illorum ouem te iubet esse, quæ à Deo pascaris, & omnibus bonorũ copiis affluas, vt cui & herba, & pabulum, & aqua refrigerii suppetat. Tibi & cibum, & tabernaculũ & viam & ducẽ, & omnia se præbet pastor egregius, gratiamque suam ad omnem vsum aptè distribuit. Ex quibus omnibus iudicat primũ oportere, vt bene initiatus euadas ouis boni pastoris, & ad diuinæ doctrinæ pascua & fontes deducaris sepeliarisque simul cũ illo per baptismũ in mortẽ, quæ tamen non est mors, sed mortis vmbra & similitudo. Nã si ambulauero, inquit, in medio vmbræ mortis, non timebo, vt malũ, id quod acciderit, quoniã tu mecum es. Deinde spiritus virga cõsolatur Spiritus enĩ consolator est. Tum mensam mysticam proponit ex aduerso mensæ Dæmonũ instructã. per idololatriã enim hominũ vitã afflixerunt Dæmones, quibus cõtraria est spiritus mẽsa. Ad hæc oleo spiritus caput vngit, & vinum, quod lætitia cor afficit, addens, sobriã illã animo ebrietatem inicit, & è caducis fluxisque rebus mentem trahit ad sempiternas. Etenim qui tali est affectus ebrietate, breuẽ vitã cũ immortalitate cõmutat, & in longitudine dierũ habitat in domo Dñi. Hæc nobis in vno psalmorũ elargitus, ad maiorẽ, & perfectiorẽ in altero, qui proximè sequitur, voluptatem animũ excitat. cuius sẽtentiam vobis, si videtur, paucis explicabo. Domini est terra & plenitudo eius. Quid igitur noui contingit, homo, si deus noster in terra visus est, si cũ hominib[9] vixit? Ipse terrã creauit, & cõdidit. Quare nec insolitũ nec absurdũ est, vt ad propria Dñs veniat. Neque enim in orbe versatur alieno, sed in eo, quem ipse cõstituit, & fabricatus est. super maria terrã fundauit, & super flumina præparauit eam, vt habeter aditum opportunum. Quam aũt ob causã aduenit nisi vt te ex peccati voragine liberatum: & regni curriũ, id est, virtutis institutum in ipso ascensu adhibentem, in mõtem adduceret? Neque enim licet in montem illum ascendere, nisi virtutes tibi comites adiunxeris, & innocens manibus fueris, & nullo scelere coinquinatus, sed mundo corde ad nullã vanitatem animũ suum applicueris, nec dolo proximum tuum deceperis. Istius ascensus præmium est ipsa fœlicitas, huic recõdita, & cœlestia illa munera Dominus elargitur. Hæc est generatio quærentium eum, per virtutem in sublime conscendentium, & quærentium faciem Dei Iacob. Huiusce Psalmi pars reliqua forsitan euãgelica etiam voce doctrinaque sublimior est. Nã Euangelium Domini consuetudinem & vitam, quam egit in terra, & eius reditum in cœlum narrat. Hic autem excelsus Propheta supra se ipsum egrediens, tanquam corporis onere nihil prematur, infert se cœlestibus potestatibus, & voces earum nobis exponit, cũ in cœlum redeuntem Dominum ipsæ comitantes, Angelis, qui versantur in terris, quibusque in humanã vitam ingressus cõmissus est, imperant ad hunc modum: Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit R ex gloriæ. Et quoniam, vbicunque fuerit ille, qui in se ipso omnia continet, pro suscipientium captu se ipsum dinscitur, neque enim solum inter homines homo fit, verum etiam, dum inter angelos versatur, ad illorum vocem se se demittit: iccirco narrantis Ianitores interrogãt: Quis est iste Rex gloriæ? respondent ipsis demõstrantque fortem & potentem in prælio, qui pugnaturus erat contra illum, qui naturam humanã in seruitute captiuam detinebat, & euersurus eum qui mortis habebat imperiũ, vt grauissimo hoste superato, genus hominum in libertatem & pacẽ vindicaret. Rursum repetit easdem voces. Completum enim iam est mortis mysterium, & victoria de hostibus reportata, & contra ipsos excitarũ crucis trophæum. Ascẽdit in altum captiuam ducens captiuitatem, qui vitam, & regnũ, & præclara hæc documẽta hominibus tribuit. Impositæ illi patefaciendæ sunt portæ. Occurrũt ei custodes, & portas iubent recludi, vt in ipsis rursum gloriam

Marginalia: Psal. 22. — Ibidem. — Psal. 23. — Ibidem. — Christus non solùm inter homines homo, sed inter angelos. — Heb. 2. — Psal. 67.

Esa.63. riam assequatur. Verùm non agnoscunt eum, qui sordidam vitæ nostræ stolam indutus est, cuius rubra sunt vestimenta ex humanorum malorum torculari. Itaque rursus comites eius, vocibus illis interrogantur. Quis est iste Rex gloriæ? Respondetur autem non amplius: Fortis, & potens in prælio, sed Dominus virtutum, qui mūdi principatum obtinuit, qui summatim omnia in se collegit, qui pristinum in statum cuncta restituit, ipse est Rex gloriæ. Cernitis, quo modo dulciorem nobis celebritatem Dauid effecerit, dum Ecclesiæ hilaritati gratiam immiscet suam. Proinde nos A item, quantum possumus, imitemur Prophetam in charitate erga Deum, in mansuetudine vitæ, in tolerantia erga illos, qui nos odio prosequuntur, vt prophetæ doctrina nobis ad bene beatéque viuendum dux magistrque sit in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI PONTIFICIS IN PENTECOSTEN.

ORATIO.

Petro Francisco Zino interprete.



NVLLVM est tam clarum celebritatis argumentum, quod non clarius efficiat Dauid, dum aptè suauissimam illam citharam ad vsū eius semper accommodat. Quamobrem spiritus plectro pulsans fides sapiētiæ, canat idem propheta nobisque magnam etiam Pentecostes celebritatem illustret. Dicat igitur cœlestem illum cantū hodiernæ gratiæ congruentem: *Venite exultemus Domino.* Primo considerandum est, quænam sit hæc gratia, deinde argumento accommudanda sunt verba prophetiæ. Liceat mihi per vos, quæ ad hæc pertinēt, ordine quodam pro viribus explicare. Initio aberrauerāt homines à cognitione Dei, relictoque rerum omnium Domino, vel mundi colebant elementa, vel Dæmonum naturam venerabantur, vel manufactas etiam simulachrorum imagines loco numinis adorabant. His & aras, & templa, & sacra, & victimas, & lucos, & delubra, & quæ sunt eiusdem generis, omnia ad falsorum Deorum cultum, dedicauerunt. Benignis igitur oculis naturæ Dominus corruptam ac deprauatam hominum naturam aspexit, & humanam vitam ab errore ad veritatis cognitionem ratione atque ordine reuocauit. Quemadmodum enim qui diuturna fame confectos medica facultate curandos suscipiunt, imbecillitatis ipsorum habita ratione, non statim concedunt, vt sese expleant, sed, posteaquam victu moderato vires recuperarunt, permittunt eis, vt, quantum volunt, cibi percipiant, eodem pacto, cum horrenda fame esset hominum natura consumpta, mysteriorum escam diuina prouidentia sic illis impertiuit, vt ordine quodam in dies proficerent, atque ita ad perfectionis terminum peruenirent. Vitalis enim vis, qua seruamur, est illa, quam in nomine patris, & filij, & spiritus sancti credimus. Qui autem propter contractam ex fame imbecillitatem animarum ad cibum hunc totum perspiciendum non erant idonei, prius per prophetas & legem à numero plurium Deorum sic abducti sunt, vt diuinitatem vnam aspicere consuescerent, atque in vna diuinitate solam Dei patris potentiam agnoscere, quippe qui perfectionis cibum, vt dixi, capere non valebant. Deinde per legem initiatis patefactus est ab euangelio Deus vnigenitus. Postremò datus est nobis perfectus naturæ nostræ cibus spiritus sanctus, in quo est vita. Quod hodiernæ celebritatis est argumentum. Quamobrem æquum est, vt, cùm ad spiritum celebrandum adhibiti simus, chori principi Dauidi pareamus, ita dicenti: Venite, exultemus Domino. Dominus autem (vt ait Apostolus) spiritus est. Hodie enim, vt anni ratio indicat, expleta die quinquagesima, hac eadem hora (si quidem horam diei tertiam agimus) datum est munus illud, quod omnem dicendi vim superat. Rursum enim homini admixtus est ille spiritus, qui, quòd homo esset caro, à natura nostra recesserat, & spiritualibus nequitiæ Potestatibus per vehementem illum flatum disiectis, cunctisque dæmonibus ab aëre depulsis adueniente spiritu, diuina virtute speciem ignis præferente repleti sunt, qui in cœnaculo, id est, in superiore domus parte commorabantur. Nemo enim sancti spiritus particeps fieri potest, qui non in excelsa huius vitæ parte versetur. Nam qui ea, quæ sursum sunt, sapiunt, quique consuetudine sua à terra in cœlum translata sublimem illam Rempublicam colunt, spiritum sanctum assequuntur. Etenim, vt tradit historia, quæ res ab Apostolis gestæ continentur, ignis ille diuinus, omnisque materiæ expers pro numero discipulorum qui in cœnaculo, hoc est, in superiore ædium loco erant congregati, ad linguarum similitudinem diuisus est. Atque illi quidem Parthis, & Medis, & Elamitis, ac reliquis gentibus loquebantur, voces suas singulorum linguis sic accommodantes, vt ab omnibus intelligerētur. Ego autem malo, vt inquit apostolus, sensu meo quinque verba in Ecclesia loqui, vt alios etiam profim, quàm decem millia verborum in lingua. Vox alienis rum tunc vtile fuit, vt vox alienis linguis accommodaretur, ne inanis esset apud eos, qui non intelligerent, Euangelii promulgatio, si varia præconibus vox defuisset. Nunc autem, quoniam eadem lingua, eisdemque vocibus vtimur, ignem debemus spiritus linguam exquirere, qua animos eorum, qui in erroris tenebris degunt, illustremus. Ad hoc etiam nobis idem Dauid dux sit, socinmque sibi adiungat Apostolum. In hoc enim psalmo non ob id solum, quòd initium eius nobis lætitiam & exultationem indicit, venite, inquiens, exultemus Domino,

Margin notes: Psal.94. — Simile à fameliciis. — Act.2. — Gen.6. — Act.2. — 1.Cor.14. — Vox alienis linguis accōmodata. — Psal.49.


mino,

mino, ad sanctum spiritum laudandum & celebrandum adducimur, sed multo magis ex ijs quæ sequuntur, ea, quæ ad diuinitatem illius pertinent, edocemur. Dicam vobis ipsius prophetæ verba, quibus Magnus item Apostolus suffragatur. Sunt autem hæc: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri.* De his mentionem faciens Diuus Apostolus, sic ait: Heb.3. Quapropter, sicut dicit spiritus sanctus. Atque ita locutus, ipsa prophetæ verba subiunxit, tribuens ea personæ spiritus. Quis igitur est, quem tentauerunt patres ipsorum in deserto? Quem irritauerunt? Disce ab eodem Psal.77. Psal.105. propheta dicente: tentauerunt Deum excelsum. Atqui Apostolus sancti spiritus personam adhibens, has illi voces assignat: Heb.3. Quapropter, inquiens, sicut dicit spiritus sanctus, in die tentationis in deserto tentauerunt me patres vestri. Quocirca quem Deum excelsum nominauit propheta, hunc diuus Apostolus spiritum sanctum dicit esse. Quod si non credis, rursum considera, quæ dicta sunt: Quapropter, sicut dicit spiritus sanctus, nolite obdurare corda vestra, vt in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri. Propheta verò testatur, eum, qui tentatus est in deserto, esse deum excelsum. Psal.77. Quamobrem eorum, qui spiritum oppugnant, quique contra Deum iniustè obloquuntur, obstructa sunt ora, tum ab Apostolo, tum à propheta, qui per ea, quæ commemorauimus, spiritus diuinitatem perspicuè prædicant. propheta quidem, dum ait: Leum excelsum tentauerunt. Ipso Deo verbis illis Israëlitas alloquente: In deserto tentauerunt me patres vestri. Psal.94. Magnus autem Paulus, dum eadem ipsa verba spiritui sancto attribuit, vt manifestò constet, Deum excelsum esse spiritum sanctum. Conspiciuntne ergo aduersarii gloriæ, igneam diuinorum sermonum linguam, abscondita atque obscura aperientem, & illustrantem? an vt plenos musto nos irridebunt? Ego verò, licet id nobis obijciant, vobis consulam, fratres, ne conuitiũ eorum formidetis, ne ve derisioni succumbatis. Atque vtinam ipsi quoque degustent hoc mustum, & vinum hoc recens expressum, ac fluens ex torculari, quod per Euangelium Dominus Esa.63. calcauit, vt nobis tanquam racemi, proprii corporis sanguinem propinaret. Vtinam & ipsi repleantur hoc nouo vino, quod mustum appellauerunt, quod aquæ commixtione à cauponibus non fuit deprauatum. Impleuerunt enim spiritu, quo quidem feruentes crassam limosamque perfidiæ spumam ex animis suis effunderẽt, & abijcerent. Sed mustum suscipere nequeunt isti, qui veterem adhuc vtrem circunferunt: qui cùm huiusmodi vinum cõtinere non possit, hæretica opinione disrumpitur. Vos autem fratres, vt ait Propheta, venite, exultemus domino. Bibamus pietatis dulcedinem, vt Esdras præcipit. Gaudeamus in Apostolorum & prophetarum choris. Munere sancti spiritus exultemus, & lætemur in hac die, quam fecit Dominus, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in æternum.

Amen.

D. GREGORII ARCHIEPISCOPI NYSSENI EX VETERE TESTAMENTO DELECTA TESTIMONIA CVM ADIECTA QVADAM EXPLICATIONE ADVERSVS IVDÆOS DE SANCTA TRINITATE:

quibus probat, quòd Verbum & Spiritum habeat Deus, secundum scripturas, Verbum enipostaton id est, quod hypostasi, siue persona præditum & reuera sit ac viuat, & Spiritum similiter. Laurentio Sifano interprete.



Psal.32. DICIT Dauid in psalmo trigesimo secundo: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis potentia eorum. Non igitur verbũ siue sermo est aëris impressio (rei cuiuslibet) significatiua, quæ per instrumenta vocis edatur: neque spiritus est oris anima, quæ ex partibus respirandi excitetur: sed Verbum, siue sermo quidem est is, qui in principio erat apud Deum, & Deus est: Spiritus verò oris Dei spirit⁹ veritatis, qui à patre procedit. Tria igitur intellige. Iubentem & imperantem Dominum: creãtem Sermonem, siue Verbũ:
Explendæ sententiæ gratia adiecit has duas dictiões. firmantem & solidantem, hoc est, Spiritum. Firmationem enim & solidationem, sanctificationẽ dixit & completionem. Vt autem scias, quòd non hoc Verbo siue sermone, qui profertur (cœlos firmatos esse) dicebat, sed eo, qui reipsa personaliter
Ioan.15.16. subsistit: idem alibi dicit: Emittet Verbum suum, & liquefaciet ea: spirabit spiritus eius, & fluent aquæ. Verbum autem quod substantia atque essentia caret, non emittitur. Et rursus: Emisit Verbũ suum, & sanauit eos, & liberauit eos ex discriminibus & periculis ipsorum. Et rursus: Emittes
Psal.77. Psal.106. spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terræ. Quis stetit in firmamento Domini: & vidit verbum eius? At sermo & verbum hominis non videtur. Vides, quòd non sermonem dicat, qui auditu, sed qui visu percipiatur & comprehendatur, nimirum eum, qui reipsa est, & in persona cõsistit. quandoquidem iuxta probabilem rationem ne locum quidem hoc habet in sermone, qui substantia caret. Nos enim sermone creator instruxit & ornauit propter mutuam aliorum cum aliis consuetudinem & societatem, & vt per sermonẽ alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis etiam spiritus ad conseruationem corporis, per hoc, quod admittitur & haurítur, ac rursus repellitur idem & respiratur: de Deo verò, qui etiam solus incorporeus est, non potest eiusmodi quippiã existimari. ANNOS PER-
1.Cor.1. 2 Cor.2. Prou.8. FICIS, DEVS POTENTIA TVA. Christus autem Dei potentia, Deique sapientia est. EX PERSONA SAPIENTIÆ, ID EST FILII. Cùm pararet cœlum, aderam vnà cum eo: atque ego eram, qua delectabatur, quotidie oblectabar facie eius. Quem igitur locũ hæc habent, si nõ in substãtia atq; reuera facies erat? non enim est alius, cum quo colloqueretur. Quis enim nouit mentem Domini, aut quis illi à consiliis fuit? Sed satis fuit ei sola voluntas ad omnium rerum creationem. Scriptum est enim,
Gen.1. Et spiritus Dei ferebatur super aquas: significante scriptura, quòd Spiritus sanctus qui reuera atque in substantia personaque est, foueret & viuificaret omnia ad futuram generationem. Quæ cũ ita sint perspicuè & clarè sancta Trinitas, Patris inquam, & Filii & sancti Spiritus demonstrari atque probari potest, quippe huius ad seipsam sanctæ atque coëssentialis Trinitatis est illud: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Et: Fecit Deus hominem: secundum imaginem Dei fecit eum. Formati enim sumus, prout intelligentia percipi potest, ad imaginem vnigeniti. Et rursus: Ecce Adam factus est, sicut vnus ex nobis. Quòd autem per sermonem omnia creauerit Deus, perspicuũ est ex eo, quòd vnicuique creaturæ ascripta est hæc clausula: Et dixit Deus, Fiat: significante scriptura eam, quæ per Sermonem effecta est, creationem. Nisi enim hoc esset, satis fuisset dicere: Et fecit Deus cœlum & terrã & reliqua. Et rursus iussu Dei factũ est firmamẽtum. Et rursus: Separauit & diuisit Deus. Et cùm audiueris, Dixit Deus: statim mente concipe eum qui obediuerit dicenti: Et dixit Deus, Fiãt luminaria: &, Fecit Deus luminaria: quis dixit, & quis dicto audiens fuit? Atque in pluribus veteris Testamenti locis, sensim ac tacitè indicante sancta Trinitate, deprehendi & animaduerti potest eius hypostasis, id est, repræsẽtatio personarũ, & coëssentialitas, vel consubstantialitas, id est vnitas & identitas essẽtiæ atq; naturæ. Verbi gratia tẽpore Abrahami. Apparuit enĩ, inquit, ei De⁹ ad quercũ opacam sedenti in ostio tabernaculi sui tempore meridiano. Cum sustulisset autem oculos, vidit & ecce tres viri astabãt supra eum: & ecce accurrit obuiam eis, & adorauit pronus in terrã, & dixit, Domine, si nactus sum gratiam coram te, ne prætereas puerum tuum. Et post alia: dixit autem ad eum, Vbi est Sarra vxor tua? at ille dixit, Ecce in tabernaculo est. Dixit item: Reuertẽs veniam ad te circa hunc temporis articulum ad horas: & habebit filium Sarra vxor tua. Ecce igitur dicit quòd Deus quidem apparuisset ei, sed quòd treis tamen viri essent, qui conspecti fuissent: ipsum aũt rursus non quasi tribus dixisse, Domini, Si inueni gratiam coram vobis, ne prætereatis puerum vestrum: sed Dominum singulariter ternos nominasse, & tanquam vnum inuitasse ad diuertendũ. item tanquam vnus loquitur, veniam. Vide igitur quòd illi, qui apparuerunt, tres quidem erant, & in propriæ personæ constitutione subsistebant, sed ratione tamen eiusdem essẽtiæ atque naturæ comprehensi erant: atque etiam tanquam vnus colloquebantur. Quis item ad quem dicebat. Venite descendentes confundamus linguam eorũ? Certè perspicuũ, quòd ad illũ quem dixit: De ventre ante luciferum genui te. &c. Ante solem nomen eius, & ante lunam. Et rursus: Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie ge-

Gen.1. Gen.3. Gen.1. Gen.18. Gen.11.

Psal. 206. Psa. 2. Gen. 19.

nui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditaté tuam, & possessioné tuam, terminos terræ. Et rursus: Ego ero illi loco patris: & ipse erit mihi loco filii. Quid item illud? Pluuit Dominus ignem & sulphur à Domino? Quid verò ex persona Dei etiam illud: Et omnis qui effundit sanguinem, pro sanguine eius effundetur: quoniam in imagine Dei feci hominem? Vides quòd Deus in imagine Dei fecerit? Quomodo item intelligendum est illud, quod in Exodo scriptum est: Et cùm mane surrexisset Moyses, ascendit in mótem Sinai, sicut constituerat & præceperat ei Domin⁹. & accepit Moyses tabulas lapideas. & descendit Dominus in nube: & astitit illic, & loquutus est in nomine Domini. & præteriit Dominus à facie Domini. Quis ergo Dominus loquutus est in nomine Domini? & quis dominus transiuit à facie Domini? Quid item illud ad Abrahamum dictum: Ego sũ, qui apparui tibi in loco Dei? Quomodo itẽ illud: Adorent eum omnes angeli Dei. quem? & cuius Dei? Dicit Moyses: Et statuit Dominus terminũ dicens, Crastino die repræsentabit Dominus verbum hoc super terrá. Et rursus: Confirmare Zorobabel: quia ego vobiscum sum, & verbum meum bonum, & spiritus meus in medio vestrûm. Quid opus erat trium mentionem facere, si non vnumquodque in propria subsistentia personæ? Et rursus: Et dixit Dominus ad Moysen: Descende & contestare populum, & sanctifica eos hodie & cras: & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. in die enim tertio descendet Dominus super montem Sinai coram omni plebe. Ac non dixit, descendam. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabũt filii vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt: & seniores vestri somnia somniabunt. Et aliquanto post: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam veniat dies ille Domini magnus & illustris. (Non dixit, dies meus.) Et futurum est, vt quicunque inuocauerit nomen Domini, seruetur. Item non dixit, Nomen meum, Et rursus: Dominus de cœlo super terram despexit, vt videret gemitum compeditorum: vt solueret filios morte affectorum: ad annuntiandum in Sion nomen Domini. Non dixit, Nomen eius, Et rursus: Qui habitat in cœlis, deridebit eos: & Dominus subsannabit eos: Et rursus: Ad te Domine clamabo, & ad Deum meũ deprecabor Quis igitur Dominus: apud Deum? Ex persona Dei. Subuerti vos, quemadmodum subuertit De⁹ Sodomá & Gomorrá. (Et Esaias) quando vidit gloriam eius: Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Non dixit, Et brachium tuum. Ecce auxilio Dei per plura scripturæ loca sanctæ & coëssentialis Trinitatis probatæ sunt hypostases, id est personarum eius propriarum representationes.

(Margin: Exod. 34. Gen. 7. Psal. 8. Exod. 9. Aggei. 2. Exod. 19.)

EIVSDEM ALIA DE ADVENTV DOMINI IN CARNE.

HIC est Deus noster. non reputabitur neque alius ad illum. inuenit omnem viam sciẽtiæ, & dedit eam Iacobo puero suo & Israeli dilecto suo. Post hæc autem: Super terram visus est, & cũ hominibus vnà versatus est. Deus palam veniet, Deus noster, & non silentio prætermittetur. Et rursus: Apparebit Deus Deorũ in Sion. Et rursus: Deus dominus, & apparuit nobis: repentè veniet in templum suum Dominus, quem vos quæritis, & angelus testamẽti, quem vos vultis. Gaude vehementer filia Sió: prædica filia Hierusalẽ: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & insidens iumẽto & pullo asinæ. Quis verò regum vnquam asino insidens Hierosolymam inuectus est? Et rursus: Oblectate & exhilarare, filia Sion: quoniam ego venio, & habitabo in medio tui: dicit Dominus: & multæ gentes in die illo confugient ad Dominum, & erunt ei loco populi. Et rursus: Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui parabit & instruet viam tuam ante te. Et rursus: Stabunt pedes eius in die illo super montem oliuarum, qui est è regione Hierusalem ab oriente. Et post pauca: Ostendit mihi Iesum, sacerdotem illum magnum stantem coram angelo Domini: & diabolus stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. & dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole. Et contestatus est angelus Domini Iesũ dicens: Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Si in viis meis ambulaueris, & si præcepta mea seruaueris: & tu quoque diiudicabis domũ meam. Et rursus: Audi igitur Iesu, qui es sacerdos ille magnus. Manifestatus sum & innotui iis, qui me non quærebant: & inuentus sum ab iis, qui de me non sciscitabantur. Et rursus, Apparebit Domin⁹ aduersus eos, & disperdet omnes Deos gentium. Et rursus, Ecce adsum genti, qui non inuocauerunt nomen meum. Qui sedes super Cherubin appare, & excita potentiam tuá & veni ad seruandum nos. Et rursus, Descendet sicut pluuia in vellus significans eius descensioné (fore) quietam atque sine strepitu. Pluuia enim super terram descendens strepitum facit, quod in vellus lanæ descẽdens nõ facit. Et Bethleẽ terra Iudææ, nequequam minima es in principibus Iudææ. Ex te enim egredietur dux, qui reget populum meum Israël, & exitus eius à principio à diebus vsque in seculum. Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus ex fratribus vestris, similem mei ei dicto eritis audientes in omnibus quæcunque loquutus fuerit ad vos. & futurum est, vt quicunque prophetæ illi dicto audiens non fuerit, exterminetur & dispdatur. Multi extiterũt prophetæ. de quo ergo eorũ loquitur? Atque is, qui orietur, verùm Mosayca decreta docebit, an alia? Siquidem Mosis decreta: ad quid illa superuacua diligẽtia alium excitandi, cùm Moyses sufficeret? Sin autem alia: dicant & quænam erat eius doctrina, & quis ipse propheta? Nã ex legitimis institutis & solennibus consuetisque cæremoniis nullus externorum vel docuit, vel perlit quicquã ab eis. Atque ipsa etiam summæ rerum Deus prædictionem de illo confirmauit, cùm dixit: Rectè omnia loquuti sunt. prophetam eis excitabo de medio fratrum ipsorum, similem tui: & dabo verbum meum in ore eius. Considera igitur vim dicti. neque enim alii prophetæ dixit, se dedisse verbum. Ipsi enim seruorum more ministrantes dicebant: Hæc dicit Dominus. ille verò pro patria dignitate dicebat leproso: Volo, mundus esto: mortuis, Tibi dico, surge: & , Lazare veni foras.

(Margin: Esa. 40. Zach. 14. Zabc. 3. Ibdi. 3. Leuit. 26. Zach. 3. Esa. 65. Esa. 37. Psal. 71. Deut. 18.)

mare

Matth. 8. mare increpat, etiam flatibus pro potestate dicés,
Ioan. 11. Sile, refrenare & obmutesce. Quid autem (illud
Marc. 4. verbum sibi velit) prophetam quemadmodū te,
Deut. 12. si Moysis decreta cum Christi doctrina compa-
rauerimus & contulerimus, nullo negotio depre-
hendemus. atque illud ipsum, quod à Moyse di-
ctum est in lege, Non licet ad hæc addere, & non
licet ab eis demere atque detrahere: deinde cùm
etiam dixisset, ipsi dicto eritis audientes in omni-
bus quæcunque loquutus fuerit ad vos: significat
Deut. 5. excellētiam eius, de quo prædicebatur. Ecce De⁹
Psal. 88. vester: ecce Dominus cum viribus & robore ve-
Psal. 131. nit & brachiū cum virtute & naturali potestate.
Psal. 88. Iurauit Dominus Dauidi veritatem, & nō frustra-
bitur eum: de fructu ventris tui ponam super so-
lium tuum. Et rursus: Disposui & ordinaui testa-
mentum electis meis: iuraui Dauidi seruo meo,
vsque in seculum parabo semen tuum, & in ge-
nerationem & generationem ædificabo sellam
tuam.

IN PARALIPOMENIS, ID EST PRÆtermissis

ET futurum est, vt cùm impleti fuerint dies
Li. 2. ca. 17. tui, & dormiueris cum patribus tuis, etiam se-
& 22. men tuum suscitem post te, quod semen erit de C
vētre tuo, & parabo stabilamque regnum eius.
ipse ædificabit mihi domum: & erigam regnum
eius vsque in æternum. Ego ero illi loco patris, &
ipse erit mihi loco filij: & misericordiā meā nō re-
mouebo ab eo, quēadmodū remoui ab iis, qui an-
te te fuerūt, & confirmabo atque stabiliam eum
in domo mea: & regnū ei⁹ vsq; in æternū & soliū
Paral. 2. eius erit erectum vsque in seculum. Et nunc Do-
ca. 1. mine Deus Israël, confirmetur & stabiliatur vti-
que verbum tuum, quod fecisti ad Dauidem pa-
trem meum. Si verò habitabit Deus cum homi-
nibus super terram, & homo est. & quis cogno-
scet eum, vt inuocet Deum tuum. Præparare Hie- D
rusalem. quoniam ego firmans & solidans toni-
tru, & creans spiritum, & emittens ad homi-
Micha. 1. nes Christum meum, faciens diluculum & te-
nebras, incedēs & inambulās super excelsa terræ.
Audite populi omnes sermonem, & attēdat terra,
& omnes eam incolentes. Et sit Dominus in vo-
bis in testimonium, Dominus de templo sancto
suo. quoniam ecce Dominus egreditur de loco
suo, & descendet ad excelsa terræ.

IACOB IN MANDATIS.

NOn deficiet princeps & dux Iuda ex femo- E
ribus ipsius, quoad uenerit id, quod recōdi-
tum & repositum est. atque ipse est expectatio &
spes gentium. B A L A A M. Orietur sidus ex Ia-
cob, & homo ex Israël, & vulnerabit & franget
primores, & duces Moabitarum, & diripiet ac
depopulabitur filios Sur & erit Edom hæredi-
tas gentium. Dauid autem de his rebus non ad-
uenit. Quod si hæc de iis, qui ex illo orti sūt, intel-
ligenda essent, oportebat dicere. Orientur sidera
ex Iacob: & duces ex Israël. Ecce dominator do-
minus exercituum cum viribus & robore con-
turbabit nobiles & splendidos, & insolentia at-
que superbia elati contererentur, & deprimentur
elati atque sublimes, & occident gladio. Libanus
autem cum excelsis cadet. Et egredietur virga ex Psal. 44.
radice Iessæ, & flos de radice ascendet, & requie-
scet super eum spiritus sapientiæ & intelligentiæ,
spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ &
pietatis, & replebit eum spiritus timore Dei. non
iudicabit secundum existimationem & splendo-
rem neque secundum loquelam arguet: sed hu-
milium iudicium indicabit, coarguet atque con-
uincet splendidos & nobiles terræ: & percutiet
terram sermone oris sui: & in spiritu per labia tol-
let impios: & habebit lūbos suos iustitia cinctos,
& latera sua vncta veritate. Et paulo pòst. Et e-
rit in illa die radix Iessæ, & qui exurgit ad impe- B
randum gentibus. in ipsum gentes sperabunt. &
erit requies eius gloriosa. D A V I D. Solium tu-
um. Deus in seculū seculi. Virga rectitudinis, virga
regni tui. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.
propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Vides quòd
Deus vngitur à Deo. Carne enim humana as-
sumpta, factus est pontifex & apostolus cōfessio-
nis nostræ, Et paulo post: Et tu domine terræ fun-
damenta iecisti: & opera manuum tuarum sunt
cœli. illi peribunt, tu autem permanes: & omnes
tanquam pallium veterascent, & tanquam amicu-
lum inuolues eos & immutabuntur. tu verò idē
es, & anni tui non deficient, vncti videlicet.

DE NATIVITATE EIVS EX VIRGINE.

ECce virgo erit prægnans, & pariet filium, &
vocabunt nomen eius Emmanuel, quod si
quis interpretetur. significat, Nobiscum Deus. ac
prius, quàm cognoscat patrem vel matrem, acci-
piet vires & potētiam Damasci, & spolia Samariæ Heb. 3.
comedet & deuorabit. Et Salomon prophetice, Sap. 8.
Puer eram ingeniosus, & animum bonum sortit⁹
eram, imò verò, Quum bonus essem, veni in cor-
pus impollutum & incontaminatum. Quis igitur
ante natiuitatem erat bonus? & quis venit in cor-
pus incontaminatum & impollutum? Et volent,
si facti sūt ambusti. quia puer paru⁹ nat⁹ est nobis,
fili⁹ etiā dat⁹ est nobis, cui⁹ imperiū super humerū
eius & vocatur, magni cōsilii nūtius, Deus valid⁹,
habēs authoritatem & potestatē & ius exercens,
princeps pacis, pater futuri seculi. Et rursus: Ecce
virgo peperit, & non peperit, hoc autem virginē
significat. Et rursus: Butyrū & mel comedet. His
enim rebus alebatur, cùm descenderet mater eius
à censu nam postea lacte abūdauit. Et rursus: Sic
dicit Dominus Sabaoth: laborauit & tumultuata
est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabæi E
viri proceri ad te descendent, & tibi serui erunt,
& ponè te sequentur vincti manicis, & transibūt
ad te, & adorabunt te, & in te precabuntur. quia
Deus in te est. nec est Deus præter te. tu enim es
Deus, & nō noueramus, Deus Israëlis & seruator.
Et conuertit me Dominus ad viam portæ, quæ
spectabat ad Orientem: & hæc erat clausa: & di-
xit Dominus ad me, filii hominis, hæc porta clausa
erit, & nemo transibit per illam. quia Dominus
Deus Israëlis ingredietur & egredietur per eam:
& erit clausa. De ventre matris vocaui nomen e-
ius, gladium acutum. Ecce lapis sectus est absque
manibus. & percussit statuam, & euasit in magnū
montem, & impleuit orbem terræ habitatum. La-
pis

pis igitur fectus absque satione viri. Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est: Filios genui & exaltaui, illi autem me asper nati sunt. Nouit bos possessorem & asinus præsepium domini sui: Israël autem me non nouit, neque populus me intellexit. Et rursus: Accipe volumen nouum chartæ magnæ, & scribe in eo stylo hominis ad faciendum celeriter direptionem spoliorum. Accessi ad prophetissam: & concepit, & peperit filium. Et dixit mihi Dominus, Voca nomen eius, Celeriter spolia, citò prædare. Per volumē igitur nouum, virginem intelligi*. Quemadmodum enim noua charta pura est, cùm sine scriptura est: ita etiam sancta virgo viri consuetudinis expers. Et rursus: Omne masculinū aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Nullus autem masculus aperit vuluam, sed consuetudo viri cum muliere. Igitur dictum illud de Domino est intelligendum. Contingit autem, vt multi primogeniti impii sint & peccatores. Qui igitur illi propterea sancti Domino & inculpati atque innocentes: cur item non etiam omne fœmininū? Perspicuum est igitur, quòd ipse sanctus sit solus. D A V I D. Mater Sion dicet homo natus est in ea, atque ipse altissimus fundamenta eius iecit.

Esa 1.
Esa.8.
Exod.13.
34.
Num.8.
Psal.68.
Esa.49.

DE MIRACVLIS, QVÆ CARNE HVmana assumpta dominus editurus erat.

Ecce posuit te in testamentum generis, in lumen gentium, ad cōstituendam terram, & ad accipiendam hæreditatem, dicēdo iis, qui in vinculis sunt, Exiet & in tenebris versantibus, Detegimini & reuelamini. Ac quòd non de nudo homine dicat: ipse erat, qui dixit: Hic Deus noster, nō reputabitur alius, neque comparabitur ad ipsum. Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta. Consolamini pusillanimes: mente confirmamini: nolite timere: ecce Deus noster, ecce Dominus cum viribus & potentia venit. Et rursus: Tūc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc claudus saliet sicut ceruus: & perspicua atque diserta erit lingua balborum, & difficulter verba pronuntiantium. Et rursus: Spiritus Domini super me, qua de caussa vnxit me: ad annuntiandum bona egenis misit me, ad prædicandum captiuis dimissionem, & cæcis recuperationem visus.

Ibid.
mutorum.
Esa.61
Luc.4.

DE PRODITIONE DAVID.

Psal.40. Qui comedebat panes meos, auxit super me supplantionem.

DE PASSIONE.

Esa.3. Populus meus, qui beatos vos dicūt, seducunt vos, & semitā pedū vestrorū perturbāt. sed etiā nunc consistet Deus in iudiciū, & populū suum iudicio sistet: ipse Dominus in iudicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus eius ipsis. Quare fremuerunt gētes, & populi vana meditati sunt? Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersum Christū eius. Spiritus faciei nostræ Dominus dominus comprehensus est in corruptelis eorū. ubi diximus in vmbra ipsius viuemus in gentibus. Ipse iniquitates nostras fert, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum in morbo & in plaga, & in afflictione. ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & languidus fuit propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: liuore & vibice eius nos sanat sumus. Omnes tāquam oues errauimus. vnusquisque à via sua aberrauit. Et Domin* tradidit seipsum propter peccata nostra. atque ipse propterea quòd afflictus est, non aperit os: tanquam ouis ad occisionem ducitur: & sicut agnus coram tondēte se mutus, ita non aperit os suum. in humiliatione eius iudicium eius sublatum est. quoniam tollitur de terra vita ei*. propter peccata populi mei ductus est ad mortem: & dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. quoniam iniquitatem non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et post nōnulla. Idcirco ipse multos hæreditate consequetur, & robustorū validorūque diuidet spolia, propterea quod in mortē tradita est anima eius: quoniam iniquitatem non fecit, & inter sceleratos numeratus est. atque ipse peccata multorum sustulit, & propter peccata ipsorum traditus est. Ex his patet, quòd non de populo, qui in Babylonem abductus est, loquatur propheta: sicut nōnnulli opinati sunt. Qui enim populus propter peccata populi duct* est ad mortem? aut quis populus & cuius populi? Et item: Dorsum meum dedi ad flagellandum: maxillas verò ad alapas. faciem autem meam non auerti ab iniuria atque dedecore insputionū. Et item: Speciem non habebat, neque decorem: sed species eius vilis & abiecta, deficiens præter morem filiorum hominum. Et rursus, cū hæc dixisset, dixit: Genus & naturam eius quis enarrabit? Quia circundederunt me canes multi: cœtus & congregatio improbè agentium me amplexa est. Foderunt manus meas, & pedes meos: enumerauerunt omnia ossa mea, Ipsi autem considerauerūt & inspexerunt me: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortē. Ego verò veluti agnellus innocens, qui ducitur vt mactetur, non cognoui. Et item: Venite & iniciamus lignū in panem eius, & elidamus eum de viuentibus: & non sit amplius memoria nominis eius. Et acceperunt triginta argenteos pretium æstimati: quē æstimauerunt emerunt de filiis Israël: & dederunt eos pro agro figuli, sicut cōstituit mihi Dominus.

Hier.11.
Zach.11.

DE CRVCE ET TENEBRIS, QVÆ FActa sunt.

Videbitis vitam vestram pēdentē ante oculos vestros, & nō credetis, si quis exponat vobis. Mane dices, Quis faciet vesperam? & vesperi, Quis faciet mane? Et futurum est in illa die, dicit Dominus Deus, occidet sol meridie. Et obscurabitur lumen in die. Occidit sol in meridie: tota die ad te expandi manus meas, ad populum contradicentem & non credentem. Et item: Tollite signum ad gentes. Et item: Et tunc hæc consummabuntur, dicit Dominus. quia de lignis sanguis destillabit. Et erit in die illa: non erit lux & dies illa nota Domino. &, non dies, & non nox. vesperi erit lux. Et expectaui eum, qui vnà condolesceret, non erat, & consolantem, & non inueni. Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea dederunt mihi acetum ad bibendum. Quorum nihil

Zach.13. Zach.14. nihil Dauidi contigisse possunt ostendere. Et rursus: Posuerunt me in lacu infimo. Framea excitare in pastorem & in virum populi mei. Percute pastorem meum, & dispergentur oues gregis. Et itē: Et in die illa futurum est, vt id, quod est in frenis equi, sit sanctum Domino.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI.

Dauid resurrectionem eius præuidens dicebat: Expergiscere. Cur dormis Domine. Surge Domine, serua me Deus meus. Et item: Surge Domine, opem fer nobis, & redime nos propter nomen tuum. Et item: Surge Domine: iudica terram, qm̄ tu hæres eris in omnibus gētibus. Nunc surgā dicit Dn̄s, nunc glorificabor, nūc exaltabor nunc sernabimini. Vanæ erunt vires spiritus vestri. Et quærent faciem meam in afflictione sua, & manè consurgent, ad me dicentes: Eamus & cōuertamur ad Dominum Deum nostrum: quoniā ipse percussit & sanauit nos, percutiet, & curabit nos: sanabit nos post duos dies: in die tertia surgemus corā eo, aunitemur, vt cognoscamus Dominum, sicut diluculum paratum inueniemus eū. quia non derelinques animam meam in inferno: neque permitties, vt sanctus tuus videat corruptionem. Et item: Factus sum sicut homo auxilio destitutus inter mortuos liber. Quis verò liber à morte, nisi Deus? factus est enim sicut homo destitutus auxilio, cùm humiliasset carnem suam vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, pretiosum, & qui credit in eum, non confundetur, factū est enim in caput anguli (alterius videlicet dispositionis circa ecclesiam) quod (caput) est mirabile in oculis nostris.

Psal.43. Psal.3. Esa.33. Psal.15. Esa.28. Psal.118. Matth.21.

DE ASSVMPTIONE SIVE ASCENSIONE.

Ascendit Deus in iubilo, Dn̄s in voce tubæ. Quod aūt de seruatore nostro (hoc) dictum sit, Daniel dicit: Cōsiderabā, inquit, & ecce sellæ sitæ erant, & antiquus dierū sedebat. Et post nōnulla: Et ecce cum nubibus cœli, sicut filius hominis ascendens: & vsque ad antiquum dierum peruenit, & adductus est. Ei datus est honor & principatus & regnum. & omnes populi, tribus & linguæ seruiēt ei. potestas eius, potestas æterna: quæ non præteribit: & regnum eius non labefactabitur, neque peribit. Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Psal.46. Dan.7. Psal.109.

DE GLORIA ECCLESIÆ.

Psal.44. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, amicta varietate.

DE CIRCVNCISIONE.

Dicent autem omnes Iudæi: Si eūdem Deum veneramini, cur non circuncidimini? vel animalia offertis ad sacrificium? aut sabbatum celebratis? cùm scripturæ de his rebus expressè ac nominatim præcipiant atque præscribant? Audient igitur quòd circuncisio non erat à principio: sed certo tempore introducta atque instituta est, vt quæ etiam certo tempore finem habitura esset. deinde quòd Deus, qui circuncisionem patribus instituerat, ipse dixit: Ecce dies venient, dicit Dominus, cum ordinabo domui Israëlis testamentū nouum, non quemadmodum ordinaui testamentum patribus vestris, cum apprehendissem manū eorum, vt educerem eos ex Ægypto: quia ipsi nō seruauerunt testamentum meum, & ego neglexi eos, dicit: Dominus. & rursus incusans Iudæos dicit: Omnes gentes carne incircuncisæ sunt populus autem hic corde. Et itē, Circūcidite cor vestrum, & non carnem preputii vestri. Et rursus, Facite vobis noualia, & nolite seminare in spinas, sed circūcidite duritiē cordis vestri & circuncidite Deo præputium cordis vestri. Quod neminem circūcisio iustificet, ex his perspicuum est. Abraham incircuncisus seruiuit Deo. Primùm enī visus est acceptus & probatus esse, & tūc dedit ei circuncisionem. Atque illi item, qui spatio quadraginta annorum nati sūnt in deserto, incircuncisi erāt. & illi, qui ab Adam vsque ad Abrahamū Deo placuerunt, & accepti fuerunt, similiter omnes incircūcisi erant. Nam propterea quod in gētes populus immisceretur, & consuetudinem cū eis commerciumque iniret, circuncisio data fuit. Ac caussa manifesta est. Nam vsus circuncisionis initium cepit ab Abrahamo, quem cū Deus supra omneis illius ætatis homines dilexisset, ex ipso Christū quoque nasciturū, quod ad carnē attinet prædestinauit, vt id quod planè fieri volerat, posset etiam sincerè & absque adulteratione fieri ac degeneratione, huius rei gratia opus fuit circuncisione, & reliquarum gentium consuetudinis fuga, vt tanquam septum quoddam ab reliquis hominibus eos lex separaret. Vnde etiam dato eo, propter quem hæc instituta ac facta fūt, deinceps quasi superuacua ea, quæ per priscum illum statū suscepta sunt, noua institutra à Deo abrogata sunt.

Hier.31. Deut.10. Hier.4.

DE SACRIFICIIS.

Similiter Deus clamat dicens, Viuo ego, dicit Dominus, quòd de sacrificiis & holocaustis nō mandaui patribus vestris, ex quo die reduxi eos ex terra Ægypti, & vsque ad hunc diem, nunquid præcepi patribus vestris exeuntibus ex terra Ægypti, vt offerrēt mihi holocausta atque sacrificium? Et rursus, Ad quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, & sanguinem hircorum & taurorum nolo. neque veniatis in conspectum meū. Quis enim exquisiuit hæc de manibus vestris. Calcare atrium meum animum non adiiciatis. si feratis mihi similaginē, vana mihi & abominatio est. Nouilunia vestra ac sabbata vestra, & diē magnum non tolero. ieiunium & ab opere cessationē, & vestros dies festos odit anima mea. Et rursus, Lauamini, & mūdi estote, demittite improbitates ab animabus vestris. nō vescar carnibus taurorum, aut bibam sanguinem hircorum. Et rursus: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis capros. Et item: Offer Deo sacrificium iustitiæ. odi, repudiaui vestros dies festos, non accipiam ea, & salutares apparitiones eorum non aspiciam: & non olfaciam in cōuentibus vestris. aufer à me sonum cantionum tuarū, & psalmum instrumentorum non audiam.

Esa.49. Esa.1. Variat non nihil translatio vulg. Esa.1.

DE SABBATI CELEBRATIONE.

Sabbatum datum est eis ad sedandum nimium pecuniæ studium eorum. Nam cùm populus pauper

pauper egressus esset ex Ægypto, & nihil haberet
præter ea, quæ commodato acceperant ab Ægy- A
ptiis, vt usquisque dabat operam, vt cōtinenti at-
que assiduo labore sibi diuitias pararet. quamo-
Exod.x. brem dicit: Sex dies opus fac. die verò septimo
non facies quoduis opus in eo. (& caussam subii-
cit:) vt requiescas tu & vxor tua, & filius tuus, &
filia tua, & puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & iu
mentum tuum. Alio qui cuius rei gratia Iesus fi-
Iosua.6. lius Naue circundans Hiericho cum tubis ad se-
ptem dies in sabbato feriatus non est? qui item
die octauo circunciditur paruus puer? cùm itē in
die sabbati mulier parit? cur item sacerdotes om-
ne sacrificium in sabbato faciunt? quomodo item B
sol & luna & sydera definitum cursum etiam in
sabbato conficiunt?

DE CONSIGNANDO.

Signatum est super nos, lumen vultus tui, Do-
mine. Et rursus: Fac mecum signum ad bonū:
Psal.4. & videant qui oderunt me, & verecundentur. Et
rursus: Dedisti timentibus te insigne ad fugien-
dum à facie arcus. Fili hominis transi mediam vr-
bem Hierusalem, & da signum in frōtem homi-
Ezech.9. num gementium & dolentium propter iniquita-
tes & scelera, quæ fiunt in medio ipsorum. Et rur-
sus: Sex viri veniebant à porta, quæ spectat ad A-
quilonem, & vnicuique securis est in manu eius. C
Audientes ite in vrbem, & cædite: & ne parcatis
oculis vestris, & ne misereat vos senioris & adole
scentuli, & virginis & infantium, & mulierum, &
interficite ad deletionem & extinctionē. ad om-
nes autem, super quos est signum meum, ne ap-
propinqueris. De sacrificiis autem eorum dictum
est, non quòd Deus sacrificiis holocaustisúe indi-
geret, sed quoniā leuitica tribus nō habebat sor-
tem in terra promissionis (quia ipse Deus sors ei
erat:) hanc dedit eis occasionem, qua alimenta si-
bi conficerent. Nolebat enim eos sacerdotio fū-
gentes labore manuum & negotiatione, siue cau-
ponatione ali, & inopiam tolerare.

DE EVANGELIIS.

Psal.67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus
Esa.52. virtute magna. Et rursus: Quàm speciosi pe-
des annuntiantium pacem.

DE INCREDVLITATE IVDÆORVM. & ecclesia gentium.

Ex persona dei: Neque nouerás, neq;
sciebas, neque ab initio aperuisti aures. noue-
ram enim, quòd contumax dicto audiens futurus
non esses. Et item: Magnum nomen eius in gen-
tibus, & in omni loco suffitus & incensum offer- B
Malach.1. tur nomini meo & victima pura. Et erit in nouis-
Mich.4. simis diebus mons Dñi illustris & conspicuus,
Esa.2. paratus super vertices montium: & eleuabitur
supra colles, & festinabunt atque enitentur ad eū
populi: & ibunt gentes multæ ac dicent, Venite
ascendamus ad montem Domini, & ad domum
Dei Iacob: & illuminabunt nos viis eius. quia de
Hie.1. Sion egredietur lex, & sermo Domini ex Hieru-
salem. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi sermo-
nes meos in os tuum. ecce constitui te hodie su-
per gentes & reges ad eradicandum, & concidē-
dum, & perdendum, & instaurandum, & plantā-
dum. Quòd si hæc de Hieremia: quæ regna extir-

pauit? aut quas gentes perdidit? Verùm de Do-
A mino dicta sunt, qui ex omni anima sibi credente
regnum aduersarij extirpat, qui diruit structuras
malitiæ atque improbitatis, & vitiosis stolonibus
malleolisque meliores restituit. Psal. Libera me
atque defende à contradictione populi. cōstitues
me caput gentium. Populus, quem non cognoui,
seruiuit mihi: ad auditionem auris obediuit mihi.
filij alieni mentiti sunt mihi, filii alieni vetustate Psal.17.
confecti sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Ibidem.

MOYSES EX PERSONA DEI AD Abraham.

Et benedicentur in te omnes fines terræ. Et
B item: Auertam faciem meam ab eis, & osten-
dam quid accidet eis in extremis. quia gens per-
uersa est. filijque quibus non est fides in ipsis, ipsi ad Gen.12.
æmulationem prouocauerunt me in eo, qui non Deut.32.
erat deus: ad iram prouocauerūt me simulachris
suis, & ego ad æmulationē prouocabo eos ob gē-
tē nō gētē, propter gentē stultam & intelligētiæ
expertē ad iram prouocabo eos. Et alibi, Dabit,
inquit sceleratos & improbos pro sepultura eius. Esa.53.
Innotui his qui me non quærebant. inuentus fui Esa.65.
ab his, qui de me non sciscitabantur. Dixit. Ecce
adsū genti, que non inuocauit nomē meum. Ab
alienatus sum à fratribus meis, & hospes factus Psal.21.
C sum & peregrinus filiis matris meæ. De gentibus
autem dicit, Annuntiabo nomen tuum fratribus
meis, in medio ecclesiæ laudes tuas decantabo.

DE IVDÆIS.

Propter vos nomē meū sēper malè audit inter
gentes. Non est voluntas mea in vobis, dicit Rom.2.
Dominus omnipotens. Et in omni loco suffitus Malac.1.
& incensum offertur nomini meo. Et magnum
nomen meū inter gentes, Dicit dominus omni-
potens. vos autem prophanatis illud. Pete à me, Psal.2.
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & posses-
sionem tuā terminos terræ. Moyses. Sine me de-
lere populum hunc, & dabo tibi gentem magnā,
D & multo magis magnam, quàm hæc est.

AD IVDÆOS.

Audite sermonem Domini filii Sodomorum, Esa.1.
& attendite legem Dei populus Gomorrhæ.
Et item: Sabbata vestra & nouilunia odit anima Psal.64.
mea, & vota vestra non accipiam. Lauamini, puri
estote. manus vestræ sanguine inquinatæ sunt. Et Mal.1.
cùm lex apertè atque disertè dicat, non oportere
festum extra Hierosolymam & templū celebra-
re, iuxta illud, Te decet hymnus Deus in Sion, &
tibi reddetur votum in Hierusalem: scriptum est,
quòd adorabunt Dominum vnusquisque de lo-
co suo. Et rursus propheta, Magnum nomen eius
B inter gentes: & in omni loco incensum offertur
nomini eius, & hostia pura. vos autem tollet Do-
minus. Atque iis, qui seruiunt mihi, vocabitur no-
mē nouum, quod bene audiet super omnem ter-
ram. At quid magis nouum, quàm nomen Chri-
stianorum? Annūtiabunt iustitiam eius populo,
qui nascetur, quem fecit Dominus. Atqui post-
quam dixisset Dauid illum versum, Deus habita-
re facit solitarios in domo: significat eam dissocia-
tionem & fugam consuetudinis atque commer-
cii, qua qui lege subditi erant, disiuncti erant à Paral.112.
gētibus. Implebitur omnis terra cognitione Do-
mini, vt aqua multa ad operiendum & tegendum
mare, memores erunt, & conuertentur ad Domi-
num

Psal. 71. num omnes termini terræ: & adorabunt coram eo omnes tribus terræ: quia Domini est regnum, & ipse dominatur in gentes. Haud alienum autẽ fuerit à Iudæis etiam sciscitari: Quid igitur obtinet: vtrùm lex Mosayca? quæ nunc negligitur, & non obseruatur? propterea quòd ne templum quidem, aut locus est, aut propheta, qui de rebus futuris aliquid præsignificet atque prænuntiet: aut arca, vbi tabulæ atque decalogus reposita erant, in quibus treis illas solenneis celebritates peragere oportebat, & non alibi. Item, Auferetur regnum à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius. Hæc autem fuerit gẽs Christianorũ, quæ conuenientes etiam fructus diuini vitæ producat instituti. Confessio & magnificentia opus

Psal. 110. eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Cõfitetur autem patri non sua ipsius peccata qui innocens est, & inculpatus, sed peccata eorum, qui

Psal. 109. in ipsum credunt. Nam cum Dauid dixisset, Di-

Isa. 45. xit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, & reliqua: Esaias planius & apertius dicit: Dicit Dominus Christo meo Cyro. Aiunt autem hæc de Cyro Persa esse dicta, sed ridiculum. quî enim reliqua Cyro conueniunt? Apprehendi manum dexteram tuam Dicto audientes erunt ante eum gentes: & vires regum frangam aperiam ante eũ portas: & vrbes non claudentur: ante te ibo, & monteis complanabo: ianuas æreas conteram, & vecteis ferreos contundam & confringam, & dabo tibi thesauros absconditos. Quî igitur hæc Cyro conuenient, qui paulo pòst apud Massagetas turpiter interfectus est? Et paulo pòst explicat ipsa (verba) idem propheta dicẽs ex persona Dei: Ego Dominus Deus, qui vocaui te in iustitia: apprehendi dexteram tuam, & vires addam tibi: & dabo te in testamentum generis, in lumen gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, & ad educendum oculos compeditorum, & ex domo custodiæ sedentes in tenebris. Et rursus idẽ Esaias: Et dixit mihi, Magnum tibi hic vocetur puer meus, & sistat tribus Iacob, & dispersionem Israël conuertat. Et posui te in testamentum generis, in lumen gentium, vt sis salus vsque ad extrema terræ.

Labitur memoria. hæc enim verba præcedunt capite uidelicet. 42.

QVOD ANTE SECVNDVM DOMINI ADVENTVM VENTVrus sit Helias.

Ad erudiendum & constituendum tribus Iacob, & ad conuertendum dispersionem Israel. Malach. vlt.

MAlachias Propheta dicit: Ecce ego mitto vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies ille Domini magnus & illustris, qui restituet corda patrum in filios, & cor hominis in proximum suum, ne vbi venero, percutiam & perdam terram funditus. *QVOD VOCANDI* eramus Christiani: Videbunt gentes gloriam tuam. & omnes reges iustitiam tuam, & vocabit te nomine nouo, quod ipsum nomen Dominus imponet. Et item: At iis, qui seruiunt mihi, imponetur nomen nouum: quod benedicet in terra. Et erit in extremo nomen eius clarum in omni terra: & nomine eius cognominabuntur populi multi. & in viis eius ambulantes viuent in eis.

QVOD FVTVRVM ERAT, VT TVRBARETVR HERODES ET familiares eius omnes.

Vt in plurimis locis totius exemplaris quo vsus sum author hic fœdissimè corruptus & mutilatus est, itaque ad huc titulũ pertinẽt negligentia, ne dicã an nequitia librarii prætерita esse videntur. nã quæ deinceps sequũtur, parũ aut nihil cu titulo cõueniunt. Et hic multa videtur omissa esse.

IN die illa dicit Dominus, subduxit eum in altitudinem speculationum & ad glorias excellentes: de quibus ait, Statui, fines gentium numerũ angelorum Dei. nonnulli autem dicunt, quod ex sua ipsius persona & illis ipsis verbis Diabolus ad eum hæc loqueretur. & non per mentem: quemadmodum etiam nobis inicit vitiosas & humanis affectibus obnoxias cogitationes. Neque enim fieri poterat, vt mens illa integra atque incorrupta aliquid absurdi per cogitationes animo agitaret. Quod etiam ipsi magis quam illi fatemur. Quòd autem ex sua persona cum Domino colloquutus est: (id enim voluit ea sermocinatio concessioque propter summam demissionem atque cõsilii dispositionisque diuinæ exequutionem & victoriã de aduersario:) nihil ea res Sermonem lædit. Permissum enim Malo fuit, vt tanquam hominẽ qui videbatur, Seruatorem aggrederetur, vt cũ Deo congressus superaretur, atque ita haud magno negotio ab hominibus capi & vinci posset. Quoniam autem aduersarius hæc secum cogitabat, & in animo habebat etiam ea, quæ maiestati diuinæ conueniebant, audiebat à seruatore præoccupante nimirum, & arguente illius vecordem arrogantiam. si quis etiam illud, quod ad quendam sanctum mente intercedentem apud Deum dictum est, Quid clamas ad me? item illud quod ad Pharisæos & scribas dictum est, Quid vos cogitatis mala in cordibus vestris? rectè excipiat, & sana mẽte intelligat atque interpretetur: videbit ineffabili & occulta sapientia supra captum etiam nostrum peragi opera diuina. Egredietur virga de radice Iessæ, & flos ex ea ascendet, Christus Deus nôster: & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, spiritus prudentiæ & intelligentiæ, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. & replebit eum spiritus timore Dei. Hi sunt generales spiritus siue dona, quibus reliqua comprehenduntur: quæ in Christo solo requieuerunt, in quo etiam corporaliter inhabitat omnis plenitudo Deitatis. de prophetis autem, Effundam, inquit, de spiritu meo, partem aliquam, & non tantum, sicut in Seruatore Christo. quemadmodum etiam diuinus apostolus: Vnicuique nostrum, inquit, data est gratia iuxta modum doni Christi, hoc est, iuxta conuenientiam & proportionem vniuscuiusque purificationis. Quinam autem & quot sint spiritus oppositi siue contrarii (his spiritibus,) dicere licet. quippe tot sunt, quot etiam virtutis videlicet sunt spiritus. Et quinam illi? Spiritus fatuitatis atque stultitiæ: spiritus imprudentiæ, socordiæque, quo etiam Iudas ille socors & inconsideratus repletus erat: de quo dicit scriptura: Qui inconsideratus & imprudens est, non intelliget: spiritus temeritatis & consilij contemptus atque inconsiderantiæ. quoniam etiam consilium est, de aliqua re (suscepta) voluntas: quod consiliũ (nempe) vt nos seruaremur, Dominus ante secula iniit. Consilii verò contemptus & inconsiderantia est, nolle hominem consequi salutem. Ita dicimus etiam fortitudinis dono contrarium esse timidi-

tatis & imbecillitatis incommodum, aut infirmitatem ad bonum,& debilitatē ad pietatem. Quoniam etiam fortitudo virtus est aduers' dæmonas & affectus & vitia: vt etiam diuinus Dauid ait: Fortitudo mea & laudatio mea Dominus:& fuit mihi saluti. Nam à dæmonib' & affectuum atque perturbationum vitiositate vinci, quî potest huic diuinæ spiritus virtuti non esse contrarium? quem admodum, opinor, etiam boni scientiæ, boni ignorantia:& pietati impietas vel contemptus religionis ac praua religio,& satietati, Dei gustatio: itidem timori Dei contrarium timoris vacuitas. Quid enim perniciosius esse possit, quàm non timere Deum? Nam timor Domini castus est, manens in seculum seculi.& Initium sapientiæ timor Domini.& vbi timor, ibi mandatorum obseruatio est. Ac generalia quidē dona diuina hæc enumerauimus, vt quæ quàm plurima alia dona atq; virtutes spiritus in sese comprehendāt. Nam donum est etiam lenitas animæ, mansuetudo atque clementia: item tolerantia,& innumera alia. Iam verò vitiositatis & malitiæ sunt efficientiæ atque spiritus, dolus, improbitas, mendacium, quinetiā maledicentia & furtum: & quæcunque (virtuti) contrariam vim habent. ex quibus etiam horum author & inuentor nominatur. Fur est enim Diabolus,& pater mendacii, & serpens, & ignis, & draco propter pestiferam & venenatam eius naturam, & insidiæ circumuentioque & laqueus: & si quod est aliud simile.

Psal. 17. Psal. 18. Pro. 19. *Locus corruptus.*

EXPLICATIO DICTI EVANGELICI, *& statim exiuit sanguis & aqua.*

Sanguinem & aquam ex diuino dominicoque latere fluxisse ab Euangelio docemur, non simpliciter: sed primum quidem, ideo quòd purificationes legales ad figuram & adumbrationem horum duorum sui aspersiones sanguinis, tum lustrationes per aquam peragebant: deinde verò etiam, quòd vbi veritas venit, summa nostræ salutis per aquam & spiritum mysticè perficitur atq; completur: quoniam tum per diuinum baptismum, tum per sancti sāguinis participationem & viuificum consecrari nos, & diuinitatem induere credimus, quemadmodum his ipsis dictionibus & verbis diuinus orator Chrysostomus exponit. Exiuit, inquit, sanguis & aqua, ostendente scriptura, quòd non simpliciter eiusmodi fontes prosiluerunt: sed quoniam ex his ambobus Ecclesia constat. atque id cognoscunt & intelligunt fideles, qui per aquā quidem sunt renati, per sanguinem autem & carnem aluntur. Atque hinc mysteria sumunt initiū, vt cùm ad horrendum poculum accedis, tanquā ab ipso dominico latere bibiturus accedas. Et paucis interiectis: Nec hoc solùm, verumetiam iis qui non crediturì erant, loco demonstrationis fuit id, quod ausi erant (nefarij) facinus committere, nempe Thomæ illiusque similibus. Non longè autem diuersa ab his est etiam mens theologica, dum in libro de festo Pascha (hunc ipsum locum) exponit his verbis: Oportebat enim etiam creaturas vnà cum creatore pati atque cōdolescere, velum quod scindebatur, sanguis & aqua, quæ ex latere effundebantur: ille quidem tanquam hominis, hæc verò super hominem

Ioan. 16.

Et paulo pòst: Paucæ guttæ sanguinis totum mūdum reformantes & instaurantes, atque omnibus hominibus sicuti coagulum lactis euadūt, in vnū nos cogentes & coniungentes, vt per vtrunque patrum sententiam coniungantur non solùm virtus baptismatis & diuini sanguinis participatio, vna quidem per aquam, altera vero per sangninē: verumetiam ipsa humanæ naturæ firma certaque probatio. id enim certum atque perspicuum est Theologum dicere (illis verbis) ille quidem tanquam hominis: cui apponit etiam totius mundi reformationem & instaurationem,& fideliū mutuam inter sese coniunctionem & consociationē. Sunt autem etiam aliæ multæ patrum de his verbis expositiones, quæ supradictis non aduersātur, quas adijcere tempestiuum & commodum non est. Attamen quòd etiam anima Domini patris manibus commendata, cùm ita bonum & cōmodum illi visum esset, etiam ad inferos descendit, vt etiā iis spiritibus, qui in inferno erant, salutē prædicaret, ac in mortuos & viuentes dominaretur, & infernum quidem spoliaret, hi manæ verò naturæ reditum ad vitam conficeret, cùm primitiæ dormientium & primogenitus ex mortuis extitisset: in multis scripturæ locis animaduertere licet, vt nihil ob hæc menti piæ officiat, quòd etiam post mortem sanguis fluxerit ex latere immaculato. quantum cum naturalibus, etiam ea, quæ superant naturam, in vniuersum perfici in verbo quod & Deus & homo erat, videmus.

VT PETRA VITÆ CHRISTVS *in diuinis scripturis prædicatus sit, & quare lapis?*

Petra vitæ, Dominus & Deus noster Iesus Christ' dicitur,& petra fidei, atque etiam petra offendiculi non credentibus, vt qui in eo conterantur & dissoluantur. Sic autem his nominibus vocatur communi (videlicet) ratione, propter firmitudinem Deitatis. ac petra quidem vitæ, tanquam fons & radix,& principium & caussa & exitu expers & æternus: petra verò fidei, tāquam fundamentum: vt ipse Dominus ait ad principem (apostolorum,) Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, super confessionem videlicet Christi. quia dixerat, Tu es Christus, filius Dei viuentis. quemadmodum item Dauid in trigesimo nono psalmo. Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et apostolus in prima epistola ad Corinthios: Bibebant enim ex spirituali petra subsequente (eos) petra autem erat Christus. Quoniam dixit quòd potus esset spiritualis, nihil habebat, quo variaret & immutaretur, quemadmodū manna. ex modo scaturitionis probat, quòd potus esset spiritualis neque enim propria natura petra aquam emittebat: sed alia quædam petra spiritualis, qui erat Christus, quicquid fiebat, efficiebat. Dictio autem, Subsequēte, significat, quòd Christ' sēper vnà adesset,& omnia miracula ederet. Lapis Dominus (Iesus) Christus nominatur: queadmodū inquit propheta, Lapidē, quē reprobauerunt ædificantes, hic duobus parietibus, qui ex diametro inter se distabāt (de iis loquor qui ex Iudæis & gētibus crediderūt, his quidē prauæ religioni

Matth. 16. Psal. 39. 1. Cor. 10.

ligiooi seruientibus,illis verò legis iugum traheo-A tibus:)in vnum coactis,distantiaatque diuersa cō iuoxit,& vnam ex ambobus composuit ecclesiā, angulum quoddam imitatus duos parietes coagmentantem & inter se coniungentem. Huunc tamen lapidem, cùm essent ædificatores Pharisæi & Sadducæi & sacerdotes & scribæ reprobauerunt & crucifixerunt:sed factus est in caput anguli,qui etiam angularis vocatus est. Esaias ex persona Dei, Ecce pono in Sion lapidem prætiosum, electum,angularem,honorabilem in fundamenta eius:& quicunque crediderit in eum, non confundetur. De hoc item beatus Paulus dicebat, Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, cum sit lapis angularis ipse Iesus Christus. Hunc autem lapidem vidit etiam propheta Daniel scissum & incisum absque manibus, cùm de partu virginis, qui citra viri consuetudinem accidit,doceretur.hunc vidit imaginem cōfregisse, hoc est vitæ vanitatem, & in magnum montem euasisse, qui orbem terræ habitatum ornaret.

D. GREGORII NYSSENI AD EVSTATHIVM, DE SANCTA TRINITATE, ET *IN ADVERSARIOS SPIRITVS SANCTI, QVOD*

Spiritus Sanctus sit Deus. Laurentio Sifano interprete.

EST sanè vobis etiā omnibus, qui a medicinā tractatis, humanitas curæ:ac mihi si quis vestram scientiā omnibus rebus,quæ in vita expetuntur,anteposuerit, rectū iudiciū assequuturus,& ab eo, quod antecellat,non esse aberraturus videtur:si modò vita alioquin omniū maximi facienda,fugienda & doloribus obnoxia res est,si cū sanitate, cuius vestra ars subministratrix est,ea frui non liceat:tibi vero præ cæteris egregiè instructa scientia,& quasi ambidextera est, latioresque tibi humanitatis terminos proponis: ac non intra corporum curam contines beneficiū artis,verumetiam animi morborū excogitas cor- C rectionem. Hæc autem dico non solùm vulgi rumoribus adductus,verumetiā meo periculo doctus,cùm in multis aliis,tum maximè nunc in hac inimicorum nostrorum inenarrabili malitia, quā mali fluxus in modum aduersus vitā nostrā affluens commodè disiecisti, ac grauem hanc cordis nostri phlegmonem consolatoriorum quasi affusione verborum discussam aboleuisti. Ego enim ad crebros & varios inimicorum aduersum nos conatus respiciens tacendum esse putabam, silentioque excipiēda quæ inueherentur,ac ne contra- D dici quidem iis oportere,qui mendacio, pessimo telo armati sæpe etiā per ipsam veritatem cuspidem adigerent. Tu verò rectè fecisti,qui me hortatus es, ne veritatem desererem,sed confutarem calumniatores,ne multi interim læderentur,dum veritati mendacium insultaret. Visi sūt igitur, mihi,qui nulla de causa, nullòue prætextu aduersus nos odium susceperunt,haud diuersum facere ab eo,quod est in Æsopica fabula. Nam ille fingit lupum,dum puderet eum,nimirum,si absque iusta causa videretur occidere eum,à quo nulla vnquā E iniuria lacessitus esset,crimina quædam obiicere agnello: atque illa omnem facilè calumniosè illatam criminationem diluente,nihilo magis impetum remittere lupum,sed iure quidem vinci,dentibus verò separare. Itidem illi,qui odium nostri quasi aliquam bonam rem experiuntur, erubescentes enim fortasse,si absque causa odisse videantur,caussas aduersum nos & crimina fingunt, nec in vllis suis dictis vsquequaque manent,sed nunc hoc,mox illud, rursus aliud inimicitiarum aduersum nos caussam esse dicunt, ac nusquam firmiter consistit eorum malitia. Sed cùm ab vno aliquo crimine repulsi fuerint,alteri adhærent:& ab illo rursus aliud arripiunt, & si omnia crimina dissoluta fuerint,odisse non desistunt. Treis deos à nobis coli causantur,& multitudinis aureis circumsonant,eamque calumniā probabiliter struere non intermittunt. Sed veritas pugnat pro nobis,& publico ad omneis,& priuatim in quoscūque inciderimus demonstrātibus, quòd extrema detestatione & execratione dignus censeatur à nobis,ac ne Christianus quidem esse dicatur, quicunque treis deos esse dicat. Sed vbi hoc audierint,in promptu est illis aduersum nos Sabellius, & qui ex illo ortus est (animi) morbus nostro sermoni obiectatur. Ac rursū aduersus hoc nos consuetum veritatis telum obiicimus, ostendentes quòd non aliter atque Iudaismum huiusmodi quoque hæresim horremus. Quid igitur, nunquid post tot conatus defessi quieuerunt? Non ita est:sed nouarum rerum studiū nobis obiiciunt, ita crimen aduersum nos componentes. Cùm treis hypostaseis siue personas cōfiteamur,vnam potentiam, vnam bonitatem,& vnam Deitatem à nobis dici causātur. Atque id non extra veritatem dicunt. Dicitur enim à nobis,sed criminantes hoc obiiciūt, quòd consuetudo eorum id non habeat, nec scriptura concordet. Quid igitur nos item aduersus hoc? Non arbitramur,æquum esse,vt consuetudo,quæ apud ipsos obtinet,pro lege ac norma rectæ rationis & orationis habeatur. Nam si consuetudo res valida est ad rectitudinem rationis atque sermonis probandum prorsus etiam nobis licebit contrà prætendere consuetudinem,quæ apud nos inualuit. sin autem hanc illi præscribunt & reiiciūt, ne nos quidem illos omnino sequi oportet. Igitur diuino spiritu prodita scriptura arbitra cōtrouersiam inter nos dirimat, & apud vtroscunque inuentæ fuerint sentētiæ consonæ verbis diuinis, ad hos prorsus suffragium veritatis accedat. Quodnam igitur crimen est? Duo enim simul accusando nobis obiecta sunt. Vnum quidem, quòd diuidamus hypostaseis,(id est personas siue proprietates) alterum verò, quòd non amplius vllam ex nominibus,quæ Deo conueniant, pluraliter numeremus,sed vnam,vt dictum est,bonitatem & potentiam & Deitatem, & omnia talia singulariter enunciemus. Quantum igitur attinet ad diuisionem hypostaseon, in diuersa opinione non fuerint, qui diuersitatem essentiarum esse in diuina natura

Sabellius.

Quæ singulariter de deo pronūciantur, quæ pluraliter.

na natura tradunt. Non enim par est, eos, qui treis dicunt essentias, non etiam treis prorsus dicere A hypostaseis. Ergo hoc solùm crimini datur, quòd ea, quæ de diuina natura dicuntur nomina singulariter enunciemus. Sed in promptu nobis etiam aduersus hoc manifesta oratio est. Nam qui damnat eos, qui vnam profitentur Deitatem, necessariò vel ei qui plures profitetur, vel ei qui nullam admittit, assentietur. Fieri enim non potest, vt aliquid aliud præter id, quod dictum est, excogitetur. At neque plures dicere permittit doctrina scripturæ, quæ sicubi meminit etiam singulariter Deitatis mentionem facit. Quale est illud: In eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis. Et alibi: Nam inuisibilia eius à creatione mundi, dum per opera intelliguntur, perspiciuntur, sempiternaque eius potentia & diuinitas. Si igitur in multitudinem extendere numerum Deitatum, eorum duntaxat est, qui laborant errore multitudinis Deorum (plures deos nimirum esse suspicantes, in vniuersum verò negare Deitatem, eorum fuerit, qui nullum numen esse credunt, Græcis *atheoi*, quasi sine Deo dicti: quænam est illa oratio, qua traducimur, idcirco quòd vnam profitemur Deitatem? Sed apertius detegunt, quò spectet oratio: (nempe) in patre quidem admittere se, quòd Deus sit, filium quoque similiter bonotari Deitatis nomine assentientes: spiritum verò, qui cum patre & filio numeratur, non etiam amplius vnà comprehendi Deitatis consideratione, sed ex patre vsque ad filium, nec vltra progressam Deitatis potentiam à diuina gloria natutam spiritus segregare. Igitur ad hanc quoque opinionem nobis etiam paucis respondendum erit vt cunque poterimus. Quænam est igitur oratio nostra? Cùm traderet Dominus salutarem fidem discipulis, qui verbo docebantur, patri & filio coniunxit etiam spiritum sanctum. Quod autē semel coniunctum est, id per omnia dicimus habere coniunctionem. Non enim quod in (vno) aliquo coniunctum est, in alijs separatur. At in viuifica potentia, per quam ex materiali vita in immortalitatem natura nostra transformatur, vnà cum patre & filio spiritus assumpta virtus etiam in multis alijs vt in notione bonitatis, sanctitudinis, æternitatis, sapientiæ, rectitudinis, principalis virtutis, potentiæ, atque adeò vbique ius inseparabile habet in omnibus nominibus quæ ad superiorē virtutem pertinentia, ratione ac mente concipiuntur. Quocirca rectum esse arbitramur, vt eum, qui in tot sublimibus, Deumque decentibus notionibus patri filioque coniungitur, in nulla re separatum esse existimemus. Neque tamē nouimus eorū nominum, quæ circa diuinam naturā excogitantur, ratione melioris deterioris ùe aliquā differentiam, vt pium sit, putare, qui spiritui concedant in inferioribus nominibus societatem, ab iis superiorum illum dignum iudicari. Nam omnia tum nomina tum notiones & mentis conceptus Deum decentes eiusdem ac patris adinuicem conditionis sunt, & idem inter se valent in hoc, vt nihil circa subiecti significationem discrepent atque dissonent. Non enim ad aliud quoddam subiectum boni appellatio, ad aliud sapientis, potentis & iusti mentem ducit. sed quæcunque nomina protuleris, vnum est, quod per omnia significatur: & si

Coloss. 2.

Deitas an extendatur in spiritum sanctum.

Spiritum sanctū non esse à patre filioque separatum.

Deum dixeris, eundem indicasti, quem per reliqua nomina intellexisti. Quoniā igitur omnia nomina, quæ de diuina natura dicuntur, parem inter se vim habent, quantū ad subiecti attinet demonstrationem, alia secundum aliam significationem mentem ad eandem rem deducentia: qua ratione qui in alijs nominibus spiritui cum patre & filio communionem & societatem concedunt, à sola enim Deitate alienum ducunt? Prorsus enim necesse est, aut etiam in hoc dare, aut nec in reliquis quidem concedere communionem & societatē. Nam si illis dignus, vtique ne hoc quidem indignus est, quod si (vt illorum opinio fert,) minor est adeò, vt à patre & filio, quod attinet ad cōmunionem nominis Deitatis, separatus sit, nec reliquorū quidem cuiusquam Deum decentium nominum particeps esse dignus est. Nam si considerentur & comparentur adinuicem nomina per eam, quæ in vnoquoque consideratur, latētem significationē, cōperietur, quod nihilo inferius, incerti, infirminsúe in se contineant indicium atque argumentū, quam appellatio Dei. quandoquidem hoc nomine multa quoque inferiora nuncupantur. quinimò ne in dissimilibus quidem rebus scriptura abstinet ab hac æquiuocatione, cū simulachra Dei appellatione designat. Dei enim, inquit, qui non fecerunt cœlum & terram, tollantur, & infrà sub terram abijciantur. Item, Omnes inquit, Dij gentium dæmonia. Et Pythonissa ventriloqua diuina tionibus suis, (& animarum euocationibus) oblectans Saulem, animas, quæ requirebantur, Deos vidisse se ait. Quinetiam Balaam, qui augur quidā & vates erat, & vaticinia tractabat & exercebat, vt ait scriptura, & à dæmonibus proditā doctrinam auguralemque sibi curiositatē rōfecerat, à scriptura Deum consulere memoratur. Ac talia multa ex scripturis diuinis colligere, & in medium afferre licet, (adstruendo & arguendo) quòd hoc nomen nihil supra reliqua Deum decētes appellationes præcipuum habeat. quia sicut dictum est, etiam in dissimilibus eodem nomine scriptura abutitur. Sancti autem nomen & immortalis, & recti, & boni nusquā, cū quibus non oportet cōmunicari à scriptura didicimus. Quamobrē si in præcipuis nominibus quæ de sola diuina natura piè dicūtur societatem cum patre & filio spiritum sanctū habere non negant: qua ratione huius solius, quod communi quodam vocabulorū vsu, demonstratū est etiam dæmoniis atque simulachris accommodari, illum expertē esse affirmant? At hanc appellationem naturæ demonstratricē vim habere aiunt: aliam autem à patre & filio spiritus esse naturam, atque idcirco nec huius quidem nominis societatem quicquam ad eum pertinere [Ostendant igitur, quibus argumentis diuersitatem naturæ deprehenderint. Nā si quidem posset ipsa per se diuina natura cerni, & quid eius proprium, quid ab ea alienum sit, per signa apparētia reperiri, rationibus argumētis ùe aliis ad eorū, quæ in quæstionem veniunt, comprehensionē prorsus non opus haberemus. sed quoniam illa quidem sublimior est, quā vt à quærentibus possit animaduerti: atque ex certis quibusdam signis, de ijs, quæ nostrā effugiunt cognitionem, per coniecturas ratiocinamur: prorsus necesse est, per efficientias & actiones nos deduci ad naturæ diuinæ scrutationē

Iere. 10.

Psal. 65.

1. Reg. 28.

Num. 22.

Spiritus an sit alia natura à patre filioq;

Quocirca

Quocirca si videtimus operationes, quæ à patre & à filio & à spiritu sancto proficiscuntur inter se differentes, differentes operatrices quoque naturas esse ex diuersitate actionum & operationum existimabimus. (Neque enim probabile est, nec fieri solet, vt quæ ratione naturæ dissident, in forma operationis inter se conueniant: nec ignis vtique refrigerat, nec glacies calefacit: sed pro differentia naturarū, operationes quoque inde procedentes simul adinuicem separantur.) Sin autem vnam & patris & filii & spiritus sancti intellexerimus esse efficaciam & operationem in nulla re quicquam differentem aut variantem, necesse est, vt ex pari eademque efficacia atque operatione vnitionem naturæ ratione colligamus. Sanctificat, viuificat, consolatur, & omnia talia pariter pater & filius & spiritus sanctus (operantur.) nec quisquam præcipuè spiritus sancti tribuat efficaciæ sanctificatricem potestatem, cùm audierit seruatorem in Euangelio de discipulis ad patrem dicentem: Pater sanctifica eos in nomine tuo. Item cætera quoque omnia eodem modo pariter & ex æquo iis, qui digni sunt, præstantur & à patre, & à filio, & à spiritu sancto, omnis gratia, virtus, deductio, vita, consolatio, in immortalitatem commutatio, in libertatem traductio, & si quod aliud bonum est ad nos vsque descendēs. Quæ autem supra nos est circa vtramque creaturam quæ partim mente ac ratione percipitur, partim sensu deprehenditur, gubernatio, si per ea, quæ à nobis intelliguntur & iudicantur, etiam de supernis aliquam facere coniecturam oportet, nec hæc quidem efficaciæ atque virtutis spiritussancti expers est, vnoquoque pro sua dignitate, atque necessitate & vsu partem commoditatum & vtilitatum capiente. Nam etsi sensum nostrum effugit nostræ naturæ in supernis constitutio atq; administratio: tamen ex consequentia meliori ratione aliquis per ea, quæ nobis nota sunt, adduceretur ad consentiendum etiā in illis operibus virtutem spiritus versari (potius) quam penitus eum esse summotum à gubernatione eorū, quæ suprà sunt. Nam qui illud quidē dicit, nudum nullaque probatione subnixum maledictum profert, nulla ratione cōfirmans absurdam opinionem. qui verò asseuerit etiam ea, quæ supra nos sūt, vnà cum patre & filio virtute spiritus gubernari, eo, quòd in vita sua animaduertit, euidenti ac perspicuo signo innixus, de his rebus affirmat. Cùm enim natura quidem humana ex animo & corpore conflata, angelica verò incorpoream vitam sortita sit, si quidem in solis corporibus efficax spiritus sanctus esset, animus verò gratiæ, quæ ab eo proficiscitur, capax non esset: fortasis aliquis ex hoc colligeret, si ea, quæ in nobis est, intellectualis & mente comprehensibilis incorporeaque natura supra virtutem spiritus esset, ne angelicam quidem vitam gratia illius indigere. Sin autem primaria ac præcipua ratiōe spiritus sācti donum animi beneficium est, animique nostri compositio per eam sui partem, quæ ratione quidem intelligitur, non autem videtur, cum angelica atque incorporali vita aliquo modo coniuncta est: quis ex iis, qui consentanea videre sciūt, ad assentiendum nō adducatur, quod omnis ea, quæ ratione ac mente comprehenditur, natura sancti spiritus dispositio-

Operationes patris, filii & spiritus sancti non esse differentes.

Ioan.17.

A B C D E

ne gubernetur? Nam quoniam dictum est, quod angeli semper vident faciem patris mei in cœlis, neque verò aliter videre licet hypostasin siue personam patris, nisi quis per characterē in eam intuitus fuerit: character autē patris hypostaseos siue personæ vnigenitus filius est: huic verò rursus nemo appropinquare posit, cuius mēs spiritu sācto non fuerit illustrata atque illuminata: quid ex his demonstratur aliud, præterquam quod à nulla actione, quæ à patre & filio proueniat, spiritus sanctus separatus sit? Igitur par eademque efficacia atque operatio & in patre & in filio & in spiritu sancto clare ac perspicuè demonstrat, quod nulla sit differētia variatióue naturæ. itaque etiā si naturam significet nomē Deitatis, propriè (tamē) hanc appellationem spiritui quoque sancto conuenire ex essentiæ communione colligetur. Verū nescio quomodo ad demōstrationem naturæ appellationem Deitatis afferunt, qui omnia confingunt & comminiscuntur, quasi non audiuerint ex scriptura diuina, quòd natura non sit eius conditionis, vt cōstitui, eligi, designari ve possit, at Moyses constitutus ac designatus est Ægyptiorū Deus cùm ita dixerit ad eum, is qui oraculum edebat, Deum te dedi Pharaoni. Quocirca hæc appellatio potestatis cuiusdam, siue inspectricis, siue operatricis demonstrationem affert. At diuina natura in omnibus quæ excogitātur nominibus sicut est, ita manet eius conditionis, vt nulla significatione exprimi & efferri posit, vt nostra opinio fert. Nā cùm benefactorē & iudicē, bonumq; & iustum, & quotquot sunt alia talia (nomina) didicerimus, operationum differentias didicimus: eius autem qui operatur naturam, nihilo magis per efficaciarum & operationum animaduersionem cognoscere possumus. Cùm enim aliquis & vniuscuiusque horum nominū, & ipsius naturæ circa quam ea nomina intelliguntur, rationem reddit ac definitionem, non eandem reddit vtrorumque rationem. quorum autem ratio, definitio ve diuersa eorum natura quoque differens est. Igitur aliquid aliud quidem essentia, cuius nondū oratio index cogitata atque inuenta est: alia verò nominū quæ circa eā proferuntur, quæ vel ex efficacia atque actione aliqua vel dignitate indita sunt, significatio est. Ac quòd nulla quidem in efficaciis & operationibus differentia sit, ex communione nominū deprehendimus: communio verò naturæ manifestè demonstratur, dum per paritatem operationū ostenditur atque comprobatur. Sine igitur efficaciæ atque actionis & officii nomen Deitas est, sicut vnam efficaciam & operationem patris & filij & spiritus sancti, ita etiam vnam dicimus esse Deitatem: siue iuxta vulgi opinionem naturæ indicatiuum nomen Deitatis est, quoniam nullam inuenimus in natura variationem ac diuersitatem ex identitate efficaciarum & operationum, nō inconuenienter neque absurdè vnius Deitatis statuimus & censemus esse sanctā Trinitatē. Sin antē aliquis statuat hanc appellationem dignitatis esse demonstratiuā, equidem haud scio, qua ratione illud nomen ad eam significationem trahēs, veruntamen quoniam multos licet audire talia dicentes, ne alicunde locum & aditum aduersus veritatem aduersariorum studium inueniat, ad talem quoque opinionem, vnà cum iis, qui ita suspicatur,

Matth.18

Exod.7.

ſpicātur, circumacti atque euagati dicimus, quòd A etiamſi dignitatem hoc nomen ſignificaret, ſecundum hanc quoque denotationem propriè ſpiritui ſancto ea appellatio accommodabitur. Nam omnem quidem dignitatem regni nomen denotat: Deus autem noſter Rex, inquit, ante ſeculum, qui etiam Regis filius, qui omnia, quæ patris ſũt, habet etiam ipſe à ſancta ſcriptura Rex pronunciatur. Spiritum verò ſanctum vnigeniti vnctionẽ eſſe diuina ſcriptura dicit, ex tranſlatione eorum, quæ hîc (in terra) fieri conſueuerunt, dignitatem ſpiritus explicans atque deſignans. Quemadmodum enim antiquitùs in iis, qui ad regnum promouebãtur, ſignum dignitatis huius erat vnctio, quæ eis adhibebatur: quo facto ex illo tempore traductio & tranſitus quidẽ erat à priuata & humili fortuna ad principatus faſtigium & celſitudinem, atque aliud nomen poſt vnctionem accipiebat is, qui hac gratia ac decore dignus erat indicatus, & pro cõmuni homine Chriſtus domini nominabatur: idcirco, quo maximè ſpiritus ſancti dignitas hominibus oſtenderetur, ſignum regni & vnctio à ſcriptura nominatus eſt, nimirum, vt nos doceremur, quòd vnigeniti filii Dei gloriæ ac regni particeps & ſocius ſit ſpiritus ſanctus. Nã vt in Iſraële non licebat regnum ſuſcipere, niſi vnctio præceſsiſſet: ita ex tranſlatione nominum, quæ apud nos in vſu ſunt, parem vim ſcriptura oſtẽdit, nimirum quòd nec filii quidem regnum abſque ſancti ſpiritus dignitate accipiatur: idcirco propriè Chriſtus, id eſt, vnctus dicitur inſeparabilis & indiuiſibilis cum ſpiritu ſancto coniunctionis hoc nomine præbens demonſtrationem. Si igitur Chriſtus quidem vnigenitus Deus, vnctio verò ſpiritus ſanctus eſt: Dei autem appellatio regiam poteſtatem oſtendit, ſignum item & omen regni vnctio eſt, vtique particeps etiam dignita- B tis ſpiritus ſanctus eſt. Quocirca ſi qui aiunt Deitatis nomen, dignitatis eſſe ſignificatiuum: & demonſtratum eſt etiam in hac communionem habere ſpiritum ſanctum, vtique qui dignitatis particeps eſt, prorſus etiam particeps erit nominis, quo hæc ſignificatur.

D. GREGORII NYSSENI AD ABLABIVM, DE EO QVOD NON PVTANDVM *SIT TREIS DICI DEOS OPORTERE.*

Laurentio Siſano interprete.



VOS quidem, qui iuxta internũ hominem omni robore vigetis, æquũ erat cum aduerſariis veritatis decertare, cũque haud grauatim ſuſ- C cipere laborem, vt nos patres præclaris filiorum ſudoribus oblectaremur. hoc enim ſuggerit lex naturæ. ſed quoniã inuerſo ordine ad nos mittis impetus cuſpidum, quibus aduerſarij veritatem petunt, poſtulasque à nobis ſenibus clypeo fidei extingui carbones deſolatorios, & retundi tela per falſam ſcientiam acuta, ſuſcipimus onus iniunctum, ac tibi ad propenſam obedientiam exemplo ſumus, vt etiam ipſe nobis inuicem parem præbeas in ſimilibus iuſſis retributionem, ſiquando te ad talia certamina excitauerimus, ô ſtrẽnue Chriſti miles Abla- D bie. Eſt autem haud parua quæſtio hæc, quã propoſuiſti nobis, neque eiuſmodi quæ ſi non conuenienter ac dignè tractata & examinata fuerit, nõ parum detrimẽti allatura ſit. Neceſſe eſt enim ex vi theorematis, ſecundum eum, qui ſe prima frõte offert intellectum, in alterutrum prorſus diſsimilium duorum incidere errorem. & vel treis dicere Deos (quod nefas eſt:) vel teſtimonio noſtro non comprobare, quòd filio ſpirituique ſancto Deitas adſit: quod & impium eſt & abſurdum. Porrò quod abs re dicitur, tale eſt: Petrus & Iacobus & Ioannes, cum in vna ſint humana natu- E ra, tres homines dicuntur. Ac nullo modo abſurdum eſt, natura coniunctos, ſi plures ſint, ex nomine naturæ pluraliter numerari. Si igitur illic hoc conſuetudo concedit, ac nemo vetat duos dicere, qui duo ſunt, & treis eos, qui ſupra duos ſunt: quo pacto in myſticis decretis treis hypoſtaſeis confitentes, & nullam in iis circa naturam differentiam agnoſcentes, aduerſamur quodammodo confeſsioni, vnam quidem Deitatem patris & filii & ſpiritus ſancti dicẽres, treis autem Deos dicere vetãtes? Igitur quæſtio quidem, quẽadmodum modò dicebam, tractatu multum difficilis eſt, nobiſcum verò, ſi quidem aliquid tale poſsimus inuenire, per quod mentis noſtræ ambiguitas firmaretur, & non amplius ad abſurdum dilemma dubia vacilaret atque pẽderet, præclarè ageretur, ſin aũt noſtra oratio propoſita quæſtione infirmior arguatur, traditionem quidem, quã à patribus per ſucceſsionem accepimus, ſeruabimus in perpetuum firmam & immotã: orationẽ verò, quæ fidei patrocinetur, à domino requiremus: quæ ſi ab aliquo eorum, qui gratia præditi ſunt, inuenta fuerit, gratias agemus ei, qui gratiam dederit: ſin minus id nobis contigerit, nihilo ſecius in iis, quæ decreta atque ſtatuta ſunt, fidem ſtabilem & firmam retinebimus. Cur igitur tandem in noſtra cõſuetudine cùm ſigillatim numerauerimus eos, qui in vna natura demonſtrantur, plurali nomine vtimur, tot homines, & non vnum omneis eſſe dicentes, in diuina verò natura ratio decreti Deorum multitudinem expellit, & hypoſtaſeis numerans, & pluralem ſignificationem non admittens? Et quidem aliquid dicere videatur, ſi quis ſimplicioribus id, quod in promptu eſt, dicat, quod ratio decreti Deorum quæ à Græcis celebratur, multitudinis ſimilitudinem vitãs, deos plures numerare noluerit, ne qua decretorum quoque exiſtimetur eſſe communio, ſi non ſingulariter, ſed pluraliter etiam à nobis numen numeraretur ad ſimilitudinẽ conſuetudinis apud illos obtinentis, atque hoc, ſiquidẽ integrioribus ac ſynceerioribus dicatur, forſitan aliquid dici videatur, apud alios aũt, qui alterum ex propoſitione ſibi firmũ ac ſtabile manere deſiderãt, aut

non

non confiteri videlicet Deitatem in tribus, aut treis prorsus nominare eos, qui eiusdem participes & socii sint Deitatis, nondū tale est id, quod diximus, vt generare & inducere possit aliquam quæstionis solutionem. Quocirca necesse est pluribus respondere quomodocunque potetimus inuestigando rei veritatem. Non enim de rebus friuolis ac vulgaribus quæstio est. Dicimus igitur primum abusum quendam esse consuetudinis, vt eos qui natura diuisi non sunt, per ipsum naturæ nomen pluraliter nominemus ac dicamus, Multi homines. cui simile est, si quis dicat, Multæ naturæ humanæ. Quòd autem hæc ita se habeāt, hinc nobis planum fieri possit. Cùm enim appellamus aliquem, non ex natura eum nominamus, ne que fortè errorem communio nominis inducat, vnoquoque qui audiat seipsum appellatum esse existimante quòd non propria appellatione, sed ex communi nomine naturæ vocatio fiat: sed propriam ei impositam (significatricem dico subiecti) vocem proferentes, ita eum à vulgo ac multitudine separamus. vt multi quidem sint eādem sortiti naturam, verbi gratia, discipuli, vel apostoli, vel martyres, vnus verò in omnibus sit homo. quoniam, vt dictum est, non singularis (alicuius) sed communitatis naturæ est homo. Homo enim est vel Lucas, vel Stephanus, nō tamē si quis homo est, prorsus etiam Lucas vel Stephanus est. Sed hypostaseon quidem ratio per eas, quæ in vnoquoque considerantur proprietates, dispertitionem admittit, & iuxta conpositionem in numero consideratur. natura verò vna est, ipsa secum vnita, penitusque ac prorsus vnitas individua est, que neque adiectione augetur neque subtractione diminuitur, sed quod est, vnum eus & vnum permanens, etiamsi in multitudine esse videatur sectionis expers continua, integra atque perfecta est, que non vnà cum singularibus qui eius participes sūt diuiditur. Ac quemadmodum plebs, populus, exercitus, concio, singulariter omnia dicuntur, vnumquodque autem horum in multitudine esse intelligitur: eodē modo secundū exactiorē & exquisitiorem rationem homo quoque vnus propriè dici posset, etiam si hi, qui in eadem natura demonstrātur, multitudo sint, vt multo rectius fuerit, lapsam in nobis corrigere consuetudinem, & nō amplius naturæ nomē ad multitudinem extendere, quàm consuetudini seruientes, errorem, qui hîc latet, etiam ad diuinum dogma transferre. Sed quoniam consuetudinis correctio difficilis est: (quî enim alicui persuaderi possit, vt non multos dicat homines. qui in eadem natura demonstrantur? etenim in omni re consuetudo mutatu difficilis est) quantū attinet ad hanc infernam quidem naturam, si obtinenti consuetudini non aduersemur, nequaquā tantum peccauerimus, cum nullum existat detrimentum ex prauo nominum vsu. In diuino verò decreto non amplius æquè tutus & à periculo vacuus, promiscuus & indifferens nominum vsus est. Non enim paruum hic quod perparuum est. Igitur vn° nobis cōfitēdus est, Deus iuxta scripturæ testimonium: Audi Israel Dominus Deus tu° dominus vnus est: etiam si vox Deitatis permeat sanctam Trinitatem. Hæc autem dico secundum rationem redditam in humana natura: qua didicimus non oportere plurali designatione dilatare appellationem naturæ. Sed exactius nobis excutiendum est ipsum nomen Deitatis, vt per eam, quæ inest voci, significationem aliquod nobis adiumentum accedat ad declarationem propositæ quæstionis. Vox igitur Deitatis vulgi quidem opinione naturæ peculiariter indita esse videtur ac quemadmodum vel cœlū, vel sol, vel aliud quippiam ex mundi elementis peculiaribus vocibus subiectorum significatricibus denotatur: ita aiunt in suprema quoque atque diuina natura tanquā proprium quoddam nomen vocem Deitatis aptè accommodatam esse ei, quod (per eam) declaratur. nos verò scripturæ documenta sequentes innominabilem & inexplicabilem eam esse didicimus: & omne nomen siue ab humana consuetudine adinuētum, siue à scripturis traditum fuerit, aliquid denotandi vim habere dicimus eorum, quæ circa diuinam naturam esse intelligūtur, ipsi° verò naturæ non continere significationem. atq; hæc ita esse, haud magno negocio demonstrari potest. Nā cætera quidem nomina que creaturis imposita sūt, vel absque aliqua originali notatiōe, quam etymologiam dicimus, reperiat aliquis fortuitò accōmodata esse subiectis, contenti essemus quocunque modo per iis impositas voces res significate, ne cōfusa nobis esset rerum significatarum cognitio. Ea autem, quæ idcirco prodita sūt vt nos deducerent ad Dei cognitionem, peculiarem vnumquodque continet in se sententiam cōprehensam: nec vllam in diuinis nominibus vocē reperias aliquo careutem intellectu. Ex hoc itaque demonstratur, quòd non ipsa diuina natura per aliquod eorum nominum denotetur, sed aliquid eorum, quæ ei adiuncta sunt, per ea, quæ dicuntur, indicetur. Dicimus enim verbi gratia, si res ita ferat, numen esse incorruptibile, vel potēs vel quecunque alia dicere mos est. sed reperimus cuiusque nominis peculiarem esse significationē, quam deceat intelligi ac dici de diuina natura, quæ significatio tamen non illud significet, quod natura iuxta essentiam est. Nam ipsum, quodcunque tandem est, incorruptibile est: dictionis autē incorruptibilis notio atque intellectus hic est, ꝙ id quod est, ad corruptionem non redigatur. Proinde cùm incorruptibile diximus, id quod in naturam non cadit, diximus: quid autem sit illud, quod corruptioni obnoxium non sit, non expressimus. Eodem modo si vel viuificum dixerimus, cùm id quod efficit, per appellationem significanerimus, ipsum efficiens, ac naturā effectricē (eo) verbo non indicauimus. Item in cæteris omnib° eadē ratione ex ea, quæ insita est augustiorib° vocibus, significatione, reperimus aut ea, quæ id, quod non oportet, de diuina naturā sentire interdicant, aut quæ sentire deceat, nos doceant, non autem ea, quæ contineant ipsius naturæ significationem. Quoniam igitur varias supernæ potentiæ efficacias animaduertentes, à qualibet nobis nota efficacia appellationes adaptamus, atque vnam nimirum etiam hanc efficaciam inspectricem & visitatricē, & vt aliquis dicere possit, *theatikin*, id est spectatricem esse cognoscimus: qua omnia inspicit, omnia intuetur, cogitationes videns, & vsque ad ea, quæ spectari non possunt, contemplatrice virtute penetrans: *ec tis theas* id est visione

Exod. 20.

Deitatis vocabulum nō esse naturæ.

Efficacia in deo.

visione & inspectione, *theotita*, id est, Deitatem denominatam esse existimam ", & *ton theoten imon* id est, inspectorem, contemplatorem nostrum & curatorem, *theon*, id est, Deum, & à consuetudine, & à scripturarum doctrina appellari arbitramur. Quod si quis concedit, idem esse, *to theasasthai*, id est, spectare, &, *to b'epin*, hoc est, videre: atque omnia, *ephorenda*, hoc est auspicientem, *theon*, id est Deum, *epoorin*, hoc est inspectorem & præfectum summæ rerum & esse, & dici: consideret hanc efficaciam, vtrùm vni adsit ex iis, quæ in sancta Trinitate creditæ sunt, personis an ad omneis ea virtus pertineat. Nam si vera est, *tis theotitos*, id est, Deitatis explicatio, & ea, quæ videtur *theata*, id est, visibilia seu spectabilia, & *to theomenon*, hoc est, id quod videt & spectat, *theos*, id est, Deus dicitur: nulla iam probabili ratione aliqua personarum, quæ in Trinitate sunt, à tali appellatione separabitur propter insitam voci significationem. Nam quòd videant & intueantur, scriptura suo testimonio ex æquo attribuit & patri & filio & spiritui sancto. Protector noster Aspice Deus, inquit Dauid. Nam ex hoc discimus speciem Dei, quatenus Deus intelligitur, habere peculiarē efficaciam videndi, ex eo quod dixit, Aspice Deus. Quinetiam Iesus videt cogitationes damnantiū, quòd pro potestate peccata hominū condonaret. Videns enim, inquit, Iesus cogitationes eorum. Item de spiritu Petrus ad Ananiam dicit, Cur impleuit Satanas cor tuum, vt mentireris spiritui sancto? ostendens, quòd eorum, quæ in occulto ausus erat Ananias testis verax & arbiter esset spiritus sanctus, per quem etiam Petro prodebantur occulta. Atque ille quidem sui ipsius fur erat, fallens omneis, vt putabat, & peccarum occultum habēs. Spiritus autem sanctus simul & in Petro erat, & illius mentem ad auaritiam profectam deprehendit, & per sese Petro latentia videndi facultatem dat, hoc videlicet non facturus, si occulta videndi virtutis expers esset. At nondum, inquiet aliquis, ad id quod quæritur, orationis spectare structurā. Neque enim si datum fuerit commune naturæ vocabulum esse Deitatis, iam (pretinus) per hoc, probatum fuerit, quòd non oporteat dicere Deos: quinimò cōtrà ex his magis cogimur dicere deos. Reperiemus enim in consuetudine hominum, non solùm eos, qui eandem naturā cōmunē habent, verumetiā si qui sint eiusdem studii, & officii, nō singulariter multos nominari. qua ratione oratores multos & geometras dicimus, agricolasque & sutores: & in cæteris omnibus eodē modo. Ac si quidem naturæ vocabulum Deitas esset, magis cōgrueret atq; conueniret iuxta añ ted dictā rationē (omucis) treis hypostaseis singulariter cōprehendere, & vnum Deum dicere, quippe cū natura talis sit, vt in partes secari ac diuidi nō possit. Sed quoniam per ea, quæ dicta sunt, affirmatum est, quòd officium efficaciamque & non naturam significet nomen Deitatis: ad contrarium quodammodo sensum ex iis, quæ affirmantur, oratio redigitur, vt idcirco magis oporteat dicere treis Deos, eos, qui in eadem efficacia versari videntur: quemadmodum aiunt dici treis philosophos, aut oratores, aut si quod est aliud ex studio atque officio nomen, cùm plures fuerint socij eiusdem vitæ instituti. Atque hæc diligentius ac magis industriè amplificaui aduersariorū ex opposito inferens orationem, vt firmius ac certius nobis decretum constabiliatur validioribus oppositionibus munitum. Proinde ex integro nobis oratio repetenda est. Quoniam nobis per orationis structuram mediocriter demōstratum est, quòd non naturæ, sed efficientiæ vocabulū Deitatis est, si quis fortè hanc eius rei caussam afferat, haud absurdè dixerit, quòd in hominibus quidē pluraliter eos, qui eorundem studiorum & officiorum inter se participes ac socii sint, numerentur & nominentur: singulariter verò numen diuinum tanquam vnus Deus & vna Deitas dicatur, etiamsi tres hypostases ab ea, quæ in Deitate apparet, significatione non secernantur. quippe cùm homines quidem, etiamsi plures eiusdem sint officii sigillatim, quisque (tamen) seiunctus agit & operatur id, quod sibi sumpserit efficiendū, nihil communicans in sua actione cum iis, qui eiusdem sunt officii atque instituti. Nam etsi plures fuerint oratores studium quidem & officium cùm sit vnum, idem in pluribus nomē habet: qui autem id tractant, sigillatim quisque solus suum negocium agunt: seorsim ille, itemque alter separatim orationem exercentes. Igitur in hominibus quidem, quandoquidem discreta cuiusque est in iisdem officiis & institutis actio atque operatio, propriè multi nominātur, cum quilibet eorum intra suos terminos pro ratione sui peculiaris negocij ab aliis separetur. At in diuina natura non ita didicimus, quòd pater faciat aliquid per se solus, quod filius non vnà cum eo capessat. Aut filius rursus peculiariter aliquid operetur absque spiritu. sed omnis actio ad creaturam à Deo perueniens, quæ secundum varias notiones atque cōsiderationes nomē accipit, à patre proficiscitur, & per filium progreditur, & in spiritu sancto perficitur. Idcirco in multitudinem operātium nomē efficaciæ non scinditur: quoniam non separatim cuiusque atque peculiare circa aliquam rem studium est: sed quicquid fit, quod vel ad nostri prouidentiam, vel ad summæ rerum administrationē & constitutionem pertineat, per treis quidem fit, non tamen tria sunt, quæ fiunt. Intelligemus autē id quod dicitur per vnam aliquam rem: ab ipso, inquam, capite beneficiorum, Vitam consequuta sunt, quæcunque in huius beneficii societatem venerunt. Si scrutemur igitur, vnde nobis tale bonum contigerit, ex commonstratione scripturarū reperimus, id nobis contigisse à patre & filio & spiritu sancto. At non quoniam treis personas, ac tria nomina proponimus, treis etiam vitas, separatim vnam ab vnoquoque eorum largitam nobis esse arbitramur: sed eadem vita & à patre præstatur, & à filio expeditur, & à spiritus pendet voluntate. Quoniā igitur ad similitudinem eius, quod modò dictū est, nō diuisim pro numero hypostaseon sancta Trinitas omnē actionē operatur, sed vnus quidem bonæ voluntatis motus, vna dispositio est, quæ à patre per filium ad spiritum vsque deducitur atque dirigitur: quemadmodum non dicimus treis viuificantes eos, qui vnā vitam præstant, neque treis bonos, qui in eadem bonitate considerantur, nec reliqua omnia pluraliter enūtiamus: eodem modo neque treis Deos nominare possumus eos, qui hanc *Theikin*, id est, diuinam siue

Deus vnde dicatur.

Psal.83.

Luc.9.

Act.5.

Distinctio in personis qua.

Vita vnde consequamur.

siue inspectricem virtutem & actionem tum in nobis, tum in omni creatura, coniunctim & non separatim per sese inuicem exercent. Vt enim de Deo summæ rerum docti scriptura dicente, quòd iudicet omnem terram, iudicem eum vniuersarum rerum per filium esse dicimus: ac rursus vbi audiuerimus, quòd pater neminem iudicet, non existimamus pugnare secum scripturam. (Nam qui iudicat omnem terram, per filium, cui omne dedit iudiciū, hoc facit: ac quicquid per vnigenitum fit, ad patrem relationem habet, vt & ipse iudex vniuersarum rerum sit, & neminem iudicet, quippe cùm, vt dictum est, iudiciū omne filio dederit, & omne iudicium filii à patris voluntate diuersum non sit: nec rectè quis dixerit, vel duos iudices, vel alterum priuatum ac spoliatum esse virtute ac potestate iudicandi:) ita etiam in Diuinitatis ratione, Christus Dei virtus, & Dei sapientia est: atque inspectricē ac *Theatikin*, id est, spectatricem virtutem, quam nimirū *Theotitha*, id est, Deitatem siue Diuinitatem dicimus, per vnigenitum pater operatur, filio autem omnem virtutem in spiritu sancto perficiente: ac iudicante quidem vt Esaias dicit, in spiritu iudicii, & spiritu adustionis: [Esa. 4.] operante item secundum Euangelii vocem, quam ad Iudæos edidit. [Math. 12.] (Dicit enim, Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmonia: à parte totam speciem beneficiū comprehendens per eam, quæ circa efficientiā est vnitatē, per quā vnitatē mutua opera efficientia exercetur:) vnum nomen efficientiæ in multos dispertiri ac diuidi non potest. Quoniā enim vna inspectricis & spectatricis virtutis ratio (est) in patre & filio & spiritu sancto, quēadmodū in superiobus dictū, est quæ ex patre quidem tanquam à fonte quodam proficiscitur, à filio verò ad actionem deducitur, & in virtute spiritus gratiam perficit & consummat: ac non separatur iuxta hypostaseis vlla efficientia, quæ peculiariter ac disiūctim ab vnaquaque hypostasi absque ea, quæ vnà consideratur, perficiatur: sed omnis cura prouidentiaque, & vniuersarum rerum moderatio, tam earum, quæ circa sensibilem creaturam, quam quæ circa supramundanam naturam spectantur: eaque virtus quæ & res cōseruat, & delicta corrigit, & rectè facta docet, vna est, & nō treis, quæ quidem à sācta Trinitate peragitur, non tamen pro numero personarum, quæ in fide considerantur, trifariam diuiditur, vt vnusquisque actus & vnumquodque opus, si per seipsum consideretur, aut patris solius, aut vnigeniti peculiariter, aut Spiritus sancti separatim sit: [1. Cor. 12.] sed diuidit quidem cuique singulatim bona, vt inquit apostolus, vnus & idem spiritus: non autem absque principio boni motus est ex spiritu: sed reperimus quòd ea, quam ante hanc mentē percipimus & animaduertimus virtus, quæ est vnigenitus Deus, omnia facit, sine quo nihil eorum quæ sunt ad generationem prouenit: quin & ipse rursus bonorum fōs ex patris destinatione ac voluntate existit. Si igitur omnis res bona, & omne bonum nomē ab ea, quæ principii expers est, potestate ac consilio pendens in virtute spiritus per vnigenitum Deum siue distinctione ac spatio temporis ad perfectionem & consummationem deducitur, nec vlla mora in diuini propositi destinationisque motu à patre per filiū ad spiritum intercedit aut intelligitur: atque vnum bonorum tum nominum tum intellectuum etiam Deitas est: haud rectè in multitudinem id nomē diffundatur: quippe ea, quæ circa efficiētiam est, vnitate pluralem numerationem prohibente. [Rom. 4.] Ac quēadmodū vnus seruator omnium hominum maximè fidelium ab apostolo nominatus est, & nullus ex hac voce vel filium dicit nō seruare credētes, vel absque spiritu salutem cōsequentibus existere: sed est seruator omnium, qui super omnia est Deus, operante filio salutem per gratiam sācti Spiritus: atque ideo nihilo magis tres seruatores à scriptura nominātur, etiam si absque controuersia salus existat à sancta Trinitate: eodem modo neque tres dii (sunt) secundum redditam Deitatis significationem: quanquā cōuenit talia appellatio sanctæ Trinitati. Pugnare autem cum aduersariis dicentibus non oportere efficaciam intelligere per Deitatem, non admodum mihi necessārium esse videtur, quantum ad præsentem sermonis attinet probationem. Nam nos quidem indefinitam & incomprehensibilem diuinam naturā esse credentes nullam eius animaduertimus comprehensionem: sed omnimodo in infinitate intelligi (eam) naturam cēsemus & affirmamus. quod autem prorsus est infinitum, non aliqua quidem re definitur, aliqua verò non: sed omni ratione infinitas effugit definitionem. quod igitur expers est definitionis, ne nomine quidem prorsus definitur. vt ergo permaneat, in diuina natura indefiniti intellectus, super omne nomen dicimus esse diuinum numen: at Deitas vnum de nominibus est. Non potest igitur idem & nomē esse, & super omne nomen esse existimari. Veruntamen si aduersariis hoc placet, quod non efficientiæ, sed naturæ significatio sit, recurremus ad eam, quam in initio posuimus orationem, quòd cōsuetudo perperam naturæ nomen ad multitudinis significationem trahat, neque incremento vllo, neque diminutione, secundum veram rationem, accedēte ad naturam, cùm vel in pluribus vel paucioribus spectatur. Ea nanque sola secundum compositionem numerātur, quæ secundum propriam circūscriptionem considerantur. Circunscriptio autem in superficie corporis, in magnitudine, in loco, in differentia figuræ & coloris comprehenditur. At quod extra hæc cōsideratur, effugit eā, quæ per talia fit, circunscriptionem. quod autem non circunscribitur, nō numeratur & quod nō numeratur in multitudine cōsiderari nō potest. Nā & aurū etiā si in multas formas & figuras scindatur, & vnū & esse & dici affirmamus. numos verò multos ac multos stateres nominamus nullā auri naturæ redundantiam in multitudine staterum reperientes. Vnde multum quoque aurum dicitur, cùm maiori pondere vel in vasis vel numis spectatur, multa autē aura propter multitudinem materiæ non nominantur, nisi quis ita dicat, aureos multos veluti Daricos, aut stateres: in quibus non materia, sed moneta numique multitudinis significationē admittunt. nam propriè hos non *crisous*, id est, aura [Ista sunt Grammatica.] sed *criseos*, id est, aureos dicere licet. Quemadmodum igitur multi quidem aurei sunt stateres, aurū verò vnum est: eodem modo multi quidem singulares in natura hominis ostendūtur, vt Petrus, Iacobus, Ioannes: vnus verò in his homo est.


Quod

Quod si scriptura nomen dilatat & extendit ad pluralem significationem, dũ dicit, homines per maiorem iurant, & filii hominum, & cætera similia: indicandum est, quòd consuetudine obtinentis linguæ proprietatis, quam dialecton vocamus, vtatur, nõ legem præscribat, qua sic oporteat potius quàm aliter verbis vti: nec artificiosam aliquam de verbis doctrinam instituens hæc dicat, sed secundum obtinentem cõsuetudinem verbo vtatur, id solum spectans, vt accipiẽtibus vtilis sit oratio, nihil admodum disquirens circa dictionẽ, in quibus locis nullum damnum circa sẽtentiam ex verbis conflatur. (Ac longum fuerit ad dictorum probationem ex scriptura colligere constructiones solœcismi speciem habentes:) in quibus autem periculum est, ne detrimentum patiatur veritatis aliqua pars, non item promiscuus & indifferens vsus, nec indiligentia discutiendi & examinandi in verbis scripturæ reperitur. Idcirco homines quidem pluraliter nominare concedit, quippe cùm nemo propter huiusmodi figurã vocis ad multitudinẽ humanitatum suspiciõe prolabatur, nec multas humanas naturas significari existimet, propterea quòd nomen naturæ pluraliter enunciatum sit. at vocem Deus cum cautione & obseruatione per singularem figuram enũciat, hoc prospiciens & cauens, ne diuersæ naturæ plurali significatione deorum in diuina essentia subintroducantur: quamobrem, Dominus Deus, inquit, dominus vnus est: quinetiam vnigenitum Deum voce Deitatis pronunciat: ac non dissoluit id, quod vnum est, in dualem significationem, vt duos Deos patrem & filium nominet: tametsi vterque Deus à sanctis prædicetur. sed Deus quidem pater: Deus item filius: vnus verò in eadem prædicatiõe Deus est: quippe cùm neque naturæ, neque efficaciæ aliqua differentia in Deitate cõsideretur. Nam si variaret & diuersa esset in sancta Trinitate natura, prout suspicantur nonnulli errore decepti, consequenter in multitudinem Deorum numerus dilataretur, atque vnà cum diuersitate essentiæ subiectorum diuideretur. sed quoniam omnem circa essentiam diuersitatẽ reiicit diuina, simplex, & variare alterari ve nescia natura, vt vna sit, multitudinis significationẽ in sese non admittit: sed vna dicitur natura, ita cætera quoq; omnia singulariter nominãtur: Deus bonus, sanctus, seruator, iustus, iudex, & si quod aliud augustum ac Deo conueniẽs nomẽ intelligitur, quod siue ad naturam, siue ad efficaciam spectare quis dicat, non contendemus. Quod si quis calumnietur orationem, quasi ex eo, quod nõ admittat differentiam circa naturam, mixtionem quãdam & confusionem hypostaseon facientem: hoc ad talẽ accusationem respõdebimus, quòd nos qui diuinam naturam differentiæ variationis ve expertem esse confitemur, eam quæ circa caussam & caussatum consideratur differentiam, non negamus, per quod solum discerni alterum ab altero deprehendimus, nimirũ eo quòd credimus aliud quidẽ caussam esse, aliud verò ex caussa: & eius quod ex caussa est, rursus aliam differẽtiã consideramus: nam aliud quidem continenter (& sine medio) ex primo est, aliud verò per id, quod immediatè & ex cõtinenti est, vt & vnigeniti proprietas absque ambiguitate in filio maneat, & ex patre spiritum esse non dubitetur: filio, qui medius intercedit, & sibi vnigeniti proprietatem seruante, & spiritum à naturali ad patrem habitu nõ arcente. Caussam autem, & id quod ex caussa est dicentes, non naturam per hæc nomina significamus. (Neque enim aliquis eandem caussæ & naturæ rationem reddiderit:) sed eam, quæ est secundum aliqualiter esse differentiam indicamus. Dicentes enim aliũ quidẽ caussatum & à caussa ortum, alium verò sine caussa esse, non naturam verbo caussæ separamus: sed solummodo neque filium ita se habere, quasi genitus non sit, neque patrem per natiuitatem & generationem esse indicamus. Prius autem necesse est nos credere quòd aliquid sit: & tunc quomodo id, quod creditum est, sit, scrutari. Alia igitur ratio est eius, quod quid est: alia item eius, quod quomodo est. Quocirca si quis dicat aliquid ita esse, quasi non genitum, quomodo sit, ponit: quid autem sit, hac voce simul non indicat. Etenim si de arbore aliqua interrogaueris agricolam, vtrùm satiua sit, an sponte prouenerit, ille verò responderit, vel non satiuam esse, vel plantatam succreuisse: nunquid naturam per eam responsionem indicauit? Minimè. sed vbi dixerit, quomodo sit, incertam & inexplicatã naturæ rationem reliquit. Ita etiam hîc, cùm didicerimus non genitum, quomodo quidem ipsum esse atque intelligere conueniat, edocti sumus: id autem quod quid est, per eam vocem non audiuimus. Eiusmodi igitur differentiã in sancta Trinitate edentes, vt aliud quidem caussam, aliud ex caussa esse credamus, non iam amplius accusari possimus, quòd per communionem naturæ rationem hypostaseon confundamus. Quoniam igitur hypostaseis quidem sanctæ Trinitatis caussæ ratio discernit, aliud quidẽ absque caussa, aliud verò ex caussa esse postulans: diuina autem natura & variationis & diuisionis per omnẽ considerationem expers esse deprehẽditur: idcirco propriè vna Deitas, & vnus Deus est, & alia omnia Deo conuenientia nomina singulariter efferuntur.

Nomina quæ Deo conueniant.

D. GREGORII NYSSENI AD PETRUM FRATREM SUUM, DE DIFFERENTIA ESSENTIÆ ET HYPOSTASEOS, ID EST, SUBSTANTIÆ.

siue subsistantia Laurentio Sifano interprete.



VONIAM complures & essentiæ verbum & hypostaseon, ex mysticis & arcanis de cretis atque doctrinis nõ discernũt: sed nihil interesse putãt, vtrũ essentiã an hypostasin quis dicat, quasi in vtroque nomine vna significatio sit: & ideo duplicis hæreseos in contrarium scissæ error circa significationem harum vocũ principia atque argumenta præbuit. cùm Sabellij quidem sectatores, propter communionem essentiæ factã Trinitatem in vnam hypostasin cogant: vice verò versa qui contrario morbo correpti sũt: (Arianos B dico) propter differentiã hypostaseon præscriptionem quoque essẽtiarũ introducant. hac de caussa, ne tibi quoque eadem accidant, vice cõmentarij, quo docearis & admonearis, de his vocibus tractatum breuem tibi feci. Est igitur, vt paucis res ostendatur, talis eorum quæ dicuntur, consideratio. Omnium nominum alia quidẽ, quæ de pluribus ac numero differentibus rebus dicuntur, magis vniuersalem quandam significationem habẽt, vt homo. qui enim hoc dixit, communem naturã per id nomen demonstrauit, non tamen ea voce descripsit eum, qui propriè significatur: alia verò C nomina singularium hominum, proprietatum significatiua sunt: per quæ non communio naturæ in verbo consideratur atque spectatur, sed rei cuiusdam descriptio nullam cum eo, quod eiusdẽ generis est, quantum attinet ad proprietatem & peculiaritatem, societatem habens: vt Paulus vel Timotheus. non enim iam amplius huiusmodi vox ad communionem naturæ refertur: sed recedens à comprehensiua significatione circumscriptarum quarundam rerum demõstrationem per nomina præstat. Cùm igitur duo vel etiam plures eodem tempore vnà fuerint: verbi gratia, Paulus, D Siluanus, Thimotheus: ac de essentia hominum quæratur ratio, nõ aliam aliquis essentiæ rationẽ edet in Paulo, aliam verò in Syluano, aliam item in Thimotheo. sed per quas rationes essẽtia Pauli demonstrata fuerit, eædem reliquis quoque conuenient: atque *omousioi*, id est eiusdem inter se essentiæ sunt, qui eadem ratione essentiæ describũtur. sed vbi aliquis animaduersa communione ad peculiaria ac propria, per quæ separatur alterum ab altero, considerationem & contemplationem conuertit, non iam itidem ratio, per quam vnumquodque cognoscitur, atq; discernitur, ei rationi, E quæ de alio profertur, per omnia conueniet, etiãsi in aliquibus aliquid reperiatur habere cõmune. Hoc igitur, quod propriè dicitur, verbo hypostaseos declarari dicimos. Nam qui hominem dixit, dissipatum quendam & conturbatum intellectũ

A per indefinitam significationem auribus intulit, vt natura quidẽ eo nomine significetur: quæ aũt res subsistit, & propriè declaratur eo nomine, non significetur at qui Paulum discrit, ostendit in re, quæ eo nomine declaratur, subsistentem naturã. Hoc itaque hypostasis, (quasi dicas substantia,) est nõ illa indefinita in omnibus essentiæ subsistẽtia, nullam propter communionem eius, quod significatur, stationẽ inueniẽs: sed ea, quæ id, quod & commune & inde scriptum est, per id, quod de quadam re dicitur, per apparentes nimirum in ea proprietates subiicit, circumscribit atque definit: quemadmodũ scriptura quoque hoc facere consueuit, cùm ĩ multis alijs locis, tũ in hystoria Iobi. Quoniam enim res eius narratura erat, cùm prius mentionem communis nominis fecisset, dixisset que, homo: statim subiũgit peculiari ac pprio nomine per adiectionem eius, quod dicit, quidam. ac essentiæ quidem descriptionem tanquam nihil vtilitatis & commodi ad propositam sermonis rationem afferentem reticuit. Quendam autem per propria insignia denotat atque designat, & locum edens & ingenij morumque indicia, ac quæcunque extrinsecus simul comprehensa separatura eum atque disiunctura, ac distinctura erãt à communi significatione, vt per omnia euidens ac perspicua fieret descriptio eius, de quo narratio instituebatur, ex nomine, ex loco, ex animi proprietatibus, ex ijs, quæ extrinsecus circa eũ considerabantur. Quod si essentiæ rationem edidisset, nulla iam dictarum rerum in explicatione dictionis, mentio facta fuisset. Eadem enim ratio fuisset, quæ vel in Baldacho Sauchita, vel Sophare Minæo, & in vnoquoque eorum hominum, quorum ibi mentio facta est, edi potuisset. Quam igitur in nostris terrenis ac mundanis rebus differentiæ rationẽ tum in essentia tum in hypostasi cognouisti, hanc si traducas etiam ad diuinas doctrinas atque decreta, non errabis: cùmque cogitabis quõ se habeat essentia patris, quodcunque tandem tibi tua mens suggerit (Ad nullum enim certum ac destinatum intellectum animum figere ac firmare licet, propterea quòd creditum ac persuasum est, eam essentiam superare omnem intellectum:) hoc etiã de filio intelliges: hoc eodem quoque modo de spiritu sancto. Nam non creati & incõprehensibilis ratio vna eademque & in patre & in filio & spiritu sancto est. Non enim aliud quidem magis, aliud verò minus incõprehensibile atque nõ creatum est. Quoniam autem per propria ac peculiaria signa inconfusum trinitatis discrimen habere oportet: qood quidẽ communiter in ea consideratur: velut non creatũ inquam, aut supra omnem esse cõprehensionem, aut si qoid tale est, non vnà comprehendemus & assumemus ad proprii indicationem: sed solum modo requirem' ea, quibus vniuscuiusque notio dilucidè & absque mistione ab ea, quæ vnà consideratur, segregetur. Quocirca rectè mihi hoc modo

modo ratio inuestigari videtur. Quodcunque ad nos à diuina potentia atque virtute bonum peruenerit, hæc omnia efficientis gratiæ actionem & opus esse dicimus: vt inquit apostolus, Hæc omnia operatur vnus & idem spiritus, distribuens singulatim vnicuique prout vult. Si inquiramus autem, an à solo sancto spiritu bonorum subministratio accepto initio, ita perueniat ad eos, qui digni sint iis bonis: rursus à scriptura deducimur ad id, vt subministrationis bonorum, quæ per spiritum nobis suppeditantur, principem, authorem & caussam vnigenitum Deum esse credamus. Omnia enim per ipsum facta ac per ipsum constituta esse, à sancta scriptura didicimus. Cùm igitur etiam ad illam elati & euecti fuerimus notionem, rursus per diuinæ doctrinæ suggestionis adminiculũ deducti docemur, quod per eam virtutem nobis omnia ex eo, quod non est, in id vt sint, producatur: non tamen nec ex illa quidem absque principio. Sed est quædam virtus sine generatione existens, & absque principio subsistens, quæ caussa generationis est omnium eorum, quæ sũt. Ex patre nanque filius est per quem omnia fiunt. Omnia autem per filium fiunt, cum quo semper vnà spiritus sanctus inseparabiliter intelligitur & cõsideratur. Fieri enim non potest vt aliquis filium plena mente comprehendat, nisi prius à spiritu fuerit illuminatus & illustratus. Quoniam igitur spiritus sanctus, à quo omnis bonorum facultas & subministratio ad creaturam quasi scaturit atque emanat, à filio quidem cum quo simul immediatè nullo vice intercedente spatio comprehenditur, pendet: à patris verò caussa, vnde etiam procedit, ipsum esse habet dependens: hoc (nimirum) signum continet, quo eam, quæ circa hypostasin consideratur, proprietatem agnoscamus, nempe quòd cùm filio & non absque eo cognoscatur, & ex patre existat. Et filius hoc habet insigne, quod spiritum, qui ex patre procedit, per sese ac secum notum faciat & indicet. nam filius solus vnigenitus in modum ex non genito lumine enitescens atque relucens, nullam quantum attinet ad propriam notam & peculiare insigne, cõmunionem habet, vel cum patre, vel cum spiritu sancto, sed dictis signis solus agnoscitur. At qui super omnia est Deus, præcipuum quoddam & eximium insigne notãque suæ hypostaseos solus habet, quod pater est, quod ex nulla caussa subsistat: ac per hoc rursus ipse quoque signum propriè peculiariterque agnoscitur. Hac de caussa in essentiæ communione non conuenientia atque incommunicabilia dicimus esse ea, quæ in Trinitate considerantur, insignia: per quæ nobis propriè ostenditur atque repræsentatur: quippe cùm vnaquæque personarum in fide traditarum propriis insignibus discriminatim comprehendatur & intelligatur: vt per dicta signa separatio hypostaseon deprehendatur & comperiatur: quantum autem attinet ad infinita & id quod percipi deprehendi ve non potest, quodque ita se habet, vt id quod creatum conditúmue non est, nulloque termino comprehenditur, & in omnibus eiusmodi nulla vel variatio, vel differentia sit in viuifica natura: in patre inquam, & filio & spiritu sancto sed quædam continua, & quæ diuelli non possit, in iis societas atque communio con-

1. Cor. 12.

sideretur, ac per quas cogitationes & considerationes aliquis maiestatem vnius earum, quæ in sancta Trinitate creditæ sunt, personarum, cõtemplatus fuerit & animaduerterit, per easdem progredietur in differentem & non variantem gloriam cernens in patre, filio & spiritu sancto: nullo inter patrem & filium, vel filium & spiritum sanctum intercedente spatio, per quod mentis agitatio per vacua vagetur: quippe cùm nihil sit, quod per medium horum sese inserat & insinuet: neque alia res est vl.a subsistẽs præter diuinam naturam, quæ per interiectionem alieni possit eam inter sese diuidere ac dispertiri: neque alicuius imaginarij ac non subsistentis interualli vacuitas, quæ diducat & quasi hiare faciat diuinæ essentiæ inter se compositionem & aptam congruẽtemque cohærentiam interpositione vacui dirimens continuum: sed qui patrem mente atque animi cogitatione percipit, & ipsum in se cognouit, & filium simul eademque cõtemplatione animi assumpsit. At qui hunc accepit, à filio spiritum non separauit: sed consequenter quidem iuxta ordinem, cõiunctim verò iuxta naturam omnium triũ simul in ipso contemperatam fidem mente concepit, & imaginatus est. At qui spiritum solum dixit, vnà cum hac confessione comprehendit & id, cuius spiritus est: & quia Christi spiritus est, & ex Deo est, vt inquit apostolus: quemadmodum ex catena qui vnam extremitatem apprehendit, alteram quoque summitatem simul attrahit: eodẽmodo qui spiritum traxit, vt inquit propheta, per eum filiũ quoque & patrẽ simul traxit: ac si quis filiũ reuera acceperit, habebit eum vtrinque hunc, qui dem suum patrem, illinc verò suum spiritum simul adducentem. Neque enim à patre qui semper in patre est, abscindi atque separari poterit, neque vnquam à spiritu suo disiungetur: quippe cùm per eum omnia operetur. Fieri ergo non potest, vt aliqua sectio vel diuisio vllo modo excogitetur, vt vel filius absque patre intelligatur, vel spiritus à filio disiũgatur: sed quædam ineffabilis & quæ animaduerti non potest, in his deprehenditur tum societas, tum distinctio atque discrimen, cùm nec differentia hypostaseon continuitatem naturæ diuellat, nec communio, quæ circa essentiam consideratur, proprietatem insignium tollat & confundat. Ne mireris autem si idem & coniunctum, & separatum atque discretum dicimus, & quoddam quasi per ænigma excogitamus, nouum & à communi sensu & opinione abhorrens tum discrimen coniũctum, tum discretam coniunctionem. Nam nisi quis cõtentiosius cum offensione & calumnia sermonẽ audiat, etiam in rebus sensibilibus fieri potest, vt tale quid inueniatur. Atque accipite sermonem meum tanquam signum & vmbram veritatis, nõ tanquam ipsam rerum veritatem. Fieri enim non potest, vt id, quod per signa consideratur, per omnia congruat atque conueniat iis, ad quæ exemplorum atque signorũ assumitur vsus. Vnde igitur dicimus discretum simul & cõcretum per ea quæ sensibus nostris conspicua sunt, animaduerti & agnosci? Iam aliquando in vere arcus, qui in nube apparet, splendorem vidisti. illum planè dico arcum, quem communis sermo Irin solet cognominare: quem aiunt illi, qui hæc, callent, tunc

1. Cor. 6.
Ioan. 5.


rone fieri atque conflari, cùm humor aliquis hæserit in aëre permixtus, vi ventorum id, quod in vaporibus humidum, crassumque & nebulosum iam factum est, in pluuiem exprimente. Conflari autem atque existere aiunt hoc modo: Vbi radius solis per obliquum, densam & obscuram nebulam penetrauerit, deinde recta linea in nube aliqua suum orbem fixerit, quasi quidam reflexus & reditus ad seipsum luminis fit, splendore ab humido simul ac nitente repulso. Quoniam enim ea flammeis splendoribus natura inest, vt si cui leui & plano occurrant, ad seipsa denuò refringantur: figura autem solis, quæ in humido simul ac leui aëre per radium imprimitur, circularis & orbicularis est: necessario iuxta formam solaris orbis etiam aër nubi proximus per enitescentem circumscribitur splendorem. Hic igitur splendor & secum continuus & diuisus est. Cum enim multicolor multiformisque sit, & obscurè variis quasi floribus tinctus secum commisceetur, diuersorum inter sese colorum commixtionem atque coniunctionem oculis nostris latenter eximens atque subducens, vt cærulei ad rutilum, vel rutili ad purpureum, vel illius ad electrinum terminus, qui per medium tum miscet per sese, tum indicat diuersitatem colorum, cognosci non posit. Nam omnium splendores dum simul eodemque tempore conspiciuntur, & procul lucent, & signa mutuæ coniunctionis subducentes iudicium effugiunt, vt fieri nô posit, vt aliquis deprehêdat, quatenus progrediatur, & vbi consistat id, quod in splendore vel fuluum, vel smaragdo simile est, & vnde tale desinat esse, quale conspicitur in eo, quod ex longinquo fulgens apparet. Quemadmodum igitur in exposita similitudine colorum quidem differentias planè discernimus, quantum autem interuallum ab vno ad alterum intercedat, sensu deprehendi non potest: eodem modo existimato mihi fieri posse, vt de diuinis doctrinis atque decretis ratiocinemur, proprietates quidem hypostaseon quasi quendam florem eorum, qui in Iride procul apparet, in vnaquaque earum, quæ in sancta Trinitate creditæ sunt, personarum effulgere: eius autem, quæ circa naturam consideratur, proprietatis nullam vnius ab altera differêtiam animaduerti: sed in communione essentiæ, eas proprietates, per quas vnaquæque persona cognoscitur, in vnaquaque elucere. Etenim illic quoque in similitudine, quæ multicolorem illum splendorem emittebat, vna essentia erat, quæ per radiû solis refringebatur: color autem eius, quod apparebat, multiformis erat, docente nos, opinor, ratione etiam per creaturam, ne nouum in disquisitione ac disceptatione doctrinæ nobis accidat, cùm oblata nobis difficili contemplatione ad assensionem & approbationem eorum, quæ dicuntur, quasi vertigine laborantes perturbati fuerimus. Vt enim in iis, quæ oculis apparent, experientia validior, quàm vt contradici possit, videtur: ita in superexcellentibus, captumque nostrum superantibus doctrinis quoque ea comprehensione atque perceptione, quæ per ratiocinationes conciliatur, potior ac firmior esto fidea, quæ & in hypostasi separationem, & in essentia côiunctionem docet. Quoniam igitur disceptatio aliud quidem commune quiddam, aliud verò proprium ac peculiare in sancta Trinitate considerauit: communionis quidem ratio ad essentiam reducitur, hypostasis verò peculiare ac proprium vniuscuiusque signum est. Sed putat aliquis fortasse de hypostasi redditam rationem non congruere, neque conuenire sententiæ Apostoli scriptore, vbi de Domino dicit, splêdor gloriæ eius, & figura hypostaseos, id est, substantiæ siue subsistentiæ. *Heb. 1.* Nam si hypostasin concursû esse exposuimus proprietatum, quæ circa vnamquamque personam considerantur: ac quemadmodum constat in patre esse aliquid, quod peculiariter in eo consideretur, per quod solus agnoscitur: eodem modo de vnigenito quoque idem esse creditur. quî fit, vt scriptura hoc in loco patri soli testimonio suo assignet nomen hypostaseos, siue substantiæ, filium verò quasi formam dicit hypostaseos, qui non suis, sed patris insignibus exprimatur atque denotetur? Si enim hypostasis proprium ac peculiare signum essentiæ vniuscuiusque personæ est: patris autem proprium esse non ambigitur, quòd sit ea conditione, qua is, qui genitus non est: filius verò figuratur ac designatur proprietatibus patris: vtique non amplius proprium ac præcipuum apud patrem manet insigne, vt de eo solo separatim dicatur, non genitum esse: si quidem proprio patris insigni vnigeniti quoque essêtia denotatur. Verum nos hoc dicimus: quod ad aliam intentionem & finem hoc loco ab Apostolo dirigatur oratio, ad quem sensum & intentionem respiciens his vocibus vsus est splendorem dicens & expressam imaginem substantiæ: quam intentionê si quis exactè ac plenè animaduerterit & intellexerit, nihil inueniet quod pugnet cum iis, quæ à nobis dicta sunt: sed in peculiari quadam consideratione, sermonem esse exornatum. Non enim id agit Apostoli oratio, vt per ea, quæ in iis apparent, signa separentur & dirimantur ab inuicem hypostases siue substantiæ: sed vt verus & germanus, nulloque intercedente spatio coniunctus filii habitus ad patrem intelligatur. Quoniam enim non dixit, Qui cum gloria sit de gloria: (quanquam veritas ita se habet:) sed hæc tâquam confessû certû & indubitatum prætermittens (nempe), quod no alia quædam gloriæ species in patre spectâda, alia item in filio intelligenda sit ab ipsius patris gloria existentem splendorem vnigeniti gloriam esse infirmat: similitudine luminis probans, absque vllo interuallo vnâ cû patre filium intelligi atque considerari. Vt enim ex flâma splêdor existit, nô tamê posterior secundû flammam splêdor est, sed simul atque flamma exorta est, lumen quoque cû ea effulget: ita vult etiâ ex patre quidem filium intelligi, non autem interualli alicuius extêsione atque productione à patris substâtia vnigenitum distingui, sed sêper vnâ cû causa id, quod existit ex ea, côprehêdi. Eodê igitur modo, tâquâ explicâs antè redditum intellectû, etiâ substantiæ expressâ imaginê dicit, corporalibus similitudinibus ad inuisibiliû quasi manu nos ducens animaduersionê atque cognitionê. Nam vt corpus prorsus nô est absque forma, sed alia quidê formæ, alia verò corporis ratio est: & si quis horû alterutrius edat definitionê, non conuenerit, neque concurrerit cû definitione

alterius: veruntamen etiamsi ratione separes atque discernas à corpore formam, natura non admittit separationem, sed coniunctim alterum cũ altero intelligitur: ita putat Apostolus, etiamsi ratio fidei inconfusam & diuersam hypostaseon siue substantiarum differentiam doceat, etiam continuitatem & quasi concretionem & coalitionem vnigeniti cum patre per dicta verba exprimere & ostendere oportere, non quod in hypostasi quoque vnigenitus non sit, sed quod nullum suæ cum patre vnitionis medium admittat: vt qui animi oculis imaginem & figuram vnigeniti contuitus fuerit, paternam quoque substantiam plena mentis cogitatione comprehendat: ita vt vna pro altera non accipiatur, neque commisceatur ea quæ in iis consideratur proprietas, vt vel patri natiuitas, vel filio absque natiuitate esse assignetur: sed, quemadmodum fieri licet, vt vnum ab altero disiungendo per se solum quod reliquum est, accipiatur. Fieri enim non potest, vt qui filium nominauerit, patrem quoque non plena mentis intelligentia comprehendat, cùm ita se habeat hæc appellatio, vt patrem quoque simul ostendat. Quoniam igitur is, qui filium viderit, patrem videt, quemadmodum dominus ait in Euangelio: idcirco vnigenitum patris substantiæ expressam imaginem esse dicit. Ac vt magis intellectus cognoscatur, alias quoque apostoli voces simul assumens, in quibus imaginem Dei inuisibilis & bonitatis eius rursus imaginem (vnigenitum esse) dicit: non quòd ab archetypo principalique forma differat imago secundum bonitatis & inuisibilitatis rationem, sed vt ostenderetur quòd idem cum forma principali est, etiamsi aliud sit. Non enim seruari ac teneri ratio naturalis imaginis posset, nisi ea sit, quæ per omnia perspicuitatem, euidentiamque ac nullam variationem, differentiamque contineat. Proinde qui pulchritudinem imaginis animaduertit & cognouit, in plena principalis formæ intelligentia versatur: & qui filii quasi formam mente concepit, paternæ hypostaseos effigiem imaginatus est, per hunc illum cernens, non eam (tamen) patris proprietatem, qua non genitus esse dicitur, in effigie perspiciens, (Idem enim nimirum penitus & non aliud atque diuersum esset:) sed in genito non genitum decus intuetur. Quemadmodum enim is, qui in puro speculo formæ simulachrum editum contemplatus fuerit, perspicuam expressæ atque repræsentatæ faciei cognitionem adeptus est: eodem modo qui filium cognouerit, effigiem paternæ substantiæ per filij notitiam in corde concepit. Nam omnia, quæ patris sunt, in filio conspiciuntur: & omnia quæ filii sunt, patris sunt: quoniam totus quoque filius in patre manet: ac totum rursus in sese patrẽ habet. Itaque filii hypostasis quasi forma ac facies est, qua pater cognoscitur: & patris hypostasis in forma filij cognoscitur, manente ea, quæ in iis consideratur, proprietate, ad separationem & euidentem atque perspicuam hypostaseon, (id est, naturarum subsistantium, siue substantiarum indiuiduarum & personarũ) discretionem.

Marginal notes: A; B; Ioan.14. (beside "Euangelio"); C; Ioan.14. (beside "habet. Itaque filii hypostasis quasi forma ac facies est").

D. GREGORII NYSSENI AD SIMPLICIVM, DE FIDE. ALITER INSCRIBITVR: SIMPLICIO TRIBVNO GREGORIVS DE patre & filio & spiritu sancto.

Laurentio Sifano interprete.



Deut. 5. DEVS per prophetam præcipit, ne vllum Deum nouum, Deum esse existimemus, neque Deum adoremus alienum. Manifestum est autem, quod nouum dicitur id, quod ab sempiterno non est: ac rursus ex contrario, sempiternum dicitur, quod nouum non est. Igitur qui nō ex sempiterno vnigenitum Deum ex patre esse credit, nouum eum esse non negat. quod enim non sempiternum, nouum prorsus est, quod cunque autem nouum est, Exod. 34. Deus non est, quemadmodū dicit scriptura: Non erit in te Deus nouus. Ergo qui dicit, quòd aliquando filius non erat, is negat eius Deitatem. Exod. 20. Rursus alienum Deum vetat adorare, qui dicit, Nunquam adorabis Deum alienum: alienus autem collata cum nostro proprio Deo distinctione consideratur. Quis igitur noster proprius est Deus? Palàm est, quòd ver⁹ deus. Quis item alienus? prorsus is, qui à natura Dei veri alienus est. Si igitur proprius noster Deus, Deus verus est, si vnigenitus Deus ex natura veri Dei non sit, quemadmodum hæretici dicunt: alienus Deus est, & noster Deus non est. Euangelium autem dicit, quòd oues alieno non obediant. Qui creatum eum esse dicit, alienum à veri Dei natura facit. Quid igitur facient qui dicunt quòd creatus sit? Adorabunt ne eum, qui creatus sit, an non? Nam si non adorant, Iudæos sequuntur negantes adorationem Christi: sin autem adorant, idololatræ sunt. adorant enim eum, qui alienus sit à Deo verò. Atqui æquè impium est vel non adorare filium, vel adorare Deum alienum. Oportet ergo veri patris verum filium dicere, vt adoremus eum, & non condemnemur tanquam Deum alienum adorantes. Aduersus eos autem, qui dicunt illud ex prouerbio, Dominus creauit me, & per hoc putant, se aliquod firmum afferre argumentum ad probandum quòd creatus sit omnium conditor & creator, hæc conuenit dicere, quòd multa propter nos factus sit vnigenitus Deus. Etenim cùm Verbum sit, caro factus est: & cùm Deus sit homo factus est: & cum incorporalis esset, corpus factus est: atque his etiam amplius & peccatū, & maledictio, & lapis, & securis, & panis, & ouis, & via, & ostium, & petra, & eiusmodi multa fact⁹ est, cùm natura nihil horum sit, sed propter nos per dispensationem & administrationē talis euaserit. Quemadmodum igitur cùm Verbum sit, propter nos caro factus est: & deus cùm sit, homo, factus est: ita creator cùm sit, propter nos creatura factus est, quippe cùm caro res creata sit. Quemadmodum igitur per prophetam dixit, Sic dicit Dominus: Esa. 49 Qui formauit me ex ventre seruum suum, ita Eccle. 24. etiam dixit illud per Solomonem: Dominus creauit me principium viarum suarum ad opera sua. omnis enim creatura seruit, vt inquit Apostolus. Proinde & is, qui in ventre virginis formatus est, secundum verbum prophetæ, seruus est, non dominus: hoc est is, qui secūdum carnem homo est: in quo Deus manifestatus est: & is, qui illic creat⁹ est in principium viarum eius, non Deus est, sed homo: in quo nobis Deus manifest⁹ est, vt corrupta ac labefactata via salutis humanæ iterum renouaretur. Itaque quoniam res duas de Christo statuimus & sentimus, vnum quidem diuinū, alterum verò humanum, in natura quidem diuinū, in administratione ac dispensatione id, quod secundum hominem est: consequenter sempiternū Deitatis attestamur, creatum verò humanæ naturæ assignamus. Quēadmodum enim secundum prophetam, in ventre formatus est seruus, ita etiā secundum Solomonem, per hanc seruilem creaturam in carne manifestatus est.

Porrò cùm dicunt, si erat, non est genitus: &, Si natus est, non erat: doceantur, quod non oporteat carnalis natiuitatis proprietates accommodare diuinæ naturæ. Nam corpora quidē quæ non erant, gignuntur: Deus autem efficit, vt ea quæ nō sūt, existant: non ipse ex eo quod non est, existit. Idcirco Paulus quoque eum splēdorem gloriæ nominat, vt doceamur, quod sicut lumen de lucerna & ex natura lumen edentis est, & vnà cum illa est: (simul enim atque emicuit lucerna, lumen quoq; quod ab ea existit pariter effulget:) ita hic quoque iubet Apostolus intelligere, quòd & ex patre sit filius, & absque filio nunquam sit pater. nam fieri non potest, vt gloria sit absque splendore: quemadmodū fieri non potest, vt absque splendore lucerna sit. Manifestū est autē quod sicuti splendorē esse testimonium est eius, quod in gloria est: (Si enim non sit gloria, non fuerit is, qui ab hac editur, splendor:) ita si quis dicat, quòd nunquam erat splendor, demonstrat quod neque gloria esset, cū non esset splendor. fieri enim non potest, vt gloria sit absque splendore. Vt igitur de splendore dici non potest, Si erat, non editus est: & si editus est, non erat ita vanū & absurdum est hæc de filio dicere, quippe cùm filius sit splendor. Cæterùm qui minus & maius de filio & patre dicunt, discant à Paulo, ne metiantur ea, quæ nemo potest metiri. nam apostolus filium dicit effigiē esse patris substantiæ. planum est igitur, quòd quanta fuerit substantia patris, tanta est etiam effigies substantiæ, fieri enim non potest, vt minor sit effigies, quā substantia, quæ per eam cōsideratur. Quinetiam Ioan. 1. magnus Ioannes eadem docet, cùm dicit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Ex eo nanque quod dixit, quòd in principio erat & non post principium, ostendit quod nunquam absque verbo principium erat. Ex eo verò quod ostendit, quod verbū etiā erat apud Deū, significauit quòd nihil desit filio in cōparatione patris, cum toto nàque Deo totum simul cōsideratur verbū. Nam si quid verbo deesset in sua magnitudine, vt non posset apud totum esse Deum: prorsus necesse esset, vt existimaremus absque verbo esse eam Dei partē, qua verbo superior ac maior esset Ai-

qui cum tota Dei maieſtate verbi maieſtas ſimul conſideratur: ergo in diuinis doctrinis locum nõ habet, vt vel maius vel minus eſſe dicamus.

Nam qui dicunt quòd genitum non genito natura diſsimile ſit, ex ſimilitudine & exẽplo Abelis & Adami diſcant haud ſtultè iudicare. Etenim Adam quoque ſecundum naturalem hominum natiuitatem genitus fuit: Abel verò ex Adamo genitus eſt. At qui genitus non fuit, *agennitos*, id eſt, non generatus, & qui genitus eſt, *gennitos*, id eſt, natus dicitur. ſed nihil prohibuit Adamum eſſe hominem, quod genitus non erat: neque natiuitas Abelem aliud ac diuerſum quiddam ab humana reddidit natura. ſed iam hic quàm ille homo fuit, etſi hic quidem natus erat, ille verò abſque natiuitate extiterat. Igitur in diuinis quoq; dogmatibus nullam naturæ differentiam efficit genitum vel non genitum eſſe, ſed quemadmodum in Adamo & Abele vna humanitas, ſiue natura humana, eodem modo in patre quoque ac filio deitas, ſeu diuina natura vna eſt. Atque idẽ de ſpiritu quoque ſancto obtrectantes ei dicunt, quòd de duno. nẽpe quòd & ille creatus ſit. at eccleſia ex æquo ſicut de filio, ita de ſpiritu quoq; ſãcto credit, quod creatus non ſit: tum quia omnis creatura ex participatione superni boni bona fit: (ſpiritus ſanctus autem benefactore nihil opus habet, quippe cum natura bonus ſit, quemadmodum ſcriptura teſtatur:) tum quia creatura deducitur ac ditigitur à ſpiritu Dei, ſpiritus verò beneficium deductionis ac directionis largitur: natura ſubdita eſt: ſpiritus verò præeſt, natura conſolationem & exhortationem accipit, ſpiritus verò conſolatur & exhortatur, natura ſeruit, ſpiritus verò liberat: natura ſapientiam docet: ſpiritus verò ſapientiæ beneficium largitur: natura beneficiorum ac donorum partem capit, ſpiritus verò ad arbitrium ſuum largitur. Omnia nãque hæc operatur vnus & idem ſpiritus, diſtribuens cuique ſingulatim quemadmodũ vult. Ac ſexcenta alia ſcripturarum loca licet inuenire, quibus demonſtratur, quòd omnia ſublimia Deũque

1.Cor.12.

decentia nomina, quæcunque patri & filio à ſcriptura accommodantur, ea circa ſpiritum quoque ſanctum conſiderantur: incorruptibilitas & integritas, beatitudo, bonum ſapiens, potens iuſtum, ſanctitas: omne denique prætioſum & honorabile nomen tam de ſpiritu ſancto, quàm de patre & filio dicitur: exceptis iis, per quæ hypoſtaſes perſpicuè, clarè & abſque confuſione abinuicem ſeparentur. dico autem quod neque pater neque filius dicitur ſpiritus ſanctus: cætera verò quibuſcunque nominibus pater & filius appellantur, ea ſpiritui quoque ſancto à ſcriptura adaptãtur. Per hoc igitur deprehendimus, quòd ſpiritus ſanctus eſt ſuper naturam. quocirca vbi pater & vbi filius intelligitur, ibi ſpiritus quoque ſanctus intelligitur. nam ſuper naturam pater & filius eſt: quod ſpiritui quoque ſancto conſequẽtia ſermonis atteſtatur. Qui igitur ſupra naturam ſpiritum ſanctũ ponit, conſequenter & rectum & ſanum accipit ſermonem & opinionem. Vnam enim confitebitur naturam non creatam, quæ & in patre & filio & ſpiritu ſancto conſideratur. Quoniam autem ad demonſtrandum, vt putant, quòd ſpiritus ſanctus creatus ſit, prophetæ vocem nobis proferũt: quæ ita habet: Qui firmat tonitruum, & creat ſpiritum, & annunciat in hominibus Chriſtũ ſuum: hoc conuenit intelligere quod alius ſpiritum in firmitudine tonitrui propheta creari dicit, & non ſpiritum ſanctum: tonitruum enim myſticus ſermo Euangelium nominat. Quibus igitur firma ac ſtabilis de Euangelio fit fides, hi per fidem tranſeunt ab eo quòd carnes ſunt, ad hoc vt ſpiritus fiãt, quemadmodum dicit Domin*: Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Deus igitur eſt, qui per id quod Euangelicum tonitruum firmum credentibus facit, ſpiritum efficit eũ, qui credit: qui autem ex ſpiritu natus eſt, & per tale tonitruũ ſpiritus factus eſt, annunciat Chriſtum, quemadmodum dicit apoſtolus quòd nullus poſſit dicere, Dominum Ieſum Chriſtum niſi per ſpiritũ ſanctũ.

Ioan.3.

Oratio de Baſilio

D. GREGORII EPISCOPI NYSSENI ORATIO, QVA FRATRIS SVI BASILII MAGNI LAVDES ET MEMORIAM CONCELEBRAT.

Laurentio Sifano interprete.



ONVM imposuit Deus ordinem anniuersariis bis nostris feriis, quas per ordinatam quandã vicissitudinem & serient, his diebus & iam celebrauimus, & rursus celebramus. Ordo autem nobis spiritualium celebritatum atque conuentuum is est, quem Magnus etiam Paulus docuit supernè atque cœlitùs eiusmodi rerum cognitionem adeptus. (1.Co.12.) Ait enim ille inprimis quidem apostolos & prophetas constitutos & ordinatos esse, post illos verò pastores & doctores. Conuenit igitur ordo solennium conuentuum & celebritatum cũ apostolica hac ordinatione. Sed primam celebritatem vnà cum aliis non numero. Nam quæ propter diuinam Vnigeniti filij apparitionem, per partum virginis à mundo festiuitas instituta est, ea non simpliciter sancta celebritas est, sed sancta sanctarum, & celebritas celebritatum. Igitur eas, quæ hanc consequuntur, numeremus. Primum nobis apostoli & prophetæ spiritualis cœtus initium fecerunt. Vtraque enim prorsus circa eosdem sunt dona, & apostolicus spiritus, & spiritus prophetiæ. Sunt autem hi. Stephanus, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus. deinde post hos cõseruato ordine suo, pastor & magister præsentem nobis celebritatem auspicatur. Quis est hic? dicam nomẽ, an nominis vicem gratia atque festiuitas supplet ad virũ ostendẽdũ? Cùm enim de magistro atque pastore post apostolos audiueris, intellexisti prorsus eum qui apostolos consequitur pastor & doctor. Hunc dico qui vas est electionis, sublimem illum & vita & sermone (Act.7.) Basilium, gratum & acceptum Deo à natiuitate, qui moribus canus ab iuuentute, qui sicut Moyses, eruditus fuit omni sapientia atque scientia externarum disciplinarum, sacris verò literis ab infantia vsque ad perfectionem & consummationem innutritus, vnà creuit, in adulta atque confirmata ætate vnà versatus est. vnde docens omnem hominem in omni sapientia tam externa quàm diuina, veluti vir quidam fortis & strenuus bellator ambidexter, per vtranque eruditionem in aduersarios sese armans: per vtranque disciplinam vincit reluctantes, vtraque armatura præcedens & superans eos, qui per alterutram aduersus veritatem, aliquas vires habere se putabant, eos quidem qui de hæreticorum sententia scripturas proferrent, scripturis euertens atque confutans: Græcos autem ac gentiles per suam ipsorum irretiens atque illaqueans eruditionem. Sed victoria de aduersariis non ruinam ijs, qui victi essent, adferebat, sed resurrectionem. Qui enim veritati succumbebant, victoriam & coronam de errore atque mendacio referebant. Hunc igitur habemus nunc etiam nos, qui constituat nobis præsentem celebritatem, genuinum & verum ministrum & interpretem spiritus, strenuum christi militem, sonorum & vocalem, salutaris præconii atque prædicationis præconem, liberè pro

A Christo loquendo decertantem, & in principijs pugnam cientem: cui secundas post apostolos patteis tempus solùm dat. Nam si eodem tempore, quo Paulus, vitæ particeps humanæ fuisset Basilius, sicuti Syluanus & Timotheus: ita prorsus vna cum Paulo literarum monumentis celebratus esset. Atque vt intelligatur, quod coniecturam faciendo à veritate non aberro, hoc modo rationem ineamus. prætermittatur ea oratio, qua explicetur, qui sancti, quos sanctos tempore antecesserint. (Temporis enim natura in præterito & futuro, quod ad virtutem & vitium attinet, B eodem modo sese habet, cùm neque hoc, neque contrarium sit. In libero enim arbitrio atque proposito voluntatis, non in tempore bonum consistit.) ac fides cum fide, cum oratione oratio conferatur. Nam si quis iustus æstimator fuerit in conferendis inter se miraculis, reperiet vnam in ambobus gratiam, quæ ex eodem spiritu iuxta conuenientiam atque proportionem fidei, existeret in vtroque. Quòd si tempore Paulus præcedit, & multis ætatibus pòst Basilius exhibitus ac designatus est: diuinæ administrationis quam hominum gratia suscepit, C opus dicis, non affers probationem circa virtutem diminutionis. Nam & Moyses multis temporibus posterior Abrahamo: & Samuel Moyse: & hoc Helias: & ille Magnus Ioannes & post Ioannem Paulus: & post hunc Basilius. Quemadmodum igitur in præcedentibus nihil tempus posterius, quod attinet ad gloriam, quæ cum Deo coniuncta est, sanctis incommodauit: ita etiam nunc in disceptatione virtutis, ætatis commodum silentio prætermittatur. Nam id, vt (modò) dicebamus, prouidentiæ diuinæ, qua consulitur hominibus, continet demonstrationem. Ille enim, qui (vt inquit propheta,) res omnes D nobis antequam existant, & malitiam diaboli simul cum ætatibus hominum extendi atque traduci & ad finem pergere animaduertit, conuenientem & accommodatum ad cuiusque ætatis morbum medicum parat, ne curationis expertem sinat esse morbum hominum, qui si desit, à quo sanetur, subigere solet, & in potestatem suam redigere genus humanum. Huius rei gratia, cùm vigeret ac præualeret aliquando philosophia Chaldæorum, qui rerum caussas à certo quodam motu siderum pendere statuebant: nec virtutem quandam sideribus apparentibus præsi- E dere ac præesse putabant, quæ rerum quarũlibet effectrix esset: tum Abrahamum exhibet, qui quasi scala visus eiusmodi disciplina, inuestigauit illũ, (Act.7.) qui per res, quæ videntur, intelligitur: ac (quasi) via fidei, quæ est in eum qui reuera Deus est, posteris extitit, cùm ipse relicto patrio errore, atque ea, quæ sensuum instrumentis esse dicitur cum ea, quæ apparet in astris, creatura cognatione, dux ad eam fidem fuisset. Deinde cùm Aegyptii ex suggestione, opinor, eius, qui per varias fraudes (homines) demergit, mirabilem quãdam & præ-

stigatricē callididitatem inuenisset, exhibuit Moyses, qui sapientiæ excellentia Aegyptiorum fraudem expelleret & aboleret. Agnoscit autem prot- A

Act.7. ius rem gestam, de qua loquor, qui scripturam nouit, quomodo, cum præstigiatores illi diuinis signis ex aduerso suarum fraudum specimen præ-

Exod.7. berent, Moyses omnibus modis superior fuerit, & supernè auxilio misso omnes Aegyptias vires deleuerit. Intelligis autem hoc cùm per alias res, rum per virgarum ænigma. Processu deinde temporis, cùm etiam Israëlitarum res per eum statum, quo nullius certi magistratus imperio continebantur, in promiscua populi atque confusa

1.Reg.2. potestate malè sese haberent: Samuel extitit, qui B per sese subditos in officio contineret, & à consuetudine atque commercio alienigenarum prohiberet. deinde cùm illum confusum statum, quo nullus certus magistratus erat, ad constitutionem regni tradnxisset, duodecim tribus congregauit in vnum, & regium imperium lege lata sanxit.

3.Reg.16. Secundum hæc multis pòst ætatibus, cùm Achab mulieris illud mancipium, & ipse patrios ritus sacrorum deseruisset, mulieri delicatæ ac molli obnoxius factus, & per illam adsecto simulachrorum errore, ad eandem secum defectionem Israë-

3.Reg.17. liticum populum traxisset: tūc Deus exhibet Heliam, qui magnitudini hominum morbi pares C ad sanandum vires haberet, virum, qui curationem & cultum corporis despiceret, facie squalenti, qui multitudine supium crinium obumbraretur, qui peculiari modo viuendi vteretur, aspectu venerandum, vultu tristi ac risus experti, obtutu oculorum recto & eodem quò intendisset vergenti, pelle caprina tantum de corpore tegentem, quantum abscondi magis decorum est, reliqua parte corporis ad aëra perdurantem, & nihil iniquitatem & iniuriam vel æstus vel frigoris curātem. qui cùm populo exhibitus esset, primùm fla-

3.Reg.18. gello famis Israëlem ad sanitatem reducit, veluti scutica quadā eiusmodi plaga atque pœna insolentiam populi ac petulantiam incessens: deinde D etiam diuino in sacrificio, igni excitato, curat morbum simulachrorum cultus. Deinde secun-

Ibid. dum illum alius ille compluribus temporibus pòst extitit, qui in spiritu & virtute Heliæ per

Luca.1. Zachariam & Elizabetam productus & in vita versatus est, atque vniuersam gentem in solitudine per prædicationem (ad se) euocans: & sordea ob sanguinem prophetarum (effusum) contractas & multiplicia piacula, vatiosque peccati nodos, quibus calceamentorum in modum in illo tempore vniuersus populus implicitus & illigatus erat, omnia eiusmodi mala, cùm & prædicatione E pœnitentiæ dissolueret, & aquæ circumspersione ad Iordanem elueret, in nulla re diuina min⁹ præstitit, quàm illi, qui in exercitio virtutis anteeum fuerunt. Quid item pòst hunc Paulus, cò quòd

Act.9. tempore posterior esset, ad summum gradum diuini progressus & incrementi euadere prohibitus est? an non protinus diuinæ pulchritudinis, quæ in oculis eius refulserat, amator extitit? simulatq; ab oculis squamas reiecit? quæ squamæ signum erant tegumenti, quo cor (eius) obductum fuerat: quo tegumento Iudæorum animarum acies perspectiua obducta atque obligata cæcos eos efficit ad veritatem? nonne posteaquam sordes, quas ex ignorantia atque errore contraxerat, in mystico lauachro deposuit, protinus ad augustiorem conditionem natura transformatus est? & & velut exuto hoc crasso atque carneo amictu in ipsis cœlorum adytis versabatur? & nihil corporei impedimenti pondere tarditus etiam intra diuinam paradisi cōsitionem perueniebat, & illic arcana sacrorum disciplina a veritate initiabatur, ar que illinc ad obediendum fidei in omnibus gentibus vim sermonis accipiebat? vnde totius propemodum orbis terrarum patet existit, per spiri-

2.Cor.12. tuales labores & partus eos, qui per ipsū ad Christianam pietatem formantur, in lucem producēs? Si igitur ratio temporis in cæteris sanctis nihil quod pertineat ad diuinum incrementum atque progressū, imminuit, eò quòd patiter & ex æquo gratia vnumquemque adiuuaret ad perfectionē: non immeritò audemus etiam eum, qui nostra ætate fuit, hominem diuinum, magnum il'ud veritatis vas Basilium inclytis illis sanctis annumerandum esse dicere, quippe cùm temporis vicissitudo nihil impediat vel sublime illius erga Deum studium atque desiderium, vel diuinam gratiam ad animam perfectè & absolutè excolendam & exornadam, ne quo modo vel diuini consilii dispositionisque intentio atque propositum fugilletur, vel aliquid de illius auxilio atque præsidio, quod ad mysterium considerabatur, propter temporia caussam extenuetur, & leuiori quàm par est, momento æstimetur. Nemo autem prorsus ignorat, quo consilio in hoc tempore præceptor noster designat⁹ & exhibitus sit. Posteaquā enim hominum insania circa simulachrorū cultum prædicatione Christi extincta, & omnia iā delubra cæteræque res, quæ vano dementium cultu celebrari

Simulachrorũ cultus. ac frequēran solebant, dirutæ atq; è medio sublatæ erant, cū per vniuersum penè terrarum orbem habitatum, prædicatio pietatis & veri Dei cultus atque religionis peruasisset adeò, vt is, qui fraudis humanæ principatum & imperium tenet, ex omnibus partibus orbis terrarū Christi nomine expelleretur & exturbaretur: solerti & callido nimirum ad malitiam inuentori malitiæ atque nequitiæ sceleratum & improbum consilium nō defuit, quo per fraudem denuò obnoxium sibi redderet genus humanū: sed sub prætextu ac specie Christianismi simulachrorū cultū latenter reduxit, cū suis commentis & imposturis persuasisset iis, qui ad ipsum inspectabant, ne deficerent à creatura, sed eam adorarent & venerarentur, Deumque creaturā esse putarent, quæ filii nomine vocaretur. quod si ex rebus quæ nō essent, creatura producta, & ab diuina essentia, quantū ad propriam ipsius attinet naturam, aliena sit, neminem eam rem debere curare, sed Christi nomine creaturæ imposito, hanc adorare, hāc colere, in hac spem salutis fixum habere, ab hac iudicium expectare. Et vt rem summatim complectar, cùm inuasisset apostata homines totius malitiæ suæ capaces, Arium inquam & Ætium, Eunomium, Eudoxium, ac præter hos multos etiam alios, per eos deficientem iam simulachrorum cultum, sicut dictum est, nomine Christianismi denuò reduxit, atque inualescebat aduersus homines morb⁹, qui creaturam magis quā creatorem colebant, adeò vt etiam illius temporis imperatorum auxilio fraus confirmaretur, &

omnes

omnes excellẽtes magistratus & principatus pro hoc morbo propugnarent. cumque omnes propemodum homines ad id, quod vigebat,& iuualescebat, malum traducti essent: tunc Magnus à Deo Basilius, quemadmodum tẽpore Achaabi Helias, exhibetur: ac sacerdotio, quod iam quodammodo collapsum atque neglectũ erat, suscepto, tanquam lucernam, quæ defecisset, rationem fidei per inhabitantem in se gratiam relucere denuò fecit. Ac cum veluti fax noctu errantibus per mare, ecclesiæ bono apparuisset, omnes ad rectã viam conuertit, cum præfectis & præsidibus confligens, cum doctoribus coptarum congrediens, apud Imperatores liberè loquens, in concionibus & ecclesiis clamans, eos, qui procul abessent, exemplo Pauli per epistolas conciliaus atque adiungens, effugiens & euitans cõfligentium reprehensiones, cùm nihil in se haberet, quo teneretur & vinceretur ab aduersariis. Fortior enim & firmior erat, quàm vt ab iis, qui bona eius publicarant, vinci ac subigi posset, cùm ipse se bonis propter spẽ futuri regni mulctasset. ab exilij metu liber erat, quòd vnam patriam hominum censeret esse paradisum: atque omnem terram, quasi communis naturæ exilium spectaret. Qui autem quotidie moreretur, ac per mortificationem semper lubens absumeretur, quando tandem mortem, quam inimici minabantur, metuere potuisset? cui quidem clades atque calamitas erat, quòd nõ sæpè posset martyrum pro veritate certamina imitari? cùm vni morti duntaxat natura obnoxia sit? qui præfecto cuidam aliquando se tecum eius de visceribus ereprurum terrendi caussa minanti subridẽdo insulsas atque proteruas minas deludẽs, Gratiam tibi, inquit, huius voluntatis atque propositi nomine habebo. Etenim haud mediocriter molestum est iecur visceribus incumbens. Si eis ceteris ergo illud, vt minaris, re molesta atque odiosa corpus liberaueris. Quid igitur illius in rebus diuinis splendorem atque claritudinem imminuit, quòd post alios sanctos in vita fuit? vt idcirco celebritas atque conuentus, qui illius nomine agitur, minor habeatur feriis, quæ factorum altorum honoris atque memoriæ gratia celebrantur? Considera enim, si videtur, atque perpende rem cum vno aliquo superioris ætatis facto, huius vitam comparans. Dilexit Deum Paulus. Id enim nimirum bonorum caput est: dilectionis, inquam, bonum: à qua dilectione proficiscitur omnis fides & omnis spes, & id quod per patientiam expectatur bonum & in omni bono stabilitas atque constantia, & in omni spirituali dono commodum atque præstantia. Sed scrutemur, quãtus in Paulo dilectionis erga Deum modus? Dices omnino, quòd ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua diligeret Deum. hunc enim summum dilectionis aduersus Deum terminũ dat lex. Ergo qui omne cor suum & animam & mentem Deo dicauit, & ad nullam rem aliam earum, quæ per hanc vitam expetuntur, affectus atque propensus est, in supremo dilectionis gradu consistit. Enimuerò si quis demonstrare potest, quòd præceptor (noster) in vita ad rem aliquam earum quæ per hunc mundum expetuntur, propensus & inclinatus esset, vt ad diuitias & potentiam, aut vanæ gloriæ studium (magis enim seruiles in eo voluptates ne commemorare quidem æquum esse, cõsentaneum est) quamcunque harum rerum expetisse deprehendetur, ea dicere recouuentt imminui modum erga Deum dilectionis, quòd eius affectio cupiditatis à Deo ad res materiales traducta esset. Sin autẽ natum & eiusmodi rerum inimicus & hostis erat, quòd prius quidem è vita sua omnem vitiosum & mollem circa has res affectum eiiceret: deinde commune quoque vitam, tum sermone doctrinæ, tum suo exemplo: expurgaret perspicuum fuerit, quòd illum erga Deũ dilectionis modum in sese habebat, quo amplius natura non capiebat. Qui enim ex toto corde, & ex tota anima atque mẽte Deum diligit, qui possit ad maiorem dilectionis modum, qui locum non habeat contendere atque enti? Proinde si vnum perfectæ charitas atque dilectionis terminum esse didicimus, nempe eũ, qui ex toto corde Deo dicatus & consecratus sit, ac diligebant Paulus & Basilius toto corde Deo dicati atq; addicti: si quis ausit dicere, quòd vnus esset in ambobus dilectionis modus atque mensura, à veritate non aberrabit. Enimuerò quòd charitas atque dilectio maior sit omnibus bonis cùm apostolus dicit, tum sublimis Euangelii doctrina comprobat atque confirmat. Et apostolus quidem prophetia atque scientia præstantiorem ac præferendam eam esse dicit. fide verò solidiorem firmioremque, & spe durabiliorem magisque sufficientem, & semper in eodem statu permanentem, sine qua quicquid pro bono expetatur inutile sit: Dominus autem, omnem legem & omnia mysteria prophetica ex hoc dono pendẽre dicens, charitatem omnium bonorum primas tenere etiam ipse censet. Si igitur in eo, quod inter res præclaras & eximias eminet atque excellit, ac reliquas comprehendendi vim habet, Paulo non inferior est: nimirum etiam in aliis omnibus bonis, quorum charitas primas tenet, ac quæcunque ex hac pendent, & existit, omnino posteriores partes ferre & ise rior esse nõ videbitur. Quẽadmodum enim is, qui humanæ naturæ particeps proprietates habet: ita etiam is, qui perfectã charitatem in sese confecerit & assequutus est, omneis, quæcunque vnà cum hac spectantur, & cõprehenduntur, bonorum formas cum primario principalique bono tenet. Siue enim fides est, quæ seruat, siue per spem seruamur, siue per patientiam gratiam expectamus, charitas omnia spectat, & omnia suffert, vt inquit Apostolus. Atque reliqua omnia (ne singulatim omnia enumerãdo tẽpus teram) charitatis radicis germẽ & fructus existunt, quæcunque ratione virtutis expetuntur: adeò vt qui hanc habeat, nullo alio bono careat. Hãc igitur cùm Magnus Basilius haberet, per eam nullius boni expers erat. Quòd si omnia habebat, in nulla re prorsus inferior erat. Sed dicet aliquis prorsus, quòd tertium cœlum viderit ille, & raptus sit in paradisum, & audiuerit arcana verba, quæ homini non liceat proferre. At nec ille quidem, quod constet, per carnem hanc eiusmodi gratiam accepit: non enim celat ambiguitatem, dum dicit: Siue in corpore, nescio, siue extra corpus, ignoro: Deus nouit: etiam de hoc audacter aliquis dicere possit, quòd in corpore quidẽ nihil eiusmodi viderit, sed incorporea & ea quæ mente peragitur, contemplatione

Basilius quando exhibitus.

Basilii dilectio erga deum.

1. Cor. 13.

Matt. 22. Math. 25.

Basilii præfecto respõsum.

Basilius cũ Paulo confertur.

1. Cor. 13.

Paulus quo modo deũ dilexerit.

2. Cor. 12.

contemplatione nihil barum rerum sit, quod coo templari atque coosiderare prætermiserit. Testis A harum rerum est ipsius oratio, tum ea, quam ipse proferebat, tom ea quam reliquit in scriptis. Ille ab Hyerosolimis vsque ad Illyricum in orbem eircumiens omoibus in medio habitâtibus Euãgelicum sermonẽ prædicauit: & huius oratio atq; pdicatio omnẽ, ppemodũ terrarũ orbẽ ãplexa est, cùm etiam ipsa æqnè ac Pauli sermones ab omoibus probaretur & expeteretur. Omittantur reliqua, quib⁹ hui⁹ vita eũ illi⁹ vitæ conuenit atq; cõcordat videlicet muodo crucifixos est ille: & hnic mũdus. corpus ille mortificauit: cõsũmauit atque perfecit etiam hic vires per infirmitatem. Christ⁹ vtrique vita erat: & vtrique similiter pro lucro, mors, & ad Dominom re'ulutio falsæ vitæ præferebatur. An etiam Ioannem eum magistro conferre atque comparare placet? At cùm diuina vox testetur, quòd ille principatum teneat, propterea, quòd inter natos mulierum etiam amplius & excellentius quid habeat, quàm propheta: insania simul & impietas fuerit alium ex aduerso cõparãdo opponere eiusmodi vitæ. sedtanti ac talis viri vel à tergo venisse, supremæ beatitudinis cõtinet demonstrationem. atque hoc modo r. tiooem ineundo, rem coosideremus atque perpendamus. Neque mollibus vestibus Ioannes erat amictus, neque arundo erat, quæ ventis agitaretur. præferebat item solitudinẽ locis coltis & habitatis. & contrà in habitatis & cultis locis versabatur. Nũquis igitur refellet orationem, si veritas etiam hoc magistro oostro attestetur, vr io his magno Ioanne non inferior sit? Quis enim ignorat, quemadmodum mollem & delicatum vitæ cultum, noxium & infestum indicatet? in omni re fortitndinem atque laborum &, molestiarum tolerantiam magis quàm res iucuodas sectans, ad solis æstum durans, frigori se expuneos, ieiuniis & temperãtia corpus exercendo subigens, in vrbibus quasi io solitudinibus versaos, (quòd hominũ coogressus illius virtotem nihil læderet,) & ex solitudinibus vrbes efficiens. Neque enim idcirco, quòd cũ multitudine connersaretur, quicquam de exacto & canto vitæ instituto immutabat: neque si seorsum in solitudinem secessisset, nudari ac deseri poterat ab ijs qui vtilitatis gratia, coosuetudine atq; cõuictu eius vtebãtor, adeò vt etiã huius tẽpore quẽadmodum in vita Baptistæ ex solitudioe vrbs efficeretur, quæ coofluente multitudine coarctaretur. Quòd aũt arundo non esset, quæ facilè ad contrarias opioiooes impelleretur, argumento est ea, quam habuit in omnibns rebus, quas per vitam eum iudicio suscepisset & instituisset, coostantia atque firmitndo. Placuerat ab initio nihil quicquam possidere, & pauperem esse. tanquam petra immota atque incõcussa, stabile ac firmnm id iudicinm fuit. concupiscebat per puritatem appropioquare Deo. mons erat ea cupiditas, non arundo. nunquam enim ad tentatiuoum spiritus aduersos flectebatur. Porrò dilectionis erga Deũ (quæ in Basilio fuit) coostantiam & firmitudinẽ solus apostolus suis verbis exprimere & iodicare posset, propterea quòd neque vita, neque mors, neque præsentia, oeque futura, neque aliqoa alia creatura à dilectione Dei cor eius dimouere atque deturbare posset. Adeò etiam in omnibus,

Basilius cũ Ioanne cõfertur.

B C D

quæ cum virtute instituisset, ac sibi sectanda esse iudicasset, nequaquam arundineus quidam, & animo mobili ac mente inconstanti erat: sed per omnia vita (eius) in rebus præclaris cõstãtiã io se habebat & stabilitatẽ. Liberè & ingennè loquitur apud Herodem Ioanoes. item hic apud Valẽtem. Comparemus aotem adinuicem horum virorum dignitates. Ille quidem patus cuiusdam Palæstinæ decreto Romanorum permissum sibi priocipatum adeptus erát huius verò imperij terminus erat totus propemodũ eursus solis à finibus Persidis ad Britannos vsque pertinẽs & extremam Oceani oram, ac linguæ quidem libertas aduersus Herodem id agebat, atque cò spectabat, ne cõtra leges ille peccatet in muliercula quadam, sed cupiditatem vtpote legibus vetitam in se coerceret. At aduersus Valentem præceptoris linguæ libertas quæ oam erat? Vt illæsam, intactam & impollutam sineret esse fidem, cni si fieret iniuria, totius orbis terrarum scelus atque piaculum existeret. Conferat igitur æquus rerum æstimator & principatum eum priocipatu, & linguæ libertatis huius propositum cum illa comparet libertate. Nã illic quidem, corpore Herodis scelus circumscribebatur, hic verò violatio fidei, ad totius humanæ naturæ iniuriam redondabat. Ille ad mortem vsque perseuerat io liberrate sermoois, & huic finis lingnæ libertatis exiliom existit, cùm imperator hanc pœoam in eum loco mortiferæ sententiæ statuisset. At enim Ioanaes post mortem viuere credebatur. Basilio item ab inimicis ipsis sententia exilii rescioditur, cùm propter mioas nibilo remissior & segnior factus esset ad resistendum. Ao etiam audebimos ad sublimem Heliam sermooe ascendere & ostendere nostrum doctorẽ suæ vitæ institũto illius gratie assimilari? Enimuerò vt in flãmeo curru sedeat atque vehatur, & igneos equos moderetur, & ad eam potestatem, quæ superæ præsider rerum oaturæ, traosmigret, oemo postulet ab humana natura. (Nam oec ille quidem intra terminos & limites naturæ manẽs illæsus in igni cooseruabatur, cùm terreum hoc poodus diuioa vi ad eam leuitatẽ, quæ in sublime ferretur, transformaret:) neqoe (verò) quod suo verbo veluti claui vteretur eius facultatis, quæ de cœlo suppeditabatur, & aperiens quãdo vellet, & rursus claudens, eùm id facere commodius esse videretur. quinetiam quòd ad multum ille tempos inediam toleraret voo cibo subcineritii illius hordeace panis io pari habitudine vires suas ad quadraginta vsque dies cohseruans: præter mittatur etiã hoc, vtpote maius, quàm humana capiat oatura. Earum eoim rerum, quæ superant naturã imitatio humanæ naturæ impedita est. Silentio prætereatur item cum hie & exiguus ille farinæ vrceos, & vas, quo olenm continebatnr. quorum vtrnmque tam hoc, quàm ille, quod ad suppeditationem attinet alimẽti, ad necessitatem sufficiebat, per omne tempns famis, beoeficiũ simul progatos & extendeos ad annos treis & mẽses sex. Nam superæ operatiooes miracula peculiarem in operibus vim habẽt. nec rectè quis eiusmodi mirificas operationes assignauerit humaoæ naturæ. Qoæ sũt igitur oostri præceptoris bona, quæ cnm iis, qoæ in propheta cetooutur, commuoionem & societatem habeantiamur & studiũ vehemens erga

Matth.14.

3.Reg.11.

Apoc.3.

3.Reg 19.

3.Reg.14.

Basilius cõfertur cum Helia.

erga fidem, odium aduersus aspernãtes & reprobantes, [A] dilectio erga Deum, studium & desideriũ eius, qui verè atque reipsa est, ad nullam rem materialem effluens atque deflectẽs: vita per omnia exacta atque exquisita: victus aridus: acies oculorum & obtutus animæ vigori par: grauitas non affectata: silẽtium sermone efficacius: cura atque contemplatio rerum earum, quæ sperantur: contemptus earum, quæ vidẽtur: cùm quisquis oblatus esset, siue in excellenti dignitate fortè constitutus, siue ex humilibus & abiectis esse appareret, eadem dignatione exciperet, & in eodem honore haberet. Hæc & eiusmodi sunt, in quibus præceptoris vita miracula Heliæ imitatur.

Ieiunium [B] Quòd si quis profert quadraginta dierum inediam: & nos per omnem vitam magistri in cibo parsimoniam contrà in medium afferemus. Vicina enim quodamodo est inediæ cibi exiguitas & parsimonia victus, ac maximè, cùm illud quidem exiguo tempore factum sit, hoc verò per omnem vitam durauerit. præterea etiam illic quidem hordeaceus ille subcinericius panis prophetæ vigorem & vires conseruabat, eò quòd prorsus aliquid eiusmodi in sese haberet, quo quicunque cibum hunc sumpsisset, vires eius conseruarentur. Cuius rei argumentum est, quòd non popularium aliquis ei panem confectum pro cibo apposuerat, [C] sed ab angelis parato cibo satiatus est. Vnde etiã plenæ atque integræ manebãt, & non effluebant atque expirabãt eæ, quæ per illum cibum corpori vires ingenerarẽtur. hîc verò cùm nihil de cõsuetis innouaretur & immutaretur, ratio cibum moderabatur, tantum corpori præbens non quãtum natura vellet, sed quantum temperantiæ lex iuberet.

Sacerdotium. Porrò sacerdotium præceptoris prophetæ sacerdotij ænigmata imitatur, per hoc, quòd treis personas in ratione fidei tradit, cœlestem ignem ad sacrificia eliciens. Ignem autem, sancti spiritus virtutem vocari in multis scripturæ locis didicimus. [D] Vredinem verò atque siccitatem terræ magister neque sustulit, neq; induxit. Illic autẽ Magnus propheta cùm imbrium penuriæ flagello terram verberasset, ipse quoque medicus vulneris extitit, cruciatui flagelli par & æquipollens largiens eis curationis leuamen atque mitigationem? Quòd si etiam aduersus hoc nostri Heliæ aliquod miraculum proferre oportet: Cùm diuina voluntate eiusmodi calamitas aliquãdo cœli missis significata immineret: (quippe totum tempus hybernum per siccitatem præterierat:) & nulla spes frugum appareret: tunc magister Deo supplicans vltra minas terrorem progredi passus nõ est, cùm precibus diuinum numen placasset, & per orationes mœrorem, qui propter imbrium penuriam (homines) inuaserat, sustulisset.

Basilius subuenit in fame. Quinetiam consolationis & leuaminis in fame, quod in vna vidua magn⁹ præstitit Helias, habet etiam nostra ætas aliquam similitudinem in magistro. Nam cùm fames aliquando grauis & sæua tam ipsam vrbem, in qua habitabat, quàm omnẽ vbi subditam regionem affligeret, venditis suis prædiis & possessionibus, atque pecuniis in alimenta conuersis, cùm etiam rarum esset, vt illi, qui valde sibi prouidissent & instructi essent, ea quæ ad mensam & victum pertinent, sibi conficere & suppeditare possent, ille per omne tempus famis, cùm eos, qui vndique confluerent tum [A] iuuẽtutẽ, totius vrbanæ plebis alere perseuerauit, adeò vt etiã Iudæorum liberos huius benignitatis & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil autem prorsus interest, vtrùm per vas olearium quis, an per aliquam aliam materiam & occasionem diuinum mandatum exequatur. Consolatio enim indigentium non quærit vnde (sumas) sed ad id, quod fit, spectat. Quòd si sublimi rapt⁹ est Helias: mirabile quidem est etiam hoc, & maius miraculum, quàm quis vel oratione explicare, vel oratione assequi possit. Veruntamẽ nec altera (quidem) species ad supera cursus repudianda [B] atque contemnenda est: cùm quis per spiritum virtutibus pro curru vsus, per sublime vitæ institutum è terra (sursum) in cœlum migrat. quod vtique magistrum assequutum esse, quicunque rerum ab eo gestarum æquus fuerit æstimator, non negabit.

An etiam aduersus Samuelem oratione audendum est? Sane in aliis omnibus primas prophetæ partes concedentes, cum duobus quibusdam, quæ de illo dicuntur, etiam ea, quæ circa magistrum nostrum erant conuenire ostendem⁹. *Cum Samuele confertur.* Diuinit⁹ data atque cõcessa vtriusque natiuitas erat. vt enim illum mater, ita etiam hunc pater à Deo petitum procreauit. cùmque lethali [C] morbo quondam correptus esset etiam nunc in ætate iuuenili, per visionem in somnis pater vidit Dominum, qui in Euangelio, Regulo illi filium donauit, sibi apparere, & illa dicere ad se, quæ ad illum Dominus dixerat, nempe, Vade, filius tuus viuit. cuius fidem & ipse imitatus eundem, quem ille fidei fructum percepit, benignitate Domini salute filij recepta. Atque hoc quidem vnum cum miraculis Samuelis comparamus. Alterum verò, quòd forma sacrificii eadem ab ambobus instituta atque peracta est. Pacificas enim vterque Deo hostias obtulerunt, vt hostes profligarẽtur, & interirent sacrificantes. hic quidem pro euersione [D] hæreseon, ille verò aduersus alienigenas id agens.

Porrò magnus ille Moyses commune omnibus, qui ad virtutem spectant, propositum est exem- [E] plum. nec deliquerit si quis virtutem legislatoris tanquam scopulum sibi proponat, ad quem vitæ suæ dirigat actiones. Proinde nemo prorsus inuidebit, si ostendatur, quòd magister noster, in quibus posset, legislatorem in vita imitaretur. *In quibus rebus Moysem sit secutus.* In quibus igitur (rebus) imitatio consistebat? Mulier quædam Ægyptios regens, Moysen adoptatum domestica disciplina instituẽdum curat, à maternis vberibus, quamdiu primam ætatem eiusmodi alimento nutriri conueniebat non recedẽtem. *Exod. 2.* [F] Hoc item magistro veritas testatur. Cùm educaretur enim ab externa sapiẽtia, semper vberibus Ecclesiæ adhærebat, illius doctrinis animo crescens, atq; grãdescẽs Abnegauit atque repudiauit postea Moyses falsò dictitatæ matris fictã & cõmentitiã cognationẽ. Ne hic quidẽ diu permãsit in eo statu, vt ei⁹ studii nomine celebraretur atq; clareret, cuius eum pudebat. Cum enim omnem ex literis & disciplinis externis partam gloriam repudiasset, quemadmodum ille regnum, ad humile vitæ trãstulit institutũ, quemadmodum etiam Moyses Ægyptiis thesauris prætulit Hebræos Porrò cùm natura in vnoquoque suum officium faciat (vniuscuiusq; enim caro cõcupiscit aduersus

sus spiritum:)ne hic quidem expers prælij erat, quo ratio pura ab Ægyptia ratione petebatur:sed A opem ferens meliori,mortuam faciebat eam,quæ aduersus Hebræam haud rectè insurgebat. Hebræa autem ratio,expurgata est & incôtaminata. Nã qui per mortificationem membrorum terrenorum animæ auxilium fert,excellentem fortitudinem atque virtutẽ Moysis, quam aduersus Ægyptiũ præstitit,imitatur. Præterire autẽ magnam partem historiæ conuenit,ne si quis omnia plenè atque exactè velit exponere, quæ & de Moyse scriptura continet,& in quibus Magistri fuit cum Moyse similitudo, magnam auditoribus afferat molestiam.

Exod. 2. Reliquit Aegyptum Moyses post necem Aegyptii,multoque interiecto tempore seorsum per se priuat' degebat.reliquit etiã hic vrbanos tumultus, & materiales hos strepitus vndiq; circumsonantes, & erat in solitudine diuinæ philosophiæ addictus.

Exod. 3. Lumen illi per rubum alluxit.habemus aliquid huic visioni cognatum etiam in hoc,quod dicamus. Nam cùm nox esset,accidit ei illustratio atque affulgentia luminis domi oranti. expers autem materiæ quoddam lumen erat illud, diuina virtute domicilium illuminans, à nulla re materiali accensũ. Seruat populũ Moyses à tyrãno liberatum.paria de nostro legislatore testatur hic populus, quem per sacerdotium duxit ad Dei promissionem. C Et quid opus est omnia singulatim ex ponere,quàm multos etiam hic per aquam traduxerit? quàm multis per sermonẽ columnam ignis prætulerit? quàm multos nube spiritus consetuanerit?quàm multos cœlesti cibo aluerit?quomodo imitaretur petram,in qua quõdam ligno aquæ os & vena aperta est,hoc est,cuius quõdam os crucis figura tetigit? quemadmodum sitientes aqua illa potaret, magnitudine abundantiæ imitans abyssos:quale tabernaculum testimonij, & quidem corporaliter in suburbio fabricatus sit,pauperes corpore, pauperes spiritu vt essent,per bonam doctrinam efficiens, adeò D vt eorum egestas ob beatitudinem memorabilis existeret, vtpote veri regni donum gratiãque cõcilians. Tabernaculum autem verum,in quo De' inhabitaret,vniuscuiusque animam sermone efficiebat,etiam columnas quasdam extruens in eo: (cogitationes & rationes dico columnas,quæ laboribus oppressam virtutem suffulciãt atque sustentẽt:)atque etiam pelues(conficiens)ad eluendũ animæ polluriones & inquinamenta, quibus aqua ex oculis emanante lituræ & maculæ abstergerentur. quàm multa candelabra in vniuscuiusque anima imponebat, sermone illuminans occulta?quales rationũ acerras & thuribula efficie- E bat? quales estruebat ex puro auro, & in quo fraus adhibita non esset, hoc est, ex vera & pura affectione: vbi graue vanæ gloriæ plumbum nequaquam eorum,quæ fierent,splendorem obscuraret. Quid opus est commemorare mysticam arcam,qualem vnicuique fabricatus sit, tabulas testamenti diuino digito inscriptas animæ imponens? Hæc autem dico illò respiciens, quòd vniuscuiusque cor arcam efficiebat,quæ spiritualia mysteria comprehendere posset, continens legem scriptam, quæ spiritus operatione per opera describeretur. Id enim per digitum Dei significatur: in qua arca etiam sacerdotii virga suo sẽper fructu efflorescebat per participationem sanctificationũ germinans & repullulans: & vrna à manna nunquam vacua fiebat. Tũc enim animæ vas à cœlesti cibo vacuum fit, cùm peccatum se insinuans influẽtiam mannæ prohibuerit. Manna autem panis cœlestis est. Quid opus est commemorare quo pacto sacerdotali stola cùm ipse exquisitè & cautè se circũdaret,tum cæteros suo exemplo exornaret,semper ferens in pectore illum ornatum, cui nomen est & oraculum,& decretum, & veritas:quæ omnia relinquo diligentioribus & magis industrijs,vt ea per tropicã & allegoricam significationem præceptorii accõmodent:per quæ cùm ipse talis erat,tum cum alijs ornatum eum communicabat. Sæpenumerò animaduertimus eum etiam intra caliginem versari,vbi Deus erat. Nam quod alij cernere atque contemplari nõ poterãt, id illi doctrina spiritus qua in sacris institut' erat, comprehẽsibile efficiebat,adeò,vt intra amplexũ caliginis esse videretur,in qua sermo de Deo occultatur. Sæpenumerò se opposuit Amalecitis pro scuto vi'us oratione.quo man' tollente ver' Iesus hostes deuincebat. Multorũ præstigiatorũ & incãtatorũ Balaã illius similiũ imposturas discussit atque irritas fecit:qui verò sermoni nõ obedientes, sed asininæ dæmonũ doctrinæ obtẽperãtes inefficax ad malitiam os habebant,magistri precibus maledictionem conuertentibus in benedictionẽ. Cæterùm hæc à nobis per trãscursum & cõpẽdiũ dicuntur:quæ singulatim quicunq; vitam sancti non ignorat, accommodabit ad rerum gestarum veritatem,quam multi qui veneficiis & incantationibus aduersus quosdam insidias instruxissent, inefficacem improbitatem habuerunt, cùm non liceret eis per fidem præceptoris malum producere ad effectũ. Sed relictis omnibus, quæ medio tempore acta sunt,de fine vtriusq; cõmemorabo. *Mors Mosis & Basilii.*

Reliquit quidem vterque seculum: monumentũ verò suæ circa carnem habitus neuter eorum seculo reliquit. neque enim Moysis sepulchrum extat,neque hic copia quadam materiali humat' est:sed simul & vitam transiit, & omnia, quibus hominum vita consectatur, vnà dilapsa sunt,adeò vt nullum extet materiale viri monumentum ex copia relictarum facultatum extructum, quo existimatio eius ad speciem augustiorem obruta teneatur:quemadmodum historia de Moyse hoc dicit, quòd non inuentum sit eius sepulchrum vsque in hodiernum diem. Si igitur talis oratione à nobis demõstratus est esse Basilius Magnus,qui si cum vnoquoque magnatum inter viros sãctos a vita eius comparetur, non procul ab illis absuturus sit:rectè à nobis feriarũ vicissitudine propter hunc præsens nunc agitur conuentus. Proinde conueniens & commodum fuerit memoriã viri per res illi gratas concelebrare. Itaque dispiciendum & considerandum est, qua ratione festum hunc diem constituentes ita conuentum agamus, vt sancto cordi est. An aliquis demonstrantium in eo dicendi genus atque inflatum laudationum morem requiret? quæ patria fuerit, quo genere ortus:quomodo à parentibus educatus, quæ singulatim vitæ studia fuerint, quibus cum simul & creuerit & viguerit,et inter viros clarus,spectabilis & illustris euaserit? At magnitudo bonorum, quæ circa eum spectantur,omne hoc inflatum & sublime

sublime genus dicendi repudiat & auersatur, quia negocium in contrarium redigitur, eò quòd non sit eiusmodi vis in verbis, quæ miraculorum magnitudinem pro dignitate assequatur. Ne igitur vnà cum orationis exilitate miraculum deprimatur & extenuetur, ei⁹ q̃, quā nunc vnusquisque de eo conceptam habet opinionem, per eos, qui laudare conati fuerint, aliqua diminutio fiat: commodius fuerit silentio potius in nobis augere miraculum, quam oratione laudem imminuere atque extenuare. Quali enim oratione quis eum augustiorem effecerit? An ille eam, quæ per carnem & sanguinem (contingere) dicitur nobilitatem ac generis claritudinem approbauerit? Et quis ignorat magni illius erga carnem affectionem, quā ei aduersus esset, tanquam mancipio cuidam fugitiuo semper vincula rationum inijciens, ac per summam afflictionem atque continētiam flagellans & torquens verberonem illum seruum corpus, quasi quidam inexorabilis dominus nullam victo relaxationem indulgens. Eum igitur, qui ita affectus esset erga carnem, propter corporale beneficium celebrare & verbis extollere, res absurdissima fuerit. Nam qui nunc ab ea re honorabitur, cuius eum in vita pudebat? Atque similiter vnà cum quæstione generis, patriæ quoque mentio eijcitur & repudiatur. Qui enim se supra omnem mundum posuerat, & quasi coarctabatur in omni sensibili elementorum natura, adeò, vt ne cœlum quidem supra se positum ferret, sed ad vlteriora anima contenderet, & sensibilem mundi superans amplexum semper in ijs, quæ cogitatione ac mente comprehenduntur, inambularet, & occupatus esset, atque vnà cum diuinis virtutibus in sublimi versaretur, & nihil impedimenti corporalis onere ad mentis iter impediretur: quando sustineat se à parte aliqua terræ cognominate, & per loci fœlicitatem atque commoditatem, sibi laudes corrogare? Contumelia enim fuerit, & verarum laudum imminutio, si virtute ad considerandum proposita, aqua, frondes & flores, & glebas atque huiusmodi res admirationi sint, cùm alioqui quicquid liberæ voluntatis bonum nō est, etiamsi quem maximè pulchrum, commodum & egregium sit, nullam famæ & nominis commendationem afferat illi, cui simul contigerit. Proinde silentio prætereatur patria ac genus, & quicquid eiusmodi est, vt fortuita concursione & casu quibusuis contingat. illius autem merito quis in eo patriæ atque nobilitatis mētionem fecerit, quæ liberæ voluntatis arbitrio ijs, qui eam experiuntur, contingit. Quæ est igitur Basilij nobilitas & claritudo generis? quæ patria? Ac genus quidem illi familiaritas & necessitudo cum Deo: patria verò, virtus. Qui enim Deum recepit, vt inquit Euangelium, potestatem habet, vt filius Dei fiat. Quid verò nobilius & generosi⁹ cognatione cum Deo quis requirat? Qui autem virtute præditus est, & hanc colit, & ex hac sibi reditus conficit, & quæstum facit, patriam suam prorsus efficit id, in quo viuit. Sobrietas illi pro domicilio erat: sapientia loco prædij: iustitia autem & veritas & puritas, pro splendidis, magnificis atque visendis & conspicuis ædificiorum ornamentis: in quibus inhabitans magis his delectabatur ac sibi placebat, quàm qui marmoreis & auratis ædibus gloriantur. Si quis eum ob talē patriam laudet, & ob eiusmodi genus oratione celebret atque honestet, cùm vera dicet, tum ob res ei gratas, laudes accommodabit: terram autem & sanguinem, & carnē, & diuitias, & principatus, & his rebus cōiunctum splēdorem & gloriam mundi amicis qui volent adesse prædicent atque testentur. Si igitur conuenientes illi laudū celebrationes oratio nostra capere nō potest: eiusmodi studia recusāda fuerint, & laudationū artes reiciēdæ. Quomodo igitur memoriam eius agemus? (aliquis fortasse dicet) si cum laudum celebrationibus id non fiet? quā ratione lex scripturæ implebitur, quæ dicit, Memoriam iustorum cum laudum celebrationibus agi oportere, si per veras quidē laudes sermo accommodari non potest: communes autem sine contumelia commemorari laudes non possunt? Sed fortasse ratio aliqua non deerit, quā ille nostrarum laudum honoris & præmii non penitus expers relinquatur. Quæ igitur est ratio? Quis ignorat, quòd omnis oratio ab operibus disiūcta vana per se sit, & non subsistat? at natura operum in substātia atq; veritate id quod dicitur, ostendit & repræsentat. Igitur oratione potior fuerit ea laus, q̃ per opera præstetur & repræsentetur. Hoc verò quid est? Vt per memoriam illius vita nostra melior quam esse solet, efficiatur. Quemadmodū enim cū in pala annuli optima quædam insculpta forma apparet, sigillo impressa cera insitum sculpturæ decorem in sese transfert totam signaculi effigiem suis expressam referens figuris: ac nemo bene dispositum & artificiosum sculpturæ decorem oratione ita descriptum exhibere possit, vt is qui in cera effictam atque efformatam pulchritudinem ostendit: eodem modo si alius quidē nuda oratione celebret virtutē magistri, alius verò suam ipsius vitam illius imitatione exornet, efficacior, quàm oratio sublimis, fuerit ea laus, quæ per vitā repræsentetur. Sic igitur, fratres, etiam nos sobrietate sobrium imitantes factis nostris virtutem pro dignitate laudemus. & itidem in cæteris omnibus miraculum sapientis participatione sapientiæ repræsenteror: laus paupertatis, per hoc, vt etiam nos superfluarum facultatum materialium expertes simus: contemptus mundi huius, non modò dicatur quòd sit laudabilis atq; gloriosa quædam res: sed earum rerum, quæ per mūdum probantur & expetuntur, contemptionis ac despicientiæ testis sit vita. Ne dicas solùm, quòd ille Deo dedicatus, & addictus esset, sed tu quoque te ipsum Deo dedica atque addic, nec quòd solùm ei bonum atque possessio esset, ea, quæ sperantur, requies: sed etiam ipse congrega tibi has diuitias, quemadmodum ille. licet eo'm Transtulit ille de terra vitæ institutum in cœlum, transfer item tu, in sacro sāctis & à furum iniuria tutis cœli ærariis suas diuitias deposuit. imitare per hæc etiam tu magistrū. Perfectus em erit discipul⁹, si sit sicut magister ei⁹. Etenim in reliquis quoque vitæ studiis atque exercitiis, qui medici discipulus fuit, aut geometræ, aut rhetoris, indignus cui fides habeatur, magistri artis laudator erit, si oratione quidem scientiam præceptoris admiretur: in seipso verò nihil admiratione dignum ostendat. Dicet enim aliquis ad eum: qui dicis medicum tuum fuisse magistrum, cùm ipse medicinæ ignarus sis? aut quomodo re

discipulum

discipulum geometræ dicis, cùm geometriæ imperitus sis? Verùm si quis in seipso specimen artis, quam didicerit, edat, sua scientia artis præceptorem ornat atque honestat. Ita eti. m nos, qui Basilio magistro nos iactamus & gloriamur, vita disciplinam ostendamus ad illud enitentes & euadentes, quòd ipsum clarum & magnum Deo atque hominibus fecit, per Christum Iesum Dominum nostrum: cui gloria in secula seculorum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI ORATIO HABITA IN LAVDEM SANCTORVM QVADRAGINTA MARTIRVM. EODEM SIFANO INTERPRETE.

Est autem principium potius orationis. nam cùm tumultus ac strepitus certatim confluentis & sese constipantis in templo multitudinis exaudiri præterquã à proximè adstantibus non posset, in posterum diem rem distulit, & proxima oratione absoluit.



QVAS res existimo plerisque graues ac molestas esse, his ipse animo lætor. Molestum enim nimirum plerisque est comprimi inter sese & constipari. hoc verò mihi summæ lætitiæ est. Lætatur enim oculus pastoris, cùm gregem præ multitudine co arctari, & ouili superfundi videt. Quanquam ooo exiguum ouium stabulum est: sed laxitatem angustam efficit multitudine grex abundans. Huiusmodi quid etiam circa Dominum Petrus conspicatus respõdit his verbis, Præceptor turbæ te cõprimunt & coarctãt. Hoc planè est, vt alicubi inquit diuinus apostolus, premi, & non in angustias redigi. Dum in omni re, inquit, vrgemini, & non in angustias redigimini. Ego verò quam promam orationem in eiusmodi conuentu? quis dabit mihi vocẽ tuba clariorẽ & magis sonoram, vt resonãtia strepitum multitudinis superet, & in auribus congregatorum verba recondat? ad quidnam eorum, quæ (publicè) lecta sunt, mente mea conuersa rebus præsentibus cõuenientem & accommodatum excogitabo sermonem? Multùm valet Iob in instituenda vita ad fortitudinem suis exemplis: multus in ænigmatis & verborum inuolucris scriptor prouerbiorum. Quid item de sacro apostolo dixerit aliquis? qui ex arcanis illis verbis, quæ supra captum & intellectum humanum esse ait, fortasse per doctrinam, qua instituit Ephesios, etiam nobis suggerit arcanum in cruce per ænigmata atque inuolucra verborum detegens sermone. Huiusmodi item alia psalmodiæ quoque mysteria, recordatio, & tituli inscriptio, & ad torcularia celebrata cãtio. His enim in inscriptionibus psalmorum, qui nobis prælecti sunt, animaduertis, haud paruã videm⁹ per ipsa ænigmata atque inuolucra verborũ materiem dari orationi. Sed mihi quidẽ cõmodum videtur, vt explicationem eorũ, quæ dicta sunt, in alterum tempus reiiciamus, cupio autem præsenti festiuitati cõuenientẽ & accommodatã aliquam vocẽ excogitare. Quæ igitur est hæc? Noui quamdam legem naturæ propriam, ipsis diuinis tabulis insculptam à cõditore legis naturæ, quæ iubet, vt omnib⁹ bonis & officiis quæcunque præstari possint beneficia parentum suorum quisque compenset. Honora, inquit, patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissionibus: vt tibi bene sit. Quod si primum locum, quod attinet ad promissionem, obtinet hæc lex & exequutio huius proprium lucrum seruantis eam existit: (honor enim parentibus habitus reuertitur ad eum, qui legem impleuerit:) haud alienum fuerit quemque cordatum quidem certè ad hanc legem, cuius finis beneficiũ & gratia eius, qui eam exequutus fuerit, existit, respicere eamque obseruare. Ac carnis quidem nostræ parentes ætati suæ iuxta destinatum sibi ab initio tempus ministerio præstito, honoris nostri debito officio nõ amplius opus habent, cùm iampridem excesserint è vita, adeò, vt non extantibus iis, qui beneficium accipiãt, eiusmodi lex impleri non possit. Lex verò iubet nos in opere versantes consequi promissionem. neque enim fieri potest, vt cessãtes in opere versantium præmia obtineãt. Quid igitur agere oportet, parẽtib⁹ nõ extantib⁹, eũ, qui & promissionem assequi cupiat, & rationẽ excogitare non possit, quà ratione id, quod expetit, obtineat? profectò soluunt nobis protsus hanc perplexitatem ea, quæ oculis exposita sunt. Vos enim cùm video, nullos alios opus habeo inquirere parentes. Vos enim estis patres mei, qui etiã ipsorum mihi patrum patres. patria enim patrum, in se continet etiam parentum dignitatem. Quo igitur facto legẽ honoris vobis implebim⁹? Gratus enim quilibet & pius filius senilem patris ætatem suis officiis recreans & refocillans sustentat atque confirmat virium imbecillitatis, ipse patri omnium vicem præstans. Vnde reiuuenescentem in filio patrem videre licet. ac nonnunquam etiam manus senilis ac tremula iuuentutis vigore ac robore se reficiens, & refocillans fructus ex viribus iuuenis quodammodo capit, & motus pedum, incuruatis iam membris labascens, filii studio suffulcientis subleuatus suam recipit efficaciã & vigorem. Quòd si tempore visus obscuratus sit, per filium senex, dũ manuducitur ad res vitæ necessarias, visus acumẽ recipit, & perspicax euadit. Vos autem, qui mihi pro patria estis, non ii estis, qui aliqua harum rerum indigeatis. Quid igitur faciendo benedictionis mandati fructum percipiemus? Quòd donum vobis gratum offeremus, cùm nullum bonũ vobis desit? An etiam ipsa narratio bonorum, quæ vobis adsunt, pertineat ad debitum vobis honorem? Proinde tempus fuerit commemorandi, quot & qualibus bonis vita vestra exornetur. imò verò non commemorare (modò) verumetiam ostẽdere licet. nunquid autem putatis hæc communia, quæque in promptu sunt, dicenda esse? terræ fertilitatem, & fructuum copiam & abundantiam? item amnem, qui diuidit sedes vestras? hũc dico, qui circulo atque ambitu campi fluentum suum includit, & locus euadit

Matt. 12.

2. Cor. 4.

Exod. 20.

dit: qui & antè & post quàm restagnet, ad cuiusque incolentium vsum diuisus & nemora & prata quasi de industria efficiens cursum suum peragit atque erumpit, innumeraque habitantibus munera præbet & amœnitates, ad omnē cupiditatem & desiderium vrbis incolarū sese diuidens & scindens. Alij hæc commemorent, quorum etiam oratio ad grauitatem & amplitudinem accommodata est, atque exercitatis quandam adfert opinionem magnificentiæ atque splendoris ab eiusmodi rebus patriæ laudem exaggerans & augens. Mundanus autem aliquis vir, quique ad hanc vitam accommodatè bona iudicare nouit, laudibus, si videtur, adiiciat etiam alterum amnem. huuc dico vicinum: qui propter magnitudinem adnumeratus iis, qui per orbem terrarum clari amnes habentur, à nostra (regione) exoriens vrbem proximè prætetlabitur, haud parum gratiæ suæ atque cōmoditatis ad augēdam pulchritudinem & vitæ adiumenta per sese cōferens. Siue conditores vrbis enumerare oporret, siue genera coloniæ incolarū celebrare, siue bellicæ manus res bene gestas nostris narrationib' adiicere: trophæa, prælia, fortiumque facinorum miracula, quæ scriptores libris inserere solēt, procul hæc absint à nostro cœtu. Erubescit enim Christianus sermo ab iis rebus, quæ à fide alienæ sunt, Christi infidelibus amicis famæ tribuere commendationem, quemadmodum qui vmbram viri fortis celebrant ante trophæa. Proinde ad præsentia sermo conuertatur, & fructum vestrum vobis ante oculos ponat. Mundana verò bona & eiusmodi argumentum laudandi, etiamsi magna dicendi copia suppeditari ex his possit, silentio prætereantur. Neque enim totum cœlum, quæ vtique cùm pulcherrima, tum maxima pars est in creatura rerum vniuersarum, neque luminarium fulgores, neque terræ latitudinem: neque quicquam eorum, quæ per elementa vniuersitati subiecta sunt, magnum quiddam & admiratione dignum nouit dominus sermo. Diuino enim præcepto eruditus sum, nihil earum rerum, quæ prætereunt, admirari, Si igitur totum cœlum & terra præteribunt, & omnis mundi species & habitus transit, vt inquit apostolus: qui possit aliquis decorum existimare, si terræ vobis & aquæ fertilitatem laudandi caussa afferam in medium. Nam etiamsi locus vester plura babet eiusmodi commoda terræ, quam alibi reperiantur: attamen comparatione vestrorum bonorum, tanquam res nullius pretii præterire illa nouit oratio. quare ad res natura præstantiores laudationem conuertamus. hæ antem vobis non amplius per verba ostendentur, sed licet in ipsum caput intueri vestrorum bonorum. Quis enim ignorat vestrum fructum, quòd vos martyrum produxeritis spicam, fœcundam hanc & copiosam, quæ vltra trigenarium numerum multitudine & copia frugum dilatatur. Videte sacrum hoc aruum. hinc martyrum manipuli collecti sunt. Quòd si scire desideras, de quo aruo dicam ne procul ab eo, quod adest, circumspicias. quis est iste locus, qui amplectitur conuentum? quid tibi dicit anniuersarius circuli ambitus? quales huius diei recordatio atque commemoratio refert tibi narrationes? An non loquelæ quædam sunt, vt inquit Propheta, & sermones, quorum non solùm audiuntur voces, ipsis omni sermone clarius exponentibus miracula? Si locum intuearis, ipse martyrum stadium esse ait. si diem consideraueris, tanquam præco quidam magnæ vocis & sonorus martyrum coronam pronunciat. Hæc mihi videor ex die (ipsa) clamante audire: alius quidem dies luminarium creatione gloriatur: alius verò, cœlo: item alius lætatur & sibi placet propter fabricationem terræ. mihi autem ad ornatum miracula martyrum sufficiunt: sufficit coronarum decore atque pulchritudine exornari: sufficit trophæis aduersus diabolum erectis honestari atque decorari. quales in me fuerunt narrationes? qualis angelis per me facta est accessio? qualem dedit terra fructum suum? qualem Dominus in me constitionem consecuit? vnde omnis etiam propemodū orbis terrarum hinc enatorum palmitū & surculorum propaginibus consitus est: tanquam vitis quædam copiosa, atque abundans, cùm alias per sese vites efficit, tum ipsa non deficiens in suo permanet vigore. Hæc & eiusmodi nimirum cùm diei festiuitas, tum locus in quem conuenistis, altera talia læta annuntiare videtur. Sed quid agam ad tantum populum, cùm exili sim voce, linguaque tarda, qui superante sonitu ac fremitu sermonem vix astantibus in loco ita commodo loqnar, vt exaudiri possit? Nam alioquin immoratus essem atque perseuerassem in bonis narrationibus, quo pacto præclari contubernales quadraginta cùm commune certamen, tum communem vbique coloniam inhabitionemque fecerunt, & vbique ratam & legitimam partem accipiunt, & in omnibus locis hospitio inter se coniunguntur. Quocirca nemo qui particularem reliquiarū gratiam suscepit, non ex toto martyrum appartitionem recepit. Vnus enim in Christo cùm fuerint vniuersi, per vnum cum toto suo grege recipiuntur. Sed qui fieri potest, vt oratio non initium faciat quæ initium narrandi res ab iis gestas silentio prætermiserit? Quod est igitur initium? Adolescētia egregia, atque spectata, ex optimis vniuersi electi, decore ac pulchritudine insignes, ad ramos magnitudine proximè accidentes in flore ætatis constituti. Videtis ne vocem tumultu turbari, & strepitu sermonē interrumpi? vt nobis veluti pelago quodam æstuante, vocibus populi, inquam, iactatis, necessariò ad tranquillum silentii portum confugiendum sit. Quòd si per gratiam Dei nobis etiam ad alteram partem orationis otium contigerit. cum silentio auscultantibus reliqua, quæ nunc prætermissa sunt ad narrationem pertinentia, auxilio Dei supplebuntur. Ei gloria in secula seculorum. Amen.

Psal. 18.

D. GREGORII NYSSENI DE SANCTIS QVADRAGINTA MARTYRIBVS

ORATIO SECVNDA.

Eadem Sifano interprete.



HERI martyres ad sese populum vocabant: nunc hospitio ecclesiæ ipsi sese offerentes excipiuntur. Lex autem quædã cõuiualis est, vt circulares & vulgares istas epulas alij alijs cõuiuis certa vicissitudine præbeant in orbem. Igitur necesse est, vt etiam nos contrà martyribus parem cœnæ gratiã referamus, & idem officiũ præstemus. Sed quoniã nostræ facultas orationis inops & exigua est, haud incommodum fuerit, si ab illis ipsis sumptis reliquiis excipiamus eos, qui heri quidem conuiuatores & epuli præbitores erant, hodie verò cõuiuæ sunt. Sufficit enim vel exigua quædam de diuite mẽsa pars, cùm tales reliquiæ fuerint, ad magni epuli apparatũ. Quæ sunt igitur hæ reliquiæ? Memini iis prorsus in qua parte orationis hærebamus, cùm optatus ille & iucũdus nobis ex multitudine congregatorum tumultus confundebat eorum quæ dicebantur, auscultationem. cùm animarum illud ecclesiæ mare multitudine aliorum super alios confluentium & ingruentium inundans, ad impetum & impulsionem eorum, qui semper vi irrumperent, fluctuaret & æstuaret, sonitu quoque ipso verum imitans mare, veluti rupibus litoralibus auribus nostris vndarum strepitum infringens & illidens. In quibus igitur tumultu quasi tempestate iactatam reliquerimus orationẽ memin istis prorsus, quibus recordatio martyrum curæ est. Erat autem continuatio, opinor, & contextus orationis hic, quòd non ex gregariis & vilibus quidã essent, qui ad hoc certamẽ electi sunt, neque promiscuum quoddam & obscurum vulgus ex humilibus exercitiis & studiis profecti ad hanc dignitatem euecti essent: sed primùm quidẽ propter bona atque commoda corporis decore & viribus, & robore superante reliquos præcedẽtes militaribus numeris asscripti esset: deinde verò sobrio atque cum virtute coniunctio vitæ instituto cùm excelluissent, tanquam præmium quoddam decorandæ & honestandæ virtutis ergò gratiam martyrii consummati accepissent. Ac si videtur quo oratio nostra magis iucũda efficiatur omnẽ rem gestam à martyribus deinceps ordine repetemus tãquam in conspectum huic theatro ipsam certationem adducẽtes. Erat vetus quædam circa vicinam vrbem militum manus, præsidium totius gentis aduersus impetus Barbarorum. Illis ex quadã antè oblata diuinit' apparitione, maiori studio fides erat, quàm res ac disciplina militaris. Ac fortasse non intempestiuum fuerit vnum quoddam fidei virorum illorum facinus egregium obiter commemorare. Bello enim eis aduersus Barbaros aliquando conflato, cùm omnibus locis opportunis ab exercitu hostium præoccupatis, aquæ quoque in eorum potestate essent, ad extremum periculum redacti, siue imperitia nostrorum ducum, siue meliore & diuino magis consilio atque dispositione, vt vel per hoc maximè appareret, quid interesset inter Christianos atque externos & à fide alienos: cùm nulla ratione rebus præsentibus mederi possent, magnaque trepidatio atque desperatio esset, cùm nullus fons in eo loco, aut aliunde prouenientis aquæ facultas eis appareret, periculumque esset, ne siti expugnati ab aduersariis subigerentur: tunc præclari illi atque egregii, omisso armorum præsidio, inuictum cui ve resisti non posset auxilium in rebus animaduerterunt. Relictis enim in castris iis, qui nondum fidem receperant ac per se separati imitantur id quod tempore Heliæ prophetæ factum est miraculum, communi atque coniuncta voce precibus petentes, vt ex rebus desperatis in quas incidissent, eriperentur. Atque illi quidem precabantur: preces uerò extemplò in opus conuertebantur. Cùm enim adhuc ipsi in oratione perseuerarent, flatu violento nubes alicunde coacta sublimis in aëre castris hostium imminebat: deinde fragoribus ingentibus superintonans, & fulgurum in subiectos incendia immittens, aquam fluminibus abundantiorem præcipitabat adeò, vt aduersariis quidem tum continentia fulmina, tum continuationis imbrium vis extremi exitii caussa existeret: his verò, qui precum aciem opposuerant, ad vtraque sufficeret, tam ad vincendos hostes, quàm ad sitis leuamen, quippe defluentibus torrentibus abundè potum ipsis suppeditantibus. His igitur adiunctus est etiam noster cœtus eorum, qui de exercitu narrationibus illis etiam ipsi circa fidem confirmati & in eisdem studiis & exercitiis innutriti in tantam animi indolem ac magnitudinem euecti sunt, vt excellẽtia virtutis aduersus sese inuidiam excitauerint. Quemadmodum enim diximus ex iis, quæ nunc nobis ex historia Iobi prælecta sunt, quòd aduersarius humanæ vitæ iniuriã sibi fieri putaret, quòd Iob virtutis nomine clareret ac bene audiret, & idcirco eũ deposceret ad tormẽtum, quòd offenderet ac molestia afficeret eum Iob, qui verax, iustus & inculpatus esset, eodem modo hostis & inuasor bonorum, improbo oculo vidit magnos hos pugiles, & non tulit canitiem morum, quam in iuuenili ætate animaduertebat. Vidit corporum florem cõtinentia atque sobrietate ornati: vidit armatum quendam chorum, per exercitium eos Deo choreas ducentes, pulchros aspectu, oculis toruos & terribiles, excelsum animum & spiritus contumaces, pedum velocitatem, vires excellentes, conuenientem, aptam & commodam membrorum compactionem in omnibus, quæ ipsis adessent, commodis animi virtutem suo splendore corporis bona superantem. inambulat etiam per illos in inuidia, qui per orbem terrarum obambulat. Vidit non vnum hominem veracem sed cateruam diuinam' ot virorũ, qui omnes veraces, iusti, Dei cultores erant. deposcit etiam illos ad suum arbitriũ. Ac primum quidẽ duci copiarũ insano simulachrorũ cultui dedito persuadere conatur, non aliter eũ de Barbaris victoria potiturũ esse,

esse, nisi prius mactaret eos, qui Christi nomen adorarent. His autem propter egregiam confessionem quàm primum designatis, & vltrò ad consummationem passionis confugientibus, statim eos gladio interficere (quasi mite quoddam ac benignú genus mortis id esset) inimicus recusauit: sed vinculis ferreis affligens hinc supplicii initium fecit. At illis sanè etiam vincula ornamento erant, & elegans atque iucundum Christianorum oculis spectaculum iuuentus electa in tanto numero, pulchritudine insignis, ætate cæteris præstans, omnes simul eodem inter se nexu copulabantur, veluti corona quædam aut torques & monile circum collum magnitudine paribus vndique margaritis digestis atque distinctis insigne. tales erant sancti qui & per fidem vniti, & per vincula inter se constricti erant. Cùm enim vnusquisque per se pulchri essent, accessio atque incrementum pulchritudinis alter alteri erant. Quale in cœlestibus accidit miraculis, cùm serena ac pura nocte stellarú decor alius per alium distinguitur & ornatur, vnaquaque earum suum splendorem ad communem ornatum cœli simul contribuente. Tale erat sanctorum spectaculum, verè, vt alicubi inquit

Ezechi.1. Ezechiel propheta, visio lampadú inter se coëuntium & quasi conuolutarum. Lubēter pulchritudini formæ & ætatis oratio immoratur. Solet enim, vt inquit Sapientia, ex magnitudine & pulchritudine creaturarú etiam ea quæ est in occulto puchritudo æstimari. quoniam & animi puritas per id, quod apparebat, elucescebat: & is, qui apparebat homo, dignum domicilium erat eius, qui latebat, & visum effugiebat. Quam pulchrum igitur tunc intuentibus erat spectaculum? pulchrum inquam, iis, qui pulchra atque præclara contueri volunt, pulchrum angelis: pulchrum supramundanis virtutibus: acerbum verò dæmonibus, & quotquot dæmonum cultum amplectebātur: homines (si modò homines) dicendi (qui tanta magnitudine indolis excelluerunt) milites Christi, sancti spiritus armigeri, fidei antesignani, turres diuinæ ciuitatis? qui omnem tormentorum pœná atque contumeliam, omnes terrores ingruentes, omnem minarum vim, tanquam puerilem quandam amentiam deridebant? perinde ac si non corpora verberibus præberent, sed corporú vmbras? qui cùm carne carnem deuicissent, & contemptu mortis, omnes tyrannorum terrores magnitudine animi superassent, humana conditione superiores visi sunt. O præclarè corporeis trophæis exercitati: ô qui peritiam bellandi in acié aduersus Diabolum instructam transtulistis. Nó gladio manus

Ephes.6. armantes, neque clypeú ligneum obueientes, sed armaturam Dei sumētes: quam prætor & dux ecclesiæ, diuinus ille apostolus describit, scutum & loricam, & galeam, & gladium, ita tendebant aduersus copias aduersariorum. Dux autem erat horum quidem cœlestis gratia, Diaboli autem aciei, is qui mortis imperium tenet. Locus eis aciei, nefariorum & sanguinariorum tribunal erat, illic congressi decertabant, illi quidem minis pugnam lacessentes: hi verò per patientiam propulsantes & resistētes. Proponebatur ab aduersariis vt vel fidem in Dominum abiurarent, vel morte multarentur: & respondebatur à viris fortibus, se velle vsque ad mortem permanere in sermone. Ignis sub hæc intendebatur, & gladius & barathrum, & quæcunque sunt alia nomina suppliciorum. Vna vox ad hæc omnia audiebatur, Christus, quem ore sancti illi confitebantur. Hoc erat aduersariorum vulnus, hanc cuspidem aduersariis obiciebant per hanc vocem in medio corde vulnus aduersarius accepit, hic est lapis, qui per manum Dauidis funda emittebatur, qui à galea aduersarij, quò destinatus erat, non aberrauit. Nam 1.Reg.17.
Christi confessio, boni militis funda existit. cadit inimicus, & caput amittit. Verùm quasi habenis excussis oratio prælapsa est, & terminos transilit, & ad audendum non dicenda proferre prouehitur, quasi spectatrix fuerit earum rerum, quæ visum effugiunt, quòd ob eiusmodi vocem, quæ Christum liberè confitebatur, supra plausus erat & laus, item acclamatio fausta cœlestis vrbis ciuium applaudentium rei bene gestæ, ad hæc gaudium vniuersi cœlestis conuentus. Quale enim angelis in mundo hominum cōflatum est spectaculum? qualem conflictum Diaboli & hominú viderunt nostræ vitæ spectatores? Quàm contrarium priori pugnæ congressum habuit, cùm serpens Adamum deuicit? ne vnum quidem homo tunc sustinuit impetum Mali, quo per quendam speciosum prætextum & escam petitus erat: sed simulatque ille irruit, etiam hic ruina euersus est. In his verò omnibus vani & efficaces erāt inimici conatus. Spem ostendebat: hi verò respuebant. terrores intendebāt: hi verò deridebāt. Vnus eis metus solus erat, ne à Christo seiungerentur, vnum bonum, esse cum Christo solo. cætera verò omnia, risus & vmbra, nugæque & somniorum visis similia. Propterea oratio de iis quæ aspectum effugiunt, loqui sustinet, & ait, quòd omnis supramundanus exercitus ob rem quæ egregiè ab athletis istis gerebatur, lætarentur. Adhuc oratio in rebus non tentādis sese effert & audet: adhuc supramundana sustinet narrare, quòd cùm hæ res nimirum hîc prosperè gererentur in conflictu contra aduersarios, iustus certaminis institutor ac præses coronas victoribus destinatas proferebat, & imperator diuini exercitus præmia victoribus præparebat, & Spiritus sanctus variis donis eos excipiebat. Quoniam enim fidem in Trinitatem profitebantur, idcirco gratia quoque eis à Trinitate referebatur. Quænā autem ea gratia erat? Hoc ipsum vt præstantiores primis athletis, Adamo, inquam, & Eua, demonstrarentur. Illi stantem humanam naturam, per peccatum deiecerunt: hi oppressam ruina superiorem per patiétiam rursus erexerunt. illi ex paradiso in terram eiecti sunt, isti hinc ad paradisum emigrarunt. illi mortem aduersus seipsos armarunt: (Arma enim mortis, inquit,) ille (peccatum:) hic mortē peccato armatā sua virtute atq; fortitudine tolerādis incommodis, stimuli aciem obtundentes frustrati sunt atque fregerunt: adeò vt rectè dici possit, vbi stimulus tuus, ô mors? Vbi victoria tua, ô inferne? Fructus ligni: (quid miserius? quid vilius?) ligni fructus coloris quadā bonitate & suauitate saporis commendatus effecit, vt amœnitas atque commoditas paradisi parui fieret & negligeretur. At magnis istis certatoribus, ne sol quidē ipse dulcis visus est: sed ab hoc etiam sponte sua abalienati sūt, ne verò lumine exciderēt atque priuarētur.


Quid dicit scriptura de Eua? (prouehor enim longius etiam quàm res postulat percurrere facta primorum parentum.) Vidit, inquit, quòd esset oculis, & gustu pulchrum & maturum, deinde illorum fructuum gratiam atque illecebram cum paradiso commutauerunt. *Gen. 3.* At his pro degustationis voluptate erant ea, quæ sub visú cadunt: cœlum, sol, terra, homines: patria, matres, fratres, amici, cognati, æquales. quibus rebus quid visu quidem dulcius? quid verò magis expetendum, quàm ad gustum & fructum istarum rerum peruenire? nostis liberi amorem aduersus parentes: nostis patres erga filios affectionem: nosti qui inueneris dulce lumen solis: non ignoras qui fratrum studiosus es, naturalem erga fraternam necessitudinem, affectionem: scis iuuenis, quàm grata atque iucunda consuetudo æqualium sit, quantopere vitam tuam delectent. At illis omnia inimica, omnia aliena erant. Vnum solum nempe Christus (cordi erat) omnia respuerunt, vt hunc lucrifacerent. Tempus erat vinculorum haud exiguum, & quo diutius supplicium prorogabatur, eo sancti vehementius & ardentius cõsummationem desiderabant. Ac quemadmodum illi, qui corporis bonam habitudinem curant, postea quàm apud pædotribam satis virium acquisiuerunt, tum demum audacter ad certamina procedunt: eodem modo etiam hi vinculis & carcere satis ad pietatem exercitati, ita tandem ad coronã certaminum producti sunt. Peruenit ad exitum, imò verò ad verticem totius rei bene gestæ continuatio orationis. hoc erat tempus: hi certaminis dies: hoc paschæ procemium, sanctæ quadragesimæ mysterium. Quadraginta placationis nobis sunt dies, totidem etiam sanctorũ coronæ. Nunquid superuacuus vobis & nugator esse videor, qui vestra inter vos miracula exponam, vestrisq; bonis aures vestras demulceam? Veruntamen ne imperfecta vos prætereuehatur oratio, ad finem certaminum cum sanctis etiam nos vnà curremus. Frigus erat in illo die. Prorsus autem nihil opus est vos doceri, quale frigus esset, cùm ex præsenti die coniecturam facere possitis, nostis nimiam intentionem & asperitatem tam aduenæ locorum, quã indigenæ: ac nihil opus habetis oratione doceri, sed vel quiuis alius exponere possit, quàm mirificæ apud vos hyemes esse soleant, quemadmodum congelatione flumini aduersante, & quasi in lapidem vndas durante, perennes quidẽ amnes fluere supersedeant atque consistant. Lacus verò vicinus signis quibusdam etiam opus habet, quibus lacus esse agnoscatur, quasi terra inculta per congelationem effectus: in quo qui volunt super vndas eius equos alii in alios concitando certamin, a ludicra edere consueuerunt. Noui etiam sæpè locorũ incolas ex igni aquã solertia quadam conficere, cùm frusto quodã aquæ gelu concretæ tanquam ære quodam vel ferro defracto & igni colliquefacto aquam redigũt ex eo, quod in lapidem quasi duratum est. is status temporis erat: quod tempore certamen peragebatur, malo præter naturam flatibus Borealibus incremẽtum nacto: quemadmodum audire licet ex iis, qui miracula exponunt. Posteaquàm igitur clarè nomen Christi publicè prædicassent, & per eiusmodi præconiũ sese iam (victoriæ nomine) coronatos esse declarassent, & tenderent ad mortis consummationem, hic modus certaminis eis excogitatus est. Imperat tyrannus, vt gelu athletæ excruciati extinguerẽtur. O infirmitatem & verborum & sententiarum. quantum abest à dignitate oratio? sententia mortis pœnam irrogans: & gelu: & supplicium, & expectatio talis pœnæ: & beata iuuentus per risum & iocum & hilaritatem ad locum supplicii contendebat. cursus erat athletarum ad passionem: cursus & sacer & incitatus, & contentio præripiendi coronam confessionis, par eis studium ad victoriam erat. nemo animi promptitudine posterior visus est: sed vnanimiter vniuersi hoc occupato loco, qui publicis tunc balneis vacabat, quasi & ipsi lauacro corpora curaturi & extersuri haud cunctãter tunicarum amictum deponebant, dictum illud Iobi omnes adiicientes: Nudi introiuimus in mundum, nudi ad *Iob. 1.* eum, qui (huc nos) introduxit, abibimus. nihil importauimus in mũdum, ne exportare quidẽ quicquã debemus: imò verò nudi ingressi, thesaurorũ ex bona confessione collectorum pleni abibim⁹. Hæc dicentes, & eiusmodi verbis sese animantes & confirmantes corpus frigori constringendum dabant. ac elementorum quidem natura congelationi succumbebat: martyrum verò natura, quasi indomita atque inuicta erat. imò verò naturæ quidem id, quod par & consentaneum erat, accidebat, quippe cruciatus capiebat: athletarum verò magnitudo animi etiam aduersus ipsam naturam decertabat. Nã vires quidem corporis constringente gelu cõtabescentes paulatim soluebãtur & consumebantur. animi verò vigor maior euadebat. nigrescebat quidem decor corporis, ac pulchritudo deflorescebat, & carnis bonus color euanescebat: defluebant digiti gelu paulatim carpti atque accisi: membraque omnia ac sensuum instrumenta sæuitia frigoris passim frangebantur, ac dilabebãtur. Liuescens enim caro paulatim & intumescens cùm circa membra scinderetur, ab ossibus defluebat, ac mortiferi cruciatus sentiebantur. Atque ita mors eis paulatim ac sensim progrediens protrahebatur tribus diebus durans. Nam ad id vsque spatium sensu eorũ durante, manserunt in eo loco, in quo ab initio *Vide Basilium.* collocati erant per omnia aduersarii victores euadentes. Sed quis mihi ea, quæ consequuta sunt, pro dignitate exponere possit? Quænam oratio diuinam illam pompam describet, cùm sancta illa corpora plaustris ad ignem veherentur? qua ratione pro eo, qui ab Diabolo subductus erat, ad supplendum numerum custos carceris à gratia introductus & reliquis adiunctus sit? Quis mihi exponet de matre illa, digna quæ martyra produxerit radice, quæ ex sese nato à carnifice relicto, propterea quòd etiam nunc spiraret, & idcirco cum cæteris in plaustrum sublatus nõ esset, vt vidit humanitatem carnificis erga virum fortẽ, contumeliam non tulit, sed illum quidem increpabat, quòd à cõmilitonibus & collegis athletam segregasset: ipsa verò martyri assistens torpenti iã & præ congelatione immobili, ac conspicata eum frigido atque infirmo anhelitu coarctari, tantùm duntaxat viuentem, vt cruciatus sentiret, obscuro ac languido obtutu matrẽ suã aspicientem, emortua ac lãguida manu innuentẽ & consolantẽ, & vt fortiter

fortiter ferret hortantem: vt hæc mater vidit nunquid eiusmodi aliquid, quale matribus accidere solet, admisit? nunquid viscera eius commota sunt? aut tunicam circumscidit? aut filio circumfusa est, calidis vlnis torporem ac defectionem refouens & refocillans? Remoue isthæc. Etiam dicere aliquid eiusmodi absurdum est, ex fructu reuera arborem cognoscimus. non potest arbor putris & vitiosa bonos fructus producere. Quoniam igitur fructus martyrii bonus est, lauda optimæ prolis matrem, quæ per filii procreationem seruatur, vt inquit apostolus. Quoniam enim talem Deo fructum produxit, communem fœminei sexus caussam defendit. Non meus, inquit, filius es tu: non mei partus germen. quoniam Deum recepisti, secundum Deum natus es. Accepisti potestatem vt filius Dei fiat, curre ad patrem tuum: ne relinquaris ab tuis coæuis: ne secundus ad coronam venias: ne irritum facias votum maternũ: non offendes, non molestia afficies matrem, si victor coronatus, si signifer & trophæus euaseris. Hæc dicens & vltra (sexus) naturam sese obfirmans: imò verò roborata à spiritu, ipsa ex se natum ad reliquos in vehiculum imponit, alacri vultu prosequens ac deducens athletam. Quæ consequuta sunt, qualia? Certauerunt in aëre sancti sanctificauerunt etiam ignem sui adiectione, materia flammæ facti. Tulerunt etiam ad aquam benedictionem. per omnia implebantur diuina oracula. Tres illi pueri ad communem laudum decantationem vnà assumunt frigus & æstum. frigus per congelationem: æstum per cõbustionem. deinde transierunt per ignem & aquam. Verùm hæc tanquam nota præteruehi cupit oratio, ac de aliqua earum quæstionum, quæ nuper motæ sunt, nunc in tempore disserere atque tractare. Posteaquam homo eiectus esset è paradiso, gladius flammeus, qui vertetetur, destinatus & collocatus est ad custodiendum adi-

a tum. Et causa talis prouidentiæ Dei est, ne homo irrumperet ad lignum vitæ, ac degustaret, & permaneret immortalis. Meministis prorsus eorum quæ quæsita fuerunt. recordamini item, vt par est, etiam eorum, quæ à nobis ad id, quod quærebatur, inuenta sunt. sed si omnia ab initio denuò persequi, totamque de integro quæstionem tractare & explicare velimus, vltra quam præsens ratio temporis patiatur, res protrahetur. Ac quæstio quidem hæc erat: an etiam sanctis propter gladium, qui vertitur, paradisus inaccessus sit? & an athletæ paradiso excludantur? quænam
a promissio deinceps sit, cuius respectu pro pietate certamina suscipiunt? Item, an deteriore conditione futuri sint, quàm latro, ad quem Dominus dixit, Hodie mecum eris in paradiso. quanquam nõ sponte sua latro ad crucem accessit: sed posteaquam prope salutẽ fuit, animaduertit acutus & ingeniosus fur thesaurum, & nactus occasionem vitam rapuit arte furandi pulchrè atque solerter abusus. Et ille quidem consequitur paradisum: quod ad sanctos attinet, flammeus ensis aditum impeditum reddit? Sane à seipsa quæstio solutionem habet. Nam propterea non semper ingredientibus ex aduerso stantem gladium scri-
c ptura demonstrat, verum etiam verti fingit: vt indignis quidem aduersus appareat: dignis verò versus à tergo existat, expeditum eis aditum patefaciens ad vitam. intra quam illi fiducia certaminum illæsi flammam transgressi penetrarunt: qua etiam nos intrepidè superata, intra paradisum perueniamus per illorum intercessionem confirmati ad bonam confessionem Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI ORATIO HABITA IN FVNERE PVLCHERIÆ CONSOLATORIA.

Eodem Sifano interprete.



EQVIDEM haud scio, quo pacto accommodem orationem. Nam & duplex video argumentū, & vtrunque triste & acerbum, vt vtruncūque oratio suspferit, haud facilè lachrymas euitare possit. Præsens temporis circuitus, quemadmodum id nobis heri à pastore nunciabatur, acerbarum rerum, quæ vicinæ aliquādo vrbi per terræ motum acciderunt memoriam continet, quæ quis absque lachrymis commemorare possit? magna autem hæc & illustris, totique qui soli subiectus est, terrarū orbi proposita, præclara vrbs alium sustinuit terræ motū, atque haud paruum ornamentum amisit, luminare, quod ad augendam imperatoriam fælicitatē in ea resplendebat, repente priuata, atque idcirco vnà cum lugentibus imperatoribus mœrens ac condolescēs. Quid autem dicatur, non ignoratis prorsus, qui conuentum completis, cùm & hunc ipsum locū, in quo congregati sumus, & mœrorem luctumq; in ea uideatis. Haud igitur scio, ad vtrū terræ motum orationem conuertiam, ad eúmne, qui nunc accidit, an qui olim: Sanè haud alienum est ad id, quod excellit incommodum consistere, atque ciuitatis proprium dolorem mitigare, rationibusq; quibusdam incommodum, quasi quodam adhibito medicamento lenire. Etsi enim non omnes, ad quos incommodum simul pertinet, concioni intersunt: attamen per eos, qui adsunt, forsitan etiam in absentes oratio diuulgabitur. Etenim etiam illi boni & commodi medici sunt, qui ad excellentes & superantes dolores artem adhibendo consistunt, eorum, quæ minus doloris faciunt, malorum curationem differentes. Quemadmodum autem harum rerum periti aiunt, si duo simul vni corpori dolores acciderint, eum, qui exuperet ac dominetur solum sentiri, exuperantia præualentis cruciatus minorem dolorem quasi suffurante: idem etiam in re præsenti animaduerto. Nam & nouus nosterque proprius dolor, iis rebus, quarū memoria nobis acerba est, acrior atque vehementior est. Nam qui possit aliquis ob ea, quæ acciderunt, non affici? quis animo adeò alienus ab affectibus est? quis adeò moribus ferreus est, vt absque dolore quod accidit, excipiat? Nostis prorsum teneram hanc columbam, quæ in nido regio nutriebatur, quæ iam primùm quidem niridis pennis volucris euadebat, sed ætatem gratiis & virtutibus superabat: vt relicto nido discesserit: vt ex oculis nostris auolaucrit, vt eam inuidia repente de manibus nostris rapuerit: siue columbam hanc dicere oportet, siue recens pullulātem florem, qui nondum quidem toto suo splendore ex gemmis ac vaginis emersisset, sed partim quidem iam enituisset, partim verò in lucē emersurus speraretur: nec eo minus in exigua atque imperfecta sui parte mirum in modum resplēderet: vt repente in gēma emarcuerit, ac priusquam ad suum vigorem peruenisset, ac summum incrementum nactus esset, totumque cum suaui odore decorem panderet ac diffunderet, ipse circa se defluxerit & in puluerem redactus sit. quem neque quisquam decerpsit, neque coronis adaptauit: sed frustra natura laborauit: vbi bonum quidem erat in spe & expectatione, inuidia verò gladij instar ex transuerso irruens spem interrupit. Terræ motus quidam planè, fratres, erat, id quod accidit terræ mot⁹ acerbis casibus nihilo mitior. Non enim inanimum ædificiorum decus labefactauit: neque floridas picturas, aut lapidū eximiæ pulchritudinis spectacula humi prostrauit: sed ipsius naturæ ædificium pulchritudine splendidum, gratiarum ac virtutum fulgore excellens, repente impetu facto terræ motus hic dissoluit. Vidi ego etiam sublime illud germen, alticomam palmam, (Imperatoriam dico potentiam:) quæ Imperatoris virtutibus veluti ramis quibusdam supra omnem eminet orbem terrarum, & omnia amplectitur: vidi (inquam) eum cæteros quidem superārem atque vincentem, naturæ verò succumbentem, & ob amissum florem inclinari. Vidi item generosam illā vitē quā palma amplexa est, quæ florē hunc nobis pepererat, qualesnā uerū de integro, quasi pariens dolores animo, nō corpore sustinuit, cū hoc ab ea germen auelleretur? Quis absque lachrymis cladē præteriit? quis vitæ damnum non deplorauit? quis calamitati non illachrymatus est? quis communi concentui lamentationis suas voces non admiscuit? Vidi spectaculum certum & exploratum, quod qui auditione ac fama miracula accipiunt, nō credāt. Vidi pelagus hominum, quod frequentia cōgregatorum, tanquam aqua quædam in omnes parteis sese oculis offerret: plenum erat templum, plenum templi vestibulum, adiuncta platea, angiporta, biuia, media trāsuersa, ampla tectorum spatia: quicquid videbatur, hominum plenum erat, quasi totus terrarum orbis propter cladem & infortunium illud in vnum concurrisset. Spectaculum autem omnibus propositus erat sacer ille flos qui in aurea lectica efferebatur. Vt omnium aspicientium vultus demissi ac mœsti erāt? vt lachrymis oculi opleti? manus inter se collisæ? gemitus adhuc intimum cordis dolorem indicantes? Non mihi in illo tempore (forsitan ne cæteris quidem, qui tunc aderant) visum est aurum naturali suo decore nitescere. quinetiam lapidum fulgores, & aurei panni, & argenti splendores, & lumen ignis, quod & multum & copiosum ex transuerso, vtrinque continentibus cereis lampadibus prætendebatur: omnia luctu simul nigrescebant, nihil omnium rerum communis mœstitiæ expers erat. Tunc etiam magnus Dauid suos hymnos & laudum decantationes lamentationibus accommodauit, ac pro hilari choro sumpto inuicem tristi ac lugubri cantilenis ad lamentationes inuitauit. Atque omni per illum temporis articulum voluptate ab animis pulsa atque summota, solæ lachrymæ hominibus voluptati erāt. Quoniā igitur

tanto

tantopere à perturbatione ratio victa est: haud importunum fuerit mentem fatigatam cũ ratione A adhibito consilio, quoad eius fieri potest, reficere atque confirmare. Periculum enim haud paruum est, ne si in hoc apostolo dicto audientes non fue- *1.Thess.4.* rimus, vnà cum spe destitutis condemnemur. Ait enim, quemadmodum ex eo, qui dudum recitabat, audiuimus, Non oportere tristitia nos affici nomine dormientium. Eam enim perturbationẽ illorũ duntaxat esse, qui spem nõ habeãt. Sed dixerit, opinor, aliquis de grege pusillanimorũ, Ea quæ fieri non possint, diuinum apostolum iubere & suis præceptis superare naturã. Quî enim fieri, potest, vt affectuum perturbationem superet is, qui viuit in natura, neu vincatur ab animi dolore, B ob tale spectaculum contractũ? cùm non suo tempore in senectute mors contigerit, sed in prima ætate morte pulchritudo quidem aboleatur: palpebris verò radius oculorum tegatur: genarum item rubor in pallorem transmutetur, os quoque silentio detineatur, ac flos in labijs apparere solitus nigrescat: idque non parentibus modò acerbum videatur, verumetiam cuiuis incommodum intuenti? Quid igitur nos aduersus hos? Non nostrum verbum, fratres, dicemus, sed dictum ex Euangelio nobis recitatum in medium afferemus. *Matth.19.* Audistis Dominum dicẽtem: Sinite paruos pue- C ros, & ne prohibeatis eos venire ad me. Talium enim est regnum cœlorum. Proinde etiam si à te discessit puer, attamen ad Dominum recurrit. tibi oculum clausit: sed lumini æterno aperuit. à tua mensa remotus est: sed angelicæ adhibitus. hinc planta reuulsa est: at in paradiso sata est. de tegno ad regnum traducta est. purpuræ florem exuit: at superi regni amictum induit. Dicam tibi materiã vnde confectum est diuinum indumentum. nõ linum est, neque lana, neque fila serica. Audi Da- *Psal.103.* uidem, vnde Deo contexi indumenta dicat: Cõfessionem, & magnificentiam induisti: splendidiciens lumen quasi pallium. Vides quæ quibus cõ- D mutauerit? Angit te atque molestum est tibi, quòd corporis decor non amplius apparet. nõ enim vides eius veram animi pulchritudinem: quæ nunc in cõuentu cœlitum exultat atque lætatur. quàm speciosus ille oculus, qui Deũ videt? quàm suaue os, diuinarum laudum decantatione exurnetur? *Psal.8.* Ex ore enim, inquit, infantium & lactentium perfecisti laudem. Quàm pulchræ manus, quæ nunquam malum operatæ sunt? quàm decori pedes, qui ad nequitiam atque malitiam non accesserunt, neque in via peccatorum vestigium suum impresserunt? quã speciosa tota animæ illius facies non lapidum fulgoribus ornata, sed simplicitate, E integritate & innocentia resplendens. Sed forsitan angit te, quòd ad senectutem non peruenit. Quid verò, dic mihi, pulchri cernis in senectute? an pulchrum prurire ac fricari oculos? corrugari genas? ex ore defluere dentes, & linguæ balbutiem ingenerari? manibus subtremiscere? ad terram incuruari? titubare atque subclaudicare pedibus? ducib* inniti? desipere corde ac delirare? voce absurda atque inepta pronuntiare? qualia huic ætati necessariò accidunt incommoda? Et idcirco indignamur & stomachamur, quòd ad eiusmodi malorum experientiam non peruenerit? Atqui gratulari conuenit illis quorum vita rerum acer-

barum ac tristium periculum non fecit, & cùm hic nihil molestiæ senserit, tum nihil acerbitatis illic experietur. Nam eiusmodi anima, cùm nullũ in se crimẽ habeat cuius nomine in iudicium veniat, gehennam non metuit, iudicium non timet: tam tepida atque imperterrita permanet, nulla praua conscientia iudicij terrorem incutiente. At oportebat, inquit, eam ad iustum ætatis modum venisse, & in thalamo nuptiali exhilarari. Verũ ad hoc tibi verus spõs* dicet, quòd melior in cœlo sit lectus genialis, anteferendus ille thalamus, vbi viduitatis metus nõ est. Quo igitur, quæso te, bono priuata est, cùm hanc carnalem vitam exuit? Dicã tibi vitæ bona. animi ægritudines & molestiæ, voluptates: iræ, metus, spes, cupiditates, & desideria. Hæc & eiusmodi sunt, quibus in præsenti vita implicati atque connexi sumus. Quid igitur mali accidit ei, quæ à tot tyrannis liberata sit? Vnusquisque enim affectus ac perturbatio, cùm præualet ac dominatur, rationibus sibi subiugatis, animi nostri tyrãnus existit. An malè nos habet, quòd non doloribus pariendi confecta? quòd non cura liberorum educandorum attrita est? quòd non similes dolores excepit, atque propter illam parentes sustinuerũt? Ad eiusmodi res fælicitatis nomine prædicandæ, non deplorandæ sunt. Nã in nullo versatum esse malo, melior res est, quàm humana capere possit natura. Ita sapiens etiam ille Solomon in suis scriptis mortuum superstite beatiorem esse ducit. item magnus Dauid vitam quæ in carne degitur, lamentatione & gemitu dignam esse ait. itaque cùm ambo splendidi atque magnifici, vtpote regia potestate præditi essent, omniũ rerum, quæ per vitam suaues atque iucundæ habentur ad arbitrium compotes atque participes nihil ad præsentium rerum vsum & oblectationẽ inclinati sunt: sed cùm arcanorum bonorum, quæ in corporea vita proposita sunt, desiderio tenerẽtur: calamitatis & infortunij loco habebant eam, quæ in carne transigitur, vitam. Audiui Dauidem in multis locis sacrorum psalmorum, cùm cuperet euadere ex eiusmodi necessitate, vbi aliàs quidem, Desiderat, inquit, ac desiderãdo deficit ani- *Psal.83.* ma mea in atria Domini: aliàs verò, Educ animam *Psal.141.* meã ex custodia. Similiter autẽ Hieremias quo- *Hier.20.* que maledictione & execratione dignum iudicat diem illum, qui princeps ei fuisset eiusmodi vitæ. Ac multas eiusmodi priscorum sanctorum voces, quæ ferũtur & extant in diuina scriptura, licet inuenire, cùm desiderio veræ vitæ ea, quæ in carne degitur, vita grauis eis esset & molesta. Ita etiam magnus ille quondam Abrahamus lubenter atque haud grauatim dilectum filium pro victima Deo offerebat, quòd sciret atque haud dubitaret quin futurum esset, vt puer in meliorem & augustiorem formam transmutaretur. Ac quicunque historiæ cognitionem habetis, omnino non igno- *Gen.18.* ratis, quæ de eo narrantur. Quid enim dicit scriptura? quòd cùm iuuenis quidem esset Abraham, à Deo facta sit ei promissio de futuro filio: cùm autem summum incremẽtum ætatis eius integritas & vigor præterijsset, ac tẽpore iam emarcuisset atque absumptus esset, cùm natura seipsam augere & propagare desiuit, senectute non amplius libidini obtemperante, tunc præter humanam spem promissio deducitur ad exitum & ef-

fectum: & nascitur puer Isaac. ac tempore A iusto præterito, cùm veluti germen quoddam in pulchritudinem & magnitudinem excreuisset, iucundus erat oculis parentum, iuuenilis ætatis decore nitens. tunc Abrahami animus quasi tormẽtis adhibitis probatur & exploratur, an plenè atque exactè discerneret in rerum natura quid præstaret: an non ad præsentem vitam spectaret? Et ait ad eum Deus: Offer filium tuum pro victima in holocaustum. Nostis omnino quicunque patres estis & liberos habetis, & amorẽ erga liberos à natura didicistis, vt verisimile atque consentaneum sit Abrahamum affectum & animatum futurum fuisse, si ad præsentem solam vitam respiceret, si seruus naturæ esset, si in præsenti seculo B vitæ dulcedinem consistere existimaret. Sed quid de illo dico, omissa muliere infirmiore parte humanæ naturæ? Nisi & illa à viro diuina didicisset: nisi sciuisset occultam vitam ea, quæ apparet, esse potiorem: non commissura fuisset, vt vir eiusmodi quid aduersus filium perpetraret. Prorsus enim maternis cõmota visceribus filio circumfusa fuisset, & vlnis eum amplexa ante eum lethale vulnus accepisset. An non ad Abrahamum eiusmodi verbis vsura fuisset? Parce filio, mi vir, ne prauæ in vita narrationis materia fias: ne fabula insequenti C tempori fiamus: ne filio vitam inuideas: ne priues eum dulci radio solari. nuptiale cubiculum filiis, non sepulchrum è patribus curari atque institui solet: corona nuptialis, non ensis lethalis: tæda coniugalis, non ignis sepulchralis. Hæc latrones & hostes, non parum manus in filiis perpetrant. quòd si omnino malum perpetrari ac repræsentari oportet: ne videat oculus Sarræ Isaacum necari. an per vtrumque adige gladium à me misera initia facto. vna ambobus plaga satis erit: cõmunis ambobus tumulus excitetur: vnus titulus miserabilẽ vtriusque casum prodat. Hæc & eiusmodi Sarra prorsus dictura fuisset, nisi illa oculis D vidisset, quæ nostrum visum effugiunt. Nouerat enim, quòd finis vitæ carnalis, initium augustioris vitæ instituti (hinc) translatis existat. relinquit vmbras, assequitur veritatem. dimittit fraudes & errores & tumultus: & inuenit illa bona, quæ sũt supra oculum, & auditum, & cor. neque amor eũ anget, neque sordida cupiditas perurget, atque deprauabit: non superbia inflabit: nõ aliquis alius affectus animum angens molestus erit, sed omnia fit ei Deus. Idcirco libenter Deo filium dat. Quid item magnus Iob? cùm ei repentè quasi vno impetu aduersæ fortunæ spoliato omnibus rebus ac E copijs, quibus abũdauerat, prius quàm à superioribus plagis & calamitatibus animum collegisset, vltima nuntiata clades est, quo animo casum liberorum accepit? Tres ei filiæ erant: filii septem nomine fælicitatis in liberis procreandis, & ob egregiam indolem eorũdem dignus erat, qui prædicaretur, ac beatus haberetur. Nam cùm tot essent, mutuo inter se amore quasi vnus vniuersi erant: non separatim ac diuisim per se singuli viuẽtes, sed omnes se mutuo frequenter inter se inuisentes quasi vicissitudinario quodam & vsitato officio atque comitate inuitandi atque excipiẽdi perpetuo alter alterum modò delectabat, modò inuicem alter ab altero exhilarabatur. atque adeò etiam tunc vicissitudinis officij orbe decurso atque peracto, apud fratrem maximum natu conuiuium erat. pleni crateres: plena mensa esculentorum: in manibus calices: spectacula, vt verisimile est, ad hæc festiuæ iucundæque narrationes, & omnia animi oblectamenta cõuiuiis adhiberi cõsueta: mos vn', vna ratio, vna volũtas: comitas & hilaritas: ludicra, risus: omnia quæcunque par est in conuentu iuuenum domi suæ per luxum atque delicias agitari. Quid igitur consequutum est? Cũ his rebus iucundis iam maximè fruerentur, nihilque ad hilaritatem iam amplius addi posset: tecto super eos collapso, sepulchrum omnium decem liberorum conuiuium existit: ac sanguine iuuenũ crater commiscebatur, & esculenta obtritorũ corporum cruore coinquinabantur. Vbi eiusmodi clades Iobo nunciata est. (Considera, quæso, adhibita ratione athletam, non vt victorem duntaxat admireris: parum enim lucri existit ex admiratione: sed vt virum in similibus imiteris, & sit tibi athleta pro pædotriba, suo exemplo ad patiẽtiam atque fortitudinem in tempore tẽtationum conflictus animum vngens, atque confirmans.) Quid igitur vir ille fecit? an aliquid abiectum & vile, qualia degeneris & exigui animi homines committere solẽt, aut verbo dixit, aut habitu gestuque corporis designauit vel genas vnguibus lacerans, vel crines è capite euellens, vel puluerem inspergens, vel pectus manibus pulsans & tundens, vel humi corpus abiiciens, vel lugubrium carminum decantatores sibi adhibens? vel nominatim mortuos illos implorans, memoriæque ingemiscens? Horum nihil est. sed nuncius quidam rerum aduersarum casum liberorum narrauit: ille verò simul atque audiuit, statim de rerum natura philosophorum more disserebat, vnde res existant docens, & à quo in naturam producantur: item quem par sit rebus vniuersis præesse. Dominus dedit, Dominus abstulit. ex Deo, inquit, hominibus est ortus, itẽ ad illum redimus: vnde productus est, ad illud etiam redit. Deus igitur, qui dandi potestatem habet, idem etiam auferẽdi ius habet. Bonus cùm sit, bene consulit: sapiens cùm sit, quid vtile sit, nouit. Sicut Domino visum est ac placuit: (placuit autem rectè prorsus, quicquid placuit) ita etiam fecit. Sit nomen Domini benedictum. Vides quãta celsitudo animi magnitudinis athletæ sit? tempestatem afflictionis transtulit ad studium rerum considerationis & contemplationis. Nouerat enim exactè, quòd vera vita per spem reposita atque recondita sit: præsens verò vita veluti semen futuræ sit. Longè autem præsẽtibus præstant ac potiora sunt ea, quæ expectantur atque sperantur. quantum differt spica à grano, vnde enascitur. præsens vita proportionem habet atque assimilatur ad granum: futura verò vita per pulchritudinem spicæ ostenditur ac designatur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatẽ. itẽ mortale hoc induere immortalitatẽ. Ad hæc respiciẽs Iob gratulatur filijs ob fœlicitatẽ: vt qui citi' vitæ vinculis exoluti atque exẽpti essent. Cuius rei argumẽto est, quòd cũ promisisset Deus duplum omnium eorum, quæ adempta essent restitutum iri, in omnibus aliis duplicata restitutione, solorum liberorum duplicationem non requisiuit: sed decem soli pro totidem amissis dati sunt. Nam quoniam animæ hominum

Iob.1. Iob.1. 1.Cor.15.

minum in perpetuum permanens, idcirco alterū tantum, quantum amiserat, recipit. Quod ad liberos attinet qui post nati sunt, cum prius natis vnà connumerantur, quasi omnes Deo viuāt, ac temporaria mors vita defunctis nihil, quo minus sint, impedimento sit. Neque enim aliud quicquam est in hominibus mors, nisi vitiositatis expiatio. Quandoquidem enim natura nostra à Deo summæ rerum, veluti vas quoddam bonorum capax ab initio condita est, sed ab inimico animarū nostrarum per fraudem nobis vitio affuso, bonum locum non habuit: idcirco ne vitiositas nobis inhærens perpetuò duraret, prouidentia meliori more vas ad tempus dissoluitur, vt vbi vitiositas effluxerit, reformetur genus humanum, atque integrum ac purū à permixtione vitiositatis in pristinum vitæ statum restituatur. Id enim resurrectio est, nempe naturæ nostræ in pristinum statū reparatio. Si igitur fieri non potest, vt absque resurrectione natura ad meliorem formam & statū redigatur: ac nisi mors præcesserit, resurrectio fieri non potest: bona res fuerit mors, vt quæ initium ac via mutationis in melius nobis existat.

Proinde ex animo eijciamus, fratres, ægritudinem & dolorem dormientium nomine contractum, quem soli sustinent, qui spem non habent. Spes autem est Christus: cui gloria & imperium in secula. Amen.

D. GREGORII NYSSENI DE PLACILLA ORATIO FUNEBRIS.

Eodem Sifano interprete.

Matth. 25. FIDELIS & prudens dispēsator: (nam ab iis, quæ ex diuino Euāgelio recitata sūt, ordior:) quē præfecit Dominus huic familiæ, vt det in tempore sibi commissis dimensa ac rata cibaria, cùm antehac rectè continentiam vocis orationi atque silentium indixisset: vt qui rectè magnitudine cladis animaduersa, luctum silentio honorare uellet: nescio quomodo in præsenti conuentu denuo reducit ecclesiæ sermonem, ipse suā aduersus orationem sententiam rescindens. & quidem cùm in multis rebus vehementer admiror prudentiam magistri, tum in hoc maximè supra modū admiratus sum, quòd recenti clade orationi rectè silentium indixerit. Aptum enim mihi & conueniens lugentibus remedium, silētium esse videtur. quippe dolore æstuantem & efferuescentem animum spatio tēporis ac mœrore intercedente per quietem & taciturnitatem mitigat. Nam si quis calamitate etiam nunc animum incendente sermonem inferat, mœroris vulnus curatu difficili' fiet, mentione rerum acerbarum veluti spinis quibusdam laceratum recrudescens. Ac nisi temerarium nimis est, si ego quoque præceptorem in aliqua re corrigere coner: forsitan haud incommodum fuisset, vsque adhuc silentium nostrum obtinere atque durare, ne ad calamitatem oratio demissa auribus molesta esset. Nondum enim tantum tēporis intercessit, quo mens ad malum assuescere potuerit. Adhuc recēs in animo clades est: ac forsitan etiam semper recēs erit ætati (nostræ) dolor. adhuc turbatur cor nostrū: ac veluti mare quodam turbine calamitatis commotum ab imo fundo euertitur. adhuc æstuāt cogitationes ad mentionem malorum efferuescētes. Cùm igitur eiusmodi tempestate animus commotus sit: quī fieri potest, vt recto cursu ratio pcedat veluti procella quadam, affectu doloris iactata? Sed quoniam iubenti obtemperare oportet, nescio quo genere vtar orationis. Non enim excogitare possum quibus coniecturis assequat' mentem præceptoris. An forsitan etiam aliquid ægritudini indulgere vult, ac verbis ad affectus cōcitandos accommodatis concioni lacrymas commouere? Ac si ita sentit rectè. meò quidem iudicio etiam hoc facit. oportet enim prorsus sicut oblectati cupimus & commodis rebus fruimur libenter, ita ad tristes & acerbos quoque casus nos accommodare. Id enim etiam consulit Ecclesiastes, Tempus est, inquit, ridendi, tempus est item flēdi. Per hæc enim discim', quòd ad rem præsentem oporteat etiam animū accōmodare. Prosperè res succedūt: tempestiuum est lætari. redacta est alacritas animi ad demissionem: conuerti etiam conuenit lætitiam in lachrymas. Quemadmodum enim risus signū in animo latentis alacritatis est: ita etiam dolor in corde delitescens per fletus & lamentationes significatur: ac vulnerum animi tanquam sanguis lachrymæ sunt. Id etiam prouerbium Solomonis ait: Cordis lætātis vultus floret: animi verò tristitia affecti vultus mœstus ac demissus est. Proinde prors' necesse est cū affectione cordis vnà cōtrahi atq; demitti orationē. Atq; vtinā inueniri posset einsmodi aliqua verba, quib' magn' quōdam Hieremias Israëlitarū cladē defleuit. Illis enī præsentia magis digna sunt, quàm si quid aliud ex antiquitate triste memoria tenetur. Res acerbæ atq; atroces sunt, quæ narrantur de Iob. At quid opus est cum hoc tāto incommodo vnius lomus numeratu faciles clades comparare? Quin etiam si magna magisque communia mala commemoraueris, terræ mot', bella, inundatiōes, hiatus parua sunt etiam hæc, si cum præsentibus compatētur, quare: qui non ad vniuersum statim orbem terrarum clades belli pertinet: sed alia quidem pars eius bello infestatur, alia verò pars pace fruitur. Quid rursus: ant fulmen aliquid cōcremauit: aut aquæ vis obruit: ab hiatu atque voragine alicubi absorptio facta est. Ac præsens malum vniuersū prorsus orbis terrarum vulnus est, fieri nō potest, vt vna gens, aut vrbs vna lamentetur: sed cōuenit forsitan Nabuchodonosoris edere vocem, qua subditos appellat: Vobis dico, populi, tribus, linguæ. Imo verò permitte mihi, vt adiiciam aliquid Assyrio præconio, vt ampliori voce proclamem ac diuulgem cladem ac dicam: vt aliquis in scena exclamans dixerit: O ciuitates & populi, & gentes & vniuersa terra, & maris qnicquid tum nauibus peruium, tum (gentibus) habitatum est. ô om-

Eccles. 3. *Eccles. 7.* *Dan. 4.*

nes

nis nostri orbis quicquid imperij sceptro regitur. ô qui ex omnibus partibus confluxistis homines, A communiter calamitati ingemiscite: communiter lamentationis concentum instituite: communiter omnium iacturam deplorate. An vultis, vt, prout potero, etiam detrimētum vobis exponam? Tulit ætate nostra humana natura extra suos terminos egressa, consuetisque modis superatis: tulit natura imò verò naturæ Dominus humanam animam in fœmineo corpore supra omnia propemodum superiora virtutis exempla: in qua omnis tū corporis, tum animi virtutis concursu facto, miraculum incredibile viræ humanæ exhibitū est. quot bonorum concursum vna anima in vno corpore continuit? Atque vt omnibus potissimùm perspicua fiat ætatis nostræ fælicitas: ad sublime solium B regni euehitur, vt solis in modum virtutum radiis è sublimi dignitate vniuersum orbem illustraret, atque ei, qui vniuerso orbi terrarum diuino arbitrio præpositus esset, ad vitæ pariter & imperii societatem copulata, subditos per sese beatos efficeret, cùm reuera, vt inquit scriptura, auxiliatrix ei esset ad omne bonū, Si humanitatem res postulabat, aut concurrebat cum eo ad hoc bonum, aut etiā præcurrebat: par erat vtrinque libera propēsione humanitatis. Ac testimonio sunt orationi cū priora facta innumerabilia, tum præsentis tempo- C ris præconia, quæ nunc audiuimus à præcone veritatis. Si pietatē requiris, Communis erat vtrisque cursus ad pietatē. Si prouidentiā si iustitiā: si quid aliud eorū quæ virtutis nomine bonique cōsequendi caussa expetuntur: omnia posita erāt in certamine contendentium secum, vter ab altero beneficiis & officiis vinceretur. nec alteruter erat inferior. Æqualis quædam ac par erat vtriusque inter ipsos mutua gratia commoditasque. illa quidem præmium virtutis habebat orbi terrarū præpositum. hic verò parui æstimabat terræ marisque arbitrium ac potestatem præ ea fælicitate, qua illam nactus erat. pares inuicem alter alteri o- D blectationes præbebant, dum & alter alterū videret, & alter ab altero conspicerentur. hic quidē talis, qualis est (qualem enim pulchritudinē quis supra eam, quæ apparet, ostenderit? & quidem vel ad nepotum vsque vitam durauerit ea, quæ videtur, pulchritudo:) illa verò qualis quædā esset nō potest demōstrari oratione. nō enim extat eius aliquòd simulacrū, quod per artem exactè elaboratū sit, sed si quod etiam depictū vel effictū est, omnia à veritate procul absunt. Eiusmodi etiā vsque adhuc sūt ea, quæ narrantur. quæ sequuntur qualia? Rursus clamare coget. Ac mihi ignoscite propter incōmodum clamando extra modum egredienti. O E Thracia, fugiendum nomen. ô infelix prædium: geos cladibus nobilitata. ô prius quidem hostili igni Barbarorum incursionis vastata: nūc verò caput ac summam communis calamitatis in te recipiens. illinc bonum abripitur. illic inuidia aduersus imperiū grassata ac debacchata est. illic orbis terrarum naufragium factum est. illic tanquam turbine correpti ad scopulum impingentes in fūdū tristitiæ atque mœroris demersi sumus, ô malam illam peregrinationem, quæ reditum denegauit. ô aquas amaras, quarum fontes vtinam non desiderasset. O prædium, in quo clades accidit, propter cladem ab obscura nocte cognomē sortitum. Audio enim, patria eorum lingua Scotoumin (à tenebris scilicet) locū illum cognominari. illic obtenebrata est lucerna. illic extinctus est splēdor illic radius virtutū obscurati sūt. periit imperii, iustitiæ ornamētū. gubernaculū, humanitatis imago, imò verò ipsa principalis humanitatis forma: maritalis amoris figura atque exēplū ablatū est, castū cōtinētiæ atque sobrietatis & pudicitiæ donariū: facilis aditu grauitas, non contemnenda facilitas & mansuetudo: alta animi humilitas atque modestia: pudor ingenuus: promiscua bonorū harmonia. periit fidei zelus & studium, ecclesiæ columna, altarium ornatus, pauperum diuitiæ, multis subministrando sufficiens dextra, communis iactatorum & afflictorum portus. Lugeat virginitas, lamentetur viduitas, ploret orbitas congnoscant quid habuerint, post quam habere desierunt. Imò verò quid attinet me in partes & ordines diuiderelamentationem? Ingemiscat omnis ætas, profūdum à medio corde gemitum edens: vnà lugeat etiam sacerdotium ipsum: quoniam inuidia cotonuonem ornatum detraxit. Nunquid temerarium fuerit prophetæ dictum illud proferre? Quare repulisti, Deus, in finem? & concitatus est furor tuus aduersus oues pascuæ tuæ? quorum peccatorū pœnas luimus? Qua de caussa? cur rei nomine aliis super alias cladibus affligimur & castigamur? An forsitan propterea quod abundat impietas variarū hæresεon, hæc aduersū nos feiētia obtinuit? Videte enim quibus in exiguo tempore malis cōflictati sumus? nōdū à priore clade respirauimus: nōdū lachrymas ab oculis abstersimus: rursus in tātā incidimus calamitatē. Tūc teneriū florē deplorauimus: nunc ipsum ramum, vnde flos germinauit & enatus est: tunc speratum decorem: nunc eum qui viguit: tunc bonum quod expectabatur: nunc id, cuius periculum factum est. An ignoscetis mihi, fratres, si quomodo propter cladem ineptus sim & absurda loquar? Forsitan, vt loquit apostolus, etiā ipsa creatura nostro incommodo ingemuit. Atque eorum quæ acciderunt, vobis memoriam renouabo ac plerosque opinor iis, quæ dicantur, assensuros esse. Cum auro purpureaque veste velata imperatrix in vrbem portaretur (lectica autē erat, qua portabatur:) atque omni ordine, omni ætate ex vrbe profusa, quicquid soli aëri aperto expositum esset, à multitudine coarctaretur: atque omnes etiam dignitate excellētes pedibus funus prosequerētur, memini istis prorsus, vt sol nebulis suos radios obtegeret, ne forsitan puro lumine videret imperatricem eū eiusmodi habito in vrbē inuehentem, non in curru quodam, aut rheda auro reuincta pro regio ornatu satellitibus stipantibus se lætā: sed in loculo tectam, formam illam tristi velamento occultatam, spectaculum acerbū pariter ac miserabile: quæ omnibus occurrētibus lachrymarū materies proposita esset: quam omnis populus, qui confluxerat, tam peregrinos quā domesticos non faustis acclamationibus sed lamentationibus introeuntem excipiebat. Tunc etiam aër lugubrem in modum tristis fuit, tāquam pallio quodam lugubri, caligine se induens atque circundans. Quinetiam nubes, prout ab ipsis fieri poterat, illachrymabātur molles ac tenues pluuiæ guttas & rores luctui superfūdētes. An hæc quidē deliramēta ac nugæ, reuera sūt, ac ne digna qui dem,

Psal.107.

Rom.8.

dem, quæ dicantur? Nam etiamsi eiusmodi quid accidit in creatura, quod cladem indicaret & in- A signem efficeret, prorsus à creatura factum non est: sed à creaturæ Domino, per ea, quæ faciebat, sanctæ mortem honorante. Honorata enim est, inquit ille, coram Domino mors sanctorum eius.
Psal.115. Vidi autem ego tunc aliud spectaculum modò dictis magis inopinatum admirabiliusque. vidi duplicem imbrem, vnum quidem ex aëre, alterū verò ex oculis lachrymantium ad terram defluētem. ac non erat minor pluuia oculorum, quàm is qui è nubibus profluebat. In tot millibus enim, qui simul aderant nullus erat oculus qui terram lachrymarum guttis non irrigaret. Verum haud B recta fortasse coniectura ad mentem præceptoris assequendum vsi sumus, & ita à sententia eius aberrauimus, quippe rebus acerbis ac tristib^9 diutius quàm oportet immorati. Forsitan enim curare potius, quam molestia aures afficere vult. nos verò contrarium nunc fecimus. Veluti si quis medicus acceptum saucium non mòdo curare negligat, verumetiam exedentibus quibusdam & consumendi vim habentibus medicamentis insuper miserum doloribus affligat atque cōficiat. Proinde intumescenti vulneri affūdenda est oratio, quæ sicut oleum, leniendi mitigandique vim habeat: Solet enim etiam Euangelica medi- C cina vini adstrictiuæ naturæ, oleum admiscere. Cōuertamus igitur vobis, oleario à sacra scriptura vase sumpto, quoad eius fieri potest, prioribus cōtraria in medium afferentes, acerbitatem atque mœstitiam eorum, quæ dicta sunt, in cōsolationē. Sed nemo, quæso, fidem sermoni deroget, etiam si præter opinionem accidat, & à communi sententia discrepet, atque diuers^9 sit. Saluum, fratres, est bonum, quod quærimus. saluum est, & non perijt. Imò verò minus dixi, quàm veritas habet. Non modo enim saluum bonum est, verumetiam est in sublimioribus, quàm prius. Imperatricem quæris? In palatio domiciliū habet. At oculo hoc D cognoscere desideras. Nō licet tibi superuacuam operam sumere in hoc, vt reginam spectes. Terribilis circum eam armigerorum custodia est: non horum, inquam, armigerorum, quibus ferrea sunt arma, sed eorum, qui flammeo gladio armati sūt: quorum speciem visus hominum non sustinet. in arcanis regni habitatio. tunc videbis, cùm & ipse è corpore eminens prospexeris. non enim aliter intra adyta atque penetralia regni peruenire licet, nisi carnis velo diducto. An præstabilius putas per carnem vita frui? Proinde doceat te diuinus apostolus, qui arcanorum paradisi mysteriorum
2.Cor.12. particeps fuit. Quid dicit de hac vita? forsitan ex a
Rom.7. communi hominum loquens persona? Miser ego homo: quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Quare hoc dicit? quoniam resolui, & esse cum Christo longè melius esse dicit. Quid item magnus ille Dauid, qui tanto principatu florebat? qui omnia, quæ pertinent ad voluptatem fruendā abunde habebat? non angitur vita? nō custodiam nominat hanc vitam? an non clamat ad Dominū:
Psal.141. Educ ex custodia animam meam? an non productione vitæ grauatur & offenditur? Heu mihi, dicens, quoniā inquilinatus meus prolongatus est? An non eo nomine facti discernere bonum à malo? & idirco animæ præstabiliorem esse putabant exitum è corpore? Tu verò, quid boni, quæso, in A vita vides? cōsidera quib^9 in rebus vita spectetur. Non profero tibi vocem prophetæ dicētis, Om- Esa.6. nis caro fœnū. ornat enim ille & honestat magis ea similitudine miseriam naturæ. forsitan enim melius esset, fœnum eam esse potius, quàm id quod est. quare? quia nullam à natura iniucunditatem & inamœnitatē (in se) haberet. caro verò nostra, odoris est officina, quicquid acceperit corrumpendo inutile reddens. Quod verò suppliciū est æquè graue, atque omni tempore ministerio ventris obnoxium esse? Videte enim hunc perpetuum tributi exactorem, ventrem dico, quantam B quotidie necessitatem adferat exactionis? cui etiamsi aliquando amplius quàm statutum & ordinatū sit, antè dependerimus, nihil de insequenti debito antè soluendo deduximus: quemadmodū animalia quæ in pistrino labore cōficiuntur, tectis oculis vitæ molam circuimus, semper per similia obambulantes, & ad eadem reuertentes. Dicam tibi hunc ambitum circularem. appetitus, satietas, somnus, vigilia, euacuatio, repletio, semper ab illis hæc, & ab his illa, & rursus hæc. ac nunquam in orbem obambulare desinimus, donec extra molitrinum euaserimus. Rectè Solomon dolium perforatum, & domum alienam nominat C hanc vitam. Verè enim aliena domus est, & non nostra, quoniam in nostra potestate non est, vel quando volumus, vel quandiu desideramus in ea esse: quinetiam nescimus quemadmodum introducamur. Porrò dolij ænigma atque inuolucrum intelliges, si ad inexplebiles & insatiabiles cupiditates respexeris. Vides vt homines sibi semper affundant & aggerant honores, potentatus, glorias, & omnia eiusmodi? At quod immittitur, effluit, & non permanet in eo, quo continetur. nam studium quidem gloriæ, potentatus & honoris semper exercetur & viget: sed cupiditatis dolium inexplebile manet. Quid item pecuniæ studium? an non verè dolium perforatum est, D toto fundo perfluens? cui si vel totum mare affūdas, ea natura est, vt expleri non possit. Quid igitur molestum & acerbum est, si à vitæ malis beata ista segregata est, & veluti lema quadā, corporis sordibus abiectis, pura anima ad immortalem & incorruptam vitam transit? in qua fraus non exercetur: calumniæ non creditur: adulatio locum nō habet: mendacium non immiscetur: voluptas itē & ægritudo, met^9 & fiducia, paupertas & diuitiæ, seruitus & dominatio, omnisque talis vitæ inæqualitas quàm longissimè ab illa vita remota est. Aufugit illinc, vt inquit propheta, dolor & molestia, & gemitus, pro his verò quid? impatibilitas & malorum incommodorumque vacuitas: beatitudo, ab omni malo alienatio, angelorum consuetudo, inuisibilium contemplatio, societas cum Deo, lætitia finem non habens. Nunquid igitur mœrere conuenit de regina edoctos, quæ quibus commutauerit? Reliquit regnum terrestre: at cœleste assequuta est. deposuit coronam lapidibus ornatam: at gloriæ corona se circundedit. exuit vestem purpuream: at Christum induit. Hoc est verè regium ac pretiosum indumentum. Hanc terrenam purpurā audio sanguine conchæ cuiusdā marinæ rubescere. At supernæ purpuræ Christi sanguis splendorem & florem addit. Vidisti

quanta

quanta sit in indumento differentia atque præstantia. Vis tibi fidem fieri? quòd illis rebus fruatur? A Matth. 25 Lege Euangelium: Venite benedicti patris mei, inquit (hæc ad dexteros Iudex:) possidete paratū vobis regnū. quod quo à paratū? quod vobis ipsi, inquit, per opera præparauistis. quomodo? Esuriebam: sitiebam: peregrinus eram: nudus: infirmus: in carcere. Quatenus fecistis vni de his minimis, mihi fecistis. Si igitur eiusmodi rerum studium regni conciliandi vim habet: numerate, si modò enumerari possunt, quot homines indumentis ab illa suppeditatis, cooperti sint? quot à magna illa dextra alimenta acceperint? quot in carcerem conclusi non modò ab ea visitati, B verumetiam penitus dimissionem assequuti sint? Quod si visitare conclusum, regnum conciliat: liberare pœna nimirum maiori præmio dignum est. si modò aliquid regno præstantius & excellētius est. Verùm non hic consistit illius laus. Nam etiam vltra mādata rectè factis progreditur. quot propter illam resurrectionis gratiam in sese agnouerunt? qui legib[us] mortui, & capitis damnati, rursus per eam ad vitam reuocati sunt? In oculis est dictorum testimonium. Vidisti iuxta altare, qui salutem desperauerat, adolescentulū. Vidisti mulierculam ob damnationem fratris lamentantem, audiuisti ex eo, qui bona ecclesiæ prædicabat, vt C in memoriam reginæ tristis sententia mortifera in vitam resoluta sit. An etiam hæc sola? Animi verò demissionem vbi collocabimus? quam scriptura præfert omni præclaro atque cum virtute coniūcto facinori? Quæ cum tantum imperium vnà cū magno Imperatore moderaretur, omni potētatu se submittente, tot gentibus subditis & tributariis, cùm terra pariter ac mare suis vtraque copiis stiparent eam atque fouerent: superbiæ aduersum se aditum non dedit, semper ad seipsā, nō ad bona sua externa respiciens. propterea beatitudinis

hæres existit pro temporaria animi demissione atque humilitate vera celsitudine quæsita. Dicā etiā aliquod maritalis amoris indicium & argumentum. Oportebat omnino, soluto corporali coniugio, etiā pretiosa bona quibus abundabat, venire in diuisionem. Quomodo igitur fecit distributionem? Matth. 5. Cùm tres essent liberi (hæc enim bonorū capita sunt) qui virilis sexus essent, apud patrem reliquit, qui regno eius præsidio essent: ad suam verò partem solam filiam pertinere existimauit. Vides quanto candore atque æquitate animi pariter ac indulgentia sit vsa, quæ in rebus pretiosis maiorem partem viro cōcesserit? Cæterùm quod maximè à nobis dici oportet, vbi adiecero, sermoni finem imponam. Simulachrorum odium cōmune est omnium, qui fidei participes sūt: sed eius præcipuum, quòd Arianam infidelitatem similiter atque simulachrorum cultum abominabatur. Nam eos, qui in creatura numen diuinum esse existimarent, nihilo minus colere atque venerari putabat, quàm, qui ex materia simulachra efficiunt, ac rectè ac piè ita iudicabat. Nam qui creaturā adorat, etiamsi in nomine Christi id facit, simulachrorum cultor est, Christi nomen simulachro imponens. Idcirco, cùm didicisset, quòd nō sit Deus recens & nouus, vnam Deitatem adorabat, quæ in patre & filio & spiritu sancto glorificatur. In hac fide creuit, in hac viguit, apud hanc spiritum deposuit: ab hac oblata est sinui patris fidei Abrahami iuxta fontem paradisi: cui[us] humor & gutta ad infideleis non manat, sub vmbra ligni vitæ: quod plantatum est iuxta decursus aquarum. quibus rebus etiam nos digni habeamur, per Christum Iesum Dominum nostrum: cui gloria in secula.
Amen.

D. GREGO-

D. GREGORII NYSSENI DE VITA BEATI GREGORII MIRACVLORVM OPIFICIS ORATIO.

Eodem Sifano interprete.



ET oratio quidem nostra, & præsẽs conuentus ad vnam eandemque rẽ spectat, magnus enim ille Gregorius cùm vobis conueniendi caussa fuit, tum mihi sermocinandi materia atque argumentum propositum est. Ego verò eadem facultate opus esse puto, si & virtutem exequi factis, & præclaris facinoribus dicta exæquare velis. Itaque inuocandum fuerit auxilium, quo ille in vita virtutem exequutus est. Est autem illud, mea quidem opinione, gratia (sancti) Spiritus: quæ & ad vitam & ad orationem harum rerũ B vtriusque studiosis per sese vires subministrat. Quoniam igitur præclara illa, spectabilis & illustris vita virtute atque potẽtia spiritus exacta perfectaque est: precari & optare oportet, vt quanta ope ille per vitam vsus est, tantum auxilii accedat orationi, quo amplitudine rectè factorum, nõ inferior laus esse videatur: sed talis præsẽtibus cõmemoratione rerum ab eo gestarum vir, esse demonstretur, qualis ille ipse factis suis ab illius ætatis hominibus conspiciebatur. Enimuerò si mentio eorum, qui virtute excelluerunt, cum nullo lucro coniuncta esset, nullumque audientibus inde ad bonum afferretur adiumentum, superuacuum fortasse, ac nullum operæ pretiũ esset, nulla proposita vtilitate, & eãdem rem frustra commemorando, & aures nequicquam obtundendo laudãdi caussa orationem in medium efferre. sed qm̃ eiusmodi munus orationis, si rectè & cõmodè adhibeatur, commune audientium emolumentum erit, tanquam fax è mari ãdt anigantib⁹ ad sese dirigens eos, qui in caligine per pelagus oberrant: pari studio vtrisque & vobis auscultãtibus & mihi dicẽti ad hãc rẽ op⁹ esse puto. perspicuũ est em̃, quòd vita ei⁹ per virtutẽ trãlacta veluti fax quædã animis nostris per cõmemorationẽ affulgẽs, viã ad bonũ tã cõmemorãti, quã audiẽtib⁹ patẽfacit. D Natura em̃ id nobis hominib⁹ quodãmodo insitũ est, vt quicquid laudabile est, & in prætio habetur, ad id nosmet adiungere & accõmodare velim⁹, idq; acquirere studeam⁹. Et argumẽti quidẽ orationis tale est. mihi verò argumẽtũ tractare conãti nullũ ex vtrocũq; euẽtu periculũ impẽdet: siue cũ magnitudine rerũ vnà assurgere sublimitate sua oratio valuerit, siue nõ. Parẽ em̃, vtrũcũq; horũ euenerit, laudem is, qui celebratur, assequetur. Nã si assequuta quidẽ oratio miracula fuerit, rerũ præclarè gestarũ commemoratione prorsus obstupefaciet auditorès. sin autẽ à tergo relicta oratio magnitudinem rerum minus assequi potuerit, a etiam hac ratione gloria eius, cuius laudes persequimur, clarescet. Præstãtissima enim viri laus est, si eius virtus maior esse demonstretur, quàm laudantium facultas dicendo assequi possit. Cæterũ nemo ex iis, qui diuina sapientia instituti sũt more externorũ & à fide nostra alienorum, artificiosis laudatiui generis dicendi apparatibus laudari desideret eum, qui propter spiritualia bona celebratur. Non enim simili ratione nos atque cæteri de bono iudicamus: neque easdem de rebus

A iisdem reperiat aliquis opiniones tum apud eos, qui mundano more viuunt, tum apud hos, qui mundum supergressi sũt. Illis enim magnæ quædam studioque dignæ atque expetẽdæ res esse videntur, diuitiæ, genus, gloria, mundani potentatus, fabulæ, quibus suæ quisque patriæ conditores celebrat: item fugien læ, sana quidem mente prædi tis, narrationes, trophæa, prælia, bellorum incommoda. nostro verò iudicio vna in prætio & in honore patria est, paradisus: prima generis humanĩ sedes: vna ciuitas, illa cœlestis: quæ per viuẽtes lapides cõstruitur & coagmẽtatur: cuius artifex & cõditor est Deus: vnus splendor, vna generis amplitudo, propinquitas cum Deo: quæ nõ casu fortuito ac temerè cuiquã cõtingit, queãdmodũ mũdana generis claritudo, quæ sæpè etiã ad improbos & malos per hanc fortuitam vicissitudinẽ ac seriem temerè manãs defertur: sed quæ non aliter atque liberæ voluntatis electione acquiri potest. Quotquot enim receperũt eũ, inquit diuina vox, dedit eis potestatẽ, vt filii Dei fierent. Qua nobilitate quid splẽdidius, quid honestius, quid augustius esse possit? Patria verò aliis quidẽ omnib⁹ fa- C bulæ atq; cõmẽta dæmonũ; fraudes ac ludibria fabulosis narrationib⁹ simul permista, nostra aũt patria expositorib⁹ & narratoribus op⁹ nõ habet. Nã si quis cœlũ suspexerit, eaq; quæ inibi sũt ornamẽta, & omnẽ creaturã animi oculo cõsiderauerit, cũcque in his miracula cõprehẽderit poterit. has nostræ patriæ repetiet narratiões. imò verò nõ ipsi⁹ patriæ, sed coloniæ, quam à sublimiore vita reiecti & releuari mũdũ præsẽtẽ nimirũ assequuti sum⁹. Quòd si talis est colonia, existimare oportet, qualis sit ea vrbs, vnde colonia deducta est: q̃ sit ĩ ea pulchritudo: q̃ sit ĩ ea regia: q̃ beatitas eorũ quib⁹ illa habitatio obuenit. Nã si ea, q̃ in re- b b⁹ creatis apparẽt eiusmodi sũt, vt nulla oratione explicari, nulla ratiõe, cõprehẽdi possint: quid de iis existimãdũ est, q̃ supra hæc sũt q̃ neq; oculo cõp̃hẽdi possũt, neq; aurib⁹ p̃cipi, neq; mẽtis & intelligẽtiæ cõiecturis, qualia sint, iudicari & existimari potest? Per hãc spiritualẽ laudẽ, ab iis, qui cõmẽdãtur, diuina laudationũ lex infernas has nugas atque deliramenta secernit & excludit, tanquam atque indecorũ esse iudicãs eos, qui ꝓpter eiusmodi bona noti sũt, p̃ eas res, q̃ in terra habẽtur in p̃tio, celebrari atq; honestari. Nã si quidẽ aliquis est homo mũdan⁹, qui materialẽ spectat felicitatẽ, is ex huiusmodi reb⁹ laudẽ hominib⁹ corroget: si cui patria pecorũ ferax cõtigerit: si mare vicinũ gulæ dediris per sese abũdẽ res aptas ad vescẽdum suppeditat: si lapides alii aliis superimpositi ædificiis exornẽt. at qui superã suspicit vitã, cui pulchritudo atq; ornamẽtum animi puritas est, cui diuitiæ, inopia: cui patria, virtus: cui ciuitas item ipsa regia Dei, in reb⁹ terrenis magnificẽtiã & ostentationẽ sibi probro atque dedecori esse ducet. Quamobrem etiam nos omissis eiusmodi laudibus, neque patriã laudib⁹ magni Gregorii adiiciem⁹, neque maiores in subsidiũ laudationũ assumemus scientes q̃ nulla vera sit laus, quæ eorũ qui laudãtur,

tur, propria non sit. Propriũ autẽ dicimus, quod protsus in perpetuũ ita permanet, vt adimi, auferrive non possit. Quoniam igitur, (cùm omnia nobis eripiãtur, diuitiæ, claritudo, gloria, honor, deliciæ, atque luxus, voluptas & oblectatio, cognati, amici) solus ille habitus & affectus, quo vel cum vitio vel cũ virtute con iuncti sumus, ita nobis inhæret, vt separari & auferri nõ possit: solũ beatum habẽdũ esse iudicam⁹ eũ, qui virtute præditus sit. Ac nemo putet me nihil amplum atque magnificum de patria maioribusúe viri posse commemorare: sed sub specie atque prætextu contemptionis eiusmodi rerum dedecus atque turpitudinem quasi subducere atque suffurari. Quis enim ignorat cognomen Ponti, quod ab omnibus hominibus tanquam præcipuum quiddam ac peculiare genti impositum atque tributum est? per quod eorum, quib⁹ locus ab initio obuenit, virtus demõstratur? Solus enim ex omni terra marique hic Pontus, *euxinos*, id est, hospitalis, hospitibus & peregrinis commodus & bonus nominatur, siue comitatem & humanitatem eius erga aduenas & peregrinos inibi versantes attestante vocabulo: siue idcirco, quòd locus einsmodi est, vt non modò incolis & indigenis, verumetiam illis, qui ex omnib. partibus eò accedunt & confluunt, ad viuendum subsidia atque commeatus abundè suppeditet atque subministret. Eiusmodi enim natura regionis est, vt & omnium rerum, quæ ad vitam sustentandam necessariæ sunt, summè fertilis & peregrinorum quidem & bonorum expers sit, cùm mare ei propria faciat ea, quæ omnibus regionibus illuc importantur. Cùm autem eiusmodi tota natio sit, vt quãcunque quis eius partem per sese solam considerauerit, cæteris præstare eã existimaturus sit: nihilo minus communi iudicio gentis veluti caput quoddam omnium aliarũ finitimarum Magni Gregorii ciuitas est, quam vrbem Imperator quidem insignis ex iis, qui Romanis Imperium cõfirmauerunt, Cæsar nomine, amore ac desiderio loci capt⁹ suo nomine voluit. Verum hæc nihil pertinent ad nostrum propositum & institutum, vt per hæc ampliorẽ & augustiorem existimemus nos demõstraturos esse magnum illum virum inter sanctos, si regio frugibus abundet. si vrbs operibus & ædificiis ornata sit. si per mare vicinũ ad arbitriũ rerũ vndiq; magna copia importẽtur. At nec parẽtũ quidẽ eius, qui natiuitatis ei⁹ carnalis authores fuerũt, in præsẽti oratione faciã mẽtionẽ, diuitias, magnificentias & splẽdores mũdanos eorũ exponẽs. Quid enim hæc cõferũt ad laudẽ? sepulchra, statuæ, inscriptiones & tituli, mortuæ & inanes narrationes ad eũ, qui sese supra omnẽ mundum extulerat & euexerat? præsertim cùm ne fieri quidem possit, vt in societatem laudis illi assumãtur, quorum iste, quod ad animæ propinquitatem attinet, cognationem respuit & aspernatur. Nam illi quidem per errorem simulachrorum vani & inepti fuerunt, hic autem ad veritatẽ oculis sublatis superæ cognationi sese per fidẽ inseruit, & quasi in adoptionem dedit. Itaque quomodo quidẽ, quibusúe parẽtib⁹ natus sit, aut quã ab initio vrbẽ incoluerit, vt q̃ nihil faciãt ad ꝓpositã narrationẽ prætermittemus. initiũ aũt laudis hinc sumem⁹, vnde ille vitã cum virtute cõiũctã exorsus est. Cùm enim corpore admodũ iuuenili naturalis cognatiõis cura, parẽtib⁹ vita defũctis, destitut⁹ esset: quãdo plerisq; ætate imperfecta mẽs quid sit bonũ diiudicare nescit: ꝓtinus ab initio ostẽdit, qualis in ætate perfecta futur⁹ esset. Ac quemadmodum germina generosa, cùm à primo incremento in directos ramos excrescũt, per præsentẽ pulchritudinem agricolis futurum decorem præmonstrant: eodem modo etiam ille, quando cæteris propter ignorantiam erroribus obnoxius & lubricus est anim⁹, ad res vanas & inutiles iuuẽtute facilè plerũq; ꝓlabẽte: tũc per primã vitæ instituti electionẽ ostẽdit in sese, verũ esse illud verbũ Dauidis dicẽtis, Iust⁹ vt palma florebit. Sola enim nimirũ hæc arbor perfecta crassitudine cacuminis à terra surgit & excrescit, cũq; ꝓceritatis incremẽtũ ꝓgrediatur, nullã in latitudinẽ à tempore accipit accessionẽ. Sic etiam ille à primo germine floruit, & electiõe vitæ instituti protinus perfectus & eminentibus frondibus cõsurgens & excrescens. Omnibus enim omissis, quarum rerum studio iuuenilis ætas tenetur, equitatione, venatione, cultu amœniore, indumentis, aleatione, deliciis, statim totus acquirẽdis virtutibus incumbebat, deinceps eligẽs ac persequens quicquid præsenti semper ætati suæ conueniens & accòmodatũ esset. Initiũ autẽ acquirẽdarũ virtutũ ab studio sapiẽtiæ fecit. atq; hãc veluti pullus quidã cõiunct⁹ vnà sequebatur sobrietas. vtrique aũt cõtinẽtia præsidio erat. animi verò humilitatẽ & moderationẽ vnà cũ contẽptione pecuniarũ assequutus est. Non enim aliunde fastus & superbia existit, nisi auaritia, remque suam qualibet ratione augendi studium eiusmodi vitia vnà secum inducat. Quemadmodum autẽ fama tenet patriarchã Abrahamũ Chaldaicæ philosophiæ sciẽtia præditum, cùm concinnum, aptum, ratum, constantem, certum ordinatumque situm ac motum siderum animaduertisset, harum rerum cognitiõe tanquam scala atque adminiculo vsũ fuisse ad superi boni cõtemplationem, tùm reputaret, quod si ea quæ sensu comprehendũtur, talia essent, quale esse posset id, quod sensum superat: atque ita assequutum esse id, quod quærebat, cùm externam sapientiam quasi cooscendisset, ac per eam sublimior euasisset, vt rebus incomprehensibilibus & captum effugientibus per illam quodãmodo appropinquaret: ita etiã magnus iste cùm in externæ sapientiæ studio diligenter versatus esset, per quas res plerique errores Græcorum gentiliũque stabiliunt atque confirmant, iis rebus quasi ducibus & indicibus vsus est ad Christianæ religionis cognitionem. ac relicta falsa parentum ac maiorũ religione, rerũ veritatẽ quæreb at, ex illis ipsis, quæ ab externis philosophis elaborata sunt, edoctus quàm non consistere possint, quamque parum sibi constent sẽtentiæ atque opiniones Græcanicæ doctrinæ. Posteaquã enim animaduertit Græcorũ simul ac Barbarorũ philosophiã in iis sẽtentiis quibus de numine diuino quid sentiendum sit, statuunt, in diuersas scindi opiniones: earumque sententiarũ præsides, neque inter sese congruere atq; cõcordare, & solerti exquisitaque verborũ & argumẽtorũ excogitatione suã vnũquẽq; sentẽtiã stabilire atq; cõfirmare conari: hos quidẽ, tanquã domestico bello se inuicẽ euertẽtes & cõficientes reliquit; cõsequitur aũt & amplectitur cõsistentem

stétem stabilemque ac firmum fidei sermoné: qui non exquisita quadam atque redundanti verborum curiositate, & artificiosis nexibus argumentorum confirmatur, sed per simplicitatem verborum omnibus ex æquo annũtiatur: qui in hoc ipso, quod supra fidem est, vim fidei faciẽdæ habet. Nã si id, de quo sermo habetur, eiusmodi esset, vt humanarum vi rationum & argumentationum comprehendi posset, nihil à Græcanica sapientia differret (nam & illi quodcunque comprehẽdere valuerint, illud etiam esse censent.) sed quoniã eã earũ, quæ in superis sedibus reb' præsidet vniuersis, cogitationes & rationes humanæ assequi & comprehendere non possunt: idcirco fides in locum rationum succedit ad ea, quæ superant rationem & cõprehensionem, enitens. Propterea quemadmodum de Moyse dicit scriptura, quod eruditus esset omni sapientia Ægyptiorum: ita etiam magnus iste vir, cùm omnem Græcorum eruditionem ac disciplinam perscrutatus esset, factoque periculo didicisset, quàm infirmæ eorum opiniones atque sententiæ sint, quamque parum sibi constent: discipulus Euangelij fit, ac priusquã per mysticam & incorpoream natiuitatem institutus esset, adeò rectè atque præclarè sese in vita gerebat, vt nullas peccati sordes ad lauacrum afferret. Cùm autem degeret in Ægypto in magna Alexandri vrbe, in quã ex omnibus partib' philosophiæ & medicinæ studiosa iuuentus confluebat: molestũ spectaculum æqualibus erat adolescẽs super ætatem sobrietate temperantiaque ornatus. Eius enim vitæ puritatis & integritatis laus impurorum probrum ac dedecus erat. Vt igitur aliquam excusationem intemperãtes ac libidinosi haberent, si ipsi non soli tales esse viderẽtur: insidias comminiscuntur, & vafrum quoddam cõsilium excogitant, vt aliquam notam & maculam magni illius viri vitæ inurerent. ac producitur ab eis, quæ illum calũniaretur muliercula meretrix, quæ corpore quæstum faceret, infamia irrogata ex carcere dicitur illa. cumque ille pro consuetudine cum viris doctis atque delectis in habitu graui & honesto de quadam quæstione philosophica disspiceret, vnàque se cum illis exerceret, muliercula accedit ineptis gestibus formam ostentans, & mollitiem luxumque præ se ferens, & per omnia quæ & dicebat & faciebat, sese consuescere eum cum eo simulans: tandem dicebat se mercedibus fraudatam esse, adiiciens etiam causas præ impudentia, pro quibus querebatur se mercedibus esse fraudatam. At cùm illi, qui eius vitæ puritatem & continẽtiã nõ ignorabant, indignarẽtur, & ira aduers' mulierculã cõmouerẽtur: neque vnà perturbat' est cũ iis, qui ipsius nomine stomachabãtur: neq; quicquã eiusmodi dixit, cũ calũniis premeretur, quale pro nũtiare par esset eũ, qui grauiter molestèq; rem ferret: nõ testes vitæ aduocauit: nõ iureiurãdo probrũ ab se reiecit: non malitiã eorũ, qui hæc aduersus eũ machinati erãt, conuicit: sed submissa atq; sedata voce cõuersus ad quẽdã familiarẽ, Heus tu, inquit, numera ei pecuniã, ne diutius importunitate sua propositæ quæstionis tractatum conturbet. Cũ autẽ is, cui hoc iniungebatur, à meretricula sciscitatus quantã pecuniã ab illo posceret, sine mora omnem adnumerasset: atque ab lasciuis & proteruis aduersus sobriũ & cõtinentẽ insidiæ peractæ essent: & iam in manib' illius infamis lucrũ esset, tũc diuinitus & cõtinentia adolescẽtis probatur, & calumnia æqualiũ patefit. Simul enim atque manu pecuniã accepit, spiritu infelici atq; maligno correpta fremituq; immani atq; ferali, diuerso à voce humana sono ingemiscens, collabitur prona in medio cœtu cõgregatorũ, spectaculũ horrẽdũ atq; terribile præsẽtib' repẽtè facta, cũ & capillus, quẽ suis manib' vellebat, dilacerat' atq; disiect', & oculi inuersi essẽt, & os spumã emitteret. Ac non prius à dæmonio suffocari desiit, quàm magnus ille Deum pro ea inuocasset atque placasset. Talia de adolescẽtia magni illius viri narrantur, digna profectò insequentis eius vitæ principia. Et quidẽ miraculũ tãtũ est, vt etiamsi nullũ aliud præterea proferrẽ licet, ob hoc solũ à nemine eorũ, qui virtute excelluerũt, secũdas laudũ partes debeat obtinere, diues, adolescẽs, peregrè extra patriæ fines degens, in populosa vrbe habitãs: in qua propterea quòd adolescẽtes ad arbitriũ & libitum voluptatibus indulgerent, vitæ puritas dedecori haberetur ab iis, qui sobrii sanaque mẽte præditi non essent; cùm nec mater de vita curiosè inquireret, nec pater vitã quotidianam moderaretur, in tantam, sese à vitiis & affectib' seiũgẽdo, virtutem enisus est, vt præsidem rerum vniuersarum, qui per grauem plagam calumniã mulieris detexit atque conuicit, testem vitæ suæ faceret. Ecquod maius aliquis ad laudandum argumentum excogitare possit? qui possit hunc ipsum aliquis dignè ac pro merito admirari? qui cùm ratione naturã deuicisset, ac veluti mansuetũ quoddam animal, iuuentutem sub iugum rationis misisset, omnibusque affectibus naturalibus insurgẽtib' superior fuisset, & inuidiã quæ omnes res eximias inuadere solet, aduersus excitasset, etiam hac superior fuit, quippe neq; ad vlciscẽdũ insidias sodaliũ cõmot', & eã, quæ illis in subornãdo probro operã nauauerat, per orationẽ ab afflictione dæmonis liberatã beneficio prosequutus est. Talem per historiam cognouimus etiam Iosephum fuisse, cui ad arbitrium quidem cum vxore Domini scelus perpetrare prõptũ erat, cùm illa ipsa decori adolescentis insano amore correpta esset: nec quisquã hominũ eorũ, quæ ausi fuissent, testis & arbiter futurus erat. sed etiam ille, cùm se diuinum oculum inspectorem eorum, quæ committerentur, habere intelligeret, malus esse uideri, quàm fieri præoptauit, maleficorum potius pœnas atque incõmoda subiens, quàm maleficus euadens. Sed licet forsitan huic etiam aliquanto amplius, quàm illa continet historia, gloriari. nõ enim æquè magnũ affert monumentum aduersationem piaculi tum adulterij scelus, tum id, quod in minori delicto vituperationem habere videtur. Itaque qui, vbi periculum & metus à legibus non impendebat, ipsam voluptatem per peccatum conciliandam, per sese longè formidabiliorem quã pœnã esse indicabat, aut præcessit & superauit Iosephũ amplitudine & magnificẽtia miraculi, aut prorsus non habebitur inter secundos. Ac principium quidem vitæ tale est: ipsa verò vita quæ? Posteaquam omnibus disciplinis externæ sapientiæ percursis incidisset in Firmilianum quendam patricium Cappadocem similem motibus & ingenio, (vt ille in sequenti vita ostendit, cùm

Act. 7.

Gregorij cõtinentia.

Gen. 39.

Cæsariensium ecclesiæ ornamento fuit:) & animi A sui consilium ac vitæ propositum amico patefecisset, quòd ad Deum videlicet spectaret: & illius studium circa idem desiderium conuenire intellexisset, relicto omni studio externæ philosophiæ accedit vnà cum illo ad eum, qui in illo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat (Hic autem erat Origenes, cuius propter scripta, fama celebris est:) etiam per hæc ostendens non modò studium discendi atque industriam, veruminetiam sedatum ingenium & animi moderationem. Cùm enim tanta sapientia plenus esset, alio in sacris disciplinis vti magistro nô dedignatus est. cùmque apud magistrum iusto tempore B in disciplinis perseuerasset, multis detinêtibus eû in solo peregrino, hortâtibusq; ac rogâtibus, vt apud ipsos maneret, reliquis omnibus præferendâ ratus esse terrâ, quæ ipsû tulisset, & in lucê edidisset, in patriam denuò reuertitur, varias sapientiæ atque scientiæ diuitias, quas tanquam mercator quidam cum omnibus claris atque probatis in studiis externæ doctrinæ viris conuersans acquisiuerat, inuehensatque importans. Ac profectò si quis verè iusteque res æstimet, ne hoc quidem prorsus ad comêdationem nominis parum momenti habere videbitur, quòd tantæ vrbis communi consensu adhibitas preces auersatus est: nec C omnium sapientium delectorumque in ea virorum, vt maneret operam dantium, studium, nec principum virorum inibi versantium, & vt hoc ipsum fieret cupientium egregiam voluntatem magni fecit. qui omnes id vnum agebant, vt magnus ille maneret apud eos tanquam conditor virtutis & vitæ legumlator futurus. sed ille omnibus modis superbiæ materiam fugiens, quòd haud ignoraret vitium superbiæ improbæ sceleratæque vitæ plerunque caussâ & occasionem præbere solere, velut portum quendam, quietam in patria vitam ingreditur. Cùm autem vniuersa natio eum intueretur, omnibus expe- D ctantibus, vt in publicis conuentibus diuulgata sua eruditione, aliquem fructum diuturniorum laborum caperet ex his partam nominis claritudinem atque celebritatem: haud ignorans ille magnus, quibus rebus veram philosophiam à veris ac perfectis sui cultoribus publicari atque diuulgari conueniat, ne quando animus eius aliqua ambitione vulneraretur (Laus enim auditorum magnam vim habet, vigorem ac firmitudinem animi fastu quodam ac gloriæ studio inflandi atque soluendi:) idcirco silentio vtitur pro documento atque ostentatione suæ eruditionis, re ipsa non verbis ostendens recon- E ditum in animo thesaurum. cùmque sese à turbis forensibus, & ab vrbana vita penitus seiunxisset, in solitudine quadam secum solus, ac per sese cum Deo versabatur, vniuersi mundi rerumque mundanarum paruam curam gerens, non de regibus curiosè inquirens, non magistratus excutiens, non ex aliquo commemorâte audiens, vt res quæque publica administraretur: sed vt animus virtute perfectus euaderet, solicitus, ad hoc omni studio per totam vitam contendebat atque enitebatur: seculoque omni ac rebus secularibus valedicês, alter hic nostris temporibus planè Moyses fuit, qui cum illius miraculis certaret. Exiuerunt

vterque ex turbulento strepitibusque & clamori- A bus circumsonanti hoc seculo, Moyses & Gregorius suo vterque tempore per se priuatam vitam degentes, quoad reuelatione & apparitione diuina vtrisque puræ vitæ lucrum manifestaretur. *Exod. 25.* sed Moyseo quidem vnà cum philosophia etiam vxor sequebatur: Gregorius autem coniugem sibi solam virtutem adiunxit. Cùm igitur id, quòd vterque agebat, eodem pertineret (caussa enim finalis, ad quam vterque à vulgo secedens spectabat hæc videlicet erat, puro animi oculo liceret eis diuina mysteria animaduertere atque considerare:) iudicare licet virtutem rectè spe- B ctare scienti, vtrius horum vita per vacuitatê humanorum affectuum magis transacta sit: illiusne, qui ad legitimum atque concessum voluptatum vsum descenderat: an huius qui & voluptatem superauit, & materiali crassæque affectioni, nullum aduersus se aditum dedit. Cæterum cû Phædimus, cui diuinitus à spiritu sancto præscia (futurorum) vis quædam inerat: in illo tempore Amasensium ecclesiæ antistes esset, & omni studio laboraret, vt magnum Gregorium in potestatem redactum, ecclesiæ administrationi præficeret, ne tantum bonum otiosum & infrugiferum vitam transigeret: vbi hic sacerdotem id C agitare atque conari sensit, cogitare cœpit, qua ratione latere posset, aliàs ad aliam solitudinem transiens. Sed posteaquam nihil non intentatum reliquês, ille vir magnus Phædimus, & omni machinatione atque solertia vtês nô poterat virû ad sacerdotiû adducere innumeris oculis præcauêtê, ne quando manu sacerdotis caperetur: atque vterque inter sese studio certarent, in illo quidem capere, hoc verò persequêtis manus effugere cupiente (nam ille sciebat se sacrum Deo donarium oblaturum esse: hic autem verebatur, ne quomodo sibi sacerdotii cura tanquam onus quoddam vitæ imposita, ad philosophiam impedimento es- D set:) idcirco impetu quodam diuino Phædimus ad propositum studium prouectus, nihil curans interiectum spatium, quo ab Gregorio dirimebatur (quippe ille aberat itinere tridui:) sed ad Deum suspiciês, precatusque vt & ipse & ille pariter in illa hora ab Deo respicerentur, loco manus impositionis Gregorio adhibet sermonem, Deo consecrans eum, qui corpore corâm nô adesset: & illam ei ciuitatê destinâs atque attribuês, quam côtigerat ad illa ipsa vsque têpora adeò simulachrorû errori deditâ esse, vt cû infiniti essent, qui ipsam vrbem, & regionem circumiacentê incolerent, non plures quàm septemdecim inueni- E rentur, qui sermonem fidei recepissent. Sic igitur iugum subire coactus, omnibus posthæc quæ fieri solent, solennibus in eo peractis, cùm exiguum tempus ad mysterium exactius cognoscêdum ab eo, qui sacerdotium ipsi assignauerat, petiisset, nô amplius, vt loquit apostolus, carni & sanguini adhærendum esse & acquiescêdum putabat, sed ab Deo sibi occulta manifestari petebat: ac nô prius prædicationem sermonis aggredi sustinuit, quàm per quandam apparitionê ei veritas reuelaretur. Cû em per totâ noctê aliquâdo de ratione atq; sermone fidei dispiceret & specularetur & varias animo cogitatiôes agitaret. (Erât eñ nimirû etiam tunc nônulli, qui piâ & syncerâ religioni doctrinâ adulterarent,

adulterarent, ac per probabiles argumentiones sæpenumerò etiam ductis & prudentibus veritatem facerent ambiguam:)pro qua tunc ei peruigilem curis atque solicitudine nocte agenti quidam in figura humana, facie ac forma senili euidéter apparet, ornatu atque cópositione indumenti augustum quendā sacrū ac diuinū referēs decorem, magnam gratia vultus atque dispositione figuræ præ se ferēs virtutem Hic verò visu perterritus & surgete è lecto, & quis esset, cuiúsue rei gratia venisset, sciscitati, cùm aūr ille perturbat. omnem mētis eius submissa voce sedasset ac dixisset, se iussu diuino apparuisse ei propter eas rationes, quæ apud ipsum controuersæ & ambiguæ essent, vt piæ fidei veritas reuelaretur: & bono animo esse audito sermone, & cum quodam gaudio atque consternatione illū cōtueri. deinde cum ille directò manum protendisset, & quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id, quod ex transuerso apparebat: hic & vnà cum directa manus protensione circumagere suum obtutum, & videre aliud spectrum aduersū ei, quod prius apparuerat, in figura muliebri excellētius quiddā & augustius, quàm pro humana conditione: rursus autem perterritus & facie auersa vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæsitare de spectaculo, cùm oculis apparitionem ferre non posset. (etenim miraculum visionis nimirum in hoc potissimùm erat, quòd cùm nox esset obscura, lumen vnà cum iis, qui apparuerant, ei effulserat, quasi aliqua lucida tæda accensa.) cùm igitur oculis ferre apparitionem non posset, eorum, qui sibi apparuerant, inter sese rationem eius rei, de qua ambigebatur. exponentium sermocinatione audiuit: per quam non solùm accepit veram cognitionem fidei, verumetiam nominatim eos, qui apparuerant, cognouit, vtroque eorū propria appellatione alterum alloquēte. Audiuisse enim dicitur ex ea, quæ in muliebri habitu visa erat, cùm hortaretur Euangelistam Ioannem, vt adolescenti mysterium veræ pietatis aperiret ac declararet. Atque illum dixisse, se paratū esse etiā in hoc matri domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset. atque ita, exposito sermone, qui & rei quæsitæ cōueniret, & admodum benè definitus & circumscript⁹ esset, rursus ex oculis discessisse. atque hunc extemplò diuinā illā institutionē ac disciplinā literis mandasse, & secundū illam postea in ecclesia sermonem prædicasse, ac posteris tanquam patrimoniū quoddā & legatum, diuinitus datam illam doctrinā reliquisse, per quā vsque in præsētē diem instituitur illi⁹ ciuitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permansit. Porrò mysticæ illius disciplinæ verba hæc sunt:

VNVS est Deus pater verbi viuentis, sapientiæ subsistentis & potentiæ, & figuræ æternæ, perfectus perfecti genitor: pater filij vnigeniti. Vnus dominus solus ex solo, Deus de deo, figura & imago deitatis, verbum efficax, sapientia constitutionis rerum vniuersarum comprehensiua, & potentia totius creaturæ effectrix, filius verus veri patris, visū effugiēs visū effugientis, & corruptioni nōobnoxi⁹ non obnoxij corruptioni, & morti nō obnoxius morti nō obnoxij, & æternus æterni. Vn⁹ Spiritus sanctus, ex Deo ortum & existentiā habens, qui que per filium apparuit videlicet hominibus, imago filij perfecti perfecta, vita viuentium caussa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis suppeditatrix, per quem manifestatur Deus pater, qui est super omnia & in omnibus, & De⁹ filius, qui per omnia permanat. Trinitas perfecta, quæ gloria atque æternitate & regno non diuiditur neque abalienatur.

Ergo neque creatum quicquam aut seruum in Trinitate (est) neq; adscititium quicquam & adnentitium, vt quod prius quidem non esset nec suppeteret, posterius autem introductum sit. neq; verò deest vnquam filius in patre: neque in filio spiritus: sed immutabilis & inalterabilis eadem sēper Trinitas est. Quòd si quis sibi fidē de hac re fieri cupit, audiat ecclesiam, in qua sermonem prædicabat. apud quā illa ipsa verba à beata illa manu exarata adhuc etiamnunc conseruātur. An non hæc cum diuinis illis tabulis magnitudine gratiæ certant? Illas dico tabulas in quib⁹ diuinæ voluntatis cōstitutio insculpta & exarata est. Quē- *Exod. 26.* admodum enim Moysen dicit scriptura, cùm extra id, quod apparet, euasisset, & inter inuisibilia adyta animo constitutus esset (huc enim obscurè per caliginem significatur:) & didicisse diuina mysteria, & sese omni populo authorem & institutorē Dei cognitionis fuisse: eadē licet etiā in hoc magno viro animaduertere dispositionem. cui loco montis quidem erat, non sub sensum cadens aliquis collis, sed altitudo desiderii verarum sententiarum & opinionum, caliginis autem vice, spectaculum, cuius spectandi alii capaces non sunt: tabularum verò loco, animus: loco literarū in tabulis exaratarum, eius quid ei apparuit vox. Quibus omnibus & ipsi, & iis, qui ab illo in sacris instituebantur, contigit manifestatio atque declaratio mysteriorum. Postquam igitur animi alacritate quadam, fiducia atque libertate per illam visionem repletus est, quemadmodum athleta quidam sufficientes apud pædotribam vires atque peritiam ad certamina adeptus, præsenti animo atque fiduciæ pleno in stadio se exuit & expedit, & cum aduersariis decertat: eodem modo etiam ille cùm sicuti oleo corpus vngentes athletæ vires confirmare solent, tum sui exercitatione, tum auxilio gratiæ, quæ sibi apparuerat, animum satis confirmasset, ita demum ad certamina aggreditur. neque enim aliter atque labores & certamina vocari oportet omne tempus vitæ, quod administrando sacerdotio transegit: in quo per fidem omneis aduersarii copias fregit atque deuicit. Nā cùm relicta solitudine protinus vrbem peteret, in qua oportebat eum ecclesiam Deo constituere, vbi cognouit omnem regionem fraudi dæmonū obnoxiam esse, ac veri quidem Dei templum nusquam extructum, vrbem verò totam atque agrum vicinum aris, sacellis & statuis replerum esse, cùm tota natio id sibi studio haberet, vt delubra simulachrorum atque sacella exornarentur, & homines in insano simulachrorum cultu pompis, ceremoniis atque immunditiis ad aras fieri consuetis confirmaretur, permanerent: quemadmodum strenuus quidam miles cum duce copiarum, cuius robore potissimum ac virtute acies aduersariorum stet, congressus, illo deuicto imperio eius parentes in fugam vertit: eodem modo etiam magnus iste vir ab ipsis dæmonibus rem bene gerere orditur, sed qua ratione? Cùm prætereuntem à solitudine ad vrbem ver-

rum, quæ supra res mundanas sunt? Hinc magnus ille rem benè gerere aduersus dæmonas exorsus, ac veluti tropheum quoddam aduersus deuictos antistitem circuuducens: cùm & fama sui, gentem antè perculisset & obstupefecisset, ita demum cum fiducia animoque alacri atque confirmato vrbem inuehebatur, non curribus & equis, & mulis & multitudine comitum affectantium sese ostentans, sed virtutibus vndique stipatus. Omnibus autẽ vrbis incolis populariter ac vulgo cum coniugibus & liberis velut ad nouum quoddam spectaculum visendum obuiam effusis, & omnibus videre cupientibus, quis esset ille Gregorius, qui homo licet esset, eos tamen, qui apud ipsos pro dijs haberentur, tanquam rex quidam in potestate haberet, pro imperio ferens & agens quocunque vellet, & vndecunque vellet, prout visum esset, dæmonas sicuti mancipia eiiciens, & eodem rursus, si videretur, introducens: quique custotem illorum adducere et tanquam iure ac potestate quasdam sibi mancipatum habens despicientem, & honorem, quo antè preditus esset, & huius consuetudinem, cũ omnibus, quæ habuisset, facultatibus & copijs commutantem. Tali nimirum animo atque opinione omnibus, eum ante vrbem expectantibus, vbi ad eos peruenit, omnibus eum intentis oculis contuentibus, tanquam syluam quandam inanimam homines prætergressus, ad neminem eorum, qui obuiam venirent, sese conuertens, sed rectà ad vrbem vadens multo magis eos in stuporem & admirationem deduxit, famam superare intuentibus apparens. Quòd enim magnam vrbem primum inuehebatur, cùm nihil ei tale consuetum antea fuisset, deinde eum stupore non admiraretur tantũ propter se populum congregatum esse: sed veluti per solitudinem iter faciens seipsum dũtaxat & viam spectaret, ac neminem eorum, qui circum se collecti essent, sese conuertens hoc nimirum supra miraculum, quod in saxo translato editum erat, hominibus esse videbatur. Idcirco cùm admodũ pauci essent, vt suprà commemoratum est, qui ante administrationem eius fidem suscepissent, quasi tota ciuitas honorem sacerdotio eius haberet, ita in vrbem ingrediebatur, prosequentium turba vndique frequenti stipatus. Quoniam antè protinus vt attigit philosophiam omnibus rebus se veluti onere quodam leuauerat: nec quicquam ei rerum ad hanc vitam necessariarum superera, non ager, non locus, non domus: sed omnia ipse sibi erat, (imo verò virtus & fides ei patria erat & sedes & diuitiæ,) vt igitur vrbem ingresso domus ad requiescendum ei nusquam vel ecclesiæ vel ipsius propria erat, comitibus eius trepidantibus atque solicitis quomodo diuersaretur, & à quib^9 rectò reciperetur, anxiis: quid hæc, inquit magister ad eos, quasi extra protectionem Dei constituti anxij atque soliciti inquiritis, vbi corpora reficere atque curare oporteat? an parua vobis domus, Deus esse videtur? si quidem per eum viuimus & mouemur & sumus? an arctum & angustum cœleste tectum vobis videtur? & præter hoc aliud diuersorium quæritis? vna vobis dom^9 studio curæq; sit, ea videlicet, quæ cuiusque propria est, quæ per virtutes ædificatur, & tollitur in altum. hoc solum vobis curæ atque solicitudini sit, ne eiusmodi vobis habitaculum non paratũ nec instructum sit. Nam terreni parietes is, qui cũ virtute vitam transigunt, circundati, nihil commodi afferunt. quinimo par consentaneumque fuerit ab iis, qui vitiis atque nequitia coinquinantur, parietum vsum studiosè atque cum cura institui atque parari: propterea quod domus occultarum plerunque turpitudinum velamentum existit. at quorum vita cum virtute transigitur, in his nihil est, quod parietes obtegant & obuelent. Atque hæc eo ad familiares dicente, assistens vir quidam insignis, qui genere, diuitiis, reliquisque opibus inter primos numeraretur (Musonius ei nomen erat) vt vidit multos idem officium deferre paratos, & id agentes, vt in suas ædes virum reciperent, cùm cæteris anteuertisset, gratiam præripit rogans magnum illum virum, vt suo hospitio vteretur, & introitu domum honestaret, quo & augustior & in sequẽti seculo celebris & memorabilis ea euaderet, tempore etiã ad posteros memoriam eiusmodi honoris transmittẽte. cum autem multi etiam alii concurrerent, & eadem rogarent, æquum esse iudicans gratificari ei, qui tẽpore prior in deferendo officiũ fuisset, cum cæteros benignè salutatos verbis honorificis inuicem prosequut^9 dimisisset, ad priorem diuertit. Quòd si historia rerum ab eo gestarum nihil præter rerũ narrationem cõtinet & incõdita est, quod sermo noster consultò prætermiserit eas, quæ solerti quadam excogitatione adhiberi rebus solẽt: amplificationes & exaggerationes: fuerit etiam hoc non leui apud eos qui rectò iudicio res æstimant, testimonio atque argumẽto, quod nullo modo de industria miracula viri, cuius memoriam celebramus, exaggerentur: sed rerum eius memoria sufficiat ad perfectissimam laudem: tanquam natiua quædam pulchritudo, quæ nullius lenocinii superuacua adhibita cura in facie efflorescit. Cùm autem exiguo numero essent, qui sermonem antè audiuissent, prius quam dies prætetiisset, & sol occidisset, adeò multi primo concursu accesserũt, vt ad constituendum populum multitudo eorũ, qui crediderant, satis magna esset. Postridie eius diei simulatque diluxisse, rursus hominũ multitudo frequens cum vxoribus & liberis, item senilis ætas, & quibuscunque ex dæmonũ iniuria, aliáue qua vi calamitas corporis acciderat, pro foribus præsto erant, & ille in medio eorum ad id, quod cuique eorum, qui conuenerant, opus erat, sese virtute spiritus impertiens, prædicans, vnà disputans & examinans, admonẽs, docens, sanans. Hac enim vtique re potissimùm multos ad prædicationem adducebat, quòd ea, quæ videbantur cũ iis, quæ audiebantur, congruebant & conueniebant, atque per vtraq; diuinæ virtutis in eo notæ atque indicia relucebant. Nã aures quidẽ sermo, oculos verò ea, quæ circa infirmos edebãtur, miracula stupore & admiratione captos tenebant. si quis lugeret, consolationem accipiebat. iuuenis & adolescens castigabatur & emendabatur, modestiamque discebat: senex conuenientibus ætati sermonibus curabatur. serui, vt erga dominos fideles essent: qui potestatem in alios haberent, vt erga subditos humanitatem præstarent, admonebantur. pauper vnas diuitias esse virtutem docebatur: quam omnibus abundè acquirere liceret.

si quis diuinis floreret ita, vt par erat, admonebatur, cùm administrator ac dispensator, non dominus esse facultatum doceretur. mulieribus conuenientia atque accommodata: pueris competentia atque vtilia: patribus ipsos decenna cum tribueret, & omnibus omnia fieret, & omnium vicem præstaret, tantum sibi auxilio spiritus repentè populum adiunxit, vt ad templi fabricationem animum adiiceret, cùm omnes offerendo tam pecunias, quàm operas suas, studium eius adiuuarent. Hoc est templum, quod vsque adhuc ostenditur: quod magnus ille vir statim aggressus veluti fundamentum quoddam atque crepidinem sui sacerdotij initio instituit atque molitus est, diuino quodam conatu & auxilio supero opus absoluens: quemadmodum insequentis temporis testimonio comprobatum est. Cùm enim grauissimus aliquando ciuitati nostris temporibus terræ motus accidisset, atque omnes propemodùm funditùs perijssent, omnibus tam publicis, quàm priuatis ædificijs collapsis, disiectis ac desolatis: solum illud templum illæsum & inconcussum mansit. vt vel per hoc pateat, cum qua vi atque virtute magnus ille vir res suas capesseret & aggrederetur. Verùm hæc quidem multis temporibus pòst in testimonium fidei magni illius viri à diuina potentia designata fuêre. tunc autem cùm omnes tam illius vrbis incolæ, quàm vicini apostolicis miraculis obstupefacti essent: & quicquid ab eo vel diceretur vel fieret, diuina virtute & agi & dici credidissent: ne secularium quidem ac temporalium controuersiarum aliud vllum iudicium sibi magis ratum ac firmum, maioris ve authoritatis esse putabant: sed omnis quæstio disceptatioque, & omnis intricatus & explicatu difficilis negociorum nexus, illius consilijs & admonitionibus resoluebatur & dirimebatur. Vnde cùm communiter vniuersis, tum singulis illius beneficio tam æquitas rectaque iuris constitutio, quàm pax erat: magnumque bonorum tum publicè tum priuatim incrementum, nulla malitia, nulláue fraude mutuam concordiam imminuente. Forsitan autem non intempestiuum fuerit vnum eius decretum atque sententiam commemorare: vt iuxta prouerbium, totus pannus ac tela à nobis ex fimbria cognoscatur. Etenim cùm multas subditorum controuersias Solomon decretis suis & sententijs interpositis diremisset, per vnum duntaxat eius decretum satis habuit omnem viri prudentiam ostendere diuina scriptura. cùm inter duas matres ius dicens, quandoquidem iniuria atque improbitas probari atque conuinci non poterat: vtraque earum pariter mortuum quidem infantem auersante, superstitem verò vindicante: solertia quadam ac vafro consilio, latentem veritatem statuit inuestigare. Quoniam enim testibus, improbitas & nequitia carebat, ac par vtrinque tam mendacij, quàm veritatis suspicio erat: naturam sibi in testimonium veritatis adhibuit, per simulatas & fictas minas quid ageret & in animo haberet occultans. Cùm enim quasi iussisset, vt tam superstitis, quàm mortui gladio æqualiter dissectorum vtrique darentur dimidiatæ filiorum partes, rei veritatis iudicium naturæ permisit. Vt enim vna quidem libenter id, quod imperatum erat, accipiebat, & carnificem vrgebat: altera verò maternis visceribus commota se victam esse concedebat, rogans vt filio parceretur (gratiam enim sese habituram esse aiebat, si quouis modo infans seruaretur:) hoc arbitrium veritatis rex esse reputans, ei, quæ sponte sua succumberet, & vinci se pateretur, sententiam victricem largitur, existimans quòd ea, quæ non curaret filium trucidari, ab natura argueretur, quòd non esset mater eius, cuius necem vrgebat. Quam igitur nos contrà magni Gregorij caussæ cognitionem atque decretum narrabimus? Duo quidam fratres ætate iuuenes, qui paternam hæreditatem nuper inter sese diuisissent, lacum vnum vindicabant totum vterque habere contendentes: & neuter alterum in societatem possessionis admittebat. Permittitur igitur magistro litem dirimendi libera potestas. qui cùm ad locum (de quo controuersia erat) venisset, suis ipsius legibus vtebatur ad arbitrium, quod receperat, disceptandum, reconciliationem suadens, & vt amicè inter se concordarent, & pacis lucrum pluris, quàm id, quod ex prouentibus caperent, æstimarent, adolescentes adhortans. nam pacem quidem in perpetuum & viuentibus & mortuis permanere: redituum verò temporarium quidem esse vsumfructum, æternam verò ob iniustitiam condemnationem. & quæcunque par erat illum dicere reprimentem & cohibentem insolentiam & immoderatam cupiditatem iuuentutis. Sed postquam adhortatio inefficax erat, & iuuenis æstuabat & inflamabatur ac spe lucri intumescens maiori iracundia exardescebat, & exercitus vtrinque ex subditis parabatur, & manus cædis auida furore atque iuuentute ducibus vtens instruebatur: tempusque conflictus præstitutum erat: pridie eius diei, quo prælium vtrinque committendum fuerat, cùm homo Dei ad ripas stagni permansisset, noctemque peruigilasset, miraculum quoddam Mosaicum edidit in aqua, non percussione virgæ in duas parteis profundum diducens, sed omnem eum lacum in incultam & vastam terram redigens continentem diluculo ostendit & aridum & humoris expertem, adeò vt ne in concauis quidem locis aliquas reliquias aquæ haberet, qui ante preces fusas pelagi instar exundaret. Atque ille quidem diuina vi hoc interposito decreto, rursus se domum recipiebat. adolescentibus verò rebus ipsis edita sententia controuersiam diremit. cùm enim non esset, cuius nomine bellum alter aduersus alterum pararet, pax furorem excepit, ac rursus natura sese in fratribus ostendit. Atque etiam nunc videre licet diuinæ illius sententiæ euidentia signa. Nam vndique circum illum locum, qui quondam lacus erat, vestigia quædam aquæ alluuionis & inundationis adhuc etiam nunc extant. quicquid autem tunc submersum erat, & in fundo aquæ, totum redactum est in nemora, loca habitata, prata & arua. Hoc iudicium, quin primas teneat, ne clarum quidem illum ipsum Solomonem opinor controuersiam esse facturum. Quid enim tantum ad virtutem habet momenti, conseruasse vnum infantem ad vbera duarum mulierum, quarum vtraque se matrem esse contenderet, adhuc lactentem: cui ad salutem prorsus nihil interesset, vtrum à matre, an ab altera sibi alimenta procurarentur: quantum duobus adolescentibus tribuisse salutem? qui nunc (primùm) ad negocia seculi progressi, in vigore iuuentutis

Nota ecclesiasticae iurisdictionis originem.

3 Re. 3.

ueruntis circa ipsum ætatis florem ira stimulante eos ad mutuam cædem, cùm alter in alterius per- A
niciem manus armassent, acerbũ hominibus illius ætatis spectaculum paulo pòst edituri erant; in quibus periculum erat, ne vel ambo mutuis cædibus conficerentur, vel alter omnino se fraterna cæde contaminaret: vt prætermittam eos qui vnà cum vtroque horũ pari furore in acie starẽt, quorum aliorum aduersus alios conatus, ad id vnum spectabat, vt aduersarios morte afficeret. Qui igitur iã decretã à mali illi' prætoris cõcilio aduers' eos mortiferam sententiam per preces rescidit, & naturam rursus secum reconciliauit, & cædis studium in pacificam lætitiam conuertit: quanto magis is iure admiratione dignus nomine cognitionis & decreti videri debet, quàm is, qui meretriculæ fraudem deprehendit? Nã quod in aqua editum est miraculum, qua ratione repentè in terram incultam ea, quæ nauigabilis esset, transmutata, lacus in campum depressũ redactus sit: item quo pacto id quod pro mari illi loco prius esset, nunc eò redactum sit, vt fructus producat: id tacere atque silentio præterire consultius esse puto, quàm persequi oratione, quæ se vnà cũ dignitate & amplitudine rei, quæ narretur, erigere nõ possit. Quid enim eiusmodi didicimus in iis miraculis, quæ literis mandata atque perscripta sunt, quod huic comparando par fieri possit? Inhibuit Iesus filius Naue cursũ fluminis Iordanis: sed quamdiu arca erat in aqua. transgresso autem populo, atq; arca traducta reddidit rursus amni cursum cõsuetum. Aqua ondarur in sinu rubro solum profũdo subiectum, ad vtrumque latus à spiritu mari summoto. sed miraculum tantisper durabat, dum exercitus, qui in profundo per aridam ibat, traduceretur: postea verò rursus vna aquæ facies apparuit, atque ea, quæ ad exiguum tempus diducta fuerat, rursus contracta atque confusa est. hic verò quod semel acciderat, sicuti factum erat, ita mansit. adeò vt ne fides quidem miraculo, quod sancti illius precum efficacia editũ est, diuturnitate temporis abrogari possit, quippe signa apparẽtia rem gestam in perpetuum testantur. Atque ea, quæ de lacu quidem & dicuntur & ostendũtur, ita se habent. Alterum verò secundum hoc miraculum eiusmodi ab eo factum & ostenditur & memoratur. Amnis quidam per regionem illorum fluit, ipso nomine asperitatem & inclementiam fluminis præ se ferens, *Λύκος* enim, id est, lup', eò quòd noxius esse soleat, ab accolis cognominatur. hic copiosus quidem & vehemens etiam ex fontibus delabitur, Armenia per impendentes montes largum ei flumen suppeditante. profundus B
autem vbique & alueo depresso rupium ac præcipitiorum præruptorum saxorũ radices subterfluens, multò magis voraginib' hybernis exasperatur, omneis ex montibus confluenteis aquas in se recipiens. sed in supina patentique ac plana regione, per quam excurrit, dũ crepidinibus & molibus iactis vtrinque frequenter coarctaretur, in parte quadã super ripas effundebatur omne subiectum solum vndis ex transuerso inuoluẽs. adeò vt crebra nec opinantib' accolis loci pericula inueherentur, noctè sæpè intempesta, ant etiam interdiu flumine agros inuadente. vnde non planiæ modò, & segetes & pecora aquarum impetu pe-

ribant, verumetiam ad ipsos habitatores periculũ perueniebat, quippe ex improuiso aquis inundãtibus veluti naufragio quodam in propriis ædib' opprimebantur. Cùm igitur fama miraculorum ãte à magno isto viro editorũ per vniuersã nationẽ increbuisset, ac diuulgata esset: qui illã partem fluminis accolebãt, vulgò domo profecti vniuersi viri simul cum vxoribus & liberis & supplices magno illi viro fiunt, rogantes vt aliquod eis ex insperato malorum remedium quæreret & excogitaret. Omnia enim in eo Deum posse, quæcunque cogitationibus atque rationibus humanis confici & explicari non possent. nihil enim ab ipse eorum quæ pertinent ad cõsilium & vires humanas, prætermissum esse, saxorum molibus & aggeribus obijciendis, & si quid aliud aduersus eiusmodi mala excogitari solet, omnia expertos esse, & aduersus impetum mali resistere non potuisse. ac quo maximè ad misericordiam ab iis adduceretur, rogabant, vt ipse inspector calamitatis esse vellet, atque cognoscere, quod fieri nõ posset vt habitationem transferrent: quodq; omni tempore mors eis ab impetu fluminis immineret. Cũ igitur ad locum venisset (nulla enim ei pigritia atque desidia ad studium boni impedimento erat:) neq; vehiculo præterea, nec equis, neq; alia re quapiã, qua cõmodè trãsuehi posset, vs' esset: sed baculo quodã innitens, totum iter cõfecit, simul etiã eum comitibus suis & socijs itineris de sublimi spe serios & philosophicos conferens sermones. in quibus se præcipuè semper exercebat, & in primis rationem eorũ habens, cætera accessoria potioris studii non magnoperè curanda esse existimabat. Vt igitur & ab ijs qui etiam antè duces itineris fuerant, ostensus est locus, vbi flumen ruptis aggeribus ab suo cursu deflexerat, & id ipsum quod apparebat, cladem declarabat: quippe eruptione atque impetu aquarum in profundam voraginem locus excauatus erat: his verbis vsus est ad eos, qui conuenerant: Non est hominum, fratres, inquit, tegere terminis atque distinguere motum aquæ: solius diuinæ potentiæ id opus est intra terminos concludere atque coercere cursũ aquarum. Ita enim ait ad Deum propheta: Posuisti terminum, quem non transibit. Soli Domino *Psal. 103.*
creaturæ Christo elementorum natura subdita atque obnoxia est, in quibuscũque locis collocata fuerit, in his in perpetuum permanens. Quoniam igitur Deus est qui terminos aquis constituit, solus ille sua potentia etiam huius fluminis insolentem & inordinatum cursũ coërcere & impedire possit. Dixit, ac tanquam afflatu diuino animo cõsternatus, ac magna voce Christum, vt sibi ad propositum opus subsidio veniret, precatus, scipionẽ quẽ manu tenebat, incorrupto ripæ loco defigit. cùm autem circa illã partem terra madida, mollis ac laxa esset, & põderi baculi simul & manui figẽtis cederet, facilè subsedit ad imum. deinde precatus, vt hoc veluti claustrum quoddam & impedimentum insolentis & inordinati cursus aquarũ esset, retro domum reuersus est, reipsa demõstrans, quòd quicquid ab sese fieret, à diuina potẽtia administraretur. Protinus enim haud multo tempore pòst, baculus radicibus in ripa actis, arbor euasit. flumini verò hæc planta pro termino fixa est, eaque ad hoc vsque tempus

incolis

incolis loci cùm spectaculo est, tum narrationis & commemorationis argumentum præbet. Cùm enim crebris imbribus atque torrentibus (amnis) ille Lycus inundans ex consuetudine & asper rapidusque vndarum ac fluctuum se inuicem collidentium strepitu terribilis fertur: tunc summis aquis imas arboris radices alluens, rursus intumescens in medium alueum cõtrahit vndas, ac quasi metuens arbori appropinquare curuo flumine locum illum prætetlabitur. Talis magni Gregorii virtus fuit, imò verò Dei, qui miracula per illum edebat. Nam perinde ac si mancipium quoddam esset, elementorum natura, ad arbitrium iubentis immutari videbatur, vt & lacus in frugiferum agrum cõuerteretur, & voragines eluuiesque fluminis, scipione securitatem futuram accolis spondente habitarentur. Nomen autem arbori vsque ad hoc tempus est, scipio: quod pro monumento Gregorij beneficii atque virtutis, ab incolis loci in omni tempore seruatur. Quid ex propheticis miraculis, his rebus ex aduerso comparando opponi vis? dicam Iordanis sectionem, quam percussione pellis ouillæ ante ascensionẽ fecit Helias & post illum Elisæus hæres & pellis & spiritus illius? At tempore horum prophetarum, cùm vsu poscente aqua fissa esset, accidit, vt ipsi soli prophetæ per flumen Iordanis trãsire possent, cùm tandiu amnis ille in sese flumen diduxisset, dum siccis pedibus per aridum alueum prophetæ trãsirent. insequenti verò tempore reliquisque hominibus talis erat, qualis etiam ante transitum illorũ: Lycus autẽ ille semel ab insolẽti atque inordinato cursu repulsus, recens in perpetuum Gregorij miraculum facit, omni consequuto tempore talis manẽs, qualem eum magni illius fides, quo tempore miraculũ edebatur effecit. Nã propositũ rei gerendæ non eò spectabat, vt qui viderent obstupescerent: sed vt accolæ fluminis seruarentur. Itaque cùm par sit miraculum (cedit enim ex æquo natura aquæ tam prophetis, quã imitatori prophetarum:) si ingenuè dicere (id, quod res est,) oportet: maior in huius, quàm in illorum facto humanitas est, per quod salus accolis in tuto collocata est, cùm aqua circa illam partem fluminis semel coërcita atque repressa etiam in posterum permanserit immota. Posteaquam autẽ eiusmodi miraculorum, quæ virtute fidei in Christum fieri credebantur, fama in omneis partes regionis dimanante, omnes illius fidei, quæ talium miraculorum testimonio comprobaretur, participes esse cupiebant, & vbique prædicatio procedebat, mysterium (strenuè) exercebatur, studium boni intendebatur, quippe apud omneis sacerdotium constituebatur, vt per omnia fides cresceret & augeretur: idcirco ex finitima quadam ciuitate mittitur ad eum legatio, vt veniret ad ipsos, & ecclesiam, quæ esset apud eos, sacerdote designato constitueret. Comana autem ciuitati nomen erat: cuius vt hospes magnus iste vir esse vellet, vulgò omnes hanc veniam sibi dari petentes orabant. Cùm venisset ergo ad eos, & aliquot dies vnà conuersatus tum dictis, tum factis suis magis eorum studium erga mysterium incendisset, cùm iam tempus esset etiam id negociũ, propter quod legati ad eum missi erant, ad exitum deducendi, ac designãdi aliquem eorum ecclesiæ primarium sacerdotem: tunc principum quidem & magistratuũ ciuitatis omniũ sententiæ in hoc occupatæ erant, vt ansiè atque curiosè inquirerent ac sciscitarentur, qui eloquentia, qui genere, reliquoque vitæ splendore cæteros præcedere videretur. putabant enim, quoniam etiam his bonis magnus Gregorius cumulatus erat, nec earum quidem rerum oportere expertem esse, qui ad hoc munus deligeretur. cùm autẽ in multas parteis suffragijs scinderentur, & alij alium præoptarent atque præferrent, expectabat ille vir magnus diuinitùs aliquod sibi consilium ad propositum negocium suppeditari. ac quemadmodum Samuel in eligẽdo rege fertur non pulchritudine nec magnitudine corporum motus esse, sed animum regium requisiuisse, etiamsi in contempto fortè corpore reperiretur: eodem modo etiam ille studiis erga vnumquemque eorum, qui dictitabantur: neglectis, id vnum duntaxat spectabat, an aliquis etiam ante declarationem industria vitæ atque virtute in moribus sacerdotium gestaret. Cùm autem illi quidem producerent eos de quibus suffragium ferretur, quem quisque promoueret eius honorificam mentionem facientes: atque hic, vt etiam viliorum (quod ad vitæ speciem attinet) rationem haberent eos hortaretur (posse enim etiã in talibus reperiri aliquem, qui animi bonis super eos emineret, qui vitæ splendore præstaret:) quidam ex iis, qui præerant suffragiis ferendis, eam magni illius sententiã pro contumelia atque derisione accedit, si eum nullus eorũ qui et eloquẽtia & dignitate & manifesto facultatũ vitæ splendore cæteris prælati essent ad sacerdotiũ admitteretur, ex opificibus sellularijs, quique labore manuum vitam tolerarent, ad eiusmodi munus aliqui magis apti & idonei existimarentur: & simul cauillans cum quadam irrisione ad eum, Si hæc, inquit, iubes, vt hi quidem tales, qui ex omni ciuium numero electi sunt, prætereantur, atque ex quisquiliis & infima plebe assumamus aliquem ad administrationem sacerdotii, qui tali ciuitati præsit, tempus tibi deinceps fuerit carbonarium Alexandrum ad sacerdotium vocandi, atque ad hunc transitione facta, si videtur, suffragiis inter nos vniuersi ciues consentiemus. Atque ille quidem hæc loquebatur, sententiæ eius obtrectans, ac per hoc simulatum & cauillatorium suffragium summam & exactam diligentiam in superioribus vituperans ac reprehendens. sed magno illi per hæc dicta subit animum cogitatio, quòd non sine numine diuino Alexandri à deliberantibus inter cæteros mentio facta esset. Et quis, inquit, est Alexander, cuius mentionem fecistis? Deinde cùm quidam ex iis, qui vnà intererant, cum risu memoratum in medium produxisset, pannis vilibus ac sordidis ne toto quidem corpore amictum, & simul apparentibus rebus, manibus pariter & facie, reliquoque corpore carbonibus infecto ac sordidato opificium & quæstum ostendentem: cæteris quidem risus materia erat talis in medio stans Alexander. at perspicacem illum oculum valde id spectaculum obstupefaciebat: vir in extrema paupertate, ac neglecto corpore seipsum solùm spectans, ac veluti sibi placens & gaudens eo habitu: qui habitus oculis imperitis ridiculus erat. Etenim ita se res habebat.

1 Reg. 16.

bat. Non vrgente paupertate ad eiusmodi vitæ genus deuenerat. sed philosophus quidā vir erat, A quemadmodum insequuta vita indicauit, adeò vt etiam ad martyrium vsque peruenirt, per ignem cursu confecto. latere autem dedita opera volebat, altiori animo prædıtus, quàm vt eam, quæ vulgò ea petitur, fœlicitatem curaret, ac pro nihilo seculū ducebat, eò quòd & sublimis & vere vitæ studiu teneretur. & vt maximè virtutem ad quàm aspirabat, assequeretur, operam dabat, vt talis esse ignotaretur cōtemptiore genere vitæ veluti turpi quadam persona sese occulrans. Atque alioqnin etiam, quòd eximio flore iuuentutis prædıtus esset, periculosum esse ducebat ei, qui continētiam B sibi sectandam proposuisset, corporis sui pulchritudinem patefacere, fœlicitate naturæ tāquam in pompa sese ostentantem. nouerat enim eiusmodi rem grauium offensionem ac delictorum occasionem plerisq, præbere solere. ne igitur vel sibi ipsi aliquid accideret imprudenti, quod factum voluisset, vel alienis oculis casus & offensionis materiam præberet, idcirco se carbonario opificio veluti persona quadam deformi consultò circundat. quu tam corpus laboribus ad virtutem exerceretur, quàm pulchritudo sordibus carbonum infecta obtegeretur, & simul pecunia, quàm ea laboribus quærebat, ad mandatorum exequutionē C dispēsaretur. Posteaquàm igitur eum ea concilio abduxit, ac de statu eius atque conditione omnia diligenter scrutatus & sciscitatus est, illum quidē familiaribus suis tradit exequi iussis quæ res postulabat: ipse verò in consilium reuersus ea præsenti deliberatione sumpto argumento congregatos instituebat de sacerdotii officio sermones eis proponens, ac per hos vitam cum virtute coniunctam præscribens. perseuerabat autem in eiusmodi sermonibus conuentum detinens, quoad executi mandata, qui operam ei nauabant, superuenerunt, secum adducentes Aleaandrum, qui & lauacro fuliginis iniucunditatē abstersetat, & ma- D gni istius vestibus indutus & ornatus erat. Hæc enim curate iusti erant. Omnibus autem in Alexandrum cōuersis, & ad nouam eam speciem admiratione defixis, Nihil noui, inquit, ad eos magister accidit vobis, si oculis decepti estis, & sensui soli iudiciū pulchritudinis permisistis. Fallax enim & incertum rerum veritatis iudicium sensus est, aditum per se ad profunditatem mentis & intelligentiæ præcludens. simul autem etiā pietatis inimico dæmoni prorsus id studio erat, vt vas electionis ignoratione contectum, otiosum & inutile esset, neu prodiret in medium vir, qui ipsius principatū euersurus esset. Hæc locutus, cùm eū iuxta E consuetum morem, ritusque solennis ad hoc munus idoneum effecisset, per sacerdotium Deo virum dicat. Omnibus autem nouum sacerdotem intuentibus, rogatus vt aliquam ad ecclesiam haberet orationem, statim in initio suæ administrationis Alexander ostendit, haud falsū in sese Gregorii iudicium fuisse. erat enim oratio eius intelligentiæ sententiarumque plena, dicendi floribus minus exornata. vnde petulans quidam ex Attica adolescens apud illos agēs incomptam dictiōnē derisit, quòd non ea, quam Attici in dicendo adhiberent, exacta atque superuacanea cura exornata esset, quē aiūt diuina quadam visione emendatum esse, cùm columbarum gregem incredibili quadam pulchritudine nitentem conspicatus esset, & quendam audiuisset, qui diceret, has esse columbas Alexandri, quas ille derisisset. Verū horum magis aliquis admiretur? quod vir ille nō motus est suffragio eorum, qui dignitate præstabant, neque simul ad testimonia optimatium ac principum virorum raptus est? an magis admirari conuenit in carbonibus abscondıtas diuitias? quas statim à Deo editum recti iudicii testimonium per visionem oratoris consequutum est? Nam mihi quidem horum vtrunque in sese eiusmodi esse videtur, vt inter se quidem paria sint, ac quasi de principatu certamen habere videantur, inter omnia antem ea, quæ nomine miraculi celebrātur, primas propemodum teneant. Nam qnòd optimatium studus aduersatus est, cōstantis, recti, atque excelsi animi manifestissimū iudicium erat: à quo omnia, quæ per mundum apparēt, ex æquo despiciebantur, siue ad magnificentiā atque splēdorem, siue ad humilitatem & obscuritatē accedere viderentur: cumque soli virtuti primas tribueret, & vitiosam vitā solam reiiciendam esse iudicaret, pro nihilo intuebatur omnia, quæcunque per hoc seculum vel aliquo studio, vel contemptione digna indicantur. quod nimirum etiā tunc fecisse demonstratur. Cū enim daret operā, vt Deo gratum ac dignum inueniret, nō diuitias, non dignitatem, non huius mundi splendores, quarum rerum nihil in recensione bonorum à diuina scriptura enumeratur, res idoneas putabat quas ad testimonium admitteret. Non igitur hue solùm, est, quod & laude & admiratione dignum sit, quod respuit studia principum: verumetiam quòd per ea, quæ consequuta sunt, ipse superauit. Nam qui ineptam ac minus idoneam sententiam duntaxat reiicit, neque adiicit id, quod res poscit, malum quidem prohibet, bonum verò non conficit. at qui præterquam quòd non consentit deteriori, etiam bonum inuenit, per vtraque, bonū perficit, dum neque malo aditum dat, & bonum ad effectum producit, adeò vt vtraque ratione beneficium magni Gregorij ciuitati contigerit, qui & id, quod per ignorantiam ab iis delinquebatur, auenerit, & bonum apud eos absconditum per sese patefecerit. Cùm autē omnia magno illi viro auxilio sancti spiritus ex sētētia successerint, non intempestiuum fuerit, etiam accessorium op- itineris cōmemorare, quo per omnia gratia, quæ viro vnà aderat, ostendatur. Quoniam enim omnibus palàm erat, quòd hoc ante omnia sibi studio haberet, vt in omnibus rebus ad egentium cō solationē præsto esset: quod quidā Hæbræi siue lucrum spectantes, siue vituperationem quādam aduersus virum, vt qui fraudi ac deceptiuni opportunus esset, quærentes eius reditum obseruant. atque horum vnus quidem, qui mortuus esse videbatur, supino habitu extensus per transuersam viam publicam proiectus erat. alter verò iacētem scilicet deplorans, lamentantium voces imitabatur: ac prætereuntem magnum illum virum inclamabat dicens: repentè morte correptus hic miser nudus iacet, eique deest apparat' ad sepulturam. rogabat igitur magnum istum virum, ne negligeret in eo iusta mortuorum, sed misertus aliquo modo paupertatis, præberet ex iis rebus quæ suppeterent,

peteret, quo extremus ornatus corpori iniiceretur. Ille quidem hæc & talia dicens supplicabat: hic verò nihil cunctatus super iacentem iniecta diploide, qua circundatus erat, iter suum porrò prosequebatur: sed posteaquam digresso illo, soli erant, à quibus ita delusus erat, mutata in risum simulata lamentatione impostor ille iacentẽ vt surgeret, hortabatur, præ gaudio ob lucrum fraude quæsitum cachinnans. At alter erat in eodem habitu, nihil exaudiens eorum, quæ dicebantur. Cũ autem ille clariore voce vteretur, ac simul pede trudẽs eũ excitare niteretur, nihilo magis qui iacebat vel vocẽ exaudiebat, vel ictum sentiebat: sed in eodẽ habitu extensus erat. mortuus enim erat, cùm simulatque pallium super eum iniectũ erat, vera morte, quam decipiendi magni illius caussa simulauerat, correptus expirasset, adeò vt homo ille diuinus haud falsus sit. sed cuius rei gratia pallium ab eo datum erat, ad hanc rem ei qui accepisset, vsui esset. Quòd si acerbum & atrox eiusmodi facinus magni illius & fidei & potẽtiæ esse videtur, nemo quasi rem nouam miretur, sed ad magnum illum Petrum respiciat. Nam & ille non benefaciendo duntaxat virtutem, qua præditus erat demonstrabat, cùm & eũ, qui claudus natus erat, currentem atque saltantem populo ostenderet, & sui corporis vmbra ad quoscunque eà sol, transeunte apostolo, ex transuerso corpori incũbens, adigeret, ægrotantium morbos sanaret: verumetiam Ananiam, qui insitam apostolo virtutem contemnebat, morte condemnat: vt illius, opinor, pœna quisquis in populo eodem cõtemptionis morbo laboraret, ad saniorem opinionẽ reuocaretur, cùm exemplo horrẽdo coërceretur, ne & ipse cõmitteret vt iisdẽ pœnis subiiceretur. Meritò igitur imitator Petri, cũ per multa beneficia ac miracula magnitudinem potentiæ ostendisset, etiam eum, qui aduersus spiritum fraudem facere conatus esset, veracem aduersus seipsum effecit. Oportebat enim, opinor, mendacii euersionẽ etiam deceptoris mendacium conuertere in veritatem, vt omnibus per hoc palàm fieret, quòd & quicquid à magno illo tum diceretur: tum fieret, verum esset: & quodcunque pro vero accepisset, mendacium non esset. Ac Iudæi quidem, quemadmodum dictum est, magni illius potentiam, vt rebantur, ludificati, documento cæteris fuerunt: non tentandam esse fraudem, in quibus Deus eorum, quæ tentauerit, accusator existit. Post hæc cũ quidam conuentus sub dio quodam in loco regionis aliquando fuisset, atque omnes admiratione doctrinæ tenerentur: adolescentulus quidam ad congregatos clamabat, non à seipso magistrum ea dicere, sed alterum ei assistentem verba proferre. cùm autem dimisso conuentu puer ad eum adductus esset, dixisse magnus iste fertur ad eos, qui aderant, adolescentulum à dæmone integrũ non esse: ac simul detractum sibi linteolum, quod in humeris gestabat, & oris sui animæ admotum, ita iniecisse iuueni. Quo facto, turbari cœpit & exclamare adolescentulus, & humi prosterni & huc illuc iactari, & omnibus affici incommodis, quæ à dæmonibus prouenire solent. deinde cùm sanctus ille manum iniecisset, & turbationem sedasset, dæmonium quidẽ ab eo auolasse, ipse verò rursus ad priorem statum atque tranquillitatem redactus nõ amplius dixisse fertur, quòd videret, sancto adsistentem qui vnà loqueretur. Etenim etiam hoc nimirum ad magna pertinet eius miracula, quòd nulla curiositate & exquisita quadã ratione miracula sanationum efficeret, sed & ad dæmones fugandos & ad corporis morbos profligãdos sufficeret oris eius anhelitus, qui per linteum laboranti cuique admouebatur. Cæterùm omnia quidẽ edita ab eo miracula deinceps ordine persequi, prolixæ scripturæ res fuerit. & sermonis qui præsens otium superaret: vnius autem præterea alteriusue eorum, quæ de eo feruntur miraculorum mentione atque commemoratione facta, his sermonem circumscribam. Nam cùm iam in omneis parteis diuini verbi prædicatio diuulgata esset, & omnes tam qui vrbem habitarent, quàm qui agrum vicinum incolerent, ad piam doctrinæ fidem traducti essent: altaribus atque delubris, quæque inibi inerant, simulachris euersis: atque humana vita, iam ab inquinamentis simulachrorum expurgata: impuro hostiarum nidore extincto: aliarũ spurcitia atq; mactatione & immolatione animalium contractis inquinamẽtis abstersis omnibus item in omni loco templa ad orandũ sub nomine Christi studiosè extruentibus, furor quidam atque inuidia inuasit eum, qui tunc præerat imperio Romanorum, eo quòd patrij quidem falsi cultus & religiones negligerentur, cresceret autem mysterium Christianorum & in multitudinem vbique terrarum propagaretur ecclesia per eos, qui semper sermoni adiungerentur in magnum finem excrescens: & arbitratus fieri posse, vt sua sæuitia diuinæ potẽtiæ resisteret, & mysterii quidem prædicationem inhiberet, & constitutas ecclesias euerteret, traduceret autem rursus eos, qui sermoni adiũcti essẽt ad simulachra, his de caussis mittit ad rectores gentium edicta, quæ terribilium pœnarum in eos statuendarum minas continebant, nisi omni genere tormentorũ atque suppliciorum mulctassent eos, qui Christi nomen inuocarent & adorarent, metuque ac tormentorum vi rursus eos ad patrium dæmonũ cultum adduxissent. Vt autem hoc terribile atque impium edictum magistratibus exhibitũ est: quippe in omneis imperii parteis atq; prouincias peruenerat, qui ad hoc ipsum ab tyrannica crudelitate destinati & ordinati erant: ac talis quidam genti illius loci præerat, qui ad prauum studium atque conatum nihil superioris potestatis indigeret, cùm suopte ingenio atque natura sæuus, & iis, qui sermoni credidissent infensus esset: publicè propositis edictis ab eo denũtiatur, quod vel fidẽ abiurare vel omni genere suppliciorũ, ac morte puniri oporteret. nullaque res alia vel publica vel priuata tũc ab iis, qui publica negocia tractabãt, gerebatur ac curabatur, nisi vt oppugnarent atq; punirẽt eos, qui fidem amplecterentur. Erãt autẽ non in verborum duntaxat minis terrores: sed vnà cũ his varius carnificinarum & tormentorum apparatus omnem afferebat concussionem, etiã ante periculum hominibus formidinẽ iniiciens. enses, ignis, bestiæ, scrobes & foueæ: item instrumenta, quibus membra constringerentur & torquerentur, tum ferreæ sellæ ignitæ: tum ligna erecta: in quibus stantium corpora dum intẽderentur, terribilium vnguium violentis admotionibus lacerarentur.

cerareotur. Atque alia itē innumera ad varia corporum tormenta exquisita ab ijs excogitabantur. ac studium iis, qui eas potestates susceperant, vnū erat, ne quisquam alteri secundus exuperantia sæuitiæ mitior videretur. Nam alii quidem deferebant, alii verò demonstrabant, nonnulli item celatos & occultatos scrutabantur: pars fugientibus instabant: nonnulli item possessionibus fidelium inhiantes, quo potirentur earum rerum sub prætextu pietatis vexabant & exagitabāt eos, qui fidem amplecterentur: ac summa erat in gente confusio, magnaque trepidatio, omnibus inter se suspectis, non patribus filiorum beneuolentia in discriminibus atque periculis permanente, non filiis fidam paternam curationem spondente natura, sed familiæ atque cognationes aliæ ab aliis in religionum sectas diductæ dissidebant: ac filius Græcorum errores amplectens, fidelium parentum proditor: filii fidem amplexi pater in infidelitate manens accusator erat. frater item eadem de caussa naturam oppugnabat, fas esse iudicans à consanguineo pœnas expetere, si pietatem amplecteretur. Hinc plenæ quidem solitudines erant eorum, qui (suspecti accusatiuè) profugissent: vacua verò atque deserta ab habitatoribus domicilia erant. multa itē publica ædificia eorum, qui vinculis coërcerentur, vsibus destinata erant. Carceres enim capere in sese non poterant eorum multitudinem, qui propter fidem punirētur. omniaque fora atque conuentus tam publici, quàm priuati pro consueta hilaritate atque lætitia eiusmodi iniquos casus atque calamitates accipiebant, cùm alii quidem arriperentur: alii verò abducerentur: cæteri ob ea, quæ fieret vel lachrymarentur. non misericordia infantium, non honor canitiei, non virtutis verecundia in mētem veniebat infensis: sed tanquam in vrbe capta omnis ætas hostibus fidei quasi deditia atq; obnoxia erat, ne mulierum quidē naturali sexus infirmitati indulgebatur, vt eiusmodi periculis exemptæ manerent. sed vnà aduersus omneis crudelitatis erat lex eodem pœnæ modo, nullo discrimine sexus habito, subiiciens eum, qui à simulachris esset alienus. Tunc magnus ille vir, animaduersa atque considerata imbecillitate & fragilitate humanæ naturæ, quòd plerique non possent vsque ad mortem pro pietate decertare, author ecclesiæ fit, vt terribilem illum impetum atque incursum paulisper declinaret, satius esse ducens per fugam animas eorum seruari, quā stantes in acie certaminum atque periculorum fidei fieri desertores: ac quo maximē hominibus persuaderetur, nullum animæ periculum afferre, si vel per fugam quis fidem conseruaret, suo exemplo author secedēdi fit, ipse ante alios secedendo periculi impetū deuitans. simul autem etiam hoc iis qui rerum potiebantur, maximo studio erat. vt illo tanquam duce capto omnē fidei aciē funderēt ac dissiparent atque idcirco inimici annitebantur, vt illum redigerent in potestatē. At ille vnà cū eo quem ab initio ad fidē ex æditimo adduxerat, diaconi iā munere fūgēte collē quēdā desertū occupauerat. persequutores aūt indicio cuiusdam edocti quo in loco lateret, magna multitudine vestigiis inhærentes: alii quidē radicib* collis circunsessis obseruabāt, ne quā si fugā tētasset, euadere posset: nonnulli verò, qui montem subierant in omnibus partibus scrutantes, iam magno illi erant in conspectu rectà ad eum subeuntes. Ille verò comitem hortatus, vt firma atque indubitata erga Deum fiducia consisteret, eique salutem cōmitteret similiter atque ipse faceret, manus ad orationem extendens, ac ne si propè quidē persequutores accessissent, metu fidem excussam proiiceret, exemplum eius rei, quam præcipiebat diacono seipsum præbebat cū & immotis oculis, & passis manibus & habitu arduo atque erecto cœlum intueretur. Atque hi quidem hæc agebant: illi verò, qui ad eum euaserant cùm locum totum perlustrassent, & inibi omnia dumeta atque arbusta, omnia prominentia saxa, omneis cauernas voraginum cum summa diligentia perscrutati essent, rursus ad collis radices contendunt, vt metu perscrutantium ille in fugā versus in potestatem eorū veniret, qui infimā partē collis circūsepsisset. Vt igitur neq; ab his inuēt* est neq; apud illos erat, atq; speculator ille locū vbi magn* ille consisteret, signis describebat, ī quo loco scrutatores præter duas dūtaxat arbores paululum inter se distantes neminem se vidisse affirmabant: digressis tandem scrutatoribus cùm substitisset index, atque in oratione & ipsum illum virum magnum & comitem eius offendisset, atq; id ope diuina factum esse iudicaret, vt illi persequentibus arbores esse viderentur, procumbit ei ad pedes, creditq; sermoni. & qui paulo antè persequutor fuerat, vn* ex profugis fiebat. Cū igitur multo tēpore in solitudine maneret (inualescebat enim bellum aduersus fidem, præside prouinciæ grauiter sæuiente in eos, qui sermoni pietatis adhærerent) atque omnes in fugam versi essēt: posteaquam quod id magnum illū virum attinet, desperauerant eum aliquando in potestatem persequentium venturum: tunc aduersus reliquos rabiosam sæuitiam suam vertentes in omnibus partibus prouinciæ perscrutabantur omneis similiter tam mulieres & pueros, quàm viros, quicunq; nomen Christi venerarentur. ac trahebant ad vrbem, & carceres complebant, pietatem eis alteri* cuiuspiam loco maleficii criminis dantes, adeò vt in nullo alio publico negocio iudicia tunc occupata essent, præterquam quod id solùm magistratus agebat, vt omne genus suppliciorū, variaque tormenta solerter excogitata adhiberent iis, qui fidem amplecterentur. Tunc verò etiam magis palàm omnibus fit, quod nihil non sine nomine diuino consilii magnus ille vir iniret. Nam cùm per fugam se populo conseruasset, commune omnibus pro fide decertantibus auxilium atque præsidium erat. Quemadmodum enim de Moyse audiuimus, quòd cùm procul abesset ab acie Amalecitarū, per orationē popularibus vires aduers* hostes iniiceret: eodē modo etiā ille quasi animi oculis intueretur ea, quæ fiebant, diuinum auxilium pro iis, qui nomine fidei confessionis decertarent, inuocabat. cùmque aliquando vnà cū familiaribus, vt solebat, Deum precaretur, repentè angore ac trepidatione repletus iis, qui aderant quasi rem nouam admirari, & eo, quod spectaret angi, & veluti sono quodam ad eum pertinente, aureis admouere apertè videbatur. atque haud exiguo præterito spatio cùm toto hoc intercedente tempore erectus

& immotus permansisset, deinde quasi proposi-
tum spectaculum bonum euentum habuisset, & A
ad statum pristinum rediit, & clara voce Deum
laudauit, adiiciens eum sermonem, quo victoriam
adepti uti ac Deo gratias agere solemus. quem in
Psal. 123. multis locis libri psalmorum Dauidem audimus
pronuntiantem: Benedictus Deus, qui non dedit
nos in prædam dentibus eorum. Familiaribus
autem eius admirantibus & scire volentibus,
quodnam id tandem spectaculum fuisset, quod
ante oculos eius obuersaretur, dixisse fertur, ma-
gnam se in illa hora vidisse ruinam, diabolo ab
adolescente quodam in certaminibus pro pieta-
te susceptis deuicto. Atque illis adhuc nō intelli- B
gentibus id, quod dixisset, apertius eis exponit,
quòd auxilio diuino in illa hora adolescens qui-
dam nobilis in primis ab lictoribus ad præsidē
adductus, in certamine pro fide suscepto desudas-
set. Adiecit autem etiam nomen Troadium eum
nominans: & quòd post multa tormēta, quæ for-
titer tolerauisset, martyrii corona redimitus esset.
Obstupefactus autē & attonitus his auditis dia-
conus, cùm neque fidem derogare iis, quæ dice-
rentur, auderet, & simul excellentius quam hu-
mana natura caperet, esse iudicaret, qui procul a-
besset ab vrbe, cùm nemo hominum eum de suis
rebus certiorem fecisset, hunc perinde ac si inter- C
fuisset, ad familiares loqui de rebus illic gestis, orat
magistrū, vt permitteret sibi oculis inspicere q̄
acta essent, nec prohiberetur ab eo peruenire v-
sque ad ea loca, in quibus miraculum editum erat.
at illo periculosum esse dicente versari in medio
virorum cædis auidorū, ac sæpè ex incursu atque
impetu aduersarii posse accidere aliquid repente
præter voluntatem, de quo cogitatum non es-
set: diaconus se precum eius auxilio confidere di-
xit, his verbis ad eum vtens, Tu me commenda
Deo, & nullus ab hostibus terror me inuadet. cū-
que ille præsidium diuinum pro comite per pre-
ces vnà cum eo emisisset, fiduciæ plen⁹ iter facie- D
bat ad neminem obuiam venientem sese conuer-
tēs. Cùm autem vesperi in vrbem peruenisset, &
de via fessus esset, defatigatū labore corpus laua-
cro curare necesse esse putabat. Dominabatur au-
tem in illo loco dæmō quidam homicida, in bal-
neo versari solit⁹: cuius perniciosa atque pestife-
ra vis in tenebris aduersus propinquantes exerce-
batur, & idcirco post solis occasū balneæ illæ nō
exercebantur, nemoque eò accedere id temporis
solebat. ad quas stans diaconus præfectum loci
rogabat, vt ostiū aperiret, & aditū sibi præberet,
neu inuideret sibi quo minus corpus lauacro refi-
ceret. Illo verò testante neminē, qui circa illā ho- E
ram aquam ingredi ausus esset, suis pedib⁹ reuer-
sum esse. sed post vesperum dæmonium omneis
in potestate habere: ac multos iam imprudentes
in insanabilia mala incurrisse, quos pro sperato le-
uamine lamētationes & sepulturæ, & gemitus ex
ceperunt. hæc & eiusmodi balneatore dicēte, ni-
hilo magis ille quicquam de cupiditate remitte-
bat: sed instabat omni modo vrgens eū, vt se in-
tromitteret. at balneator in lucro ponens, si non
vnà cum imperito hospite periclitaretur, cū cla-
uē ei tradidisset, procul à lauacro discedit. postea-
quam autem nudatus intus erat multiplices quæ-
dam terrorum & concussionū materiæ à dæmo-
nio iniiciebantur, spectra varia igni fumo mixtā
naturam præ se ferētia, in forma hominum & fe-
rarum oculis incidentia, auribus insonantia, anhe-
litu appropinquātia, vndique corpori se circum-
fundentia. at ille signum (crucis) ante se se obiiciēs
Christique nomen inuocans, primum conclaue
illæsus transiuit: ad interiorem autem partem ædiū
progressus, in molestiora incidit spectacula in ter
ribiliorē faciem transformato dæmonio. & simul
terræ motu concuti conclaue ei videbatur, adeò,
vt etiam solum infrà ruptum, flammam, quæ sub-
tus esset, nudam conspiciendam præberet: scintil-
læque flammæ ab aquis emitterentur. ac rursus eis-
dē armis signo (crucis scilicet) & nomine Chri-
sti, præsidioque precum magistri terrores earum
rerum, quæ tum apparebāt, tum fiebant, discussit,
cumque iam aqua recreatus exire festinaret, rurs⁹
prohibebatur à dæmone, qui ostiū occupauerat.
Verumetiam hoc rursus impedimentum per ean-
dem vim sponte sua ianua cedente signo (crucis)
discutiebatur, posteaquam autem ei omnia ex sē-
tentia successerāt, exclamasse dicitur ad eum hu-
mana voce dæmoniū, ne sibi virtutē illam impu-
taret, per quam perniciem effugisset, vocem enim
eius, à quo custodiæ atque præsidio diuino com-
mendatus esset, hoc ei præstitisse, vt ab incommo-
dis tutus esset. Seruatus igitur quemadmodum
diximus, admirationi loci præfectus fuit, eò quòd
nemo eorū, qui vnquam id temporis aquam in-
gredi ausi essent, inter viuos postea conspectus es-
set. Cùm autem & hos quæ sibi accidisset, docuis-
set, & martyrum in vrbe fortia facta ita accidisse
cognouisset, quemadmodum magnus ille vir in
solitudine degens antè exposuisset, propter eas
res, quas & vidisset & audiuisset, & per quas suo
periculo atque experientia magni illius viri fidei
vim, cui etiam dæmonium insuper testimonium
perhiberet, didicisset, de miraculis eius non am-
plius dubitans, iterum redit ad magistrum, &
suæ ætatis hominibus & posteris commune præ-
sidium relinquens, vt per sacerdotes quisque
sese Deo commendet. atque etiam nunc cùm
per omnem ecclesiam, tum præcipuè apud il-
los eiusmodi vox pro monumento habetur au-
xilij atque præsidij, quod tunc illi viro ab Gre-
gorio præstitum est. Cæterùm cùm iam auxilio
diuino tyrannis illa dissoluta esset, ac pax rur-
sus humanam vitam excepisset, per quam ex-
peditum erat ad arbitrium omnibus abundè prō-
positum studium erga numen diuinum, descen-
dit rursus ad vrbem, & omni circà regione vn-
dique peragrata ac perlustrata additamentum &
quasi corollarium studij erga numen diuinum
instituebat apud omnes vbique populos sanci-
ens, vt nomine eorum, qui pro fide decertas-
sent, dies festi atque solennes conuentus celebra-
rentur: cumque alius in alium locum corpora
martyrum diduxissent, per anniuersarium circu-
li ambitum congregari lætabantur in honorem
martyrum ferias agētes. Etenim etiam hoc nimi-
rum magnæ sapientiæ atque solertiæ eius docu-
mentum est, quod cùm omneis suæ prorsus æta-
tis ac gentis homines ad nouum vitæ institutum
transformaret, & tanquam auriga quidam natu-
ræ præfect⁹ fidei ac Dei agnitionis frenis eos fir-
miter subiugaret, indulgebat, vt paululū quiddā
subditi

subditi sub iugo fidei lætitia exultarent. Cùm animaduertisset enim quòd propter corporis volupta- A tes simplex & imperitum vulgus in errore simulachrorũ cult⁹ permaneret, quo maximè id, quod præcipuum est interim in iis assequeretur, nempè vt vanis superstitionibus relictis ad Deum conuerterentur, permisit eis, vt in memoriam sanctorum martyrum sese exhilararent & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur: quòd successu temporis aliquãdo futurũ esset, vt sua spõte homines ad honestiorem & exactiorem vitæ rationem transirent, præsertim cùm etiam fides ad illam rem viam præmonstraret. quæ res nimirum iam etiam in plerisque successit atque confecta est omni voluptate à corporis oblectamẽtis ad spirituale lætitiæ formam traducta. Cùm autem hoc modo se gereret, & munere suo fungeretur in ecclesia administranda, & antequam excederet vita, cuperet omneis à simulachris ad salutarem fidem videre conuersos: vbi suũ obitum præsensit, studiosè diligenterque totam vrbem, agrumque circà vicinũ perscrutatur, scire volẽs ecqui adhuc essent extra fidem relicti. Vt igitur cognouit, nõ plures septẽdecim esse, qui in antiquo errore permansissent: Acerbum quidem etiam hoc, inquit ad Deum suspiciens, deesse aliquid eorum plenitudini, qui seruantur: veruntamen magna gratiarum actio- C ne dignam rem esse aiebat, quod totidem simulachrorum cultores relinqueret ei, qui sibi successur⁹ esset in ecclesia, quot ipse Christianos accepisset. precatus autem & iis, qui iam credidissent, incrementum ad perfectionem, & incredulis cõuersionem, ita (tandem) ex uita humana ad Deũ migrat, obtestatus necessarios suos, ne peculiarẽ sibi locum sepulturæ compararent. Nam si viuus nullius loci dominus vocari voluisset, sed in alienis tanquam inquilinus & peregrinus habitans vitam transegisset, ne post mortem quidem prorsus inquilinatũ sibi dedecori fore putare: sed insequenti, inquit, seculo fama prodatur, quòd Gre- D gorius nec viuens quidem ab aliquo loco cognominatus sit, & post mortem alienorum locorum fuerit inquilinus, cùm ab omni terrena possessione sese abstinuisset, adeò vt ne sepeliri quidem in proprio loco sustinuerit: solam enim illam possessionem præciosam & expetendam putasse, quæ fraudis & auaritiæ vestigium in sese non admittit.

Cæterùm quòd vniuersa repentè natio à Græcanica vanitate ad agnitionẽ veritatis traducta est, admiretur quidem quicunque hoc scriptum leget: nemo verò fidem detrahat, sed ad dispositionem atque consilium respiciat, quo tãta mutatio facta est eorũ, qui à mendacio ad veritatẽ traducti sũt. Nã quod in primis sacerdotii eius tẽporibus accidit, quod ad reliqua miracula festinãs oratio prætermisit, nũc repetitũ atq; resũptũ exponã. Feriæ quædam publicæ & vniuersales erant in vrbe, dæmoni cuidam domestico, patrio quodam ritu ac more solenni celebrari consuetæ. ad quas vnà cum vrbanis celebrandas vniuersa propemodum gens ex tota ea regione confluebat: atque eorum qui concurrerant, theatrum plenum erat, & eorum, qui postremi affluxerant, multitudo subselliis vndique superfundebatur. atque omnibus ad spectacula atque acroamata orchestram intueri cupientibus: plena scena tumultus & trepidationis, irrita præstigiatoribus mirabiliumque spectaculorum artificibus ostentatio erat, tumultu sese mutuo constipantium non modò oblectationem musicæ impediente, sed ne circulatoribus quidem & præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus concedente. Tum verò communis ab omni multitudine erumpit vox dæmonẽ, cui diem festum agebant, imploratium, & ab illo sibi laxitatem fieri petentium. Posteaquam autem omnibus simul loquentibus in altum vox tollebatur, ac totius ciuitatis veluti vnius oris sermo esse videbatur, quo hæ preces dæmoni adhibebantur: (erat autem precatio, vt ipsa verba eius audiantur: Iupiter fac nobis locum:) audito B sanè magnus ille vir sono nominatim inuocantium dæmonem, à quo laxitatem ciuitati fieri petebant, quodam ex astantibus ad eos misso, laxitatem ait ipsis mox datum in maiorem, quã optarent. Hac autem ab eo voce tanquam tristi quadam sententia prolata, pestilentia frequentem illũ ferias agentium & ludos celebrantium conuentum excipit, ac statim tripudiantium choris lamentatio miscebatur. adeò vt in luctus & calamitates eis voluptates conuerterentur, cùm pro plausibus & cantu tibiarum aliæ super alias næniæ tantusque lugubres vrbem passim inuasisset. Cùm enim semel morbus homines inuasisset, opinione citius propagabatur atque serpebat, ignis inmodũ domos depascens, adeò vt ædes quidem sacræ, quò spe sanationis atque remedii confugiebant iis, qui morbo peribant, repletæ: fontes verò, aquæductus scaturiginesque ac putei eorum, ob atrocitate morbi sitis exurebat, refertiessent: (in quibus aqua morbi incendium restinguere non valebat, qui semel morbo correpti essent, perinde post aquam sumptam, atque antequam eam sumpsissent affecti:) multi item vltrò transirent ad sepulchra, eò quòd superstites sepeliendis mortuis non amplius sufficerent: nec inopinatò malum homines inuaderet: sed si spectrũ quoddam ad eas ædes quibus pernicies imminebat, accederet: ita certum exitium subsequeretur. Vt igitur caussa morbi omnibus patefacta est, nempè quòd dæmõ ab ipsis inuocatus malè stultorum ac miserorum preces impleret, qui hanc, quæ morbum consequuta esset, laxitatem in vrbe efficeret: magno isti vltro supplices fiunt orantes, vt per eum, quem ipse Deum agnosceret ac prædicaret, quem solum reuera Deum esse, & in omneis imperium habere confiterentur, mali impetum sisteret & inhiberet. Nam cùm spectrum illud ante futuram pestem alicui domui appareret, ac protinus desperationem vitæ habitantibus iniiceret, vnà periclitantibus salutis ratio erat, si illas ædes magnus Gregorius ingrederetur, ac per preces morbum, qui domum inuasisset, repelleret ac summoueret. Cùm autem celeriter per eos, qui primi ea ratione seruati erant, ad omneis fama permanasset, omnia, quæ prius vanitate atque stultitia adducti curabant, omittebantur, oracula, sacrificia piacularia, in delubris simulachrorum commoratio, omnibus magnum sacerdotem intuentibus, & vnoquoque eum ad se totius familiæ suæ seruandæ gratia alliciente. Mercedem autem ab iis, qui seruabantur, salutẽ animarũ consequebatur. Cũ cum

enim eiuſmodi experimẽto pietas ſacerdotis pa-
te fieret, non amplius differendum cenſebãt, quin
myſterium approbarent, qui per opera virtutem
fidei cognoſcebant. Adeò illis hominibus ſanita-
te morbus validior erat. Qui enim in ſanitate ad
approbationem myſterii rationibus infirmi eſſẽt,
corporali morbo ad fidem conualuerunt. Atque
ita ſimulachrorum cultus errore deprehenſo, om-
nes ad nomen Chriſti traducebantur. pars vrgẽte
morbo ad veritatem quaſi manuducti, pars etiam
A fidem in Chriſtum quaſi munimentum, quo tu-
ti eſſent aduerſus peſtem obiicientes. Sunt aũt e-
tiam alia magni Gregorii miracula, quæ memoria
vſque adhuc tenentur. ea nos incredulis
auribus parcentes, ne offendantur
qui propter amplitudinem ea-
rum rerum quæ memoran-
tur, veritatem mendacium
eſſe putant, ſcriptis
non adiecimus.

D. GREGORII NYSSENI ORATIO
CONTINENS LAVDES SANCTI VIRI AC MAGNI *MARTYRIS THODORI.*

Eodem Siſano interprete.

VOS, qui populus Chriſti, qui grex
ſanctus ac regale eſtis ſacerdotium,
qui vndique & ex vrbibus & ex a-
gris cateruatim cõfluxiſtis, vnde ſi-
gno itineris accepto ad hunc ſacrũ
locũ veniſtis? quis vobis huc veni-
endi adeò ſeriam ac quaſi præſtitutam neceſſita-
tem impoſuit? idque tempore & à bello quies eſt,
& miles armaturam amouet, & nauta guberna-
culum ſupra fumum ponit, & agricola aratores
boues in præſepio curans quieſcit? an palàm eſt,
quòd ſanctus martyr ex militaribus ordinibus &
tuba cecinit, & multos ex diuerſis regionibus ex-
citatos ad ſuæ requietis locum ac ſedem vocauit,
non ad bellicum inſtruens apparatum, ſed ad dul
cem ac maximè Chriſtianos vtique decentem
pacem cogens? Hic enim, vt credimus, etiàm an-
no præterito Barbaricam tempeſtatem ſedauit, &
horrẽdum ferorum & immanium Scytharũ bel-
lum inhibuit atque repreſſit, terribilẽ atque for-
midabilem illis iam viſis & appropinquantibus
obumbrans non galeam trinis criſtis & conis inſi-
gnem, neque gladium bene acutum, & ad ſolem
reſplendentem, ſed malorum propulſatricem &
omnipotentem crucem Chriſti, pro qua & ipſe
mortem perpeſſus hanc gloriam acquiſiuit. Ac
mihi deinceps animum attendentes conſiderate,
qui huius puri cultus miniſtri ac martyrũ ſtudioſi
eſtis, quanta res ſit iuſtus, quamque multas conſe-
quatur remunerationes (de iis loquor remunera-
tionibus, quæ in mundo, & apud nos præſtantur.
nam earum, quæ viſum effugiunt, magnificentiæ
nemo ſatis idoneus æſtimator eſt:) & cognito pie
tatis fructu, imitamini conſilium, & adſpirate ad
animum & voluntatem eorum, qui ita præcæteris
honorantur, atque concupiſcite & affectate ea
præmia, quæ Chriſtus athletis pro merito cuiuſ-
que diſtribuit. Atque in præſentia ſi placet, ceſſã-
te futurorum bonorum fructu, quem bona ſpes
iuſtis in illud reiicit tempus, quo rerũ in vita no-
ſtra actarum iudex aduenerit, præſentem ſancto-
rum ſtatũ inſpiciamus, quàm præclarus magnifi-
cusque ſit. Nam anima quidem ex quo ſublimis
abiit, in ſuo loco acquieſcit, & corpore ſoluta cũ
ſui ſimilibus vnà viuit: corpus verò venerandum
& immaculatum illius inſtrumentum, quod ſuis
vitiis & affectibus illius inhabitantis incorrupti-
bilitatem non læſit, cum multo honore & cultu
compoſitum atque ornatum in auguſto ſacroque
B loco ſitum eſt: quod veluti res chara magnique
æſtimata atque recondita in tempus regeneratio-
nis reſeruatur, multis ſingularibus & eximiis reb⁹
præditũ, ꝓpter quas ad alia corpora, quæ cõmuni
ac vulgari morte diſſoluta ſũt, ne cõparandũ qui-
dẽ eſt, idque in ſimili materia naturæ. Nã cæteræ
quidẽ reliquiæ etiã abominabiles pleriſq; ſunt: ac
nemo lubẽter ſepulchrũ præterit, aut ſi ex inopi-
nato apertũ offẽdit, deformitate nimirũ earũ rerũ
quæ inibi iacent, faciẽ operiens omni iniucũdita-
te repletus, & humanæ naturæ cõditioni grauiter
ingemiſcens prætercurrit. Quòd ſi venerit ad ali-
C quem locum ſimilẽ huic, vbi hodie noſter cõuẽ-
tus habetur, vbi memoria iuſti, ſanctæq; reliquiæ
ſũt: primũ quidẽ earũ rerũ magnificẽtia, quas vi-
det, oblectatur, dũ ædẽ vt tẽplũ Dei & magnitu-
dine ſtructuræ, & adiecti ornatus decore ſplendi-
dè elaboratũ intuetur: vbi & faber in animaliũ fi-
gurã lignũ formauit, & latomus ad argenti leuita-
tẽ cruſtas lapideas expoliuit: induxit autẽ etiã pi-
ctor flores artis in imagine depictos, fortia facta
martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas & im-
manes tyrãnorũ formas, impetus violẽtos, flãmeũ *Imago ſan-*
illũ fornacẽ, beatiſſimã cõſũmationẽ athletæ, cer- *cti Theodo-*
taminũ præſidis Chriſti humanæ formæ effigiem *ri.*
D omnia nobis tãquam in libro quodã, qui lingua-
rum interpretationes contineat, coloribus artifi-
cioſè depingens certamina atque labores marty-
ris nobis expreſſit, ac tanquam pratum amœnum
& floridum templũ exornauit, ſolet enim etiam
pictura tacens in pariete loqui, maximeque pro-
deſſe: lapillorũ itẽ cõcinator hiſtoriæ pat opus in
pauimẽto, quod pedibus calcatur, effecit. his igi-
tur arte laboratis operibus quæ ſenſui expoſita ſũt
vbi oculos oblectauit, cupit deinceps etiam ipſi
conditorio appropinquare, ſanctificationẽ ac be-
nedictionẽ, contrectationẽ eius eſſe credẽs. quòd
ſi quis etiã puluerẽ, quo conditoriũ, vbi martyris
corp⁹ quieſcit, obſitũ eſt, auferre permittat, ꝓ mu-
E nere puluis accipitur, ac tanquam res magni præ-
cii condenda terra colligitur. Nam ipſas attingere
reliquias, ſi quando aliqua eiuſmodi proſpera
fortuna contingat, vt id facere liceat, quam id ſit
multũ deſiderandũ & optandũ, ac ſummarũ pre-
cum donum, ſciunt experti, & eius deſiderii com-
potes facti. Quaſi corpus enĩ per ſe viuens & flo-
rens, qui intuẽtur, amplectuntur oculis, ori, auri-
bus, omnibus ſẽſuũ inſtrumentis adhibentes. de-
inde officii & affectionis lachrymas martyri, qua-
ſi integer

si integer esset & appareret, superfundentes, vt pro ipsis deprecator intercedat, supplices preces offerunt tanquam satellitem Dei orantes, quasi accipientem dona cùm velit, inuocantes. Ex his omnibus ô popule pie, discite, quòd preciosa ac honorata coram Domino sit mors sanctorum ei⁹. Nam vnum quidem & idem corpus omniũ hominum est: ex vna massa conflatum: verũ id, quod simplici morte dissolutum est, vt res quælibet vilis proijcitur. At quod martyrij affectione gratiosum effectum est, ita est amabile, iucundum, & à multis desideratũ & expetitum, vt superior oratio demōstrauit. Quocirca propter ea, quæ apparent, ijs, quæ visum effugiunt, propter experimē- B tum earum rerum, quæ in mundo visuntur, futurarum rerum promissioni credamus. Nam multi qui ventrem & vanam gloriam, & has mundanas paleas omnibus rebus anteferunt, nihil putant esse futurũ: sed cùm vitæ fine terminari omnia arbitrantur. Verùm qui ita sentis ex paruis magna disce: ex vmbris principales formas, quales eæ sint, intellige. cui regum talis honor habetur? Quis ex ijs, qui supra modum inter homines excellere visi sunt, tali memoria celebratur? Quis imperatorum qui vrbes munitas ceperunt, nationes innumeras subegerunt, adeò decantatus & fama celebratus est, vt hic miles pauper, modò conscript⁹ & tyro: C quem Paulus armauit, quem angeli ad certamen vnxerunt, quem victorem Christus coronauit? Enimuerò quoniã oratione propè ad certamina atque labores martyris accessi, age cōmunibus relictis peculiaré sancti sermonem instituamus. est enim suũ cuique gratũ & acceptum. Patria igitur præclaro ac strenuo huic viro est ea regio, quæ ad solem spectat orientem. nam etiam hic, sicuti Iob, ex partibus orientalibus nobilis est. cùmque patriam cum illo communem haberet, eiusdem imitatio morum ingenijque ei non defuit. nunc verò quilibet martyr totius soli subiectæ regionis ciuis vniuerso terrarum orbi communis est. sum- D ptus autem illinc ad armatos ordines militares, cũ duces militum eos hic in hybernis collocassent, ita cum ea legione, in quam conscriptus erat, ad nostram regionem transiuit. Bello autem repentè moto nō ex incursione Barbarorũ, sed ex lege Satanica decretoque quo deus oppugnaretur: (quicunque enim Christianus esset, impio scripto exagitabatur, & ad mortem ducebatur:) tunc nimirum tunc hic ter quaterque beatus Theodorus, quòd insigni pietate præditus esset, fidemque in Christum vbique circumferret propemodum in fronte confessionem inscriptam gerens, non iam amplius virtute tyro modò conscriptus erat, neque rei bellicæ, & pugnæ rudis: sed animo strenuus, fortiter sese periculis obijciens. non remissus & languidus, non trepidans, non formidans & metu fractus, non verbum minus liberum proferens. Vt enim præses & tribunus in vnum conuenerunt, sicut olim Herodes & Pilatus, atque consedit scelestum & improbum illud consilium, seruum crucifixi simili ratione atque domino eius acciderat, ad iudicium sistunt, ac dic, inquiunt, vnde tibi innata audacia atque temeritate, aduersus legem Imperatoris contumax es? nec te tremens Domini iussis submittis? neu quemadmodum placet iis, qui rerum

A potiuntur, adoras? Maximianus enim cum consorte tunc imperium tenebat. Ille vultu confirmato atque imperterrito animo, scitum & acutum dictis adiecit responsum: Deos quidem nescio (neque enim reuera sunt.) Vos autem erratis, qui dæmonas fallaces & impostores Dei appellatione honoratis. mihi verò Deus est Christus, Dei vnigenitus filius. pro pietate igitur atque cōfessione istius. & qui vulnerat, incidat: & qui verberat, laceret: & qui cremat, flammam admoueat: & qui his vocibus meis offenditur, linguã eximat. per singula enim membra corpus creatori patientiam debet. Fracti sunt his verbis tyranni: ac primum impetum viri fortis non sustinuerunt, adolescentem vidētes ad passionem exultantem, ac velut suauem potum mortem B appetentem. Vt autem illi paulisper cunctabantur hæsitantes ac deliberantes quid facto opus esset: vnus quidam ex ijs, qui ordines ducebant, miles, qui sibi lepidus & vrbanus esse videbatur, simul responsum martyris irridēs: Est ne, inquit, ô Theodore, filius tuo Deo? & generat ille carnis affectibus, vt homo obnoxius? Humano quidem more affectibus carnis obnoxius meis, inquit Deus nō generauit: verùm & filium confiteor, & natiuitatem talem esse dico, quæ Deum deceat. tu verò, ô C miser & imperite, quod ad sensum & rationem attinet: an non erubescis, ac pudore vultum demittis, qui etiam fœminam Deam confireris, & vt matrem duodecim liberorum eandē adoras fœcundam quãdam leporum suumúe modo dæmona, quæ facilè & concipiat & partum edat? Cùm autem hæc modo duplicem lactus irrisionem simulacrorũ cultori reposuisset, humanitatis & clementiæ specie ficta tyranni, Exiguum, inquiunt, ad considerandum insanienti tempus cōcedatur, fortasse per otium re secum perpensa atque deliberata mutabitur in meli⁹. Insaniam enim demētes sanitatem mentis vocabãt: alienationem verò D mētis & vecordiam, pietatem. quéadmodum fit, cùm ebrij suam affectionem sobrijs obijciunt. At homo pius Christique miles dato sibi spatio ad forte ac virile facinus abutitur. Quod nam autem id fuerit, tempus est vobis cum lætitia narrationē accipiendi. Et quæ fabulis celebratur, matri Deũ templum erat in metropoli Amasea, quod illi, qui tunc errabant, inibi alicui circa ripas amnis vanitate adducti extruxerant. hoc iste vir strenuus in tempore datæ sibi securitatis capta occasione, & aura secunda incensum concremauit, reipsa responsum, quod post deliberationē prorsus espectabant, impiis atque scelestis dans. Cũ E ea res celeriter omnibus pateficeret: (quippe in vrbe media clarissimus ignis accensus erat:) non occultabat audax inceptum, neque laborabat, vt hoc ab se factum lateret, sed palàm ac vehementer quidem significabat sese propter præclarum facinus & rem bene gestam exultare & efferri, atque tumultu impiorum, quo templi atque statuæ nomine dolentes perturbabantur, supra modum gaudere. quam etiam magistratibus indicatum est, quòd ipse suis manibus incendium fecisset. ac rursus iudicium priori terribilius, vt nimirum etiam par erat, cùm tanta res, quæ exacerbaret & irritaret eos, incidisset. Atque illi quidem in iudiciale tribu-

 nal

nal ascenderunt: Theodorus verò in medio eorũ (erat) magna loquẽdi libertate vtẽs, in statu caussam dicentis magistratus confidentia præditus cũ interrogaretur, celeritate confessionis interrogationem anteuertens. Postea quam autem & imperterritus erat, & ad nihil eorum, quæ grauia atque aspera cum minis ei ostentabantur supplicia, se submitteret, nec confidentius loqui desineret, in contrariam rationem mutati sunt, ac benignè cum eo sermocinantes promissis iustum subtrahere tentabant. Et scito, inquiunt, quòd si consilium nostrum obedienter admittere volueris, protinus te ex obscuro nobilem, ex humili despectoque & inglorio honoratum efficiemus: ac tibi Pontificatus dignitatem promittimus. Vt aũt pôtificiam dignitatem nominari audiuit, ter quaterque beatus ille, cùm diu multũque irrisisset (tandem) dixit: Ego etiam sacerdotes simulacrorũ ærumnosos esse iudico, & vt vanæ actionis ministros miseror: pontificũ verò multo magis me & miseret, & abominor eosdem. inter malos enim qui maior est, ac primum locum tenet, miserior est. vt inter iniustos, iniustior: vt inter homicidas, qui crudelitate cæteros præcedit: vt inter lasciuos & libidinosos, qui petulantior atq; proteruior est ac propterea perniciosa promittẽdi dehinc finem facite, non enim, heus vos, animaduertitis, neque sentitis caput & summum malorum mihi promittentes. at ei, qui pie ac rectè viuere statuit, præstat in domo Domini abiectum esse, quã habitare in tabernaculis peccatorũ. Me etiam Imperatorũ horum, quorum legem iniquam continenter recitans, miseret, quòd cùm per se satis magna inter homines dignitate ob regnum imperium præditi sint, pontificis appellationem sibi sumpserunt, & lugubri obscuraque purpura huius dignitatis nomine induuntur, ad imitationem infælicium pontificum, in dignitate splendida, atque illustri, triste & inamœnum gestantes indumentum, nonnunquam autem impuro altari appropinquantes pro Imperatoribus coqui fiunt, aues occidentes, & miserorum pecorum viscera rimantes ac perscrutantes, & spurcitie sanguinis tanquam macellarii quidam lanii carnium vẽditores vestem fœdantes. Post hac iusti istius voces ne fictam quidem & assimulatam iam amplius benignitatem magistratus præ se ferebant: sed & impiissimum aduersus Deos vocantes, præterea in Imperatores quoque contumeliosum & maledicum, primùm quidem in ligno ad torquendos homines parato suspensum corpus lacerabant. ille verò lictoribus vehementer in opere occupatis, constans erat, nihilque de pristina animi magnitudine remittebat, ac versũ ex libro psalmorum tormentis accinebat: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Atque illi quidem carnes cædendo diminuebant: hic verò, quasi alius quis pœnam subiret, psallebat. hoc modo punitum carcer excepit. ac rursus illic miracula circa sanctum edebantur. ac noctu vox multitudinis psallentium audiebatur, & facum allucentium, vt in nocturna peruigilatione, splendor ab iis, qui foris erant, conspiciebatur, adeò vt etiam carceris custos insolita atque admirabili visione & auditione turbatus insileret in domunculam, &

Psal. 33.

neminem inueniret præter martyrem quiescentẽ, & cæteros vinctos dormientes. Posteaquam autem, cùm multa fierent ac tentarentur in eo, ad confessionem & pietatem obfirmatus erat, prolata est in eum sententia condemnatoria. & igni confici & consummari iussus ipse quidẽ præclaro ac beato itinere abiit ad Deũ: nobis verò memoriã certaminis pro doctrina reliquit, populos cõgregãs, ecclesiã erudiens, dæmonas arcẽs & fugãs, angelos pacificos reducens, rogans à Deo pro nobis vtilia, variorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempestatibus iactantur, pauperum abundans & copiosum ærarium, viatorum quietum diuersorium, locum celebrem conuentus ac dies festos continenter agentiũ. Etsi enim anniuersariis feriis hunc diem celebramus: at nũquã cessat studiosè aduenientium multitudo, formicarum similitudinem seruat ea, quæ huc pertinet via publica, cùm alii quidem ascendant, alii verò venientibus cedant. Ac nos quidem, ô beate benignitate creatoris ãniuersariam circuli vicissitudinem assequuti coẽgimus tibi publicum conuẽtum, sacrum, inquam, martyribus addictum & communem Dominum adorantes, & tuorum certaminum victoriæ commemorationem peragentes. tu verò huc iam ades ad nos, vbicunque tandem fueris, vt diei festo præsis. vocãrem enim te contrà vocamus: ac siue in sublimi ætere habitas, siue per cœlestem aliquem circulum versaris, aut in choros angelorum cooptatus Domino adsistis, aut cum virtutibus & potestatibus, vt seruus fidelis adorationis officio fungeris: parũper ab iis officiis vacationem deprecatus veni ad hos qui te honorant, inuisibilis amicus: cognosce ac vise ferias, quæ celebrantur, vt gratiarum aduersus Deũ conduplices actionem, qui pro vna passione, & vna pia cõfessione tot tibi remunerationes largitus est: ac lateris ob sanguinem effusum, & ignis cruciatus toleratos. Quot enim tunc supplicii spectatores populos habebas, tot nunc habes honoris ministros. Multorum beneficiorum indigem, intercede ac deprecare pro patria apud communem regem & dominum: nam patria martyris est etiam locus passionis. ciues item & fratres & cognati, & qui & habent eum & tuentur, & ornant atque honorant. timemus afflictiones: expectamus pericula. non longè absunt scelesti Scythæ bellum aduersum nos parturientes. vt miles propugna (pro nobis) vt martyr pro conseruis vtere libertate loquendi. Etiamsi superasti seculum: at nosti affectus & vsus necessitatesque humanæ conditionis. pete pacem, vt hi publici conuentus non desinant: ne debacchetur atque grassetur aduersus templa altariáue rabiosus & sceleratus Barbarus: ne conculcet sãcta profan & impius. Nos enim etiam, quod incolumes & integri conseruati sumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus autem etiam futuri temporis præsidium atque securitatem. Quòd si maiori etiam opus fuerit adhortatione ac deprecatiōe, fratrum tuorum martyrum coge chorum: & cum omnibus vnà deprecare. multorum iustorum preces, multitudinum ac populorum peccata luant. admone Petrum: excita Paulum, Ioannem item theologum ac discipulum

ac discipulum dilectum, vt pro ecclesiis, quas cō-stitueruot, soliciti fiur, pro quibus catenas gestaueruot, pro quibus pericula ac mortes tulerūt, ne simulachrorum cultor aduersū oos caput tollat: oe hæreses sicut spinæ vineæ succrescaut: ne zizanium editum suffocet triticum. ne qua petra veri soris pinguedine careos aduersum oos existat, & sermonis ac verbi fertilitatis vim radicis expertem efficiat: sed virtute tuæ sociorūque tuorū deprecatiooīs, ô vir admirāde atque inter martyres

A eminens & excellens, Christiauorum respublica campus segetum reddatur, qui campus ad fioem vsque maneat io pingui fertilique aruo fidei in Christum, semper fructum edeos æternæ vitæ, quæ contigit per Christum Iesum Dominum oostrum. cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, imperium & bouor nunc & semper & io secula seculorum. Amen.

D. GREGORII NYSSENI ORATIO
HABITA IN FVNERE MAGNI MELETII EPISCOPI ANTIOCHIÆ.

Eodem Sifano interprete.



AVXIT nobis numerum apostolorum nouus apostol*, qui cooptatos est in ordinem apostolorū. traxerunt enim sancti ad se moribus coosimilem, athletam athletæ: coronatum, coronati: animo castū, corde puri: præconem sermonis, ministri sermonis. Verùm pater quidem noster apostolici cōtubernii, & ad Christum resolutionis oomine beatus habeodus est: nos verò miserabiles. Orbitas enim præmatura non fioit, vt eo nomine beatos nos dicam*, quòd tam booum & commodum patrem nacti eram*. Illi melius erat per resolutiooē esse cum Christo: at nobis acerbum & molestum paterno præsidio patrocinioque carere. Ecce enim tempus coosilij est, & cōsilium dare solitus tacet. bellum nos circūmstat, bellum hæreticum: & qui ducem se præbeat, nobis noō est. Laborat infirmitatibus commune corpus ecclesiæ, & medicum nō iouenim*? Videte quo loco fiot res nostræ. vellem si quo modo fieri posset, coofirmata mea debilitate vnà cum magnitudine calamitatis ascēdere, & aliquā rumpere vocem, quæ iocom modo respooderet: quemadmodum i'ti viri egregij fecerūt, qui magna voce calamitatem amissi patris deplorauerūt. Sed quid agam? quī cogam linguam ad inseruiendom orationi tanquam graui vinculo, calamitate impeditam? quomodo aperiam os taciturnitate atque silentio captom: qua ratiooe prolabentem? quo pacto animi oculis suspiciam, qui caligioe calamitatis circumfusus sum? Quis mihi hac dēsa atque obscura tristitiæ oebula discussa, rursus ex serenitate clarum pacis radium exhibebit? vode verò radius etiam elucescet, cùm stella nobis occiderit: O'malam ooctem obscuram, quæ ortum lumiois non sperat. quam cōtrario modo à nobis in boc loco & ouoc verba fiūt, & nuper facta fūt? Tunc taoquam io nuptijs tripudiabamus & choreas ducebamus: ounc miserabiliter lugeotes ingemiscimos. tunc ouptiale, nunc sepulchrale carmen canimus. Memioistis enim illius diei, cùm io nuptiis spiritualibus præclaro sposo virginem domum deduceotes coutuuio vos excepimus, & verborum sponsalia munera pro viribus oostris iotulimus gaudio afficientes iouicem & gaudentes. Verùm ounc io luctum oobis gaudium cooversum est, ac lætitiæ amictus saccus euasit. An

B fortsitan reticere calamitatem atque sileotio iotus concludere mœrorem oportebat, ne molestia filios thalami sponsalis afficiamus, cùm non habeamus lautum ac splendidum ouptiale iudumentū, sed atrum ac pullum orationis habitum afferamus? Posteaquam enim præclarus sponsus à nobis discessit, luctu repente atrati sumus, nec licet more solito festiuum & iucūdum inferre sermoē cùm qua oroabamur stola, nos inuidia spoliarit. Pleni bonorum ad vos accessimus: oudi ac pauperes à vobis recedimus: erectā supra caput largo lumine resplendeotem facem habebamus: haoc

C extinctam in fumum & cinerem dissipato splendore reportamus. Habuimus magnum illum thesaurum iu vase testaceo: vas autē testaceū ab opibus vacuum ab iis, qui dederant, reseruatur. Quid dicemos qui emisimus? quid respoodebuot à qui bus repetitur: O'malum oaufragium. quomodo in medio portu spei oostræ naufragium fecimus? qoomodo inoumeris m ercibus oousta nauis cū ipso onere demersa nos olim dioites oudos destituit? vbi splendidum illud velum, quod spiritu sancto semper dirigebatur? vbi tutum ac firmum animarum oostrarum guberoaculum: quo tempestates maximas hæreticas oollo accepto incōmodo

D prætereuehebamur? vbi immobilis & firma sententiæ iudicijque anchora: qua cum summa securitate post labores acquiescebamus? Vbi bonus ille gubernator, qui ad supetum scopulum oauigium dirigebat? Vtrùm modica sunt ea, quæ acciderūt, ac oequicquam conqueror? aut potius calamitatem querendo non assequor, etiamsi supra modū diceodo vocem intendam? Commodate nobis, fratres, commodate ex condoleotia lachrymas profusas. ereoim quando vos lætabamini, oos lætitiæ vestræ socii eramus. Proinde reddite nobis prauam istam officii vicissitudinem. Gaudendum vo cum gaudentibus. boc oos fecim*. flendum cum fleotibus. boc vos inuicem reddite. Lachrymatus est olim externus populus, quo tem-

E pore patriarcha Iacob diem suum obierat, & alienam calamitatem suam esse duxit, cùm parentem ex Ægypto liberi illius transportantes vulgò omnes oullo vel sexus uel ætatis habito discrimine, casum eius iu regiooe alieoa deplorabaot, dies trigiota totidemque noctes luctum ac lamentatiouē illius amissi oomine cōtinuantes. Vos qui fratres

 & po-

& populares estis imitamini alieoigenas & externos. A Communes tunc erant peregrinorum indigenarumq; lachrymæ: communes sint etiam nūc: quoniam etiam calamitas communis est. Videte hosce patriarchas omnes isti filij nostri Iacobi sūt. ex libera procreati omnes. nemo spurios & illegitimus, nemo subditicius. Neque enim illi fas erat
Gen. 46. ingenuitati fidei seruilem inserere cognationem. Ergo etiā noster ille parēs propterea, quòd patris nostri pater erat. Audistis paulo antè ex Ephraim & Manasse, qualia quàmq; multa de patre narrarent, adeò vt miracula oratio assequi non posset. Date mihi quoque vt de his rebus dicam. Etenim nullo periculo deinceps beatitudines exponere B licet: nec inuidiam metuo. quó nā enim me malo maiore afficiet? Proinde cognoscite qui vir sit. generosus & nobilis ab ortu solis, inculpatus, iustus, verax, pius & religiosus, abstinens ab omni malo facinore. Non enim vtiq; inuidebit magnus ille Iob, si ijs testimonijs, quæ de ipso ferūtur, etiā imitator illius ornetur. Sed quæ omneis res præclaras inuetur inuidia, etiam nostrum bonum acerbo oculo contuita est: ac quæ per orbem terrarum obambulat, etiam per nos ambulauit, latū vestigium afflictionis rebus secundis nostris infixum relinquens. non bonum & ouiū greges disperdidit (nisi si quis vtique secundum mysticum C sensum gregem ad ecclesiam traducat.) Verùm non in his nobis inuidia damnum dedit: neque in asinis & camelis noxiam commisit: neque ipso vulnerata carne sensus acerbo dolore affecit, sed nos capite priuauit. cum capite autem vnà adempta sunt honorata ac dignitate præstantia sēsuum nostrorum instrumenta. non amplius est oculus, qui cœlestia contueatur: neque in lingua illa purum veritatis donatiū. Vbi dulcis illa oculorum serenitas? vbi iucundus ille ac lepidus in labijs risus? vbi comis illa & ad salutandum facilis dextera, quæ vnà cum oris benedictione digitos intentare solebat? Prouehor autem, sicut in D scena ad resuscitandum & redintegrandum calamitatem. Misereor tui, ô ecclesia te alloquor, ô ciuitas Antiochia miseret me tui repētinæ ac subitæ huius mutationis nomine. vt ademptus est decor? vt detractus est ornatus? vt repente flos defluxit? planè gramen exaruit, & flos decidit. Quis oculus malus? quæ fascinatrix inuidia mala in ecclesiam illa debacchata atque grassata est? quæ quibus cōmutauit? defecit fons. exaruit amnis. rursus in sanguinem aqua conuersa est. O infœlicem nuntium illum, quo calamitas ecclesiæ indicabitur? Quis filiis dicet, quòd parētibus orbati ac destituti sint? quis renuntiabit sponsæ, quòd vidua facta sit? O mala. quid emiserunt? & quid recipiunt. Arca, fratres, homo ille Dei erat, arca continēs in se diuina mysteria illic vrna aurea plena mānæ diuinæ, plena cœlestium deliciarum. in illa tabulæ testamēti, in tabulis cordis spiritu Dei viuētis, non atramēto inscriptæ. (Neque enim illi puritati cordis caliginosus & ater intellectus inustus & impressus erat.) in illa columnæ: bases & sustentamenta, capitella: thoribulum: cādelabrum: propitiatoriū, pelues: ad aditus obtensa vela atque aulæa: in illa, virga sacerdotij. quæ in manibus illius germinauit. & si quid aliud arcā in se habuisse audimus, omnia animo viri cōtinebātur. Sed pro illis quid?

Sileat oratio. Sindones mundæ, & pāni serici: vnguentorum & aromatum largitas & abundātia, liberalitas mulieris & ornatæ & honestæ. Dicetur enim, vt etiam hæc ei testimonio sit, quæ erga sacerdotem fecit, cùm alabastrum vnguenti largiter in caput sacerdotis effudit. Sed quod in his seruatur, quid? ossa mortua, quæ & ante mortem mortalitatem, meditata erāt: molesta calamitatum nostrarū monumenta. O qualis vox rursus in Rama audietur? Rachel deflens non filios suos, sed virū suum. & non admittens cōsolationem. Omittite qui consolamini, omittite, ne præualeatis & obtineatis, vt consolemini. grauiter ferat, & lugeat vidua. sentiat damnum, quod fecit. quanquam non imperita discessionis est, vt quæ iam antea in laboribus certaminibusq; athletæ solitudinem ac destitutionem ferre assuefacta sit. Meministis omnino quemadmodum vobis ante hanc nostram habita oratio labores atque certamina viri exposuit, quòd cùm per omnia sanctam Trinitatem honoraret, etiam in numero certaminū honoré conseruauerit, vt qui in tribus tentationum incursionibus decertauerit. Audiuistis continuationē, contextum & seriem laborum, qualis in primis, qualis in medijs, qualis esset in postremis. Superuacuam iudico repetitionem benedictorum. sed tantum dicere fortasse nō intempestiuum fuerit. Cùm primū bene morata ac modesta illa ecclesia virum vidit faciem ad imaginē Dei verè formatam: vidit dilectionem fontis modo scaturientē: vidit gratiam labijs circumfusam, animi demissionis summum gradum: post quem amplius quicquam cogitari non potest: vidit mansuetudinem atque clementiam, qualis in Dauide fuit: qualis in Solomone, intelligentiam atque prudentiam: 1. Reg. 15.
qualis in Moyse, bonitatem: qualis in Samuele, 3. Reg. 3.
perfectionem: qualis in Iosepho, continentiā pudicitiamque: qualis in Daniele, sapiētiā: quemadmodum magnus Helias, zelo fidei præditum: Exod. 19. 1. Reg. 12. Gen. 39.
D sicuti sublimis Ioannes, integritate corporis ornatum: sicuti Paulus inexuperabili præditum dilectione: Daniel. 13. 3. Reg. 26. vidit tot bonorum circa vnam animam concursum: amore beato vulnerata est, casto bonoque sponsum suum amore atque beneuolētia prosequuta dilexit. sed priusquam cupiditatem expleret, antequam desiderium recrearet atque sedaret, etiamnunc amoris vi feruens, tentationibus athletam ad certamina vocātibus, sola relicta est. atque ille quidem in certaminibus pro pietate susceptis desudabat: hæc verò durabat in castitate matrimonium conseruans. Iam multū temporis E intercesserat, cùm quidam adulterādi animo immaculatum lectum coniugalem aggreditur. sed sponsa non poterat corrumpi, ac denuò reditus & rursus exilium: idque tertium accidit, donec hæretica caligine discussa Dominus, & radio pacis admoto, requietis aliquam à diuturnis laboribus spem fecit: sed posteaquam se mutuò rursus viderunt, & castus amor spiritualeaque animi oblectationes renouatæ sunt: ac rursus desiderium accēsum est: statim perceptionem voluptatis hæc vltima peregrinatio diremit & interrūpit. Venit vt nos tanquam sponsam ornaret, & nuptias instrueret, nec id frustra suscepit. præclaro cōiugio benedictionis coronas imposuit. imitatus est Dominum, vt in Canâ Galilææ Dominus, ita etiam

hic

hic imitator Christi. Iudaicas enim hydrias hæretica aqua repletas, virtute fidei immutata natura, vini integri & incorrupti plenas fecit, sæpe dulci sua voce largiter affusa gratia sobriũ in vobis cratera statuit, sæpenumero vobis omnis generis rationalium ciborum epulum præbuit. Ille quidem benedicẽdo præibat. præclari autem isti discipuli sermonem minutatim exponẽtes turbis ministrabant. Ac nos lætamur generis vestri gloriã propriã ducentes. Quàm præclaræ hactenus narrationes, quàm beatum & optãdum esset in his desinere atque finiri sermonem. sed postea quid? Vocate lamẽtatrices, inquit Hieremias. Nõ enim aliter cor ardens ac præ dolore intumescẽs, leniri ac mitigari potest, nisi gemitibus & lachrymis subleuetur. Tunc discessionem spes reditus consolabatur: nũc extrema à nobis discessione aduls[us] est. Magnus hiatus inter eum & ecclesiam in medio firmatus est. ille quidẽ in sinu Abrahæ requiescit: at qui guttam aquæ, qua eorum, qui cruciantur, lingua refrigeretur trãsportet, nõ est. Periit ille decor, silet vox: occlusa sunt labia: auolauit gratia. vt rei pteritæ narratio, fœlicitas euasit. Molestũ etat olim etiã Israëlitico populo, quòd Helias à terra ad Deum subuolaret. sed discessum Helisæus, magistri pallio pelliceo ornatus consolabatur. nunc verò vulnus superat artem curandi: quoniam & Helias assumptus, & Helisæus non est relictus. Audistis ex Hieremia tristeis ac flebiles quasdam voces, quibus vt desertam vrbem Hierosolymitanorum deplorat: qui cùm alia quædam cum cõmiseratione pronuntiat, tum hoc, Viæ Siõ, inquit, lugent. Hæc tunc quidem dicta, nunc autem impleta sunt. Nam vbi fama calamitatis diuulgata fuerit, tunc viæ & plenæ lugentium erunt: & effundentur qui ab eo pascebantur. Nineuitarum in calamitate vocem imitantes. imò verò etiam grauius & acerbius, quàm illi dolentes. Nam illorum quidem lamentatio metum soluit. his verò nullum remedium malorum ab lamentationibus speratur. Noui quandam etiam aliam Hieremiæ vocem, libris psalmorum ãnumeratam, quam captiuitatis Israëliticæ nomine edidit. Verba autem scripturæ ita sese habent: In salicibus suspendim[us] instrumenta nostra, silẽtio cùm nosmetipsos tum instrumenta condemnantes. pro mea hãc vsurpo cantilenam. Nam si videro hæreticam confusionem (: Babilon autem confusio est:) & si videro tentationes, quæ per confusionem fluunt: hæc illa esse aio Babylonia flumina, quibus assidentes flemus, quòd non habeamus, quid per ea nos traijciat. Quòd si salices nominaueris, & in iis suspẽsa instrumenta: meum etiã hoc ænigma fuerit. planè enim in salicibus vita consistit. Nam arbor sterilis salix est: à nobis autem dulcis vitæ fruct[us] defluxit. Ergo salices infrugiferæ facti sum[us], ex quo otiosa atque immota in lignis suspendimus dilectionis instrumẽta. Si oblit[us], inquit, fuero tui, Hierusalẽ: obliuioni tradatur dextera mea. Cõcedite mihi, vt scriptum paululum inuertam atque immutem, quòd nõ nos dexteræ, sed dextera nostri oblita est. & lingua gutturi suo adhærescens meatus vocis obstruxit & obturauit: vt ne amplius nos dulcem illam vocem rursus audiamus. Verùm abstergite mihi lachrymas. Nam sentio me vltra, quàm deceat, calamitatẽ muliebriter deflere. Nõ ablatus est à nobis sponsus, in medio nostrũ stat, etiãsi nus nõ videam[us]. In aditis ac penetralib[us] sacerdos est. in interioribus veli, quò præcursor pro nobis ingressus est Christus: relicqui carnis tegumentum. nõ amplius signo & vmbræ cœlestium seruit: sed in ipsam rerum imaginem intuetur: nõ amplius per speculum atque per transennam & ænigma: sed ipse facie cum facie collata intercedit apud Deum. Intercedit autem pro nobis & populi erratis. disposuit tunicas pelliceas, neq; enim talibus tunicis opus habent, qui in paradiso degunt. sed habet indumenta, quæ puritate vitæ suæ contexuit, i jsq; sese exornauit. Honorata ac preciosa corã Domino talis (viri) mors est. imó verò non mors, sed ruptura membrorum est. Disrupisti enim, inquit, vincula mea dimiss[us] est Simeõ, liberatus est vinculis corporis. Laqueus contrit[us] est, & auicula auolauit Reliquit Ægyptum, materialem & crassam vitæ rationem transiuit non rubrum hoc, sed atrũ illud & caliginosũ vitæ mare. ingressus est terram promissionis. in monte cum Deo philosophatur. soluit animæ calceamẽtum, vt pura planta mentis terram sanctam, vbi conspicietur Deus, conscẽderet. Hanc cùm habeatis, fratres, consolationem vos qui ossa Iosephi transportatis ad terram benedictionis, audite Pauli verba præcipientis: Ne contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Dicite populo illi, Exponite bonas narrationes. dicite miraculum, cui fides derogetur: quomodo maris in modum condensati innumerorum hominum populus vnum continuum corpus vniuersi erant, tanquã aqua quædam circa tabernaculi pompam æstuãres. quomodo præclarus Dauid multifariam multisque modis in innumeros ordines sese distribuens inter diuersæ simul & eiusdem linguæ homines circa tabernaculum tripudiabat. quomodo vtrinque (quasi) ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo perpetuoque fluentes, quoad oculi longissimẽ pspicere possẽt, porrigebantur. exponite studium populi totius, apostolorum contubernium. quomodo sudaria faciei eius ad præsidium atque custodiam fidelium discerpebantur. Adiiciantur narrationi etiam Imperator mœrens ob calamitatem, & è solio exurgens: totaque ciuitas vnà cum pompa sancti trãsiens. & consolamini vos inuicem in sermonibus istis. Rectè Solomon tristitiam curat. Iubet enim tristitia affectis vinum præberi, ad vos, qui vineæ operarii estis, hoc dicens. Date igitur vestrum vinum ægritudine animi affectis, non quod ebrietatem inducat, sed quod lætificet cor. meraciori & viuaciori temperatura, fœcundioribusque ac largioribus eos excipite sermonis calicibus, vt vobis rursus in lætitiam luctus conuertatur, per Christum Iesum Dominum nostrum, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria in secula. Amen.

Hierem. 6. Psal. 136. Psal. 123. Exod. 3. 1. Thess. 4. 2. Reg. 6.

D. GREGORII NYSSENI AD FLAVIANVM EPISTOLA IOANNE LeuuenKlaio Interprete,



NON optimo sunt, vir Dei, res nostræ loco. A Nam mala progrediétia in ijs, qui nos & iniusto, & nullis de caussis suscepto prosequuntur odio, non iam amplius intra suspicionum & coniecturarum sese limites cōtinēt libertate sūma vtūtur, quasi si præclari quid operis istituerentr. Vos interim, qui hactenus immunes à tanto malo fuistis, ignaui scilicet estis in extinguéda flāma, quæ viciniā vestram depascit: cùm ij qui rectè reb' suis cōsulunt, vicinorum incendium magno studio restinguant, & opem vicinis ferendo sic prospiciant sibi, vt in euentis similibus aliorum opem non requirant. B Et quid tamdem illud est, de quo? Reliquit hanc vitam religio: aufugit à nobis veritas: pacis antehac saltem nomen habuimus, quod hominum ora peruagaretur: nunc non illa tantùm nusquam est, sed ne nomen quidem ipsius nobis superat. Vt autem clarius intelligas, quas res tam indigno feramus animo, paucis tibi tragœdiam explicabo. Erant nonnulli, qui ad nos deferrent, reuerendissimum virum Helladium hostili erga nos animo adfectum, ad omnes cómemorare, me maximorum ipsi malorum auctorem esse. Ego verò illis, quæ dicerentur, fidem non habebam: vt qui & ipsarum rerum veritatem intuerer. At cùm ab hominibus eadem eodem velut ore nobis renun- C tiarentur, cumque rumoribus ipsæ res conuenirent: decere me statuebam, vt ne hostilitatem hāc incuratam negligerem, præsertim necdū quæ radices egisset. Itaque tuā ad pietatem, multosque alios scriptis litteris, qui cōferre nobis aliquid ad hoc institutum possent: monui hanc vt in curam incūberetis. Tamdem cùm memoriam beatissimi Petri, quæ tum primū celebrari cepta esset, apud Sebastenos peregissem, itidemque reliquorum fidei testium, qui vt eodem cum Petro vixerunt tempore, ita celebrari vnà cum ipso consueuerūt: conuerso itinere meam me ad ecclesiā recipiebā. Hæc cùm significasset nobis quidā, degere Helladium in finitimis montibus, martyrumque memoriā peragere: primò quidē instituto in itinere pergebam, quòd magis esse decoro consentaneū D putarem, vt ipsa in metropoli hominem conuenirem. Verùm vbi cognatorum quispiam data opera me accessisset, atque hominem aduersa valetudine laborare pro certo confirmasset: relicto ibidem curru, vbi nuntium hūc acceperam, equo reliquum itineris interuallū confeci, sanè præceps & quod ob adscensus asperrimos propè à nobis peragrari non posset. Spatium ipsum, quod nobis emetiendū erat, habebat milliaria ad quindecim. Hæc vbi partim equo vect', vix matutino tēpore, E atque etiam aliqua noctis parte absoluissē: prima diei hora iam Andumocinis eram. Nam hoc loco illi erat nomen, in quo cum duobus aliis episcopis in hominum cœtu frequenti concionabatur. Cumque procul è tumulo quodam, qui vico immineret, concionis sub dio cōcursum vidissemus: gradatim deinceps progressi sumus pedites, tam ipse quàm comites mei, manuque nostros equos ductitauimus. Quo factum, vt eadem celeritate duo confierent, nimirum vt ipse domum è concione rediret, ac nos martyrum ad locum peruenirémus. Neque mora vlla interposita miss' à nobis est, qui aduentum ei nostrū indicaret: & paulo pòst minister ipsius in nos incidit, quem rogauimus vt celeriter ad eum rem deferret, quo diutius apud ipsum versari possemus, & opportunitatem aliquam inuenire, ne nihil non curatum relinqueretur. Secundum hæc sedebam equidem sub dio, expectās aliquem, qui nos intrò vocaret: adeoque propositus eram omnibus vt importu- B num spectaculum, quotquot eò conuenerant. Nō iam exiguum temporis spatium intercesserat, & nictabant oculi, & cōsequebatur quidam torpor & ex itinere fatigatio molestiam augebat, itemq; æstus vehemens, & homines nos intuentes, nosq; digitis inter se ostentantes: hæc igitur, aliaque huiusmodi omnia tam mihi erant grauia, vt in me vatis illud verbum verè compererer: Obtorpuit in me spiritus meus. Instabat iam meridies, & me vehementer congressus huius pœnitebar, vt qui mihimet talis ignominiæ auctor extitissem. Cūque grauior hæc mihi accideret iniuria, quàm si ab hostibus profecta fuisset: ipsa mihi cogitatio mea molestiam exhibebat, secum modo quodam C pugnans, & sententiam suam mutans in consilio sinistro, quod instituisset. Vbi verò vix tamdem nobis sacrarium apertum esset, iamque ingressi fuissemus adyta: vulgus quidem hominum quominus introiret, aditu prohibebatur, meo mecum intrante ministro, qui manu corpus è labore fatigatum fulciret. Hæc cùm hominem cōpellassem, & aliquantulum stetissem, expectans vt sedere iuberer: vt nihil horum accidit, conuersus ad gradus quosdam procul inde dissitos, in eorum vno consideo, & num quid amanter humaniter ve dicturus esset nobis, vel saltem supercilijs annutur', opperior. Verùm omnia contra spem nostram euenere. Nam silentium nocturnum erat, & tristicia quædā tragica, & stupor, & in vniuersū nulla vox est prolata. Denique non exiguum temporis D interuallū quasi nigra in nocte silēter exigebatur. Ad ea toto animo percull', quòd ne vulgari quidē voce nos dignaretur, per illa hominum in vsu frequentia verba, quibus uel obiter saltem excipere nosmet solemus, cuiusmodi sunt, Saluus aduenisti: vel, Vnde nobis ades? qua de caussa? quamobrem huc properasti? taciturnitatē illā mihi quasi quandam vitæ apud inferos imaginem proponebam. Quamquam hoc exemplum ne quidem vsurpare debebam. Etenim apud inferos magna E est æqualitas in condicione omnium, quippe vbi nihil eorum, quæ supra terram totam illam vitæ humanæ tragœdiam efficiunt, turbæ quidquam adferat. Nam gloria (quemadmodum vates quidā loquitur) vnà cum hominibus non descendit: sed cuiusuis hominis anima relictis iis, quæ in hac vita expetuntur à plerisque summo studio, petulantia inquam, & superbia, & fastu, simplex & omni

omni abſque apparatu ad inferos ſeſe confert,ita
vt nihil rerum in hac vita moleſtarum quidquam A
iſtis negocii exhibeat. Vtut res ſeſe habeat , mihi
quidem certè illa,quæ tum accidebant,vel infer-
nus,vel caliginoſus carcer,vel alia quædam triſtis
officina pœnæ videbantur eſſe : præſertim cùm
mecum ipſe perpenderem,quantis in bonis à pa-
tribus acceptis ſucceſſores facti fuerimus , &
quales poſteris narrationes de nobis relicturi
ſimus . Quid dicam de ſumma amoris adfe-
ctione , qua ſeſe mutuo patres noſtri complecte-
bantur? Nihil certe miri eſt,eos qui ſint homines,
in natura cuius per omnia par eſt dignitas , nolle
potiori cæteris eſſe loco : ſed exiſtimare , mutuo B
nos debere noſmet humilitate ſuperare . Enim-
uerò maximè ad animum mihi accidebat , vni-
uerſæ creaturæ Dominum, vnigenam illum filiũ,
qui eſt in ſinubus patris:qui extitit initio rerum,
qui extitit in forma Dei , qui vniuerſa geſtat
verbo potentiæ ſuæ,hunc ergo non in hoc ſolùm
abieciſſe ſe,quòd per carnem quaſi peregrinatus
ſit in humana natura : ſed quod etiam proditorẽ
Iudã ore ſuo propius ad ipſum ſub oſculi ſpecie
accedentem admiſerit:quodque domum leproſi
Simonis ingreſſus,eidem pro ſumma humanitate
ſua exprobret,quod oſculo non fuiſſet exceptus.
Ego verò ne pro leproſo quidem ſum habitus: C
at qui vir , à quo ? nequeo certè quidquam diſ-
criminis inuenire. Vnde is deſcenderat? vbi abie-
ctus ipſe iacueram ? ſi quidem mundana quis in-
tueatur. Nam quæ carnis ſũt,ſi quis exploret,for-
taſſe tantùm dici abſque moleſtia cuiuſquam po-
teſt,parem vtriuſque dignitatem eſſe,quà nobili-
tatem,quà ingenuitatem. At ſi veram quis animi
tam ingenuitatem,quàm nobilitatem inquirat,æ-
quali ratione peccati ſumus vterque ſerui:æquali
ratione peccata tollentis indigemus:alius eſt , qui
proprio ſanguine nos de morte peccatiſque per-
ſoluto prætio redemit:qui mercatus eſt nos,neq;
tamen vlla aduerſus emptos ab ſeſe ſuperbia vſ* D
eſt:qui mortuos in vitam reuocauit : qui omnem
& animorum & corporum debilitatem ſanauit.
Cum igitur inſignis ille aduerſus nos factus , &*
ſuperbiæ magnitudo parum abeſſet quin cœleſti
à ſublimitate non caperetur : cumque materiem
nullam , nullam occaſionem morbo huic præbi-
tam cernerem , quibus ex rebus hæc animi per-
turbatio veniam mereri conſueuit , quoties ali-
*qui tenentur hoc morbo quadam ex circunſtan-
tia , nimirum vbi vel genus,vel inſtitutio, vel di-
gnitatum præſtantia mores leuiuſculorum ho-
minum inflat: neſciebam quo pacto meipſũ eru-
direm,vti memet continerem: quòd animus mihi E
ob inſolentiam eorum quæ acciderent , interius
intumeſceret, & cogitationes omnes de toleran-
tia reſpueret. Atque hoc tempore vel maximè di-
uinum illũ apoſtolum admiratus ſũ, qui tã illuſtri
ratione bellum intra nos ciuile depinxerit, cùm
ait eſſe quandam in membris noſtris legem pec-
cati , quaſi copias ſuas obiicientem legi mentis,
ſæpiuſque mentem ſibi captiuam reddentem, ac
ſuam in poteſtatem redigẽtem. Huiuſmodi cùm
in me duarum cogitationum velut inſtructam v-
trinque ex aduerſo aciem cernerem , quarum
altera grauiter ferret illam à ſuperbia profectam
iniuriã, altera id quod intumuerat pacaret : poſt-

eaquam Dei beneficio victoria nõ potiebatur id,
quod in peius momento ſuo impellebat,tum de-
mum ſic eum appello: Num quid eorum, quæ ad
corporis tui curam pertinent, propter aduentum
meum omittitur cum incommodo tuo , vt nos
exire ſit opportunum? Ad quæ cum dixiſſet , non
eſſe ſibi opus curatione corporis : ſubieci verba
quædam , quibus ægrum hominis animum pro
virili curarem. Cumque paucis ille ſe nobis iraſci
propter multas iniurias oſtendiſſet,reſpondi ego:
Mendacium inter homines ad fraudem ac dece-
ptionem vim habere perm̃s g.am. Verum in Dei
iudicio non poſſe fraudis falſitatem locũ habere.
Meæ vero conſcientiæ tanta eſt in his aduerſus
te negotiis confidentia,vt exoptem aliorum qui-
dem mihi delictorum veniam contingere : at ſi
quid contra te commiſi, hoc vt in perpetuum nõ
condonatum maneat. Hanc ille orationem cùm
grauiter moleſtèque tuliſſet,non amplius addi ad
ea quæ dixiſſem,probatior es quaſdam paſſus eſt.
Sexta iam hora prætericrat,& balneum eleganter
inſtructum erat,& apparabatur epulũ,& ipſa dies
ſabbatum erat,& martyrum celebratio. Hæc rur-
ſum mihi vide,quo pacto diſcipulus euãgelij Do-
minum euãgelii imitetur. Nam hic quidem cùm
publicanis ac peccatoribus comedẽs,ſic ſeſe pur-
gabat ad illos,qui hoc ei loco ꝓbri obiicerent : vt
diceret id ſe ex benigno quodã erga homines ſtu-
dio facere. At ille piaculi loco ducit & ĩquinamẽ-
ti adhibere nos menſæ ſuæ poſt defatigationẽ illã
ortam ex itinere: poſt tantum æſtum , in quo ad-
ſidẽtes ipſius ad oſtium ſub dio torrebamur:poſt
triſtem illam taciturnitatem,quam experti eram*
poſteaquam in conſpectum eius veneramus. Ni-
mirum nos rurſus ad idem ſpatium emetiendum
dimittit,vt per eandem viam noſmet adfligerem*
corpore iam defecto & laboribus macerato. Quo
factum , vt vix ſub ſeram multas medio in itinere
perpeſſi ærũnas comites noſtros adſequeremur.
Nam & nubes quædam ex turbine ſubditò in
aëre orta, copioſo imbre ad ipſas vſque medullas
noſtras penetrabat . Etenim à tegumentis ob in-
gentem æſtum inſtructi non eramus, vt aduerſus
pluuiam noſmet munire poſſemus. Verum enim-
uerò per Dei gratiam quaſi qui ex tempeſtate vel
naufragio ſalui euaſerunt , ita & ipſi comites no-
ſtros magna cum lætitia ſumus adſequuti. Cum-
que per noctem quieuiſſemus viui & incolumes
vnà cum aliis ad noſtra vſque loca peruenimus,
hoc præter alia conſequuti forte fortuna , quod
eorum omnium,quæ prius acciderũt,hæc aduer-
ſus nos in hoc tempore exercita iniuria memoriã
renouarit. Adeoque neceſſitas ipſa nos cogit,vt in
poſterum & ipſi noſtra cauſa conſilij quippiam
capiamus,vel potius illius ipſi* cauſa. Nam quod
eius inſtitutum in illis,quæ accidêre prius, impe-
ditum non fuerit:id verò hominem tam immodi-
cum ad faſtum prouexit. Quamobrem vt ſeipſo
reddatur melior, conuenit forſan à nobis quoque
nonnihil ſuſcipi , vt ſe hominem eſſe diſcat , qui
nullam aduerſus eidem addicto ſententiæ, digni-
tateque pares,vel iniuriæ vel ignominiæ poteſta-
tem habeat. Ecce enim,verũ eſſe largiamur, (di-
cam quid ſub conditione)deſignatum à me quid
dam eſſe,quod eſſet ipſi ingratum moleſtumque:
quodnam aduerſum nos ob ea,quæ vel facta ſũt,
vel

A vel ex coniecturis collecta, iudicium est institutum? quæ rei probatio de illata iniuria nos conuicit? qui canones aduersus nos producti? quænã legitimè ab episcopo enunciata verba sentẽtiam contra nos latã approbarunt? Quòd si quid eiusmodi maximè factum est, & quidem legitimè: omnino tamen in imo saltem gradu erat periculum. At petulãtiam aduersus ingenuos homines, & ignominiam aduersus dignitate pares, quinam quæso Canones vnquam comprobarunt? Iudicate iustum iudicium vos qui Deum respicitis, quamobrem hanc nobis illatam contumeliam mereri veniam putetis. Quòd si ex sacerdotio dignitas æstimanda venit, par & idem à Synodo concessum vtrique priuilegiũ est, vel potius cura emendationis publicæ, idque in eo quod iure pari esse iussi sumus. B Quod si qui nos extra sacerdotii dignitatem, seorsum quemlibet, intueri velint: quid amplius alter habet altero? genus? institutionem? ingenuitatem collatam ad præstantissimos & claros quosque? scientiam? ea verò vel paria reperiri possunt in nobis, vel saltem non minora. Fortasse de diuitiis dicet? Nolim me cogi, vt hæc de ipso cõmemorem. Hoc modò dicere sufficiat, quantæ fuerint illæ initio, tantas etiam nobis nũc esse: præterea nos quibus occasionibus eas opes amplificauerimus, quas hactenus & quidem propè quotidie præclaris conatibus augemus quasique alimus aliis perquirẽdũ relinquere. Quamnã igitur ille potestatem habet inferendæ nobis iniuriæ, si nulla hæc generis est præstantia, neque dignitatis splendor, neque eximia dicendi vis, neque beneficentia prius erga me declarata? quãdoquidem etiamsi hæc essent, nihilominus condonari non debeat exercita aduersus homines ingenuos petulantia. Verùm cùm nihil horum sit, non arbitror rectè nos facturos, si tantum fastus morbum incuratum negligamus. Neque verò alia potest esse curatio, quàm si deprimatur superbia, & inanis ille fastus coërceatur, inflatione tam elata nonnihil expirante. Vt autem id fiat, Deo permittimus, cui hanc rem curæ futuram non dubitamus.

GREGORII NYSSENI FINIS.





INDEX RERVM AC VERBORVM PRÆCIPVE IN HOC OPERE

obseruandarum.

A

B

C

E

F

G

H

Hominis

P

S

Q

R

T

V

X

Z

FINIS.

INDEX LOCORVM SACRÆ scripturæ passim à D. Gregorio Nysseno explicatorum.

EX GENESI.

EX EXODO

EX NVMERIS.

EX DEVTERONOMIO.

EX LIBRO PSALMORVM.

EX PROVERBIIS.

EX ECCLESIASTE.

EX CANTICO CANTICORVM.

EX MARCO.

EX LVCA.

EX IOANNE.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

EX PRIMA AD CORINTHIOS.

EX SECVNDA AD CORINthios.

EX EPISTOLA AD Galatas.

EX EPISTOLA AD Ephesios.

FINIS.

